VOLVMEN VI.

CONSILIORVM DO. STEPHANI BERTRANDI CARPENTORACTENSIS.

Hoc uero, & duo precedentia, & sequentia uolumina nunc recens tantum fuerunt edita.



LVGDVNI, M. D. LX.

Cum Priuilegio.

DOMI. STEPH. BERTRANDI CONSIL. VOLVMEN SEXTVM.

1 Voluntas testatoris pro lege sequenda, & late accipienda. & num. 3.
2 Filiorum appellatione & nepotes continentur.
4 Heredum legitimorum mentio quomodo intelligatur.
5 Verba in dispositionibus sic accipienda, vt euitetur absurditas & repugnantia.
6 Restitutio in integrum ignoranti conceditur aduersus prescriptionem.

¶ Epitome.

¶ Fideicommissum etiam non acceptatũ ad heredem transmittitur. V. F.

¶ De fideicommis. Consi. j.



Dudũ fuit in humanis nobilis quondam vir Ferrerius de Tarascone: qui pridem, de anno dñi millesimo quadringentesimo vicesimonono, & de mense Februarij fecit & condidit eius vltimũ & nuncupatiuum testamentum: in quo suum heredem vniuersalem fecit & instituit nobilem Guilielmum de Tarascone eius filium naturalem & legitimum, & suos heredes legitimos ex suo corpore & matrimonio legitimo procreatos. Et si ipsum Guilielmum decedere contingeret sine heredibus legitimis, aut post eum suos heredes legitimos sine heredibus legitimis ex suo legitimo matrimonio procreatis, substituit in bonis que tempore mortis ipsius siue ipsorum existerent Jacobum de crota eius priuignum & suos heredes legitimos ex matrimonio legitimo procreatos, cum certo onere, de quo ibi. Et si ipsum Jacobũ decedere contingeret sine prole legitima ex suo corpore & matrimonio legitimo procreata; substituit nobilem Margaretam filiam sui ipsius testatoris naturalem & legitimam ad eius vitam tantum, si viueret in bonis que tunc essent & post eius obitum: aut si tunc non viueret, substituit in bonis que tunc essent nobilem Aymericum de tarascone eius nepotem ex nobili quõdam Jacobo suo fratre, & ipsius Aymerici filios. Et si Aymericus & eius filij decederent sine prole masculina & legitima, ex suo corpore & legitimo matrimonio procreata, aut tunc ipse Aymericus non viueret, nec extaret proles masculina ex eo procreata, substituit propinquiorem sui generis pro suis voluntatibus & ad suas voluntates in vita pariter & in morte in bonis que tunc existerent. Qui testator permanens in voluntate huiusmodi ab humanis decessit, superstite dicto nobili Guilielmo eius filio: qui bonis & hereditati eiusdem se immiscuit, & pro ipsius vniuersali herede se gessit. Successiue vero dictus Guilielmus vita functus est, & decessit sine prole legitima, superstitibus & sibi superuiuẽtibus dictis nobilibus de Crota & Margareta: qui postea, dictus videlicet de Crota primo & sine prole legitima: ex suo corpore &c. & postea Margareta, ab humanis decesserũt, superstite dicto nobili Aymerico de Tarascone, nepotes dicti quondam Ferrerij testatoris: prius tamen per eundem Guilielmum condito testamento, in quo heredem vniuersalem sibi instituit nobilem Helidã diuerne eius vxorem. qui Aymericus inscius (vt creditur) dicte testamentarie dispositionis, & alias ante cognitionem seu acceptationem fideicommissi superius mentionati vita functus est & decessit, superstite & sibi superuiuente Jacobo de Tarascone suo filio naturali & legitimo ac herede vniuersali. Post hec autẽ idẽ Jacobus vita functus est & decessit, superstitibus quatuor liberis naturalibus & legitimis & heredibus vniuersalibus dicti Jacobi eorum quondam patris: qui omnes postmodum in pupillari etate decesserunt, superstite nobili Philippa barrerie eorum matre naturali & legitima & vniuersali herede. Postremo vero dicta nobilis Philippa vita functa est & decessit, superstitibus nobilibus Ludouico & Bernardo de villanoua, eius filijs naturalibus & legitimis ac ipsius vniuersalibus heredibus. Insuper presupponitur ꝙ nullus superfit, nec supererat tempore mortis dicti quondam Guilielmi & aliorum predictorum, de genere dicti quondam Ferrerij testatoris, alius a prefatis Aymerico & liberis. Quesitum est, an in vim substitutionis superius mentionate, & que vt (videtur) sibi locum vẽdicauit in personam prefati Aymerici, possunt & valeant dicti nobiles Ludouicus & Bernardus petere fideicommissum superius mentionatum siue bona & hereditatem que quondam fuerint prefati ferrerij & deinde dicti Guilielmi eius filij tempore eius vite & mortis.

¶ Viso casu predicto, & dubio ex eo elicito, dico & premitto pro faciliori solutione huiusmodi breuiter & succincte, ꝙ cum prefatus quondam nobilis Guilielmus sine heredibus legitimis ab humanis decesserit: & deinde idem de Crota in primo gradu substitutus etiam sine prole legitima ex suo corpore &c. vita functus extiterit: decesserit preterea prefata Margareta: substitutio fideicommissaria facta de dicto Aymerio sibi locum vendicauerit in ipsius personam, iuxta dispositio-
1 nem & voluntatem prefati testatoris: que † pro lege seruanda est. l. j. C. de sacrosanct. eccle. auf. de nupt. §. disponat testator. colla. iiij. vbi enim de voluntate cõstat, illa semper sequenda est. l. in conditionibus primum locũ. ff. de condi. & demon. l. ille aut ille. §. cum in verbis. & l. non aliter. ff. de legat. iij. l. cum questio. in fi. cum simillib. C. de lega. not. docto. in. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de lega. j. & dicta etiam substitutio sibi locũ vendicauit in personam dicte nobilis Jacobi filij Aymerici: pro eo quia non solum prefatus Aymericus reperitur substitutus: sed etiam eius filij, prout ponitur in narratione dicti casus. Quinimmo (vt videtur) non solum censendus est fuisse inuitatus dictus Jacobus de Tarascone filius prefati Aymerici: sed etiam filij eiusdem Jacobi & nepotes dicti Aymerici:
2 quia dictus † quondam Ferrerius testator vocando vel substituendo filios prefati Aymerici, censetur etiam substituisse nepotes eiusdem Aymerici: & sic filios Jacobi, per id quod not. Bart. in. l. liberorum. ff. de verb. signifi. & in. l. Gallus. §. instituens. ff. de libe. & posth. Pro quo lex, filij. & l. iusta. ff. de verbo. signifi. vbi appellatione filij dicuntur nepotes contineri. Quod si reperitur in alijs dispositionibus, scꝫ ꝙ appella-
3 tione filij veniat nepos: cur † non idem in vltimis voluntatibus, in quibus lata sit interpretatio. l. in testamentis. ff. de regul. iur. & c. cum dilecti. de dona. & hoc cum Bart. in. d. l. liberorum. tenuit Anton. de butr. in. c. in quibusdam. de penis. & Petr. de anchar. in cle. j. de baptis. Joan. de imol. & Alex. in l. Lucius. la. ij. ff. de heredib. instit. Et ita consuluit idẽ Alex. consi. mihi viso exordi te, circa primum dubium videtur &c. in. iij. volu. dicit etiam idem Joan. de imol. in. d. l. Gallus. §. instituens. & sequitur Alex. de imo. in. d. l. Lucius. ꝙ tenendo opinionem contrariam scꝫ ꝙ appellatione filij in testamentis non comprehendatur nepos, illud tamen fallit quando dispositio facta de filio non est collocata in tempus presens sed in futurum euentum: in quem verisimiliter erat dubium, an tunc extaret filius, an vero nepos, vel alij inferiores. Nam tunc verisimile est testatorem late accepisse verbũ filius. Presertim cum verisimiliter par affectio debeat presumi fuisse testatoris erga nepotes, si extarent filijs mortuis. Et ita dicit Jo. de imol. se intelligere dictam. l. lucius. Certum est enim quod dispositio per quã extiterunt inuitati filij dicti quondam Aymerici, non conferebatur in tempus presens: sed in futurum euentum, in quem verisimiliter dubitari poterat, an tunc expectarent filij eiusdem Aymerici: pro eo quia nec Aymericus nec filij inuitabantur nisi post mortem Guilielmi & prolis legitime & aliorũ de quibus supra in casus positione. Videtur igitur ꝙ non fuerit olim inuitatus dictus Jacobus filius Aymerici: sed etiam filij eiusdem Jacobi. Et sic potuerunt ipsi filij ex eorum personis petere fideicõmissum de quo supra. Et vbi hoc facere non potuissent; valuerunt saltem & sine quocunqꝫ dubio illud petere ex personis Aymerici aui paterni & Jacobi patris: postqꝫ in facto presupponitur, ꝙ viuentibus eis prefati Guilielmus filius testatoris sine heredibus legitimis, Jacobus de Crota, sine prole legitima, & Margareta ab humanis decesserunt.

¶ Nec opponat aliquis, quod cum prefato quondam nobili

4 Guilielmo facta † fuerit substitutio, non quidē simpliciter sub
cōditiōe si sine herede decederet: sed sub cōditione si sine here
dibus legitimis non sufficeret nec sufficiat ad purificationem
huiusmodi conditionalis substitutionis, prefatum quondam
Guilielmum sine liberis legitimis decessisse: sed opus fuerit ⁊
existat, ꝙ et sine liberis ⁊ sine aliis ab intestato succedentibus
decessit, vt videt voluisse Alex. de imo. in. l. ex facto. §. fi. in fi.
ff. ad trebel. Quoniam respōdeo, ꝙ licet hec verba, legitimis
heredibus, videātur proxima facie debere accipi ⁊ assumi pro
succedentibus ab intestato: vt sic ita demum esset locus substi
tutioni facte dicto Guilielmo filio testatoris, si ipse sine succe-
dentibus ab intestato decederet: tamen ex coniectura ta men-
te defuncti per verba sine legitimis heredibus, in dicta substi-
tutione posita, intelligendi sunt liberi eiusdem quondā Gui-
lielmi. alias enim nunꝙ potuisset esse locus substitutioni fa-
cte de Margareta filia testatoris, seu etiā de Aymerico eius
nepote ⁊ suis filiis: quinimo nec substitutioni facte de propin-
quiore generis eiusdem testatoris: qꝛ hi omnes, seruata gra-
duum prerogatiua succedere poterant ab intestato dicto quō
dam Guilielmo. Et sic his superstitibus aūt altero eorundem
idem Guilielmus decedere non poterat sine legitimis heredi-
bus, intelligendo de venientibus ab intestato. Et tamen nulli
ex istis inuitabantur, nisi in eum casum in quem sine legitimis
heredibus decessisset. Ne igitur appareat repugnātia vel ab-
surditas in dispositione predicti testatoris, debēt verba predi
5 cta intelligi vt predixi. ita † enim ⁊ intelligi ⁊ iuuari debent si
possunt, verba in contractibus ⁊ aliis dispositionibus apposi-
ta, vt repugnantiā nō contineant. §. quibus. in prima cōsti. C.
not. Bar. in. l. fin. §. penul. ff. de cōdi. indebi. Si enim est dispo
sitio interpretanda, vt potius valeat ꝙ pereat. l. vbi repugnā
tia. ff. de regu. iur. etiam absurditas in intellectu legum, testa
mentorum, omnium dispositionū euitandā est, ⁊ circūscriptis
verbis mens testatoris ⁊ alterius disponentis insequenda est
l. scire oportet. §. sed ⁊ si maxime. ff. de excusa. tuto. l. diuortio.
ff. soluto matrimonio. l. iij. §. conditio. ff. de adimen. lega. l. iij.
cum suis simili. C. de libe. prete. dicta igitur oppositio non re-
fragat neq; obstat. ¶ Dico preterea ꝙ etiā presupposito ꝙ fi-
lii dicti quondam Jacobi inuitati non extitissent ad fideicom
missum de quo supra: illud tamen fuisset eis transmissum per
prefatos Aymericū ⁊ Jacobum inuitatos: cum (vt apparet
ex casus narratioe) prefati Guilielmus et de crosa sine ⁊c. et
Magareta ab humanis decesserunt et substitutio facta de di
ctis Aymerico ⁊ Jacobo ei adhuc viuentibus purificata ex-
titerit. Fideicommissum enim ab initio purum, vel post ea pu
rificatum transmittitur ad heredem fideicommissarii, etiam
si ille ante verbalem restitutionem decesserit: quinimo ⁊ si an-
te aditam hereditatem, secundum communem opinionē Bar
tol. et docto. in. l. cum filio. ff. de lega. primo. vbi plene Alexā.
de imo. post Jacob. de aret. Cyn. Bartol. et Paul. de castr.
per eundem Alex. allegatos in. l. quidam. ff. ad trebel. ⁊ Bal.
in. l. iij. C. de fideicommis. Et quemadmodum prefati Ayme
ricus ⁊ Jacobus dictum fideicommissum transmiserunt ad
predictos liberos: ita ⁊ ipsi ad dictam eorum matrem eorū he-
redem ⁊ deinde ipsa mater ad dictos nobiles de villanoua.
Quia actio ex testamento pro fideicommisso competēs trans-
missibilis est, vt not. docto. in locis preallegatis: quamuis se-
cus sit in hereditate que ante illius aditionem regulariter nō
transmittitur. Et quamuis doct. in locis proxime allegatis lo
quantur in fideicommisso pure relicto: idem tamen puto dicē-
dum in conditionali post conditionem purificatam. arg. eorū
que not. glo. in clemen. j. super verbo, liberē, de renuntiatione
inducatur enim de dispositione conditionali post illius puri-
ficationem, ac si ab initio pura extitisset scdm glo. in loco preal
legato.
¶ Fortasse vero opponet aliquis, ꝙ cum dictus quondam
Guilielmus vita functus sit et decesserit iam sunt quadragin-
ta anni vel circa, debeat obstare prescriptio prefatis nobili-
bus de villanoua. sicut in rem. l. comperit. cum suis simili. C.
de prescriptione triginta annorum. Sed hoc nō obstat. Tum
quia licet quadragintā anni vel circa effluxerint a morte dicti
quondam Guilielmi: Non tamē tot effluxerunt a morte prefā
torum quondam nobilium Aymerici et Jacobi, per quorum
mortem fuit aperta via liberis eiusdem quondam Jacobi vi-
uentibus prefatis Aymerico et Jacobo auo et patre eorun-
dem. experiri non potuerunt. vel quia dictus fideicommissum
primo eis delatum extiterat, iuxta doctrinam Barto. in. l. gal
lus. §. quidam recte. ff. de liberis ⁊ posthumis. vel quia saltem
erat in potestate ⁊c. Et ita non cucurrit prescriptio cōtra eos:
quia nō valenti agere ⁊c. l. i. C. de bo. mater. et. l. j. §. fi. C. de an
na. except. Tum ⁊ qꝛ presupposito ꝙ prescriptio etiam cū effe-
ctu cucurrisset: quia tamen prefati nobiles de villanoua igno-
rauerunt testamentum superius mentionatum, ⁊ substitutio-
6 nem de qua supra deberent ipsi † ⁊ debent aduersus prescri-
ptionem huiusmodi releuari ⁊ in integrum restitui: quia igno
rantia est equa et probabilis causa ad concedendū restitutio
nem in integrum aduersus prescriptionem, vt not. gloss. in. l. si
partem. §. j. in versicu. non vtendo. iuncto text. ff. quemadmo.
ser. amit. Specu. titu. de prescrip. §. j. versicu. pone colonus ⁊c.
Barto. ⁊ Ange. in. l. j. §. si quis autem. per illum tex. cum glo.
ff. de itinere actuq; priua. ⁊ Angel. in. l. fina. C. de prescriptio.
longi tempo. Panormi. in. c. fina. de prescrip. Roma. in. l. qui
vniuersas. §. fin. ff. de acquiren. posses. ⁊ in. l. si vero. §. de viro.
ff. soluto matrimonio. ⁊ Joan. de imol. in. l. Pantonius. ff. de
acquiren. heredit. ⁊ fuit de mente Barto. in. l. ab hostibus. §.
sed quod simpliciter. ff. qui. ex cau. maio. Joan. de imol. in re-
peti. c. fin. de prescrip. vbi etiam dixit hoc esse verum in prescri
ptione quadraginta annorum. et idem Panor. in dicto. c. vi-
gilanti. in terminis illius decretalis: que de tali prescriptione
loquitur, ⁊ Ang. in. l. annuis de calumnia. dū ibi dicit, hoc esse
verum in prescriptione longissimi temporis. Et si in cursu cau
se mouende opponatur de huiusmodi pretensa prescriptione,
petere poterunt incidenter ipsi nobiles de villanoua aduersus
eam restitutionem in integrum, iuxta ea que habentur in. l.
nam ⁊ postea. §. si minor. cum ibi not. ff. de iureiuran. allegan-
do ignorantiam testamenti et substitutionis predictarum.
Poterunt etiam obtinere relaxationem a serenissimo domi-
no nostro francorum rege.

1 ¶ Instrumentum probat, nisi testium contraria depositio
impedimento sit.
2 Testatoris ore proprio heres nominari debet. ⁊ an prius per
posterius testamentum rumpatur. ⁊ nu. 6.
3 Instrumentum si in vno capite falsum reperiatur, an totum vi
tietur.
4 Presens dicitur qui que fiunt intelligit.
5 Testes contrarii, aut non contestes non probant. ⁊ quid de va
riis ⁊ singularibus testibus.
6 Heredis institutio per responsionem testatoris ad interoga-
tionem notarii facta an ⁊ quando valeat.
7 Filios heredes instituere pii prudentisq; est.

¶ Epitome.

¶ Testamentum non recte probatum, in quo heres ore pro-
prio testatoris nominatus non est corruit. A. F.

¶ De testa. Consi. ij.



Uoddam pretēsum
testamentum factum, vt ex aduerso pretendi-
tur pridem, de anno domini millesimo. cccc-
lxxxvij. ⁊ die octaua mēsis Januarii, ⁊ in quo
Joannes odoberti, alias Joyosi se tueri ⁊ de-
fendere nititur cōtra ⁊ aduersus honestas iuuenes Mariam.
Catherinam ⁊ Franceslam, ⁊ quo sibi vindicare satagit bona ⁊
hereditatem probi quondam viri Petri odoberti earundem
Marie, Catherine, ⁊ Francesie patris eisdem iuuenibus non
obstat, quominus bona ⁊ hereditas eiusdem Petri ad easdē
deuolute extiterint. Tum quia de illo sufficienter non constat
Et si de eo constaret, illud tamen non probatur solenniter fa-
ctum. Et quidem non constat de huiusmodi pretenso instru-
mento eiusdem pretensi testamenti per quoddam assertum in
strumentum sumptum, vt pretenditur, anno, mense ⁊ die supe
1 rius mentionatis in causa productum. Quia † licet publicum
Instrumentum in nullo impugnatum probet ⁊ fidem faciat,
l. cum precibus. C. de proba. ⁊. l. fina. C. arbitri. tute. secus ta-
men est quando fuit impugnatum: quod maxime contingit
quando testes instrumentarii ⁊ non quidem vnus, sed multi
etiam de necessariis testificantur ⁊ deponunt contra ipsum. eo
enim casu non creditur instrumento, iuxta communem theo-
ricam Bar. ⁊ docto. in. l. j. §. si quis neget. ff. quemadmo. testa.
aperi. Et idem volunt docto. communiter in. l. exercendis.
C. de fi. instru. ⁊ in. c. cum Joānes. extra eo. tit. huiusmodi aūt
est dictum pretensum instrumentum. contra ipsum enim depo
nunt nō quidē vnus testis, sed multis etiā de necessariis, in eo
ꝙ inibi

ꝙ inibi scriptum est, prefatum quondam Petrum eius here-
dem vniuersalem sibi fecisse, instituisse et ordinasse, ipsum ore
suo proprio nominando, videlicet Joãnem ioyosi, alias odo-
berti, eius fratrem charissimum ⁊ suos liberos ⁊ liberorum li
beros. Nam vt colligitur ⁊ appareat ex depositionibus testiũ
huiusmodi idem Petrus non nominauit dictum Joannem
eius fratrem: sed cum per notarium interrogaretur, an eundẽ
Joannem eius fratrem heredem institueret, respondit (vt di-
2 cunt) ita: nec aliud audiuerunt. Sic autem † respondere tali-
ter interroganti non est proprio ore heredem nominare, etiam
si presupponamus heredem se posse institui. hoc enim colligi-
tur ex not. per glo. ⁊ doct. in. l. iubemus. C. de testa. ⁊ per Bar.
in. l. heredes pelam. in princip. ⁊ quod ibi per docto. ff. eod. tit.
⁊ per Antonium de butr. ⁊ Joan. de imol. in. c. cum tibi. de te-
sta. qui omnes presupponut sic institutum nõ fuisse proprio ore
testatoris nuncupatum, sed ore interrogantis. Falsum igitur
scripsit notarius in eo quod scripsit, ꝙ proprio ore ⁊c. Et ita
huic pretẽso instrumento credi non debet, per ea que (vt pre-
dixi) not. Barto. ⁊ docto. in dicto. §. si quis neget. ⁊ alij in lo-
3 cis preall. ⁊ non solum † credi non debet ipsi asserto instrumẽ
to quoad dicta nuncupationem sed nec etiam quoad alia ca-
pitula in eodem expressa, per ea que not. Rayne. Cyn. Barto.
⁊ docto. magis communiter in. l. si ex falsis. C. de transactio.
pro quo solet allegari. l. si aliquid. C. de succepto. ⁊ arcar. lib. x.
l. si cui. §. hisdem. ff. de accusat. ⁊. l. ij. ante fin. C. de vete. iu. enu-
cle. Et in hãc sententiã concordat Innocen. ⁊ Petr. de anch.
in. c. fraternitatis. de hereti. quando falsitas concernit substã
tiam negotij, vel eius circunstantias, in eandem sententiam
inclinat Sali. in dicta. l. si ex falsis. nisi constaret reliqua capi-
tula esse vera: puta per confessionẽ partis, vel aliter. Quia si
constaret illa esse vera, fortasse confessionem partis, vel alias:
tunc staretur confessioni aut probationi per dictam. l. ij. iuncta
gloss. C. de fal. quam ita intellexit Jacob. butri. Bald. ⁊ Joã.
de imol. in. l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verbor. obligationib.
Et in hanc sententiam videtur etiam satis inclinasse Paul.
de castr. saltem quoad propositum. dicit enĩ ꝙ si appareat nota
rium commisisse falsum in vno capitulo de substantialibus:
presumitur etiam falsum commisisse in alijs capitulis: quia fi-
des notarij attenditur, dicta. l. si quis aliquid. C. de succepto. ⁊
arca. lib. x. ⁊ not. in. l. si quis ex argentarijs. ff. de edẽdo. a qua
fide dependet autoritas totius instrumenti. Et ideo si appa-
reat notarium falsum dixisse in vno de substantialibus, pre-
sumitur etiam in alijs falsum dixisse, vt predixi. secus etiam di
cit Paul. de castro, si non erat de substantialibus, vt si scripsis
set notarius sic, Actum ante domum talis que tamen non
erat illius: sed alterius. ⁊ ita dicit voluisse Joan. andr. in dicto
c. fraternitatis. in fi. de hereti.

¶ Fortasse autem opponet aliquis, quod cum testes prefati,
et per quos dixi dictum pretensum instrumentum probari fal
sum, non deposuerunt dictum quondam Petrum odoberti
testatorem non nominasse Joannem ⁊c. sed se non audiuisse:
non per hoc ipsum instrumentum probatur falsum: quia ista
possunt stare simul, scilicet quod Petrus dictum Joannem
eius proprio ore instituerit et nominauerit: vt quia fortasse nõ
attendebãt, vel qr ab eo nimiũ distabãt: ⁊ ille voce depressa lo
4 quebatur. Sed istud non obstat: quia † eo ipso quod notarius
in instrumento scribit actum esse gestum presentibus tali
bus, ipse asserit quod illi et presentes corporaliter et intel-
ligentes extiterint. l. corã. et quod ibi Bartol. ff. de verborum
significatione. et. l. diem proferre. §. coram. et quod ibi Barto.
ff. de verborum significatione. not. Bartolus ⁊ Baldus in. l.
prima. C. de erro. aduoca. Preterea dicit Salice. In authen.
rogati. C. de testi. quod testes in instrumento descripti ideo
debent esse rogati, quia aliter non potest scire tabellio de eorũ
visu et auditu, nisi sint moniti. tenetur autem notarius scire
quod testis, quem in instrumento discribit, viderit vel audiue-
rit actum de quo in instrumẽto. Et nimirum: quia illũ descri-
bit et asserit esse testem ⁊c. Propter quod si dicit se non testẽ,
hoc est non vidisse vel audiuisse ⁊c. satis infertur notarium fal
sum asseruisse. Et quamuis Paulus de castro in dicta. l. pri-
ma. C. de erro. aduo. videatur sentire contra Bartolum ⁊ Bal
dum dictum tamen eius nõ obstat. Tum quia potius standũ
est dicto Bartoli, et Baldi quam dicto Pauli cũ videantur
maiore ratione fulciti: ⁊ quia maioris autoritatis. Tũ ⁊ quia
nec Paul. nec alij loquuntur in eo quem notarius tanquam
testem actus gesti in instrumento adhibuit et descripsit: sed in
clientulo idiota: quo presente corporaliter eius aduocatus ali-
quid literaliter exposuit: vbi dicit Pau. notarium excusare a
falso, etiam si clientulus aduocatum non intellexerit: dum ta-
men presens fuerit. per. l. si dictum. §. si presente. ff. de euictio.
innuit qd dici possit presentia, licet nõ perfecta, sine intelligẽ-
tia. et sic non ex toto dicit notarius falsum, et censetur potius
dixisse per errorem, quam ex malitia. l. fina. C. de ijs qui sibi ad
scrib. in testa. sed aliud est in eo quem notarius tanquam te-
stem scribit fuisse presentem: alias si propter presentiam cor-
poralem excusaretur a falso posset scribere de dormientibus,
vel alias nihil attendentibus ad actum, ꝙ illi fuerint presen-
tes, ⁊ testes actus: quod est absurdum.

¶ Etiam nec constat de dicto pretenso testamento per te-
stes in hac causa productos: quia de illo nõ deponunt septem
testes cõmuniter: quod tamen esset necessarium. l. hac consul-
tissima. C. de testa. presertim cum procederet aliud testamen-
tum inter liberos conditum, authentic. de testa. imperfec. §. si
quidem. collatione. vij. et authen. hoc inter liberos ⁊c. Inde
sumpta. C. de testamen. Claudius enim de seya alter ex pre-
tẽsis testibus non nominauit nisi se ⁊ quatuor alios: licet di-
cat alios multos fuisse presentes. sed hoc non valet: quia illi
possent esse minus idonei vel capaces, iuxta no. per Joannem
de imola, et doctores in dicta. l. heredes palam. in princi. ff. de
testamenti. Joannes vero bouerij alter ex pretense testibus,
non deponit de presentia Joannis montardi. Stephanus bo
nerij deponit de presentia sui ipsius, trium aliorum et notarij,
ac etiam aliorum de quibus non recordatur. Et sic etiam eos
non nominauit. Et quamuis Petrus bouerij deponat de
sui presentia, et sex aliorum: ipse tamen dicit se non recordari
an dictus quondam Petrus odoberti interrogatus extite-
rit si eius heredem faciebat dictum Joannem odoberti: nec
alias deponit de institutione eiusdem Joannis. Magister ve
ro michael carreterij, alias de serro, alter ex pretensis testibus
instrumentarijs, cuius dispositio inseritur fo. cclxxvij. et domi
nus Joannes molaris curatus sancti Quintini, aut nihil cla
rum vel apertum testificantur et deponunt de cõstitutione fa-
cta de dicto Joanne odoberti: aut si de ea deposuerint, illi
fuerunt et sunt alijs testibus contrarij, quatenus referendo eo
rum dicta super tertio articulo schedule exordientis deducta
et contenta ⁊c. Ad contenta in primo articulo videtur depo-
5 nere, quod dictus Joannes instituerit † et suo proprio ore no
minauerit Joannem odoberti eius fratrem. aut si non appa-
rerent contrarij, saltem apparet quod eorum contestes non exi
stant: quia isti deponunt de nominatione Joannis ⁊c. Alij ve
ro deponunt, quod ad interrogationem notarij interrogantis
⁊c. Petrus respondit quod sic. Et sic non probant testes pre-
dicti dictam pretensam voluntatem eiusdem odoberti. Pre-
terea presuposito quod ipsi omnes concorditer deponerent de
voluntate, siue pretensa testamẽtaria dispositione prefati quõ
dam Petri (prout nõ faciũt) adhuc esset quod obstat: quia
videlicet non apparet quod septem fuerint rogati. Et quidem
non per instrumentum dicti asserti testamenti: quia (vt predi-
xi) illud nõ probat. Non etiam per testes: quia nulli deponunt
de rogamine septem testium per eos nominatorum. Nisi for-
tasse quis cõtẽdere voluerit, ꝙ de eo deposuerint Petrus boe
rij ⁊ Petrus mõtardi. Quod tamen fecisse nõ videntur, saltẽ
clare et aperte. Et si de eo deponere videantur, illi sunt in hoc
varij: quia prefatus Petrus bouerij videtur deponere, ꝙ te-
stes rogati extiterint per notarium. dictus vero Montardi
aut de rogamine non deponit, aut deponit de pretenso roga-
mine facte per dictum Petrum odoberti. Et sic non sunt in
hoc contestes, sed varij et singulares. ⁊ ita non probant. c. bo-
ne. el primo, ⁊ quod ibi gloss. ⁊. c. cum dilecti. cum suis simili b.
de elect. Preterea licet vbi non est questio de voluntate testã
tis, vt quia pars confitetur testatorem sic disposuisse: dicit ta-
men dispositionem non valere propter defectum solẽnitatis
numeri testium, vel rogaminis eorundem, fortasse sufficiat nu
merus duorum testium ad probationem solenitatis huiusmo
di: hoc tamen non procedit vbi non solum est questio de solen
nitate dispositionis: sed etiam de voluntate disponentes: ⁊ in
casu nostro sufficiunt duo testes, vt probatur in not. per gloss.
⁊ docto. in dicta. l. prima. C. de bono. pos. secun. tabu. per doct.
in dicta. l. heredes palam. in prin. ff. de testa. ⁊ in. l. fin. C. de fi-
deicõmis. Tum etiam non obstaret dictum pretensum testa-
mentũ, etiam si de illo sufficienter appareret vel cõstaret: quia
cum anno predicto millesimo. cccclxxxvij. ⁊ die septima men-
sis Januarij idem quondam Petrus odoberti testamentum
cõdidisset in quo dictas eius filias heredes instituerat: nõ cese
tur testamentum huiusmodi reuocatum per secundum nisi in
eo specialem mentionem fecerit de ipso primo testamento, vt

potehaberetclausulam derogatoriam ad secundum in quo
heredem extraneum instituit authen.de testa.imperfec.§⁊ si
quidem.colla.vi.⁊authenti.hoc inter liberos.C.de testamē.
iunctis not.per Bartol.⁊doctores in.l.si quis in princi.testa-
6 menti.ff.de lega.tertio.

¶Preterea † presupposito citra preiudicium veritatis,quod
testamentum eius qui ad interrogationem alterius petentis
si talem faciebat heredem respondisset quod sic: vel quod
ista institutio valeret de iure,dum tamen sic respondens
alias sane mentis et boni intellectis existeret,⁊articulate lo-
queretur,put magis communiter videntur velle doctores in
dicta.l.iubemus.C.de testamentis.in allegata.l.heredes pa-
iam in princip.ff.eodem titu.hoc tamen non videtur multū
prodesse dicto Joanni odoberti,visis et consideratis multis
facientibus contra eum,⁊ ex quibus satis videtur colligi,pre
fatum quondam Petrum non fuisse sane mentis,vel boni
intellectus.Et primo quidem dictum primum testamentum
factum anno predicto millesimo.cccclxxxvij.et die septima
mensis Januarij:in quo dictas eius filias heredes institue-
7 rat:et quidem † pie prudenter,ar.l.generaliter.§.cum au-
tem.C.de insti.et substi.l.cum acutissimi.C.de fidei commis.
⁊.l.cum auus.ff.de conditionibus ⁊ demonstrationibus.Et
quamuis tempore testamenti huiusmodi,vel fortasse etiam
ante ipsum solicitaretur ⁊ solicitatus extitisset,vt non filias
ipsas,sed fratres sui ipsius testatoris heredes institueret:re-
spondit quod non faceret,cum apud eum non meruissent.Se
cundo quia tempore dicti pretensi secundi testamenti,prout
dicunt aliqui ex testibus,non erat sane mentis,⁊ iam ita op-
pressus existeret,vt non se veteret,telam haberet in oculis,et
lingam nigram.Et qui difficulter,⁊ quandoq; post semel ver-
bis repetitam interrogationem vel respondere poterat ꝙ sic,
vel quod ita:⁊ qui in tota illa pretensa testamentaria disposi-
tione nihil egisse probatur nisi ꝙ sic,vel quod ita nisi quod di
citur cognouisse quemdam de serro,⁊ eum fuisse confessum
ꝙ sibi dederat vnum florenum:de quo tamen alias non appa
ret:nec fuit causa expressa,ex qua florenus huiusmodi preten-
di posset deberi:ex ijs enim non videtur bene colligi,ꝙ ipse
quondam Petrus fuerit sane mentis ⁊ boni intellectus,⁊ ꝙ
articulate loqueretur.Quibus non obstat ꝙ quidam ex testi
bus testificari nituntur,eundem Petrum aliquando respon-
disse ꝙ sic vel ꝙ non,presertim ea ratione quia per eos expres
sum non apparet de quo interrogaretur respōdit ꝙ non:quid
enim si ab eo querebatur an vellet mori Christianus,vel sal-
uari,aut preces pro se fundi,vel habere ecclesiasticam sepul-
turam,vel quid simile:nunquid ex responsione huiusmodi iu-
dicandus est sane mentis:profecto puto ꝙ non.est igitur de-
positio seu probatio huiusmodi incerta,⁊ sic non releuatoria
c.quoniam in presentia.de proba.Super quibus tamen,ꝙ su
per his fuerit per alios plenissime scriptum,vlterius non in-
sisto.

1 ☞ Clausula in fine posita an ⁊ quando ad precedentia refe-
ratur.⁊ nume.4.
2 Indefinita equipollet vniuersali.
3 Fideicommissa quia grauamen continent restringenda.
5 Quandocunq;,est dictio distributiua ⁊ temporis multiplica-
tiua.
6 Notarius alteri recte stipulatur:ius tamen ante ratihabitio-
nem non tribuit.
7 Restituens fideicommissum ante tempus donare censetur.
8 Corrigere se illico quomodo nemo presumatur.

¶Epitome.

¶Donatio inter patrem ⁊ filiuz quia ab initio non valet,re-
uocatur si pater de rebus donatis in morte aliter disposue-
rit. V. F.

¶De dona. Consi.ij.



Jsis testamentis ma-
gnificorum quondam virorum dominorum
henriceti patris ⁊ filij,ac casu,dubijs ⁊ consi-
lijs nobis exhibitis ⁊ ostensis: videtur no-
bis dicendum,sub correctione cuiuslibet me-
lius sentiētis,ꝙ potuerit prefatus dominus Bartholomeus
disponere ⁊ testari de dominijs,iurisdictione,castris ⁊ mole-
dinis in dictis testamentis ⁊ casu plenius mētionatis,prout
de illis testatus est per iura vulgaria huic aūt sue dispositioni
non obstiterunt substitutiones facte per dictum quondam do
minum henricetum:quoniam,vt apparet ex testamento predi
cti domi.Henriceti,⁊ ex clausula post substitutiones huiusmo
di in eodem inserta,idem domi.Henricetus protestatus est,
atq; etiam voluit,disposuit et ordinauit,quod non obstanti-
bus predictis substitutionibus prefatus Bartholomeus et
Baptista soror possint ⁊ valeant de bonis eiusdem henriceti
pro libito volūtatis testari ⁊ disponere semper ⁊ quādocunq;
cum compleuissent legitimam etatem testandi,secundum
1 quod eis melius videretur ⁊ placeret.Que † clausula videtur
referenda ad omnes substitutiones antedictas.Tum quia
hec est regula,quod clausula in fine principaliter per se posita
trahitur ad omnia precedentia:⁊ sic comprehendit totalē dis-
positionem,c.secundo requiris.⁊ quod ibi Panormi.⁊ doct.
extra de appel.⁊.c.olim.prope fin.de rescript.l.prima.et quod
ibi per Barto.Bald.et alios docto.C.de liberis preteri.vel ex
here.⁊.l.talis scriptura.§.fina.vbi Barto.Alexand.de imol.
⁊ docto.ff.de lega.primo.glo.⁊ Bald.Paul.de cast.Alexan.
de imol.⁊ docto.in.l.si idem cum eodem.§.fina.ff.de iurisdic.
omnium iudicum.⁊ Bartol.in.l.fina.ff.de reb.dub.⁊ quod vo
luit Spec.tit.de instru.edic.§.nūc autē.ver.itē excipe ibi,cete
2 rū quādoq; ⁊c.Clausula enim † absolute in fine posita hз indefi
nitā relationē ad pcedētia.idefinita autē equipollet vniuersali
vbi est eadem ratio omnium in genere comprehensorum.l.si
pluribus.cum sua materia.ff.de lega.secundo.et plene tradi-
tur in rubrica,de regu.iur.in.vj.quod maxime videtur proce-
dere in casu nostro propter dictionem,supradictis substitutio-
nibus,in clausula predicta appositam,per quam fit relatio ad
precedentia prout patet de se,⁊ probatur.l.prima.§.enim qui.
ff.de postul.quod etiam voluit Ange.consilio.ccxlvj.exordiē-
te,domina Maffuna.circa fin.⁊ Fran.de are.consi.cliij.exor-
diente breuitate vtendum est in consulendo,circa fin.Tum q;
hoc suadet fauor libere facultatis pro disponendo de bonis
tam in morte,quam in vita:quod regulare est.l.prima.cū suis
simili.C.de sacrosanc.eccl.⁊.l.in re mandata.C.manda.⁊ gra-
3 uamem fideicommissarie substitutionis:quia † licet substi-
tutio pupillaris contineat prouisionem eius,cui fit:tamen fi-
deicommissaria substitutio continet grauamem.l.ex tribus.
vbi per gloss.⁊ docto.C.de inofficioso testamento.quod graua
men videtur restringendum.l.cū quidam.ff.de libe.⁊ posthu.
⁊.c.odia.de reg.iur.in.vj.saltē vbi ⁊ mens et verba huic restri
ctiōi conueniūt.Debuit igit̄ ⁊ debet clausula predicta ppter
fauorem quem illa continet,referri non solum ad substitutio-
nem factam de prefata domi.Baptistina dicto quondam do.
Bartholomeo:sed etiam ad eam que facta est eidem Bartho
lomeo de eius primo genito masculo:vt sic fauor amplietur,⁊
grauamē restringatur:⁊ vt ita demum fuerit et esse debuerit,
locus huic substitutioni,si idem Bartholomeus aliter non
disposuisset.Tum quia alias non maneret salua ratio recti ser
monis voluit eum testator,vt predictum est quod non obstan
tibus predictis substitutionibus possit ⁊ valeant dicti Bar-
tholomeus ⁊ Baptistina de bonis eiusdem testatoris pro libi
to voluntatis testari ⁊ disponere semper ⁊ quandocunq; com-
pleuissent legitimam etatem testandi.quod profecto facere
non potuisset idem do.Bartholomeus,si intelligenda esset
hec clausula solum eo casu quo idem Bartholomeus sine libe
ris decessisset:⁊ sic quandocunq; compleuisset legitimam eta-
tem testandi.si tamen superfuissent liberi masculi.non potuis
set vti facultate per dictaз clausulā concessa:⁊ sic non quando
cunq;,nec semper:immo nullo tēpore superstitibus masculis.
quod esset violare verba dicte clausule,et ab re et ab expressa
voluntate testatoris discedere,contra.l.ille aut ille.§.cum in
in verbis.⁊.l.non aliter.de leg.tertio.⁊.l.si quis filium.C.de
libe.preterit.⁊ quod ibi per Alexandrū de imola ⁊ doctores
in.l.si seruus plurium.de lega.primo.⁊.l.cum questio.C.de le-
4 ga.⁊ per hanc vltimam rationeз videtur opportune responde-
ri ad nota.per doctores in dicto.c.secundo requiris.⁊ in dicta
l.iudeim.cum eodem.§.fina.quatenus inibi dicunt,quod vbi-
cunq; aliqua ratio suadet quod clausula in fine posita,ad que
dam ex precedentibus referri non debeat:tunc ad illa non est
referenda:quia hoc procedit vbi alias non apparet de mente
contraria,vel verba contrarium non sonarent:quorum vtrunq;
est idem,vt predictum est.⁊ exponere clausulam predictam vt
ita demum sibi locum vendicatura esset si idē Bartholomeus

fine masculis decessisset, esset non quidem exponere, sed peri-
mere & verba & sensum seu voluntatem: qd nō licet, vt no. Bal.
in dicta. l. j. in fin. C. de libe. preteri. Apparet etiam responsio
ad. l. iam hoc iure. §. j. versicu. sed si aliter. ff. de vulg. allegata
in contrarium vbi habetur quod vna determinatio respiciens
plura determinabilia illa determinat equalitate seruanda in
vtroq;. Quoniam procedit hoc in dubio, prout dicit ibi text.
in verbo videri, et quod not. Alexand. de imol. in. l. centurio.
versicu. vel dic. quod in dubio presumitur testatorem &c. ff. de
vulg. vbi dicit, ideo in dubio presumi testatorē voluisse dispo-
nere inter plures personas ab ipso honoratas, argu. l. pamphi
lo. §. fin. ff. de lega. tertio. & dicta. l. iam hoc iure. quia alias vi
deatur quodammodo iniuriam inferre illi, in quo equalitatē
non seruat: quod nō fuit in casu nostro, in quo (vt predictum
est) voluit dictum domi. Bartholomeum quando legitimam
etatem testandi compleuisset ac semper & quādocunq; posset
disponere & testari pro libito voluntatis supradictis substitu-
5 tionibus non obstantibus. vbi etiam ponderandum † est ver-
bum quādocunq;, quod est distributiuum & multiplicatiuum
temporis: propter cuius vim potuit idem quondā domi. Bar
tholomeus non solum semel, sed pluries de dictis bonis dispo
nere, ar. l. sicut in annos. ff. qui. mo. vsusfru. cau. pro quo allegare
sufficiat not. per docto. in. l. precibus. C. de impu. et alijs sub-
stitu. & dicta. l. centurio. ff. de vulga. & pupil. in materia compē
diose substitutionis. & sic non obstat quod opponitur de con-
firmatione facta per dictum dominū Bartholomeum. Quo-
niam illa non obstante potuit iterum & aliter disponere. Nisi
forte quis dixerit. ꝙ ratione conuentionis & promissionis per
eum facte non poterit hoc facere. Sed hoc nō obstat: quia cū
confirmatio huiusmodi facta fuerit in fauorem domini Luce
de auria primogeniti filij dicti domi. Bartholomei, & in ipsius
potestate existentis, vt credimus, nec interuenerit iuramentū:
potuit ipse contrauenire, vt pote ciuiliter non obligatus, per
iura vulgata. Nec est verum quod per illam confirmationem
fuerit ius quesitum: nec erat querendum ipsi domino Luce
ante ratificationem stipulationis per notarium eius nomine
6 facte Quia † licet notarius de generali consuetudine alteri sti
pulari valeat: illi tamen pro quo stipulatus est ius non queri-
tur nisi per ratihabitionem subsequutam, vt not. Alber. in. l.
non enim aliter. ff. de adop. & non solum non fuit ius quesitum
nec erat querendum ante ratificationem huiusmodi stipula-
tionis. Quinimo nec querēdum erat ante mortem dicti Bar-
tholomei, per quem erat huiusmodi donatio confirmanda, si
etiam tacite vel expresse non reuocasset: prout tamen fecit ali
ter disponendo, & prefatum dominum Lucum & Henricetum
eius filios equaliter instituendo etiam in dominijs, iurisdi-
ctione et castris &c. quod videtur potuisse facere, etiam in con
firmatione predicta facta fuisset dicto domino Luce restitu-
7 tio fideicōmissi. Quia † rogatus restitueri post mortem, si invi
ta restituat, donare dicitur, non ex fideicommisso restituere, vt
not. Bald. in. l. post mortem. C. de fideicommi. et facit quod
voluit Bartol. in. l. sed si ante. ff. ad trebel. Donatio vero in-
ter viuos inter patrem & filium in ipsius potestate existente nō
valet ab ipso initio, licet possit morte confirmari, si in ea donās
perseueret traditione vel quasi. l. papinianus. ff. de dona. inter
virum & vxorem not. Cyn. & Bald. in. l. ij. C. de inoffic. dona. &
Cyn. in. l. ij. C. si quis alte. vel sibi. & . l. j. C. de dona. ante nupt.
Dicta igitur confirmatio ante mortem saltem irreuocabilē
non tenuit, et per mortem confirmata non extitit: sed in mor-
te reuocata per institutionem, de qua supra. Accedat ei quod
dictum est facultate reuocationis antedicte confirmatio-
nis, ꝙ quilibet facto suo contrauenire potest, quando erat fa-
ctum de se naturaliter reuocabile & preter legem, vt not. Bar.
in. l. post mortem. ff. de adop. huiusmodi autem est donatio per
patrem facta filio in eius potestate existēte. Ad id vero ꝙ op-
8 ponitur, ꝙ † dictus dominus testator non videatur voluisse
illico se corrigere. l. nā ad ea. ff. de conditionibus & demonstra-
tionib. Respondetur, ꝙ illa. l. loquitur in dubio. hic autem nō
sumus in dubio, sed in certo: et ita non obstat per id quod ha-
betur in. l. si ita scriptum. la. j. ff. de heredibus instituendis. vbi
si testator ita dixerit: titius immo seius heres esto. nō quidem
titius quamuis primo heres institutus extiterit: sed seius he-
res erit: ꝙ contingit ratione correctionis expresse. Cui adijci-
mus quod hic nō se omnino correxit: sed ita demum si prefati
Bartholomeus et Baptistina puberes decederent, et de bo-
nis disposuissent: alias vero vbi impuberes vel etiam pube-
res non aliter disposito de bonis decessissent, mansisset dispo-
sitio dicti quondam domini henriceti incorrecta, et substitu-
tiones efficaces. Et eodem modo respondetur ad aliam ra-
tionem.

1 Tutelaris rationis reddenda remissio non penitus, sed a scrupulosa inquisitione liberat.

2 Tutor librum rationum et conficere et confectum edere tenetur: quamuis per testatorem a reddenda ratione tutele releuatus sit.

3 Tutelarium rationum reddendarum methodus, et quid in eis ponendum sit aut considerandum.

4 Compensatio de specie ad pecuniam numeratam non admittitur.

Epitome.

In secundo notabili continetur.

De admi. tut. Consi. iiij.


Iso testamento pro-
uidi quondam viri Joannis gireta loci Don
zere cum casu mihi exhibito, exordiente, Joā-
nes gyreta &c. ac dubio ex casu hmōi elicito, &
responsione ad illud facta, insuper et termino
tēto per et inter prouidum virum Thomassinum gireta pre-
fati Joannis quondam fratrem ex vna, et probum virum Ja
cobum maritum et coniunctam personam honeste iuuenis
Antonie gireta, filie et vniuersalis heredis prefati quondam
Joānis audito preterea eodem Jacobo in eis que in facto
exponere voluit, et que dicit esse vera: dico et premitto, quod
1 † etiam presupposito citra preiudicium veritatis, quod pre-
fatus quondam Joannes eundem Thomassium eius fra-
trem, quem dicte Antonie ipsius Joannis filie tutorem or-
dinauit et reliquit, ab inuentarij confectione et computorum
seu rationum redditione releuasset et releuatum esse voluisset:
Nō propterea censendus est idem Thomassius sic extitis-
se rationum redditione releuatus, quin computum et ratio-
num reddere debeat prefate Antonie eius nepti: sed solum
et duntaxat quoad hoc censetur releuatus, vt ab eo non exi-
gatur scrupulosa inquisitio: hoc est vt culpe leuis vel leuissime
seu negligentie per eundem Thomassium in administrando
commisse ratio non habeatur. l. quidam decedens. ff. de admi
nistratione tutorum. l. si seruus vetitus. ff. de legatis primo. l.
non solum. §. penultimo. l. lucius. l. aurelio. §. caius. in fine & . l.
fina. §. titia. ff. de libera. lega. de quo Angelus consilio mihi
centesimo quadragesimo, exordiente, Reuocatur in dubium
&c. Paulus de castro consilio mihi trecentesimo quinquage-
simo primo. exordiente, ad primum quesitum respondetur ꝙ
non obstante. dicta liberatione &c. Angelus aretinus. in. §. a-
ctionum. in materia tutorum, versicu. vicesimo quinto quero
quid importent illa verba &c. institu. de actio. Et aliquid per
Jo. ferrarien. titulo, for. libel. ad compel. quē; vt reddat &c. in
suo vltimo testamento &c. Sed quid dices de illa quotidiana
&c. et super verbo analogistas et sine Inuētarij &c. Debet igi-
tur prefatus Thomassius olim tutor eiusdem Antonie Red
dere rationem sue administrationis, et restituere reliqua, si
qua existant. Quod ideo dico, quia (vt audio) tempore mor-
tis prefati quondam Joannis multa erāt bona mobilia com-
munia inter ipsos Joānem et Thomassiū, veluti tres boues,
et alia de quibus tamen idem Thomassius nullam fecit men
tionem et que omnia reddenda sunt pro dimidia parte prefa-
te Antonie. et quod superius dixi prefatum Thomassium de
bere reddere rationem dicte sue administrationis, intelligo ꝙ
etiam tenetur reddere librum suarum rationum. l. fina. §. inter
cetera. et quod ibi Bartolus. ff. de libera. lega. quod etiam vo
luit Paulus de castro in dicto consilio trecentesimo septua-
gesimo primo. et Angelus areti. in dicto. §. actionum. in ma-
teria tutele. versiculo decimotertio. Et bene probatur in. l. si
cui libertas. et quod ibi Bartol. ff. de conditionibus et de-
2 monstrationibus. hunc † autem librum rationum debuit

idem Thomassius conficere de datis et receptis, vt pote de expensis factis per et nomine eiusdem Antonie siue olim pupille, ꝛ de fructibus seu pretiis ex suis bonis vel propterea perceptis. l. secunda. §. de officio. ff. de tutel. ꝛ rationib. distrahen. Et nisi hunc librum confecerit, vel confectum reddere nolit prefate Antonie: ipsa potest iurare in litem contra eum, dicta l. prima. §. de officio. et quod ibi Bartolus et doctores. quod etiam voluit Bartolus consilio mihi quadragesimo quinto. exordiente, cum pre dicta examinare ꝛc. et Angelus aretinus in dicto versiculo decimotertio ꝛc. Nec opponat mihi aliquis, quod cum prefatus Thomassius releuatus extiterit a confectione inuentarii, censeatur propterea fuisse releuatus a confectione rationum. Quoniam respondeo quod hec sunt diuersa. Et ideo releuatio ab vno non infert liberationem ab altero: q2 diuersis ꝛ separatis infertur. l. papinianus exuli. ff. de minoribus. et. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obligationibus. Quinimo videntur sentire Raphael fulgo. consilio mihi centesimo vigesimo primo. exordiente, spectabilis miles dominus Scipio ꝛc. quod licet testator secũdum communem opinionem releuare possit tutorem a confectione inuentarii. eum tamen releuare non valeat a confectione libri rationum. Sed quicquid sit siue hoc facere potuerit, siue non: illud certum est, quod ex dicto testamento non apparet eundem Thomassinum extitisse releuatum a confectione libri rationum.

Quod autem prefatus Thomassius pretendit, bona communia fuisse per probos estimata ad summam ducentorum et quadraginta florenorum monete currentis, et quod si bona huiusmodi arrendata extitissent, vel arrendarentur, non essent reperti nec reperirentur qui pro anno singulo dedissent aut darent vltra duodecim florenos monete currentis: non facit ad
3 propositum. Non † enim sic est reddenda ratio: sed debet ratio reddi quantum annis singulis idem Thomassius receperit de vsufructibus in prediis communibus, vt pote tantum in vineis de vino, et quantum de annona siue frumento, siligine, et aliis granis in terris, quantum etiam de feno receperit in pratis: et sic si aliquando aliquid de hiis vendiderit, debet ponere in suis rationibus summam pretii ꝛc. Ad quod non aduerterunt (vt michi videtur) illi probi: et quod reddenda sit ratio voluit Bartolus in dicto consilio quadragesimo quinto Debebat etiam aduerti in hac ratione reddita, an prefatus Thomassius predia coluerit, aut colli fecerit: et hoc quia si forte hoc facere omisisset, teneretur propter culpam latam, in qua fuisset si hoc facere omisisset prout eũ omisisse audio. Preterea in suis rationibus et compotis debebat ipse Thomassius ponere expensas, quas fecit pro prefata Antonia, vel eius bonis: et describere aut describi facere causas istarum expensarum: vt sic videretur an expense bene facte extiterint vel non, et an approbari deberent vel non, per id q8 voluit Baldus. C. de fide instrumento. super rubrica, versicu. sequitur videre de scripturis quorumdam officialium ꝛc. Et sic si expense facte per dictum Thomassium, siue in alendo prefatam Antoniam, siue circa culturam bonorum et repetitiones eorundem, siue circa recollectionem et custodiam fructuum, siue circa supportationem et solutionem aliorum onerum nõ fuerint declarate cum suis causis: non fuit ratio bene reddita: nec debebat in illa forma admitti.

Preterea aduerti debuit per prefata Antonia, postquam peruenit ad etatem septem vel octo annorum, aliquid operata est siue fecit in domo, et (vt audio) custodiuit capras, et forte satis a tempore illo, vsque ad decimum quartum annum eius etatis, vno anno seu operis vnus anni supportantibus operas alterius, potuit lucrari eius victum. Et sic quod illis annus et quolibet eorumdem debuissent detrahi sex floreni, vel id de quo vsa fuisset. Quo vero ad animalia, que Thomassius dicitur acquisiuisse a tempore mortis prefati quondam Joannis: dico quod si est verum quod illa acquisita extiterit ex pecunia seu bonis cõmunibus inter dictos Thomassium ꝛ Antoniam: animalia huiusmodii debent esse communia, per ea que notat Bartolus in. l. Titium. §. altero. ff. de administratione tutorum. Baldus et doctores in. l. si patruus. C. commu. vtri. iudi. si vero dubitetur ex quibus bonis ista animalia acquisita extiterit, recurrendũ esset ad coniecturas de quibus Bal. in. d. l. si patruus, videndum quam artem ille Thomassius exercuerit, ꝛ an potuerit aliunde lucrari, vel habere pecuniã. itẽ ꝛ ad pretiã bonorũ quorũ ipse Thomassius habuit administrationem et regimem: et an de pretia aliquid vendiderit, vt sic presumatur vel de bonis communibus, vel de bonis propriis animalia acquisiuisse: ꝛ sic prefatam Antoniam habere vel non habere in eis partem. vbi etiam aduertendũ est, quod non omnia animalia fuerunt ab initio empta sed forte potuit cui vna vaccia vel vitula. et vna capra: ex quibus alia animalia bouina ꝛ caprina descendissent. Et vbi prima fuissent acquisita de pecunia vel bonis communibus, illa fuissent communia: et non solum illa sed etiam alia que ex illis processerũt, tanquam fructus. et intelligo predicta, etiam si illa animalia fuerint acquisita nomine proprio eiusdem Tomassii. ideo quia erat tutor, l. secunda. ff. quando ex facto tuto. Baldus in dicta. l. si patruus. et sic in iis casibus posset dicta Antonia petere partem animalium predictorum.

Quo vero ad fructus nunc pendentes dico, quod cum predia, in quibus fructus pendent, adhuc sint communia: illi debent diuidi inter eos. Aut si iam diuisa extiterint: debet prefata Anthonia habere fructus que existunt in prediis ad eam peruentis, ꝛ satisfacere de expensis culture, ꝛ aliis legitimis factis per dictum Thomassium: que debuerunt declarari. Non enim fuerunt predia huiusmodi pro parte eiusdem Anthonie locata vel arrendata a prefato Thomassio eius patruo. Et sic non est cogenda recipere terragium: sed debet habere partem, vt predixi. Nec etiam potest idem Thomassius pretendere vel postulare, quod fructus huiusmodi pro quota eidem Anthonie pertinente compensententur cum pe-
4 cunia sibi debita pro alimẽtis vel aliis ex causis. Quia † cum fructus huiusmodi quedam species existant, non est fienda eorum compensatio cum pecunia numerata, vt notat glossa in lege finali. C. de compensationibus. ꝛ Panormitanus in capit. j. de iureiurando. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 Papa postq̃ de beneficio se intromisit, inferioribus de illo disponendi potestatem aufert.
2 Pape, spectat prouisio beneficiorum: non ad inferiorem iure ordinario.
3 Legato, etiam non spectat prouisio beneficiorum: nisi quaten9 iuuatur indulto sibi concesso per papam.
4 Solennitatis defectus an ꝛ quando vitiet actum.
5 Papa est supra ius positiuum,
6 Tituli beneficialis cassatio an ꝛ quando sine traditione sufficiat ad auferendum ius parti.
7 Eiusdem natur e debet esse distractus, cuius est contractus.

Epitome.

In collatione beneficii, etiam non interueniente traditione, ius queritur ei cui confertur: Annatam autem soluere debet. V. F.

De episcopa. audien. Consi. v.



Visis scripturis mihi transmissis parte venerabilis domini Lautelim de Arro, prioris prioratus beate Marie de monte Caliuo, vna cum quibusdam dubiis scriptis in schedula exordiente, indultum est reuerendissimo domino ꝛc. dico ꝛ respondeo ad du-
1 bia ꝛ quesita opportuna prout ecce. Et primo, quod † postq̃ Papa semel manum apposuit in beneficio ipsum cõmendando non potest alius inferior de illo se intromittere antequam Papa de illo perfecte prouideat, argumentum capituli vt nostrum. de appellationibus. ꝛ eorum que notat Joannes andreas in capitulo, inter dilectos. versiculo, sed pone quod aliquis prouidit authoritate pape, de excessibus prelatorum. in nouellis. ꝛ ita notatur in capitulo, cum nobis olim. in fine, de electionibus. Quo fit vt cum prioratus antedictis alias cõmendatus extiterit per papã Venerabili quondam viro domino Aymerico Blayni, nec post commendam huiusmodi, quandiu idem Blayni superuixit, fuerit de beneficio huiusmodi per papam perfecte prouisum post mortem eius-
2 dem Aymerici: prouisio beneficii huiusmodi spectauerit † ad papam: non ad inferiorem iure ordinario. Et ita de illo prouidere non potuit Reuerendissimus dominus legatus tanquã Abbas vel commendatarius Abbatie sancti Ruffi extra muros

muros Valentie: nisi quatenus iuuaretur indulto sibi con-
cesso per recolende memorie sanctissimum dominum nostrum
Papam Sextum de quo non est facta mentio in vicariatu
reuerendissimi patris domini Antonii de Rua: qui dicitur
prioratum contulisse dicto domino Lautelmo & ita non vi-
detur eidē de Rua concessum, vt conferre posset etiā beneficiū
sedi apostolice specialiter vel generaliter reseruatū, super quo
non est insistendum: ex eo quia, per ea que dicentur ad secun-
dum quesitum apparebit non multum interesse vel referre, an
prefatus dominus de Rua dictum prioratum donare aut con
ferre potuerit, vel non.
¶ Ad secundum & tertium quesita dico & respondeo, ꝙ etiam
presupposito seu concesso ꝙ collatio facta dicto domino lau-
telmo per prefatum de Rua ab initio valuisset: si tamen idem
lautelinus infra tres mēses a tempore collatis huiusmodi aliā
prouisionem & literas desuper nō obtinuerit a summo pontifi
ce, & annotam soluerit: illa sua collatio cum inde sequutis fa-
cta est cassa et irrita, ac nullius roboris vel momenti. Cuius il
4 la est ratio: qua † licet defectus solennitatis, vel aliorū que de
bebent interuenire, post actum consummatum regulariter
actum non vitiet ipso iure: hoc tamē fallit, ꝙ eo dictum est
ꝙ deffectu solennitatis vel aliorum post ea nō interuenien-
tiū actus esset nullus, istud colligitur ex not. per Bar. Bal.
Pau. de cast. & docto. in. l. vniuersali. C. de preci. imper. offe. p
Bar. in. l. si ita quis promiserit. §. ea lege. ff. de verbo. obliga.
& in. l. cum lex. ff. de fidei cōmiss. quod maxime debet procede-
re in hoc casu: in quo papa, qui est supra ius positiuum. c. pro-
5 posuit, de preben. ita voluit et q̄uis † licet iis que non acqui-
runtur solo titulo, sed opus est traditione, non sufficiat ad su-
6 blationem iuris † cassare vel rescindere titulum, vt notat Bal
dus in. l. prima. versiculo sexto quero. C. si quid in fraudem pa
tronatus. Baldus Alexander de imola, & doctores in. l. pri-
ma. ff. soluto matrimonio. & Geminianus capite primo. colū.
iiii. de constitutionibus. in sexto. secus tamen est vbi ad ac-
quisitionem iuris non est opus traditione: quia eo casu suffi-
cit restitutio tituli, vt notat glossa finalis. & post eam Baldus
in. l. prima. C. de inofficiosa donatione. facit quod voluit Bar
tolus in. l. & ideo. in principio. ff. de cōdicto furti. Cuius dicti
illa ibi redditur ratio per Bartolum & per Alexandrum de
imola in dicta. l. prima. collatione quinta. ff. soluto matrimo-
7 nio † quia eiusdem nature debet esse distractus, cuius est co-
tractus, vbi ergo ex contractu ius transfertur sine traditione,
debet ex contractu retransferri seu tolli. Illud autem certum
est, quod ex collatione beneficii, etiam non interueniente tra-
ditione, ius queritur ei cui confertur, vt satis colligitur ex iis
que habentur in capitulo si tibi absenti. de prebendis. in sexto
& que notant doctores in capitulo, accedens. eodem titulo.
Dico igitur & respondeo ad predicta quesita, nec alius habere
pretendens ius ex collatione dicti reuerendissimi domini le-
gati, habent ius in predicto prioratu in vim collationum hu-
iusmodi postquā presupponitur eos non obtinuisse infra tres
menses aliam prouisionem, nec literas desuper. Nunc esset re-
spondendum quarto quesito: in quo queritur de non iuri ad-
uersario. Sed quia (prout colligere potui ex scripturis mihi
missis) ille habet duas collationes, quarum literas non vidi
ideo minime respondere non possum.

1 ☞ Obligatus ad factum an & quando precise ad illud cogi
possit: vel interesse soluendo liberetur.
2 Iuramento hoc inest, quod iurās omni efficaciore modo quo
potest obligetur.
3 Conductor, qui locatorem expellit a locatione iuramento fir
mata, efficitur infamis et perdit emolumenta, que ex pactis
in instrumento insertis cōsequi poterat.
4 Periurus infamia notatur.
5 Lex, si quis maior, et pene in ea contente, habent locum: non
solum in contractu transactionis. sed etiam in quocunque alio
contractu iuramento firmato.
6 Iuramento inest clausula, rato manente pacto.

¶ Epitome.

¶ Qui quosdam de domo sua non expellere cum iuramento
promisit, expulsos recipere tenetur. tantū abest vt promissio-
ni contrauenire possit. V. F.

¶ De pactis. Consi. vi.


Nter pacta dudum
celebrata & inita per & inter prouidum virum
Ioannem Castonis ex vna parte, & Mari-
num Anglesii & Claudiam eius vxorem ex
alia: que partes ipse & quelibet earū idem
prout eas concernebat, conuenerunt, promiserunt, & ad sancta
Dei euangelia iurauerunt obseruare & non contrauenire, de
quibus constat publico instrumento, fuit etiam illud, quod
ipse Ioannes castruis non posset, deberet, aut valeret eos-
dem Anglesii & Claudiam, nec eorum familiam expellere,
nec facere remoueri a domo sui ipsius castruis, nec eius socie-
tatem, quantum ipse castruis viueret sine causa, iuxta debita
& legitima dirimere. Quo fit vt possit idem castruis cogi &
precise compelli ad eos non expellendum: & hoc ratione iura-
menti: quod hoc operatur, † vel quamuis al's obligatus ad
factum precise cogi non possit, sed ab obligatione huiusmo-
di se liberet soluendo interesse: tamen quando iuramentum
interuenit, potest precise cogi. capit. finali. & quod ibi Antho
nius de butrio, ne prelati vices suas, notat glossa & Baldus
in. l. qui pecuniam. in principio. ff. de condictionibus ob cau-
sam. & idem notat Baldus in. l. sed & hec. §. pretor. ff. de procu-
ratoribus. vbi ad hoc allegat. l. si quis maior. C. de transactio
nibus. Panormitanus & Anthonius de Butrio, in capitulo
2 veniens. de iureiurando. vbi allegat idem de Butrio, † quod in
iuramento inest clausula, quod iurans omni efficaciore modo
quo potest obligent. l. cum pater. §. filius iureiurando. ff. de
legatis secundo. idem etiam notat Hostiensis Ioannes an-
dreas, & doctores communiter in capitulo per tuas. de arbi-
triis. Alexander de imola, in lege stipulationes non diuidun-
tur. columna octaua. ff. de verborum obligatione. & in. l. si con-
uenerit. circa principium. ff. de iurisdictione omnium iudi-
cum. & Franciscus de Aretio in. l. si ita quis promiserit. §.
ea lege. ff. eodem titulo. Dictus igitur Castonis potest preci-
se cogi ad dictos Anglesii & Claudiam non expellendum a
domo & cetera. nisi subsit causa iusta debita & legitima. Et si
de facto eosdem expulerit, potest cogi ad eos recipiendum.
Qui etiam ratione expulsionis huiusmodi factus est infa-
5 mis † & perdidit emolumēta que ex pactis in instrumēto pre-
dicto positis & insertis consequi poterat, dicta lege, si quis
maior.
¶ Preterea tenebatur & tenetur idem Castruis inconti-
nenti dare, soluere & expedire prefato Anglesii centum & de-
cem florenos, per ipsum dicto Castruis traditos tempore di-
ctorum pactorum. Insuper etiam tenebatur incontinenti &
tenetur dare, tradere, soluere & expedire eisdem coniugibus
ad ratione viginti florenos pro singulis annis elapsis & effluxis
a tempore predictorum pactorum centum & decem florenos
monete currentis. Et quia summas huiusmodi, iuxta pro-
missionem per eum factam & iuramento firmatam non ex-
soluit, nec soluere curat. ipse Ioannes Castruis, ipse etiam
4 propter hanc causam periurium † & infamiam incurrit, dicta
lex si quis maior. Nisi forte dixerit aliquis, quod illa lex, &
pene in eadem contente solum locum habeant in transactio-
ne iurata, & non in aliis conuentionibus. Sed hoc non est ve-
rum. Quoniam immo locum habet lex predicta. & pene de
5 quibus in ea, inquantum adaptari possunt, † non solum in con
tractu trāsactionis: sed etiā in quocunque alio iurato, vt notat
Bartolus, Salicetus, Ioannes de imola & doctores in dicta
l. si quis maior. Et idem notat Ioannes de imola in. l. si, in-
sulam. in sexta fallentia regule affirmatiue. ff. de verborum
obligationibus. & probatur in dicta. l. si quis maior. in verbo.
pacta. quod est verbum generale.
¶ Tenetur etiam idem Ioannes Castruis ad dandum &
soluendum florenos ducentos iuxta formam promissionis,
& per solutiones quinquaginta florenorum quarum prima
fieri debet intra annum dicte expulsionis, de qua supra. Et
intelligo ꝙ non solum teneatur ad solutionem summe huius
sed etiā ad non expellendum prefatos Anglesii Claudiā & fa-
miliā. & sic ꝙ teneat dos recipere quos de facto expulit: q̄ ad

vtrunq; tenetur propter † iuramentum, quod habet vim clau
sule rato manente pacto, vt probatur in dicta. l. si quis ma
ior. ⁊ quod ibi per Bartolum notat Angelus in. l. rescriptum.
§. si pacto. ff. de pactis. ⁊ Alexander de imola in. l. ita stipula
tus. col. vlti. ff. de verbo. obliga.

¶ Quod autem non subfuerit vel subsit causa iusta, debita, ⁊ legitima presumitur: nisi aduersarius cōtrariū probet, ⁊ qui pro fundamento hoc probare tenetur. l. qui accusare. C. de edendo. l. actor. C. de probationibus. ⁊. l. verius, cum suis similibus. ff. eodem titulo. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet melius sentientis: cui premissa submitto.

1 ☞ Testimonium de auditu non probat.
2 Confessio extraiudicialis non plene probat, presertim si non sit acceptata: idq; tam in criminalibus, quam in ciuilibus causis. V. F.

¶ Epitomen habet vt in secundo notabili.

¶ De confessis. Consi. vi.



Non puto ꝙ intentio
venerabilis viri domini procuratoris fiscalis
curie loci de Petra, ⁊ Jacobi Berti filij pon
cij berti, sufficienter ⁊ ad victoriam obtinen
dam probata extiterit per depositiones quo
rundam pretensorum testium parte eiusdem procuratoris con
tra ⁊ aduersus probum virum Stephanum begonis in hac
causa productorum. Et primo quidem non per depositionem
Petri de petra: quia ille super tertio articulo inquisitionalis
libelli in hac causa oblati, ⁊ in quo describuntur pretensi exces
sus, vel delicta, eidem begonis imposita, dixit ⁊ respondit se ni
hil scire de iuribus contentis, nisi auditu dici. ꝙ prefati be
garys ⁊ Jacobus berti adinuicem debitum seu ripas habue
1 rant. Testimonium † vero ab auditu non probat. l. testimo.
C. de testibus. Etiam nec probatur predicta intentio per de
positionem Anthonij garauonis tertij testis: quia ille solum
deposuisse dicitur, ꝙ cum interrogaret prefatum Stephanū
quare litigium seu debatum habuisset cū dicto Jacobo berti
idem Brengarius respōdit ꝙ pro eo quia eidem begonis sibi
iniuriabatur. Ex cuius testis depositione nihil in specie infert
de contentis. d. vi. articulo. in quo non de debato siue litigio,
sed de verbis iniuriosis ⁊ acri percussione cum baculo per fa
ciem, ⁊ cū sanguinis effusione, ⁊ alijs inibi mētionatis. Etiam
nec probatur dicta pretensa intentio per depositionem Petri
almerasij nobilis Joannis de petra, ⁊ Vincentij ponti, secun
di, quarti, ⁊ quinti testium in hac causa ⁊ super dicto sexto arti
culo examinatorum. Quia, vt ex depositione eorundem colli
gitur ⁊ apparet, ipsi non testificantur vel deponunt de verbis
iniuriosis, percussione cū baculo per faciem cum sanguinis effu
sione, ⁊ de alijs in dicto articulo huiusmodi mentionatis: sed
solum testificantur ⁊ deponunt, ꝙ cum idem Jacobus Berfu
dicto begonis diceret, tu percusisti me cum vno baculo Sa
pini: ipse begonis respondit, certe non feci non te percussi cum
baculo Sapini, immo te percussi cū vno baculo Pini. Et sic
effectualiter nihil deponunt nisi de quadam pretensa extraiu
2 diciali † confessione dicti Stephani begonis: per quam non
probatur plene pretensa intentio, vt apparet ex ijs que notat
Innocen. ⁊ doctores in capit. quā sit graue. de exces. prelato.
Barto. in. l. capite quinto. ff. de adulterijs. Baldus in. l. ictus
fustium. ff. de ijs qui notantur infamia. Salice. in. l. si quis in
ea culpa. C. de custo. reo. Preterea presupposito citra preiudi
cium veritatis, ꝙ per confessionem extraiudicialem factam
in presentia partis probarentur crimina, prout alicubi notat
Panormitanus esset tamen necessarium ꝙ pars, in cuius fa
uorem fieret cōfessio, illam acceptaret: prout dicimus in ciuili,
in qua non sufficit confessionem fieri in presentia partis, nisi
etiā pars cōfessionē acceptet, vt post Richardū de Salice. no.
Sali. eius nepos in. l. generaliter. C. de nō numerata pecunia.
⁊ in. l. i. versicu. decimoquinto oppo. ⁊c. C. de confes. quod non
legitur factum in casu: quinimmo oppositum: quia cum prefa
tus berli diceret se percussisse cum baculo Sapini, alius respō
disse pretenditur ꝙ non cum illo, sed cum baculo Pini, ⁊ hoc
non reperitur acceptatum: ⁊ sic non obstat dictum dictorum
testium. Qui etiam nihil dixerunt de acri percussione, nihil de
vulnere, nihil de sanguinis effusione, nihil etiam de prostrata
tione in terram prefati Jacobi berti, nec ꝙ ipse inibi semimor
tuus relictus sit: que tamen omnia in articulo predicto dicto
begonis fuerunt imposita. Non etiam deposuerunt absolute
ꝙ prefatus Begonis confessus extiterit se percussisse dictum
berti in facie: sed quod dixerat se nescire in capite vel in vultu.
Et sic quoad hec omnia deberet idem begonis ab impeti
tis, vt pote nullo modo probatis sententialiter absolui: etiam si
de iure pretendi posset probatam esse percussionem cum illo
baculo Pini. Quinimmo videtur ꝙ etiam casu absolui debe
ret ab omnibus intitulationibus per ea que voluit Jacob. de
aretio, in quodam suo consilio, cuius meminit Bald. in. l. ij. C.
de probationibus. Verum quia idem Jacobus habet contra
dictores, ⁊ quia forte non omnino loquitur in terminis, nec Bar.
in. l. denuntiasse. §. qui tamen. ff. de adulterijs. ego super hac
vltima Ratione non facio magnum fundamentum.

1 ☞ Homagium vasallo an, quando ⁊ cuiusmodi subditi pre
stare tenentur.
2 Pacto fieri potest vt quis homo alterius efficiatur.
3 Homagia ab alijs prestita alijs non nocent.
4 Electio est debitoris in alternatiuis, ⁊ alterum impleri suffi
cit.
5 Dictiones aut, ⁊ seu differunt.
6 Homagium ligium ⁊ fidelitatis sacramentum lite differunt.
7 Probatio obscura ⁊ incerta, vt est ea que in alternatiuis fieri
potest, non releuat.
8 Opinio verisimilior sequenda.
9 Consuetudo qualiter probetur, ⁊ num. 11.
10 Testis anceps, deponēs tamen rem sic habere, subit periu
rium.
Et ibidem, consuetudinem ius esse non scriptum.
11 Testis de facto non de iure deponere debet.
12 Actio personalis non sequitur fundi possessorem, sed vniuer
salem successorem. Et quid in feudo.
13 Separatorum separata est ratio, adeo vt de vno ad aliud non
inferatur.
14 Consuetudo iuri contraria restringenda.
15 Consuetudo particularis prescripta an ⁊ quomodo legem
vincat.
16 Prestationes insolitas per vim vel metum domini a subdi
tis extorquere presumuntur.
17 Consuetudo ⁊ obseruantia qualiter differunt inter se.
18 Plus causa qualiter petitur, ⁊ an petitis petens potiatur.
19 Maritus an ⁊ quando ad onera teneatur pro bonis vxoris.
Et num. seq.
20 Opinionibus multis adductis, nulla autem nominatim ap
probata, vltime adherere censentur glosse ⁊ doctores.

¶ Epitome.

¶ Durū est insuetis prestationibus subditos a vasallis onerari quamuis multo iam olim interuallo alij quidam subditi, quorum hi qui nunc recusant nec filij, nec vniuersales heredes sunt, prestationes illas dominis exhibuerint. V. F.

¶ De subditis vasal. Consi. viij.



Duo leguntur petita
parte nobilis ⁊ generosi viri Joānis de mon
te orserio condomini pretensi pro tribus par
tibus loci de Sigoerio, a prouidis viris Ste
phano desiderij ⁊ Claudio congij habitato
ribus eiusdem loci. Primo quidem petijt declarari eosdem
desiderij ⁊ congij teneri ad sibi prestandum ⁊ faciendum ho
magium ligium, seu fidelitatis sacramentum, iuxta iuris for
mam. Secundo petijt sibi de nouo recognosci certos preten
sos census personales olim (vt affirmat) recognitos per
quōdam Petrū Borrelli al's Martini, ⁊ per Jo. borrelli al's
1 Ricart, ⁊ quidē quoad primū existimo ꝙ † prefati desiderij ⁊
congij

Longij tenentur & debent prestare eidem de Monte orse-
rio iuramentum fidelitatis: illud videlicet quod prestatur et
prestari solet ratione iurisdictionis per eos qui vel sunt oriun-
di, vel habitāt in terra alicuius domini. c. primo. §. fina. versi.
aut si ideo iungat &c. & quod ibi Andreas de ysernia, Baldus
Aluarotus et alij doctores qua. vassal. iur. debe. fidel. et Am
bro. de viua. in suo tract. iuram. §. nunc placet. hic vide de vti-
li specie iuramenti fidelitatis, versiculo circa tertiā speciem iu
ramenti prestandi ab ijs qui subsunt ration e iurisdictionis.
Et istud iuramētum proprie dicitur assecurationis cuius forma
ponitur in dicto. §. si vero. iurare enim debent subditi quod eo-
rum posse saluabunt domini vitam, membra, personam, & eius
honorem, et eius mortem eui tabunt. Et non solum debent
predicta contineri in iuramen to fidelitatis prestando a subdi
tis: sed etiam debet iuramentum huiusmodi suppleri, per ea
que habentur in capitu. tibi domino. distinctione sexagesima
tertia. secundum Andreā de ysernia, quem ibi sequitur Al-
uarotus in dicto. c. primo. §. si vero. quali. vassal. iur. debe. fi.
Et quamuis sic iurare teneantur: non puto tamen quod ipsi
teneant eidē facere homagium: quod eo tunc fieri dicitur, cū
quis confitetur vel promittit se esse hominem alicuius domi
ni, ac stare & habitare vbi voluerit dominus, et alias prout
habetur et colligitur ex ijs que not. Specul. titu. de feu. §. quo
niam. in princip. Aluarotus in preambulis feu. sub questio-
ne septima. versiculo insuper sciendū est quod ex generali &c. &
Joan. Raynau. in suo comprehensorio. l. imperialem. §. vlti
timo. versicu. quero vlterius quid est quod hodie dicimus ho
2 magium. Et † quamuis pacto et conuentione fieri possit vt
quis efficiatur et fiat homo alterius, vt plenius prosequitur
Specul. in dicto. §. quoniam. versiculo primo autem. circa hoc
&c. & Joannes Raynau. vbi supra: tamen ex ijs que in proces-
sibus agitatis per & inter eosdē Monte orserio ex vna parte,
& dictos desiderij & Longij, agitata & probata extiterunt, non
apparet ipsos Desiderij & Longij aut ex suis vel suorum pre-
tensorum predecessorum personis factos esse homines eiusdē
de Monte orserio aut alicuius sui pretensi predecessoris. Illa
cum pretensa homagia olim prestita vt ex aduerso pretendi-
tur, per prefatos Petrum borrelli alias martini, & Joānem
borrelli alias Ricart. ipsos Desiderij & Longij ad hoc astrin
gere non potuerunt: vt pote quorum nec filij nec heredes exi-
stunt. Et ita illa pretensa homagia per eosdem prestita censen
da sunt tanquam res inter alios acta: que alijs preiudicare non de
bet. l. prima. C. res inter alios act. c. inter dilectos. §. porro. &
quod ibi gloss. de fide instrumento. c. quamuis. & quod ibi glo.
et doctores. de re iudica.

¶ Cui non obstat id quod habetur in quodam pretenso gene-
rali proemio recognitionū prefatorem Desiderij Logij, & alio
rum hominum Sigrerij, recepto & facto, vt inibi pretenditur,
anno domini millesimo. cccclxxxv. die. xxvj. mensis Martij in
quo legitur quod anno mense, & die preditis homines et persone
subscripti confessi fuerunt & recognouerūt se & suos omnes in
posterum heredes & successores, quoscunque esse & esse debere ho
mines ligios ipsius de Monte orserio: & quod ipse de Monte or
serio fuit & esse debet eorum & cuiuslibet eorundem verus & le-
gitimus dominus ligius, solus, & insolidū: & quod ipsi homines &
ipsorum quilibet per se & suos omnes heredes et inposterum
successores tenentur ei & suis successoribus facere & prestare ho
magium ligiū toties quoties requisiti extiterint, & erit oppor-
tunum. Quoniam dico quod illud proemium est falsum, saltem
quatenus concernit & cōcernere potest eosdem Desiderij & Lo
gij quia nulla confessio aut recognitio facta est per eos die pre
dicta. xxvj. mensis Martij. sed facte fuerūt recognitiones per
ipsos Desiderij & Logij anno predicto, & die vltima mēsis Ju
nij: & sic post dictam diem. xxvj. Martij ex longo interuallo.
in quibus tamen nulla est facta mentio de huiusmodi homa-
gio prestito aut prestando. Et huic assertioni prestant bonum
argumentum nō solum instrumenta dictarū suarum recogni-
tionū, que confecta & recepta reperiuntur anno predicto & die
tertia mensis Junij: sed etiam libelli parte dicti de Monte or
serio contra eosdē oblati. in quibus quo ad prestationē homa-
gium huiusmodi non se fundat super pretensa promissione de
qua in dicto proemio, sed super promissionibus et confessioni-
bus factis vt pretenditur per prefatos Petrum et Joannem
borrelli quod tamen verisimiliter fecisset idem de Monte
orserio, si verum esset quod legitur in dicto pretenso proemio
dictus etiam de Monte orserio ausus non fuit precise conclu
dere ad prestationē homagij: sed alternatiue, scilicet ad pre-
stationem homagij, aut fidelitatis sacramentum, iuxta for-
4 mam iuris. Quo fit † & cum in alternatiuis electio sit debito-
ris, & alterū impleri sufficiat, regula in alternatiuis, cum suis
similibus. de regulis iur. in sexto. sufficiant & sufficere debeat
eidem de Monte orserio iuramentum fidelitatis de quo su-
pra: vbi prefati desiderij & Longij ita elegerint. Nec opponat
5 aliquis quod in dicto libello non sit † petitum prestari homa
gium, aut fidelitatis sacramentum: sed petitum fuerit presta-
ri homagium, seu fidelitatis sacramētum: quasi inter hec dif-
ferentia existat propter diuersitatem significationis huiusmo
di dictionum aut & seu: de qua per Bartolum in. l. si is qui du
centa. §. vtrum. ff. de rebus dubijs. Tum quia licet dictio seu,
fauore legatorum sensum coniungat: alias tamen tam ipsa, quā
dictione aut, regulariter equaliter vtimur pro disiunctiuis, vt
sensit Bartolus in dicto. §. vtrum. Tum & quia si dictio seu,
acciperetur in dictis pretensis libellis prout est coniunctiua
sensuum, & diuersificatiua verborum, & sic prout est expositiua
seu declaratiua, & alias accipitur in. c. generali. de electionibus.
in. vi. hoc non obesset prefatis desiderij & Lōgij: immo potius
eisdem prodesset: quia sic censeretur idem de Monte orserio
petijsse sibi prestari non quidem homagium simpliciter, sed fi-
delitatis sacramentum. Petijt enim (vt predixi) prestari ho
magium seu &c. Accipiendo ergo seu expositiue, sensus erit,
quod ipse petijt homagium, idest fidelitatis sacramentum.
6 iuxta formam iuris: que videtur esse ea. de qua superius dixi
per dictum capitulum primum. §. si vero. qualiter vassalli iure
debeant fidelitatem. non ea que est cum homagio, & preser-
tim ligio: quod prestatur soli principi: vel in quo persona alte-
rius non excipitur, dicta. l. imperialem. §. fin.

¶ Preterea nec premissis obstat pretensa consuetudo ex ad-
uerso allegata in primis articulis dictorum pretensorum libel
lorum. Et primo quidem non ea que allegatur in primo arti-
culo libelli oblati contra dictum desiderij: quia ibi dicitur, quod
omnes homines tenentur facere homagium ligium seu fide-
litatis sacramentum. Quamuis enim ipsa pretensa consue-
7 tudo probaretur prout deducta est: quia † tamen probatio
huiusmodi quoad partes harum alternatiuarum videretur
obscura & incerta: illa non releuaret. capitul. in presentia. de
probationibus. Et vbi prodesset, electio esset predictorum ho
minum, dicta regula in alternatiuis: & alterum adimpleri suf-
ficeret. Et vbi dictio seu poneretur expositiue, solum censere-
tur deductum, quod homines &c. tenentur de consuetudine
prestare fidelitatis sacramentum, & hoc solum censeretur esse
probatum, argumento. l. semper in obscuris. & l. semper in ob-
scuris. & l. semper in stipulationibus. ff. de regulis iuris. & re-
7 gula, in obscuris, eodem titulo, in sexto. Nec etiam † verisi-
milius est, cum nihil ab eodem de Monte orserio in feudum
receperint: & ideo videtur esse sequendū regula, inspicimus, cū
suis similibus. de regulis iuris. in sexto. Non etiam obstat con
suetudo allegata in primo articulo libelli contra dictum Lon
gij in hac causa oblati: in quo non alternatiue, sed copulatiue
deducitur, quod de consuetudine inconcusse in locis de qui-
bus ibi obseruata omnes homines plebei habitantes &c. te-
nentur prestare & facere domino, sub cuius iurisdictione ha-
bitant, homagium ligium & fidelitatis sacramentum. Quo-
niam respondeo & dico quod proponens & inducens consue-
tudinem tenetur illam probare, vt. d. l. j. & quod ibi glossa. C.
que sit longua consuetudo. De quo Oldradus consilio mihi
cētesimoseptuagesimoquinto. exordiente, Quidam episco-
9 pus & cetera. versiculo tertia ratio deficit. & cetera. † Nec suffi
cit ad probationem consuetudinis quod testes deponant, te-
stificentur & dicant, quod talis sit consuetudo, vt not. Petrus
Cynus & doctores in. l. prima. C. que sit longa consuetu. Jo-
annes andr. Antonius de butr. & doctores in capit. fi. de con-
suetu. & Albericus. C. que sit longa consuetudo. in rubrica.
Cuius illa solet ratio assignari: quia quid sit consuetudo est diffi
cile diffinire etiam peritissimis. Propter quod a diuersis va-
rie diffinitur, vt apparet ex ijs que not. Barto. & doctores in. l.
de quibus. ff. de legibus. Azo in summa. C. que sit longa con-
suetudo. Innocentius extra. de consuetudinibus. in rubri-
ca. Albe. C. que sit longa consuetudo. in rubr. & Ambrosius
de viua. in dicta. l. de quibus. circa principium. versi. Quero
10 igitur imprimis quid sit consuetudo. † Testis igitur qui de-
poneret talem esse consuetudinem anceps subiret periurium,
contra legem videamus. ff. de in litem iurando. Preterea
cum consuetudo sit ius non scriptum, vt apparet ex ijs que
in multis & varijs consuetudinis diffinitionibus dici solent:
testes deponentes illam esse consuetudinem, vt pote de-
ponentes non super ijs, que facti sunt & sensu corporeo

percipi possunt, sed super iis que iuris existunt, non probant,
nisi etiam non interrogati rationem reddant concludenter in-
ferentem ex iis que facti sunt, vt not. Inno. et doctores in .c.
causam que. de testamenti. et doctores in .l. solam. et .l. testiũ.
C. eodem titulo. et ideo vt dicit Ambro. de viua. in dicta .l. de
quibus. versiculo circa alium modum probandi consuetudi-
nem &c. omnes reprobant dictum testimonium, et dicunt non
11 sufficere: dicentes quod † testis debet deponere de fa-
cto non de iure. Et vt dicit Cyn. in dicta .l. secunda. C. que sit
long. consuetudo. et Joannes andreas in allega. c. fina. de
consuetudi. et ibi post eum Antonius de butr. testes debent
probare tria: scilicet vsum populi, vsus frequentiam, et tempo
ris diuturnitatem: quod non fecerunt testes parte dicti de
Monte orsarino in hac causa producti. Nihil deponunt de
temporis diuturnitate: nihil etiam deponunt, saltem efficax &
validum, de consensu populi, vel maioris partis illius: que ta-
men omnia videntur necessaria ad consuetudinem introducen
dam, vt colligitur ex iis que not. Bartolus in repetitione di-
cte .l. de quibus. versiculo vltra hoc quero. col. quinta et colũ.
decima. versiculo quandoque tractamus de consuetudine. ver-
sic. sed debet deponere testes &c. Dicti ergo testes, vt pote nõ
deponentes de necessariis ad introductionem dicte asserte cõ
suetudinis eam non probant.

¶ Venio ad secundũ parte dicti de Mõte orserio in hac cau-
sa petitum, scilicet ad pretensos quosdam census personales,
quos sibi fuisse recognitos affirmat per dictos quõdam Pe-
trum borrelli, alias martini, et Joannem borrelli alias ricart.
Super quo dico et respondeo eosdem Desiderii et Congii
non teneri ad census huiusmodi. Et quidem non de iure com
muni, vtpote qui nec illos soluere promiserunt, nec iis, qui eos
promisisse pretenduntur, titulo hereditario vel alio vniversa-
li successerunt nec illis successisse proponũtur ex aduerso: quin-
imo deducitur in dictis pretensis libellis alios dictis Pe-
tro borrelli & Joanni borrelli vniuersaliter successisse. Et hoc
procedit etiam si prefati Desiderii & Congii tenere & posside-
re probarentur bona dictorum quondam Petri et Joannis
12 aut aliquid de eisdem: quia † personalis actio non sequitur
fundi seu bonorum possessorem: sed vniuersalem successorem.
l. prima. §. si heres. et quod ibi gloss. super verbo sequitur, et do
ctores. ff. ad trebel. quod etiam si bona essent feudalia, ita vt
etiam possessor bonorum, que alteri in feudũ concessi extite-
runt, cogi non possit ex eo capite ad prestandum iuramen-
tum fidelitatis, vt colligitur ex iis que not. Joanes de imol.
Romanus et Alexander de imola, in dicta .l. prima. §. si he-
res. nec gloss. text. in .l. omnes. §. final. cum glossa in verbo in
rem. ff. quemadmo. vsusfruct. caue. per quem Angelus vide-
tur voluisse limitare dictum. §. si heres. hoc dicit quia illa glos
sa, secundum Joannẽ de imola et Romanum loquitur in he
rede seu successore vniuersali: de quo non est dubium quin pos
sit conueniri. Vel secundum Alexandrũ de imola, dici potest,
quod illa glossa nõ dicit qd agatur actione personali cõtra sin
gularem successorem: sed quod singularis domini successores
agere potest contra vassallum. Pro premissis facit quod vo-
luit Specul. in dicto. §. quoniam. versicu. nono queritur. Ex
cuius dictis videtur ibi colligi, quod obligatio, qua homo ali
cuius eidem suo domino tenetur ad operas vel alia, descendit
in liberos tanq̃ heredes & quod portionibus hereditariis, vt
potest ibi videri per multas rationes: quas breuitatis causa
allegare pretermitto.

¶ Non etiam tenentur prefati Desiderii & Congii ad petita
ex capite pretense consuetudinis parte dicti de Monte orse-
rio allegate in secundo articulo dictorum assertorum libello-
rum. Quoniam huiusmodi consuetudo per ipsum de Mon-
te orserio non fuit legitime probata. Et primo quidem nõ per
illos pretensos testes, qui deponent visi sunt de obseruantia
aliorum castrorum: quia ex illa, etiam si de ea sufficienter ap-
pareret, nõ infertur qd ita seruari debeat in castro Sigrerii: qr
13 † separatorũ separata est rõ: & ideo de vno non infert ad reliquũ
l. papinianus exuli. ff. de mino. c. dilectus. de offic. ordina. l. ii.
C. de codi. & .l. inter stipulãtem. §. sacram. vers. sed hec dissimi-
lia sunt. ff. de verborum obligatio. pro quo facit quia quemad
modum homines castrorum circunuicinorum legem aut sta-
tutum condere non possent, quo ligarentur habitatores & in-
cole dicti loci Sigrerii, vt pote eisdem non subditi: ita nec
potest ex eorum obseruantia, etiam si esset legitime prescri-
pta, induci consuetudo que obliget vel coarctet homines Si-
14 grerii. Etiam † dicta pretensa consuetudo dictorum locorum
circunuicinorum, si de ea legitime appareret, deberet, vt pote
stricti iuris, & iuri contraria, tanq̃ detrahens hominum liber-
tati, restringi, & non extẽdi, presertim de loco ad locum. Ma-
net enim lex, nisi quatenus reperitur eidem legi derogatum. l.
cum dubitabatur. C. de edificio priuato. l. alumne. §. qui filias.
ff. de adimendis legatis. l. sancimus. C. de testamentis. & .l.
precipimus. C. de appellationibus. Cum ergo contra legem
existat, quod non obligatus, vel etiam non heres, aut alias
non vniuersalis successor obligati compellatur ad solutionem
eorum que defunctus soluere promiserat, dicta .l. prima. §. si
heres. ff. ad trebellianum. & aliis iuribus supra proxime alle-
gatis non debet contraria obseruantia, si que sit in locis circũ
uicinis, extendi ad locum Sigrerii seu homines illius. Pro
15 quo facit, quia licet particularis consuetudo legitime intro-
ducta & prescripta legem vincat in loco, in quo introducta ex-
titit, non tamen eam vincit vniuersaliter, vt notant doctores
in dicto capitulo primo. de consuetudinibus. Quamuis igi-
tur dicta pretensa consuetudo obtinere deberet in dictis lo-
cis circumuicinis, & sic in eis vinceret legem generalem: non
tamen deberet eam vincere in aliis locis, vbi nõ probaretur
legitime prescripta.

16 ¶ † Preterea cum tales prestationes vt pote insolite presu-
mi debeant a dominis per vim vel metum extorte, secundum
Baldum in capitulo primo. §. pactiones. de pace. Con-
stantie pro quo facit quod notat Alexander de imola, in lege
prima. §. que onerande. ff. quarum rerum actio non datur.
Baldus & Aluarotus in dicto capitulo primo, qualiter vasal-
lus iurare debeat fidelitatem inuestiture. & ponit Franciscus
de aretio consilio mihi decimoquarto exordiente, viso & dili-
genter considerato &c. collatiõe decimaquinta, & consilio vi-
gesimoquarto exordiente, Quatuor omnia &c. collatio. quar-
ta. non videtur ex prestationibus huiusmodi, vt premissi me-
ticulosis induci consuetudo etiam contra eos a quibus facte
essent. l. si priuatus. ff. qui & a quibus facit. c. cum olim. de priui
legiis. & quod ibi notat glossa super verbo, extorto. & capitulo
accedens. de conuersatione coniugatorum. Et ita videntur
sensisse Petrus & Cynus in dicta .l. secunda. C. que sit longa
consuetudo & Ambrosius de viua. in dicta repetitione. l. de
quibus. versiculo, videtur inferri decisio alterius questionis
&c. Multominus ergo censeri debet consuetudo introducta
contra extraneos.

¶ Preterea nec probatur dicta pretensa consuetudo per eos
qui visi sunt deponere dictum secundi articuli esse verum:
quia illi non deponunt pertinenter, & de iis que requiruntur
ad introductionem consuetudinis, & de quibus eos deponere
oportebat, ad hoc vt per eorum depositiones probaretur
consuetudo in dicto secundo articulo allegata. De quibus
omnibus dixi super primo articulo, in. §. preterea. nec premis-
sis obstat pretensa consuetudo. Quibus non obstat quod ali-
qui ex testibus dixerint se vidisse ita obseruari: quia, prout col
ligitur ex notatis per Albericum. C. que sit longua consuetu-
17 do. super rubrica, longa est differentia † inter consuetudinem
& obseruantiam. presertim in iis que sunt ad diffinitionem, &
vbi obseruantia tendit ad corrigendum ius scriptum, vt in ca
su nostro: scilicet quod non obligatus, & non heres, vel alias
vniuersalis iuris successor conueniatur actione personali ex
eo solo quod pretenditur aliqua bona defuncti debitoris pos-
sidere contra dictam legem primam. §. si heres. cum suis simi
libus. ff. ad trebellianum. Nam eo casu non sufficit ita fuisse
obseruatum: sed oportet consuetudinem plene probari: quod
etiam prosequitur Ambro de viua. in dicta .l. de quibus. ver-
siculo, sed querit idem Albericus &c.

¶ Eisdem autem rationibus videntur posse impugnari pro-
bationes quas facere tentauit dictus de Monte Orserio de
pretensa consuetudine, allegata in tertio articulo predictorum
libellorum: vbi etiam aduertendum est, quod tam dicti pri-
mus, q̃ secundus articuli sunt alternatiui, vt patet ex tenore
eorundem: & tamen conclusiones libellorum, pro quarum me
diis assumpta sunt deducta in articulis huiusmodi, sunt pre-
cise ad vnum, ad alterũ videlicet ex duobus alternatiue dedu
ctis: & sic non videntur conclusiones huiusmodi inferri ex de-
18 ductis, dicta regula in alternatiuis. cũ suis similibus, & † est
perinde ac si narrato quod Petrus promiserit dare stichum,
aut Pamphilum precise concluderetur ad Pamphilum:
quod non licet. §. huic autem. institutio. de actionibus & obli-
gatiõibus. & capitulo primo, de plus peti. sic enim plus causa
petitur. ¶ Preterea quamuis in dicto tertio articulo vel
aliter deductum non extiterit eosdem desiderii & Borrelli
teneri aut astringi ad faciendum recognitionem censuum

personalium: tamen in conclusione libellorum huiusmodi declarādi petitur eosdem teneri ad prestandum ⁊ faciendum fidelitatis sacramentum cum renouatione et recognitione censuum personalium: quod fieri non potuit. Preterea in dictis secundo et tertio articulis dicitur effectualiter, quod habitātes et domicilium facientes, insuper et affiliati, tenentur ex consuetudine soluere domino, sub cuius iurisdictione ⁊c. onera personalia, ad que alij homines et subiecti, aut saltem eorum predecessores tenebantur: nec dicitur ibi qui predecessores: an videlicet etiam ij, quibus successiuū est particulariter. Quo fit vt depositiones testium super articulis huiusmodi et quod eis deponere ustentium tanquam obscure et incerte non releuent: quia obscurā probatio probantem, non releuat, dicto. c. in presentia. de probationibus. Non est etiam pretermittendū quod vt audio, tam prefatus desiderij, quam eius predecessores fecerint eorum mansionem in dicto loco Sigrerij a quinquaginta ⁊ sexaginta annis et citra ⁊ possederint bona ⁊c. et tamen hac controuersia excepta cēsus ⁊ onera predicta ab eis nunquam fuerunt petita, nec ipsi illa soluerunt: et ita obstare debet eidem de Monte orosesio exceptio prescriptionis. l. omnes. C. de prescriptiōe triginta vel
19 quadraginta annorum. Non autem † opponat mihi aliquis, quod maritus teneatur soluere onera ⁊ tributa bonorum dotalium, vt not. gloss. Bartol. ⁊ doct. in. l. prima. C. de mulie. et in quo lo. libro decimo. et Bartol. in. l. lucius. §. idem respondit si constante. ff. ad municip. Quoniam respondeo quod illa iura procedunt in muneribus patrimonialibus, seu ratibus, ⁊ tributis: ad illa enim tenetur qui fructus protexit, et possidet l. hactenus. ⁊. l. si pendentes. §. si quid cloacarum. ff. de vsufru. et in. l. prima. C. de anno. et tribu. libro decimo. Et cum maritus sit dominus rerum dotalium. et illa possideat. l. dece ancillam. C. de rei vendica. l. pro oneribus. de iure dotium. et. l. dotis fructus. §. si res. ff. eo. titulo. ipse tenetur ad huiusmodi munera. An vero teneatur etiam ad collectas seu tallias, que personis pro bonis imponuntur, Bartolus in dicto. §. idem respondit. tenet quod sic. et idem tenuit Hugol. prout refert Specula. titu. de censibus. §. nunc dicendum. versiculo fina.
20 Alij vero secundum eum, dixerunt contrariū: quorum † opinionem vt pote vltimo loco recitatā videtur ipsi tenere: vt dicitur de opinione glose in. l. qui filium. §. sabinus. ff. ad trebel. Baldus in. l. prima in fin. ff. de constitutio. Alexand. de imol. consilio centesimo vigesimoprimo. exordiente, viso processu ⁊c. col. decima, in primo volumine. Sed non tenetur ad onera personalia, vt satis colligitur ex ijs que notant Bartolus ⁊ doc. in dicta. l. prima de mulierib. et in quo loco. Pro quo optime facit dictus. §. idem respondit si constante.

1 ¶ Transactio ad alias personas ꝙ que contrahunt nō porrigitur.
2 Communis res pluribus vt singulis, vel vniuersis, diuersimode se habet.
3 Simoniacum est pecuniam ab exteris presbyteris recipere, vt anniuersariorum, et similium emolumentorum alicuius ecclesie participes fiant.
4 Monasterio pro ingressu aliquid dare simoniacum est.
5 Fructus beneficij aliquando deductis oneribus, aliquādo nō deductis dicuntur.

¶ Epitome.

¶ Transfigere presbyteri non possunt, ne exteri admittantur, in preiudicium ordinis, ⁊ fomentum simonie. A. F.

¶ De episco. audien. Consi. ix.


SI prout supponitur in casu, antiquitus et secundum inueteratam consuetudinem hactenus obseruatam et prescriptam in oppido seu castro ⁊ parochiali ecclesia prioratus claustralis loci de Abolena, omnes religiosi claustrales ecclesie dicti prioratus, et omnes p̄sbyteri in eisdē ecclesia ⁊ oppido seu castro residētes, sine quacunq; cōtradictione ⁊ difficultate admittebātur ad distributiones, siue legata pia ⁊ anniuersaria, que pro tēpore fiebant: insuper ad eleemosinas ⁊ offertoria, quas ⁊ que premissorum occasione fieri contingebat: ⁊ si postea (vt etiam in facto presupponuntur) certum tempus decurrerat, quoad distributiones, siue legata pia, ⁊ anniuersaria ⁊ offertoria huiusmodi admissi seu recepti non extiterunt presbyteri non originarij dicti loci Bolene, nisi capellaniani obtinerent in dicta ecclesia, videant, palpent, ⁊ intelligant venerabiles ⁊ religiosi viri domini Bertrandus veruetl pretensus subprior ⁊ sacrista Joannes Cardareli, pontius de deuesio, Joannes de vabris, Antonius Philippus chautiai, claustrales monachi prioratus prenominati, ⁊ venerabiles viri dominus Claudius Constantij, Petrus Durādi, Joannes de Riuo, Petrus Afforciti, Joannes de Lautesio, Bartholomeus Sirardi, Monetus Albi, Joannes Stephani, presbyteri seculares, ⁊ (vt pretenditur) saniorem partem dominorum egregiorum pretense vniuersitatis presbyterorū dicti loci facientes, isti omnes si viuant: alioquin viuentes, ⁊ illi qui in locum defunctorum successerunt, qui erāt isti, ⁊ qui poterant isti, qui transactionem, in vim cuius de facto nunc resistitur, presbyteri non originarij, ⁊ in dicta ecclesia beneficiati, ⁊ quo iure poterant monopolium faciendo conuenire, pacisci, ⁊ transigere de legatis, eleemosynis, ⁊ alijs superius mentionatis. intelligant preterea quid egerunt, seu verius quid agere tentauerunt: ⁊ vtrum ex bono zelo, an ve ex ambitionis ⁊ auaritie cecitate. Et quidem cum isti essent domini presbyteri, nec facerent collegium aut vnum corpus cum ecclesia predicta collegiata non existeret, nec hodie existat: quomodo in preiudicium absentium non originariorum, ⁊ postea futurorum beneficiatorum in dicta ecclesia, ⁊ sic secūdum antiquā ⁊ vsq; tunc inibi obseruatam consuetudinem aggregandorum ⁊ admittendorum ad distributiones, legata pia, anniuersaria, eleemosynas, ⁊ offertoria potuerunt, etiam si faciebant sumere partem, vt tamen asserebant, facere transactionem superius mentionatam: ⁊ per quam passim ⁊ indistincte repellerentur a predictis non originarij, nisi cum qualitate ⁊ sub modo ⁊ forma, de quibus in ea: cum certum sit ꝙ conuentio celebrata ⁊ inita cum vna persona ad aliam extendi non debeat, nec alij nocere debeat, aut prodesse. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pactis.
1 quod etiam obtinet in transactione. l. prima. C. de transactionibus. l. imperatores. in principio, ⁊ quod ibi Baldus. ⁊. §. fin. ff. eodem titulo. ⁊ quod notat dominus Jason maynus in dicto. §. ante omnia. Quod maxime procedere debet in hoc casu in quo agebatur de preiudicando iuribus cōmunibus pluribus, seu multis, non quidem vt vniuersis, sed vt singularibus: quod propterea facere non poterant, etiam si dicta ecclesia fuisset collegiata. l. per fundum. ff. de seruitutibus. regula, quod omnes, de regulis iuris. in sexto. ⁊ quod notat glossa ⁊ Dynus in regula in re communi: eodem titulo ⁊ libro. Et si legata ⁊ alia predicta fuissent aut futura essent communia pluribus vt vniuersis: adhuc ad validitatem dicte pretense transactionis, etiam si alia impedimenta seu obstacula, de quibus infra cessassent, opus erat quod omnes fuissent vocati, ⁊ quod ad minus due partes interfuissent eidem transactioni. l. nominationum. ⁊ quod ibi doctores. C. de decurionibus. libro decimo. ⁊ quod notat Bartolus in. l. quod maior. ff. ad municipalem. Joannes de imola in capitulo primo. columna sexta, ⁊ sequentib. de ijs que fiunt a maiore parte capitu. Hostiensis in capitulo secundo. de operis noui nuntiatio. ⁊ Alexander de imola consilio primo, columna secunda ad finem. in quarto volumine.
3 ¶ † Preterea attendant (vt predixi) quid fecerunt, ⁊ quid ex dicta eorum pretensa transactione sequatur. Et quidem cōuenerunt ⁊ transegerunt ꝙ omnes extūc in antea dicte pretense vniuersitati aggregari volentes tam religiosi, quā seculares, ⁊ tam villici abolene, quam extranei, tenerentur ⁊ deberent soluere antequam aggregarentur eidem vniuersitati, vel dominis procuratoribus eiusdem, ⁊ in augmentum ⁊ reparationem indumentorum predicte ecclesie, quinq; florenos monete currentis: quos an ipsi recipere possint, ⁊ illi soluere sine labe simonie, ipsi omnes viderint, ⁊ caueant dn̄i de illa pretensa vniuersitate: quia habere ius percipiendi partē ⁊ distributionem in legatis pijs, anniuersarijs, eleemosynis, ⁊ offertorijs antedictis, est habere aliquid spiritualitatis ⁊ beneficij ecclesiastici, arguendo de hoc iure ad manualia beneficia de quibus loquitur glossa in capitulo, olim. de verborum significatione. ⁊ capitulo primo. de clericis non residentibus. in sexto, ⁊ glossa in clementina, quia religones. super verbo reuocari. de supplen. negli. prela. ꝙ propterea mediante pecunia aut alio commodo temporali conferri ⁊ recipi non potest.

& si contra fiat committitur simonia.c.non satis.cum suis simili.de simo.ad quod facit id quod not. Joan.de imol.in.l.il-
4 le autem.ff.de heredi.institu.vbi voluit ꝙ non † valeat relictum si relinquatur alicui monasterio, seu abbati & monachis, seu abbatisse & monialibus, si talem receperint in monachū vel monacham: pro eo quia inducit simoniam: nisi (scd̄m Angelū) monasteriū esset adeo tenue, ꝙ nō posset ingredientem sustentare nisi ex illo quod portaret ad monasterium. Preterea etiā aduertere debent predicti trāsigentes, ꝙ vbi pro diuino cultu adaugendo deberent plures presbyteri assumi & vocari: ipsi malo animo & auaritia, vt eorum bursam impinguarent, transigerunt vt ex tunc in authen. aliqui presbyteri seculares extranei duntaxat aggregarentur dicte vniuersitati ex noua fundatione cappellaniarum, nisi fundatio illa legitime attingeret summā sex florenorū monete currētis in annis redditibus. Et non solum diminuūt diuinum cultū, & presbyteros extraneos reppellunt: sed etiam laicos retrahunt a voto & deuotione fundationis capppellaniarum. Ex quo videtur ꝙ cum equitate vel iustitia vix poterunt aut possunt isti transigentes se tueri qui siue sint extranei, siue originarij dicti loci, forte aggregari extiterant non solum non datis illis sex florenis pro habendis indumentis: sed etiam non habentes cappellanias in dicta ecclesia: vel fortasse habentes minorum redditnum & nihilominus volūt ꝙ imposterum successuri in eorum cappellanijs, quorumcunq̄ sunt redditnum, aggregentur pretense vniuersitati. Et ad damnationem et reprobationem transactionis huiusmodi videtur sufficere quod habetur in simili, imo forte si bene inspiciat in casu minus iniquo, in.c.cum omnes. & quod ibi per scribentes, de constitutionib. Preterea quo iure seu qua ratione transigerunt aut transigere tentarunt dicti domini monachi & presbyteri seculares, de admittendis & aggregandis passim & indistincte presbyteris originarijs: & de non originarijs non aggregandis ex noua fundatione cappellaniarum, nisi fundatio illa legitime attingeret summam sex florenorum in annuis redditibus, profecto non video. Nec tamen nego quin vel patroni, vel fundatores & dotatores ecclesiarum possint ab initio cum opportuna autoritate ligare, indicere, et prouidere, ꝙ ad beneficia huiusmodi nō recipiantur extanei, q̄diu superfuerint in locis ecclesiarum huiusmodi persone idonee sed alia ratio est in dictis transigentibus. hoc enim premissum est ne a fundatione & dotatione retrahantur, & vt inducantur homines ad fundationē & dotationē ecclesiarum. Isti autem transigētes non fundabant aut dotabant predictam ecclesiam: sed volentes impinguari, & de corio alieno cōplacere suis cooppidanis, & forte fratribus, nepotibus, vel alijs huiusmodi: quos fortasse sperabant posse vel ex resignatione, aut patronorum permutatione, posse obtinere & assequi cappellanias quas obtinebant, statuerunt pro successoribus & contra non originarios habituros cappellanias ex noua fundatione. In quo etiam non solum retrahebant homines a noua fundatione cappellaniarum: sed etiam per indirectum & saltem occasionaliter restringebant libertatem nouorum fundatorum. Preterea fuerunt fortasse hactenus multi in loco de Abolena, aliqui forte nobiles, alij vero & forte multi presbyteri, qui inibi capellanias fundarunt cum redditu non ascendente ad sex florenos: & quarum rectores fuerunt & sunt aggregati dicte pretense vniuersitati recipientes distributiones in legatis pijs, & alijs predictis. Et vnde hoc, ꝙ propter illam inciuilem transactionem & omniū ex parte iniustam, pari ratione non admittantur & aggregentur rectores cappellaniarum postea fundatarum, et imposterum fundandarum, etiam si rectores huiusmodi non sint originarij, & annui redditus non ascēdant ad valorem sex florenorum: profecto non perfecte video. Propter que bene facerent moderni domini monachi & presbyteri seculares, si cassata, et quatenus de facto processit reuocata dicta pretensa transactione, facerent, vt antiquitus ipsa aut aliqui ex eis qui pro tempore extiterunt & illorum predecessores facere consueuerunt. Que omnia dixerim non per modum allegationum: sed pro admonitione eorum qui transactionem huiusmodi defendere nituntur: alias si oportuerit autore dño scripturus. Quibus addo ꝙ dicti transigentes etiam preiudicarunt testatoribus, & alijs legantibus, aut eleemosinas conferentibus: pro eo quia, numerum vetant augeri sacerdotum: de quibus tamen dici solet, ꝙ eis multiplicatis, premia sunt multiplicanda.

Ceterum omissis predictis dico, ꝙ etiam si dicta pretensa trāsactio valuisset, que multis rationibus et causis non valuit: illa tamen non obesset venerabili viro dño Antonio gonardi presbytero & rectori cappellanie nouissime in ecclesia predicta per heredes nobilis quondam viri Guilhometi de pons dicti loci abolene fundate, & dotate in facultatibus de florenis centum & sexaginta, et annuo redditu octo florenorū monete currētis: cū verū sit fundationem huiusmodi attigisse & attingere non solum summam sex florenorum sed maiorē. Propter qd satisfactum est, si tamē
5 satisfieri debuit, vt non debuit, dicte transactioni. Nec † obstat quod ex aduerso opponitur, scilicet ꝙ deductis expensis seruitij non forte ascendat valor redituum eiusdē cappellanie ad sex florenos monete currente. Quoniam respondeo, ꝙ ille nō sunt deducende, per id quod not. Joan.and.in addit.specu.super rubrica.de concessio.preben.q.si.quem sequitur Fracis. de are.in.l.non amplius.in primo.ff.de leg.ij. licet Bal.videatur aliter sentire in.l.j.versi.pone impetraui.C.de fructibus & liti. expē.quem sequentur aliqui in dicta.l.non amplius.sed videtur potius adherendi opinioni Joā.and.& Fran.de are. Preterea Bal.loquitur in impetrāte beneficium vsq; ad valorem per eum expressum: qui valor dicitur esse ille qui superest deductis oneribus, prout de lucro dicit glo.in qua se fundat in.l.illud.§.j.C.de collat. Sed transactio de qua loquimur non exigit hoc lucrum, seu valorem hunc: sed ꝙ fundatio attingat sex florenos. Et sic videtur ꝙ sufficiant sex floreni, etiam si illi haberi non possent deductis oneribus, & signanter onere seruitij. Quare satisfactū est verbis trāsactionis: que est iuris stricti. Et si que ex verbis dicte transactionis dubitatio oriretur, illa interpretari deberent & debent contra eos, qui se iuuare nituntur ex verbis illius.l.veteribus.ff.de pact.l.stipulatio ista habere licere.§.in stipulationibus.ff.de verb.oblig.& regula, contra eum.de regu.iur.in.vj.& quod no. Alexand.de imol.in.l.si pascenda.C.de pact.& alij in alijs locis.

1 ☞ Alienande rei sue facultas pacto tolli non potest: sed ad interesse, vel, ad penam agitur.
2 Juramentum, ꝙ sine dispendio anime, vel damno alterius seruari nequit, an sit seruandum.
3 Dominus subditis lignorū abscissionem permittēs, illā alijs postea vendere non potest.
4 Prescriptum tantum quantum possessum. & nu.6.
5 Consuetudo an & quando contra leges induci possit. & nu. seq. & seq.&.10.
6 Extensio in consuetudine paranda, vel acquirenda iurisdictione, & alijs an & quando fiat.
7 Ligna mortua scindere videtur iuxta conuenta, qui de virenti arbore siccas frondis interfecat.
Macellum facere cuilibet permissum.
8 Municipes petita non obtenta licentia a superiore, an & quādo aliquid facere possint.
9 Voluntatis, & eius qd libuerit faciendi verba effusa sunt: nec ad boni viri reducuntur arbitrium.
10 Solum aliud pro alio aut exigi inuita parte an & quando possit.
11 Emancipans pater filium, quamuis retineat vsumfructum in acquirendis, an & quando vsumfructū non habeat in post emācipationem acquisitis. &
Conferri an debeant post emancipationem acquisita.
12 Mens potius q̄ verba attendenda.
13 Annue vel quotidiane subiectus prestationi certorum pisciū per eum capiendorum, si nunc multos, nunc nullos capiat: an teneatur ex multitudine supplere defectum.
14 Collectiuum nomen penam pro dimidia tantum parte debe ria comprehenso.
Indefinita quādo equipolleat vniuersali collectiue vel distributiue.
15 Valor monete in solutione fienda de quo tempore spectādus.
16 Vocandi quando sint omnes in gerendis rebus cōitatis.
17 Verbum videbitur, arbitrium boni viri importat: non autem verba prout voluerit, vel libuerit.

Epitome

Dominus subditos ad aliquam prestationē sibi obnoxios singulos ad eā cogere non potest. Sed nec officiarij perdices & cuniculos, qd subditi ad dominū captos ex conuentione offerre tenētur anteq̄ vendāt subditos cogere possunt absente dño ad se deferre: nisi ex speciali dñi mandato. V. F.

Rubr. De subdi.vassal. Consi.ix.



Visis publico instrumento conuentionum, pactionum & cōcessionū dudū, sc3 anno incarnationis dñice millesimo.cccclxj. & die prima mensis maij, celebratarum, inuitarum & factarū per & inter nobilem & generosum

z generosum quondam virum Anthonium de villanoua, pro tempore dominum de turretis z de Neapola ex vna parte, ac vniuersitatem z homines loci de Neapola: casu seu consultationis themate parte vniuersitatis z hominum huiusmodi mihi exhibito z tradito: vna cum questionibus z dubiis ex themate eiusdem consultationis oportune elicitis: dico z breuiter z succincte ad dubia huiusmodi prout infra. Pro quorum faciliore solutione presupono, quod quilibet est moderator z arbiter rei sue ab initio z potest pro nutu eius z volūtate de ea disponere, l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahenda emptione z venditione. lege, Polla. C. de his qui. vt indig. z capitulo, de his. ad finem. de sepultu. Quod procedit non solum in contractibus vltro citroq; obligatoriis: sed etiam in aliis dispositionibus. siue ille sint dispositiones inter viuos: vt verbi gratia, donationis vel alie huiusmodi: siue vltime voluntates: pro quo allegasse sufficiunt. l. primam. ff. de donationibus. z quod voluit Oldradus consilio tricesimo exordiente, quedam certe z nominate persone castri de carumbo. versiculo, tertio queritur. z consilio centesimono no exordiente, ex presenti themate quatuor videntur per ordinem dicta. columna secunda. pro quo allegat. §. per contra dictionem. instit. de rer. diui. l. secunda. ff. si quis a parētibus fuerit manumissus. z lege, iulianus. ff. de cura. furio. vbi etiā
1 subiungitur, quod adeo † libera alienandi facultas debetur domino, vel etiam expresso pacto inhibita translatio eius nō impediatur: licet ad interesse vel penam stipulatio committatur: lege, nemo. ff. de pactis. lege, si creditor. §. vltimo, secundū vnam literam. ff. de distractio. pigno. l. ea lege. z quod ibi glossa. C. de pact. inter empt. z vendito. z lege, si ita quis promiserit. §. ea lege. ff. de verborum obligationibus. Pro premissis videri poterit etiam Angelus consilio centesimo octuagesimoprimo, exordiente, visis instrumentis zc. columna quarta versiculo, his ita premissis venio ad decisionem zc. Pro secundo vero facit lex prima. C. de sacrosanctis ecclesiis. z capitulo, vltima voluntas. decimaquarta z questione tertia. z quod notat Baldus in lege prima. ff. de conditio. institu. z Joannes de imola in lege, ex ea. §. primo. ff. de testamen. z quamuis ab initio quilibet sit arbiter z moderator rei sue: tamen ex postfacto, si per contractum, vel alias inter viuos de ea disposuerit, non potest regulariter controuenire. lege, sicut. z quod ibi glossa super verbo, minime. C. de actio z obligatio. quod maxime procedit, vbi cum iuramento conuenit z promisit contrahens, aut alias disponens, tenere z obseruare
2 per se conuenta z disposita z contra ea non venire, eo † scilicet casu quo iuramentum seruari potest sine dispendio salutis eterne z damno alterius. capitulo, cum contingat. capitulo, si vero. de iureiuran. capitulo, licet mulieres. eodem titulo. in sexto. z capitulo, quamuis pactum. de pactis in sexto. Et non solum tenetur ipse qui iurauit ad obseruantiam per eum conuentorum z promissorum: sed etiam eius heres. §. preterea. de iureiuran. a morien. presti. collatione quinta.

¶ Quibus suppositis z premissis, dico z respōdeo ad primū quesitum, quod nobilis z generosus vir Honoratus de villanoua, filius z vniuersalis heres dicti quondam nobilis Anthonii z modernus dominus dicti loci de Neapola, non potest nec de iure debet exigere ab vniuersitate, seu hominibus predictis, sub colore, leyde, vectigalis aut alterius noue impositionis, vicesimumquartum vel alium, vltra z preter illum vicesimumquartum denarium de quo in tertio capitulo dictarum conuentionum,

¶ Cum quia in dicto tertio capitulo idem quondam nobilis Anthonius hominibus de Neapola tunc presentibus, z habitantibus z futuris aut ex tunc in antea habitaturis in dicto loco de Neapola dedit z concessit licentiam z authoritatem fusteyrandi z ligneyrandi in nemoribus territorii loci predicti de Neapola, z tam pro eorum vsu, quam vsu vendendi cuicunque voluerint: sibi ipsi reseruato z retento vicesimo quarto denario grosso vel floreno.

¶ Possunt igitur homines huiusmodi fusteyrare z ligneyrare in nemoribus antedictis: z tam pro eorum vsu, quam pro vsu vendendi cuicunque voluerint, reseruata duntaxat dicta decimaquarta parte.

¶ Et non solum possunt fusteyrare z ligneyrare in dictis nemoribus pro vsu inibi vel in territorio illius loci fustes z ligna vendendi: sed etiam in aliis locis. Et sic possunt a nemoribus z territorio in quo existunt fustes z ligna extrahere, aut deferre seu deferri z portari facere ad alia loca: z illa fustes z ligna huiusmodi vendere cui voluerint, satisfaciendo vt dixi dicto domino de Neapola de vicesimoquarto denario, grosso, vel floreno. Quia verbum volo importat liberam voluntatem. l. cum quidam. z quod ibi Bartolus. ff. de legatis secundo. z l. fideicommissaria libertas. ff. de fideicommiss. libertat.
3 Et † cum sub reseruatione seu retentione dicti vicesimiquarti denarii, seu vicesimequarte partis pretii de lignis z fustibus huiusmodi recipiendi, dederit z cocesserit dictus nobilis Anthonius licentiam z authoritatem fusteyrandi z ligneyrandi vbi vt prout supra: non est sibi data facultas, colore quesito, vendendi contra hanc concessionem. l. queritur. §. si constat. ff. de edil. edict. c. quam periculosum. z quod ibi glos. septima questione prima. Cum z quia eidem nobili Honorato non licet imponere nouam leydam. seu vectigalia aut pedagium. l. vectigalia. ff. de publica. l. prima, secūda, z tertia. C. noua vectigalia institui non posse. c. innouamus. de cen. z c. super quibusdam. §. preterea, cum suis simil. de verbo. signific. Et per hoc patet responsio ad secundum quesitum: scilicet q; dictus nobilis Honoratus exigere non possit sub nomine layde vicesimumquartum denarium de lignaminibus z fustamentis inibi venditis: z hoc nisi fulciretur alio iure: vt verbi gratia, nisi ipse haberet priuilegium, vel ipse z sui predecessores domini de Neapola vsi essent hoc iure per tantum tempus, de cuius initio aut contrario hominum memoria non existeret. dicto. c. super quibusdā. §. preterea. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quoti. z esti. ad fin. z quod ibi gl. de prescript. in. vi. Non tamen sufficeret q; idem nobilis Honoratus z dicti sui predecessores recepissent ab aliis hominibus, hoc est non incolis seu habitatoribus loci predicti de Neapola dictum vicesimumquartum denarium, grossum vel florenum de z pro bonis pro tempore venditis in locis, de quibus in themate dicte consultationis, etiam si vicesimumquartum denarium, grossum vel florenum ab illis recepisset a tanto tempore, q; de ipsius initio aut contrario hominis memoria nō existeret. Et hoc siue pretendatur ius seu facultatē leuandi, recipiendi z exigendi leydam esse eidem nobili Honorato aut suis predecessoribus acquisitam ex prescriptione siue ex consuetudine. Et quidem non ex prescriptione, quia tantum prescriptum quantum possessum, z non plus. c. cum in tua. de deci. c. fina. de offic. archi. c. auditis. c. cum olim. de prescriptio. c. cum dilectus. z c. cum venerabilis. de capel. monacho. quod etiam voluit Ro. deci. ccclxxxviii. exor. si aliquis epus habuit collationem z doct. in. l. i. §. si quis. ff. de itinere actuq; pri.
5 ¶ Non etiam si ex consuetudine pretenderet ipse nobilis honoratus hoc ius, seu facultatem huiusmodi sibi fuisse acquisitam. Quia cum huiusmodi consuetudo sit a iure exorbitās z contra dicam legem primam, z duas sequentes. C. de noua vecti. institu. non pos. illa extendi non debet, nec de iure pōt.
¶ Debent eīn manere leges ille, nisi quaten⁹ reperirer eisdē alia lege vel consuetudine derogatum. lege cum dubitatur. C. de edifi. priua. lege alumne. §. qui filias. ff. de adimendis z transferē. legatis. lege sancimus. C. de testa, z. l. precipim⁹. C. de appel. quod etiam voluit Oldradus consilio ducentesimo vigesimoseptimo. exordiente, perlectis z diligēter atrentis omnibus scripturis zc.
¶ Et idem voluit Franc. de are. loquens vel in terminis nostris, vel in terminis multum similibus. consilio centesimo trigesimotertio. exordiente in causa que vertitur inter homines
6 zc. versi. non obstat secunda ratio. vbi † loquens de consuetudine imponendi collectas non subditis, dicit quod quia est contra ius, illa non debet extendi de loco ad locuz nec de persona ad personam; pro eo quia consuetudo est ius singulare, siue lex non scripta. Sed ius singulare non extenditur. l. ius singulare. z. l. qd vero. ff. de legi. Ergo nec consuetudo. Et ita etiam dicit Bal. in. c. i. in fi. de feu. cogni. z idem etiā est in acquisitione iuriditionis: q; non fit extensio de persona ad personam, vt voluit Bald. in. l. ii. C. de seruitu. z aqua. z Fran. de are. vbi supra. Nec fit extensio de re ad rem in preiudicium tertii. dicto. c. auditis. c. cum olim. de prescrip. z quod not. in dicto cap. cum dilec. de cappel. monacho. Pro premissis etiam facit quod voluit Bal. consi. xxv. exor. questio vertēs inter commune z homines castri Roeherii, in prima parte. vbi loquens vel in terminis nostris, vel quo ad iuris effectum multum similibus, dicit qd consuetudo vel prescriptio non arctat illos contra quos prescribentes, vel cōsuetudinantes non sunt vsi pscriptiōe vel cōsuetudine. Pro quo allegat d. c. si. de offi. archi. z dicit Bal. q; tales, contra quos prescribentes vel consuetudinantes non sunt vsi, sunt immunes: nō q; immunitatem prescripserunt: sed quia contra eos non est

in visum addacta prescriptio, dicta.l. prima.§. iulianus.ff. de
itinere actuque priuato. Ego igitur citra preiudicium veri-
tatis, vt dictus nobilis Honoratus et predecessores ab a-
liis etiam quibuscunque leidam exegerint in loco vel locis
in themate predicto latius mentionatis, ⁊ pro rebus inibi vē
ditis, ⁊ hoc per tempus sufficiens ad acquisitionem iuris per
cipiendi seu leuandi ⁊ exigendi leydam: non essent tamen ad
solutionem leyde hm̄oi cogendi homines de Neapola: a qui
bus nunq̄ exacta extitit, nisi a paucis diebus citra. Nec di-
cat aliquis hoc esse grande miraculum, vel absurdum, si dicā
eos non sequi conditionem aliorum. Quia etiam ab vniuer-
so potest quedam species excipi per non visum, vel verius non
includi.l.ab hominibus.in princip.ff. de lega.j. quia consue-
tudo ⁊ prescriptio facti sunt, ⁊ in facto consistunt: ⁊ ideo secū-
dum Bal. non recipiunt extensionem personarū, vel actuum in
dicto.c.si.de offi.archi. Et per hec patet responsio ad secun-
dum quesitum.

7 ¶ Ad tertium dico ⁊ respondeo † ꝙ quia in dicto tertio ca
pitulo fuit reseruatum vniuersitati seu hominibus predictis,
ꝙ ipsi possunt in nemore magne robine capere de lignis mor
tuis ⁊ radicibus pinorum scissarum: ipsi possunt ascendere pi
nos viuas ac virentes, ⁊ frondes mortuas in eisdem existen-
tes scindere ⁊ accipere. Tum quia sic faciendo non solum nō
veniunt contra verba, de quibus in dicto tertio capitulo: sed
illis innitantur, cum sic faciendo scindant ⁊ accipiant ligna
mortua, aut de lignis mortuis. Et quia verba conuentionis
hec clare sonant, non est ab illis discedendum.l.ille aut ille.§.
cum in verbis.⁊.l.non aliter.ff. de lega.iij. Tum ⁊ quia cum
dictus quondam Anthonius concessor facultatis scindendi
⁊ accipiendi de lignis mortuis in predicta robina clarius ⁊ ex
pressius dicere potuerit, si tamen ⁊ quatenus pretendi posset
hoc nō fuisse satis expressum: debet interpretatio fieri contra
eum, seu dictum nobilem Honoratum eius successorem.l. ve-
teribus.ff. de pac. ⁊ regula contra eum. de regu.iur.in.vj. Tū
⁊ quia vniuersitas seu homines prefati: ita vsi sunt a tempo-
re dicte concessionis. Et sic visus seu consuetudo interpreta-
ta est dictam concessionem seu conuentionem, si ⁊ quatenus
pretēdi potuisset obscura vel incerta: a qua interpretatiōe nō
est recedendum: sed illi insistendum: quia sunt mutanda ⁊c.
l.minime.ff. de legib. ⁊ quod not. Panormitanus in.c.dile-
ctus. de concessione prebende. vbi dicit, quod vbi constitutio
est dudum certo modo intellecta: non debet de nouo ali-
ter intelligi: quia minime sunt mutanda ⁊c. dicta.l. minime.
⁊ quia cōsuetudo est optima legum interpres.c. cum dilect⁹.
de consuetudine. Et idem voluit dominus Bartholomeus
soci. consilio centesimo quadragesimoquinto. ⁊ se. in prima p-
te. Et huic consuetudini seu obseruantie causam dare potuit
⁊ vt credibile est, dedit: quia data facultate scindendi ⁊ acci-
piēdi in predicta robina de lignis mortuis, videtur etiam da
ta facultas ascendenti arbores viuas ad fines scindendi ⁊ ac
cipiendi brancas ⁊ frondes mortuas existētes super ipsis vel
in ipsis arboribus viuis: quia aliqua re permissa vel prohibi-
ta omnia que sequuntur ex ea, vel per que potest perueniri ad
eam vel eius effectum, intelliguntur permissa vel prohibita
c. preterea.⁊.c. prudentiam.§. sexta. versi. ceterum ⁊c. de offic.
delega.l. ad rem.⁊.l. ad legatum.ff. de procurato.⁊.l. donatio.
cum suis similibus.ff. de sponsa. Et quia ad scissionem ⁊ ac-
ceptionem huiuscemodi lignorum mortuorum perueniri non
potest sine ascensu viuarum arborum in quibus existunt, et
pro tempore extiterint dicta ligna: videtur fuisse data facul-
tas illas ascendendi. Ob quod si pro tempore ascenderint vel
ascendant ad arbores dicti homines de Neapola, ipsi non cō
traueniunt nec contrauenerunt concessioni eis facte.

¶ Venio ad quartum, pro cuius solutione premitto, ꝙ quē-
admodum facere furnum vel molendinum, ⁊ deinde inibi co
quere panem ⁊ molere bladum est mere facultatis, ⁊ sic regu
lariter cuilibet de iure concessum aut permissum, si aliud non
obstat, pro eo, quia cuilibet licitum est edificare in suo etiam
vsq̧ ad celum, etiam dato ꝙ alteri noceat: dum tamē non hoc
principaliter faciat vt alteri noceat: sed vt sibi prosit.l. flumi-
num.§. finali. cum duabus legibus sequentibus.ff. de damno
infecto.l. si in meo.ff. de aqua pluu. arcend.l. finali. ⁊ quod ibi
Angelus.ff. de visucap.l.⁊ si in edibus.C. de seruitu. ⁊ aqua.l.
finali.ff. eodem titulo.l. final.§. penultimo.ff. quod vi aut clā.
⁊ quod notat Joannes andreas in nouell. Panormitanus, ⁊
doctores in.c. significante. de appell. Bartholomeus vero. in
suo tractatu de seruitu. sub rubrica, de furno. ⁊ Petr. Jaco.
in suis libellis sub rubrica, de furno. ita ⁊ facere macellum, ⁊
in eo vendere carnes est mere facultatis: ⁊ sic cuilibet regula
riter de iure concessum ⁊ permissum, per predicta: ⁊ per id qđ
habetur in dicto.c. significante. signanter per Hostien. Joā.
Andr. in nouell. ⁊ apertius per Baldum ⁊ ibi etiam per mo-
8 dernos. Dictus igitur † nobilis quōdam Anthonius de vil-
lanoua concedendo hominibus dicti loci de Neapola, licen-
tiam ⁊ authoritatem per se ⁊ suos. ⁊ pro hominib⁹ in loco hu
iusmodi habitantibus, faciendi macellum, et carnes vendē-
di coties quoties vellent, ⁊ cuicunq̧ vellent pro libito volū-
tatis, dicitur concessisse: ⁊ re vera concessit. id quod alias de
iure etiam sine huiusmodi cocessione facere potuissent. Pro
pter quod videtur ꝙ dicti homines non tenentur sequi volū
tatem aut consilium dicti nobilis Anthonij: nec homines te
nentur sequi consilium aut voluntatem eiusdem nobilis Ho
norati, sed sufficiat ꝙ sibi intiment ⁊ requirant eius cōsilium
vel voluntatem. Et ita vbi non subest vera ⁊ legitima causa.
propter quam dictus nobilis Honoratus possit non velle seu
nolle: possunt ipsi homines ponere macellum, vel vnum ex se
ipso assumere qui macellum faciat ⁊ carnes vendat eisdem
hominibus, argumento eius quod notat Bartolus in.l. pri-
ma.§. si plures. versiculo, vt ergo liqueat. ibi, secundo casu.ff.
de exercito. actio. vbi dicit Bartolus ꝙ quando dicitur ꝙ
aliquid fiat cum consilio ⁊ consensu, vel cum consilio ⁊ volun
tate alicuius: abundant illa verba, cum consensu vel volunta
te ⁊c. quando facta fuit ab homine ei qui habebat potestatē
a lege: ⁊ tunc ille non tenetur sequi consilium vel etiam volun
tatem: cum de vtroq̧ processisset sermo.l. titium.ff. de admi
nistratio. tuto. vbi dicit testator, ⁊ si aliter fuit non valeat: et
tamen si non est particeps officij, non tenetur sequi. ad quod
facit.l. prima in principio.⁊.l. secūda in fine.ff. vbi pupil. edu-
ca. debeat. vbi non solum a consilio extranei, sed etiam a con-
silio testatoris, eiusdemq̧ patris receditur. Et idē voluit Pa
normitanus in.c. cum olim. columna secunda. de arbit. Pre-
terea si ad hoc vt possint homines prefati sibi prouidere de
macellario qui carnes vendat opus sit expectare liberam vo
luntatem dicti nobilis Honorati, ille poterit semper resiste-
re, ⁊ nunquam velle id quod volent, ⁊ preponere iniquum e-
quo: prout etiam experientia duce iā viderunt ⁊ vident. Nō
si ita est quando poterunt pro libito voluntatis facere se aut
suos, ⁊ pro hominibus predictis facere macellum, ⁊ carnes
vendere cuicunque voluerint, profecto non plene video: ⁊ ta-
men hoc fuit eis concessum. Et ita videntur habere liberam
facultatem faciendi macellum, ⁊ vendendi carnes. Quia
9 verbum † libuerit, vel libitum, importat non quidem arbitriū
boni viri, ⁊ sic arbitrium limitatum vel restrictum: sed libe-
rum.l. fideicommissaria libertas.⁊.l. secunda.ff. de fideicom-
miss. liber. quod etiam voluit Bartolus in lege, alio.ff. de ali
ment. ⁊ cibar. legat.⁊.l. si sic. in principio.ff. de legatis secun-
do. vbi etiam hec post Joannem de imola habentur per Ale
xandrum de imola colla. secunda, versiculo, quid de verbo li-
buerit. per Bartolum in extrauagan. ad reprimēdum. in ver-
bo, videtur expedire. ⁊ per Mattheum de materellis in singu
lari suo decimosexto lex ordiente, nota ꝙ verbum placet. ver-
siculo, sed verbum libet ⁊c. Verbum etiam volo, vel volunta
tis dicit liberam voluntatem.l. cum quidam. ⁊ quod ibi Bar
tolus.ff. de legatis secundo. ⁊ dicta lege, fideicommissaria li-
bertas. de quo Oldradus consilio centesimo octuagesimo le-
primo, exordiente, primum dubium. versiculo, Item hoc pa-
tet per dicta verba compositionis. Et sic illa verba, pro libito
voluntatis important voluntatem non regulatam a iure.c.
ex parte. in verbo, pro sue voluntatis libito. de consuetudi.c.
dilectus. ibi, pro sue distrahant libito voluntatis, de seque-
stra. possessio. ⁊ fruct. ⁊ vtrobique notat Panormitanus, fa-
cit quod habetur in.l. tertia.§. primo in verbo, voluntas est
potestas libera.ff. de arbi. capitulo, de eulogijs. distinctione
decimaoctaua. capitulo, Nicena synodus. distinctione trice-
simaprima. ⁊ lege, fideicommissa.§. quanquam.ff. de legatis
tertio. ⁊ hoc etiam voluit Baldus consilio quinquagesimo-
octauo, collatione quarta. versiculo, porrecto. cum dominus
Mattheus consenserit illi clausule, ꝙ vnusquisq̧ in suo terri
torio possit edificari facere pro libito voluntatis. Hanc autē
liberam ⁊ a iure nō limitatam voluntatem nititur preter mo
dum restringere, quinimo per indirectum omnino tollere di
ctus nobilis Honor. qđ facere nō pōt, quinimo nec de iure d3.
Quinimo nec hoc facere posset vbi essemus in casu in quo
hec libera voluntas deberet aut posset limitari aut restringi
ad arbi-

ad arbitrium boni viri. Quia adhuc eo casu non posset ipsi
homines impedire in premissis nisi subsistente causa legitima
nec de qua videretur bono viro quod illa obstare deberet,
⁊ quod dictus nobilis honoratus non tenetur admittere in ma-
cellarium eum quem homines prefati elegissent.

¶ Ad quintum dico et respondeo quod cum dictis homini-
bus fuerit per dictum quondam nobilem anthonium data, at-
tributa ⁊ concessa facultas piscandi in stagno, in riuo, et in ri-
peris stanne, cum linea vel massa: nec fuerit dictum aut restri-
ctum ad habentem lineam chordam in cuius chorde fine ponitur
hamus, vel ad lineam habentem, chordam, in cuius chorde
fine non ponitur hamus, sed vermis, vulgo dictus, lombrit: vi-
dentur ipsi homines posse vtroque modo vel cum vtraque li-
nea piscari: nec in hoc offendunt verba conuentionis, seu conces-
sionis, vtroque enim modo est verum eos piscari cum linea: et
sic cum hic non cessent verba dispositionis: ergo nec dispositio;
quemadmodum econtra, vbi cessant verba dispositionis, ces-
sat et dispositio. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. l. iiij. §.
tenens. ff. de dam. infec. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quoti. et esti.
l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acquirenda heredi. ⁊. l. ita
autem. cum suis simili. ff. de administra. tuto. Quia vt propo-
situm in proposito, et oppositum in opposito. Et quia vbi ver-
ba sunt clara, non est in dubio ab earum significatione rece-
dendum. l. ille aut ille. §. cum in verbis et. l. non aliter. ff. de le-
gatis. iij, non obstat id de quo fortasse ex aduerso opponitur,
scilicet quod linea habens cordam in cuius fine non ponitur
hamus, sed vermes, vocatur boxrom. Quoniam respondeo quod
etiam tunc piscantur cum linea: quemadmodum ⁊ cum linea
piscantur quamdo cum linea piscantur habente cordam, in
cuius calce seu fine ponitur hamus. Preterea vt supponitur
in facto homines dicti loci de neapola piscati sunt, et piscari con-
sueuerunt a tempore dicte concessionis ⁊ citra pacifice ⁊ quiete,
exceptis paucis annis quibus idem nobilis honoratus co-
natus est impedire ⁊ molestare: quod facere non debuit: quia
etiam si essemus in casu, in quo verba concessionis predicte
dici possent habere aliquam obscuritatem, prout non habent:
illa fuissent declarata per dictam obseruantiam: dicta. l. mini-
me. ff. de legib. c. dilectus, et quod ibi panormitanus de con-
cessio. preben. et bartho. sozinus in dicto consi. cxlv. in prima
parte. Addo predictis, quod etiam si in dicta concessione esset
predictis hominibus concessa facultas piscandi cum linea hamata, seu
habente cordam, ⁊ in calce illius hamum: adhuc viderentur
posse piscari cum linea habente chordam ne in fine vermes inuo-
lutos: cum vtrobique videatur ⁊ esse eadem ratio, et vtrunque
verisimile fuisset ab initio concessum: et sic posset argui a si-
mili. l. si extraneus. ff. de condict. ob causam. quemadmodum
vbi ratio est contraria, arguitur a contrario sensu. l. inter soce-
rum. §. cum inter. ff. de pact. dota. vtrunque declarat bal. in. l.
apud antiquos. C. de fur. videtur igitur vt iam dixi quod ho-
mines predicti non sunt molestandi, vel impediendi, quominus
pisces capiant cum vtraque linea, hoc est tam habente ha-
mum quam vermes inuolutos.

¶ Ad sextum quesitum dico et respondeo, quod cum dictus
quondam nobilis anthonius sibi reseruauerit duodecim li-
10 bras de ⁊c. non potuit † idem nobilis anthonius nec potest
dictus nobilis honoratus multis predictis hominibus de
neapola loco boni deficientis accipere de alijs piscibus: sicut
debitor inuito creditore non potest soluere aliud pro alio. l. quod
debitori. l. eum a quo. et quod ibi glo. et doctores. C. de solu.
et. l. ij. in princip. et quod ibi glo. et doctores. ff. si certum peta-
tur. ita nec creditor potest exigere. illud pro alio nisi esset consue-
tudo contraria. l. domini prediorum, et quod ibi gloss. secundum
vnam lecturam, bartoli, iacobi, rubuffi. ioannis de platea ⁊ do-
cto. C. de agrico. et censitis. libro vndecimo. et franciscus de
aretio consilio. clvj. exordiente, diligenter visis ⁊ consideratis
testamento et codicillis, ⁊ versiculo, preterea non licuit ⁊c. circa fi.
et ita fuit de mente bal. in. l. filium quem, in illa. q. quam ponit
in versiculo vlterius queritur de bati questione ⁊c. ibi, respon-
deo quia cum habeat legitimam. et. cap. familie hercisc. ⁊ si
creditor aliud faceret, hoc est si exigeret vnum pro alio debi-
tore inuito: ipse vsurparet id quod sibi non deberetur, ⁊ posset
incidere in penam. l. extat. ff. quod metus causa. et. l. penul. ff.
ad. l. iuli de vi priua. dixi supius, nisi esset introducta consuetudo
contraria, dicta. l. dominum prediorum, ad fi. et quod ibi docto-
res et maxime ioannes de platea. sed cum in dicto themate dica-
tur quod dictus nobilis honoratus capere ceperit alios pis-
ces pro Tino, et quidem non consentientibus, sed renuntieri-
bus predictis hominibus, a quatuor annis citra, vel circa, non
potest dici consuetudo introducta aut prescripta. pro quo alle-
gasse sufficiat id quod habetur. C. que sit lon. consuetudo, in ru-
bro ⁊ nigro, ⁊ in. l. ij. C. de seruitu. ⁊ aqua, ⁊ quod not. cano. in
c. fi. de consuetu.

¶ Venio ad septimum, super quo videtur prima facie dicen-
dum, quod siue prefati homines singulis diebus capiant Tyn-
nios, siue non, ipsi teneantur dare ⁊ expedire dicto nobili ho-
norato duodecim libras Tynni: ⁊ sic si non habeant de tono
per eos capto, teneantur emere: arg. eius quod habetur in. l.
quidam testamentum. in principio. ff. de lega. primo. l. Paulo
§. finali. ff. de leg. tertio. ⁊. l. tutius. ff. de alimen. lega. per que
iura Bartolus ⁊ doctores in. l. inter stipulantem. §. sacram. ff.
de verborum obligati. Cy. ⁊ doctores in. l. si quis argentum.
C. de donationibus. volunt, quod quando prestationi seu so-
lutioni faciende de fructibus promissis adijcitur certus fun-
dus ex quo sunt percipiendi seu debentur: tunc id quod pro-
missum est debetur statim vel ex illo loco: vel aliunde. Cum
igitur tempore dicte facultatis piscandi in mari, per dictum
quondam nobilem Anthonium, prefatis hominibus fuerit
conuentum de sibi ⁊ suis successoribus dando ⁊ soluendo sin-
gulis diebus, vltra ⁊ preter leydam pecuniariam, duodecim
libras Tynni ad rationem vnius pataci pro libra tempore qua-
dragesimali, ⁊ ad rationem medij pataci pro libra alio tem-
pore: videtur quod siue isti homines capiant singulis diebus
tonos, siue non: ipsi teneantur ad dictas. xij. libras Tynni: ⁊
sic teneantur emere si non habeant. Sed puto quod contra-
rium sit verius, scilicet, quod non teneantur emere ijs diebus
quibus pisces non capiunt. Ad quod dicendum moueor ex
verbis conuentionis ⁊ reseruationis per dictum quondam no-
bilem Antonium factarum. In quibus dicitur quod ipse de-
dit tribuit ⁊ concessit predictis hominibus licentiam ⁊ auto-
ritatem piscandi seu piscari faciendi in mari predicti loci de
neapola cum quocunque ingenio voluerint, ⁊ possint libere et
impune, reseruato dicto domino quando piscabuntur altra-
bin abagueras ⁊ a tonayres sua leyda, videlicet medio gros-
so pro floreno, retinendo sibi ipsi domino de tempore quadra-
gesime. xij. libras de tono quolibet die pretio pro libra vnius
pataci: ⁊ de tempore hyemali alias duodecim libras pretio
cuiuslibet libre medij pataci. Per que satis aperte videtur
dictus nobilis honoratus voluisse sibi ⁊ suis successoribus di-
ctas duodecim libras de piscibus per dictos homines ⁊ in
mari loci predicti de neapola capiendis: ⁊ hoc non solum pro-
pter reseruationem medij grossi ⁊ leyde, de quibus ibi, ⁊ que
fit de piscibus ex tunc in antea capiendis in dicto mari: sed et
pro eo quia dixit retinendo sibi ipsi domino de tempore qua-
dragesime libras duodecim de tono, verisimiliter enim sensit
ipse dominus de tono capiendo in dicto mari, ⁊ per dictos
homines: in quo existimabat habere, ⁊ successores habitu-
ros maius ius, quam in piscibus alibi capiendis: ⁊ qui dabat
⁊ concedebat licentiam ⁊ autoritatem piscandi in dicto mari
⁊ tonos inibi capiendi. Et ob hoc censetur dixisse, retinendo
⁊c, quasi in eis, de quibus capiendis per alios conueniebat ⁊
licentiam concedebat, ius haberet: aut cum habiturus esset.
Hoc enim vel sonat vel presupponit verbum retinendo: sicut dicit
in simili Oldra. consilio centesimo decimoquarto exordiente,
factum tale est in instrumento cuiusdam emancipationis
⁊c. Ioannes andreas in additio. Specul. titu. de nat. ex libe.
ventre. in additio. exordiente, circa predictas formas addit
questio talis ⁊c. ⁊ Alberi. in. l. finali. C. de emancipatis liber.
11 In quibus locis supposito hoc themate, petet † in instrumen-
to emancipationis ante decretum iudicis sic dixit, retento si-
bi vsufructu de omnibus rebus ⁊ bonis per ipsum filium eman-
cipatum quomodolibet acquirendis, quem vsumfructum re-
mittere non intendit: querunt an talis retentio de iure valeat
⁊ concludunt quod non, pro eo quia certum est quod in acqui-
sitis post emancipationem. per filium pater nullum ius ha-
bet. l. si filius. ff. de verbo. obligatio. ⁊. l. vltima. ff. de stipulat.
seruo. ⁊ dicitur quod propter hoc inuenta extiterit equitas col-
lationis, quod emancipatus conferat suis, qui in potesta-
te remanserunt, id quod patri quesiuisset si in illius potestate
permansisset. l. cum emancipatus. §. fi. ff. de coll. bono. ⁊ subijciunt
doctores prefati circa retentionem predicti vsusfructus aper-
te videri, quod pater ius nouum sibi acquirere noluerit: sed
quod sibi competebat non remittere: sicut de confirman-
te ⁊ innouante dicitur capitulo, cum dilecta. de confirma-
tione vtili vel inutil. capitulo, quia intentionis, de priuilegi.
et. l. et quia. ff. de iuri. omnium iudicum. ergo a simili non vide-
tur dictus nobilis honoratus voluisse nouum ius acquirere in
alijs tonis: sed potius reseruare ius quod habere, vel se aut su-
os habituros sperabat in Tinos capiendos alias enim simpli-
citer non dixisset retinendo. et ista videtur etiam fuisse mens
et voluntas tam dicti quondam nobilis anthonij, quam

hominũ predictorũ cõtrahentiũ ⁊ loquentium de centa [autco]
ritate piscandi in mari. predicto, et cum predictis ingenijs in-
strumentis aut retibus, et signanter de instrumento seu reti
vulgo dicto tenayres, in quo capiuntur toni: et verisimili-
ter partes predicte, dictus scilicet nobilis anthonius in retinẽ
do dictas duodecim toni libras ⁊, prefati homines pmittendo
eas tradere et expedire singulis diebus senserũt illas dare de
tonis in piscando per eos capiẽdis, non tamen de alijs per eos
12 emendis, si proprijs deficerẽt. Et hec † eorũ mens seu voluntas
potius inspicienda est, quam verba. l. finali. et quod ibi Ba. C.
que res pigno. obligari possunt. l. ita stipulatus. §. item si quis
ita stipulatus, ver si. ex sententia contrahentium ⁊c. ⁊ quod
ibi gloss. ⁊ docto. ff. de verborum obligationibus glossa in. l.
blanditur. C. de fideiusso. ⁊ in. l. si in venditiõe. ff. communia pre
dio. facit. l. in conuentionibus. ff. de verborum significatione.
⁊. l. sed excelsus. §. si fundus. ff. de contrahenda emptiõe. ⁊ ven
ditione. Non enim intentio verbis, sed verba intentioni de-
bent deseruire. c. intelligentia. et. c. in ijs, de verborum signifi
catione. c. humane aures. xxij. questione. v. c. secundo. xxxviij.
distinctione. et. c. marchion et basilides. j. questione. j. ⁊ col-
lectis verbis totius decimi noni capituli conuentionum di-
ctorum nobilis anthonij et hominum, videtur ex hoc assu
mi quod dictus nobilis anthonius sibi retinueri de tonis in
mari predicto per dictos homines in piscando capiendis di-
ctas duodeciʒ libras, et homines ipsi de illis libras huiusmodi
soluere promiserunt: ita quod et locus et toni huiusmodi vi-
dentur appositi causa taxationis non gratia designationis. ⁊
sic non videntur homines predicti esse cogendi emere. fateor
13 † tamen, si hodie, et forte cras, insuper et aliquibus diebus
sequentibus non capiantur toni: si postea capiantur, et domi-
nus velit habere. tenẽtur homines supplere et dare libras pre
dictas pro diebus quibus non habuerunt, et pro pretio ⁊c.
sicut dici solet de illo qui promisit soluere annis singulis cer
tam mensuram fructuum de eo quod perciperet ex certo fun
do: et sic quando apponitur fundus seu locus non causa desi-
gnationis, sed causa taxationis, quo casu id quod deficit in
vno anno, suppletur in alio. l. legatum. §. vini salerni. ff. de an-
nuis legatis. ⁊. l. ex eo. de vino tritico ⁊ oleo legatis. ⁊ quod no
tat Cynus ⁊ doctores in dicta. l. si quis argẽtum. C. de dona-
tionibus. Bartolus ⁊ doctores in allegata. l. inter stipulan-
tem. §. sacram. ⁊ Baldus in c. primo, in princip. de notis feud.

¶ Ad octauum dico ⁊ respondeo, quod dictus nobilis hono
ratus non potest in vim reseruationis predicte petere vel exi-
gere nisi decem libras toni pro singulo die, ⁊ pro pretio seu pre
tijs ⁊c. ⁊ sic non quilibet ex piscatoribus distributiue tenetur
dare decem libras: sed sufficit quod omnes collectiue dent seu
soluant illas decem libras: pro quo in primis facit quod not.
Jacobus butrigarius, Baldus ⁊ doctores in authen. causa
14 que fit. C. de episcopis ⁊ clericis. vbi volunt quod † quando
pena imponitur vni ⁊ pluribus coniunctim, puta capitaneo ⁊
ancianis, omnes illi plures significati per nomen collecti-
uum non tenentur nisi ad dimidiam penam, ⁊ capitaneus ad
aliam dimidiam: ⁊ hoc semper allegatur, dicta authen. causa
que fit. cuius dicti ratio est: q2 illi plures censentur vnum cor-
pus, scdm Jacob. butrig. Petrum, Cyn. ⁊ alios. Et per hoc
dicit ibi Bald. ꝙ si sententia ita dicat. Sententiamus talem
olim syndicum talis ville ⁊ ipsam villam pro eo quod non ce-
perunt malefactorem, quod iste quondam syndicus tenetur
ad dimidiam penam, ⁊ villa tenetur ad aliam dimidiam. Ec-
ce ergo ꝙ illi plures copulatiue tenẽtur solum ad dimidiam:
non autem quilibet distributiue. Preterea ad hec etiam fa-
cit id quod notat Joannes de imola in lege, si ita sit scriptum.
columna. ij. versi. vltimo posset esse dubium. ff. de legatis. ij. et
post eum elexander de Jmmola et dominus Jasom in. l. qui
filiabus. §. si quis ita. ff. de legatis. j. vbi querũt, an si pater filia
bus natis vel forte nascituris legauerit centum, censeatur ip-
se pater centũ legasse cuilibʒ ex filiabus siue natis, siue nascitu
ris: et sic an huiusmodi filiabus censeatur legasse centum dis-
tributiue et sic cuilibet vel collectiue, et sic duntaxat om-
nibus vna centum. et dicit Joannes de imola in dicta. l. si ita
scriptum, se non repetisse hoc dubium tactũ aperte per docto.
et finaliter refert opinionem Bar. in. l. si pluribus. circa finem
principij. ff. de legatis. ij. vbi querit an indeffinita equipolleat
vniuersali collectiue: an vero vniuersali distributiue. et deinde
concludit idem Joannes de imola contra Bar. quia cum in-
definita sit apta equipollere vniuersali collectiue ⁊ distributiue
debet in dubio equipollere vniuersali collectiue: vt sic minus
grauetur heres: pro quo allegat in argumentum. l. si ita reli-
ctuʒ. in principio. ff. de legatis. ij. et. l. apud iulianum. §. Seio.
ff. de legatis. ij. et respondet ad dictam. l. qui filiabus. §. si quis
ita: vbi indefinita equipollet vniuersali distributiue, ꝙ hoc
operatur distributiuum si quã, in ea positum. Et pro hac
opinione Joannes de imola contra Bartolum, videtur tex
in. l. quidam. §. si sibi. cum. l. seq. ⁊ seq. in princip. in verbo, quar
ta debeatur. ff. de rebus dubijs: que loquit tam in legato. quã
in hereditate. Et facit. l. legata inutiliter, ⁊ meli9. l. q quartã,
§. finali. ff. de lega. primo. multa alia pro hac opinione Joan-
nes de imola. ⁊ contra Bartolum inducit Alexander de imo
la ⁊ sequitur dominus Jason in dicta. l. cũ filiabus. §. si quis
ita. Si igitur in testamentis, in quibus fieri solet ⁊ fienda est
plenior interpretatio in fauorem eorum quib9 aliquid relinq
tur. l. tertia. ff. de triti. lega. l. in testamẽtis. ff. de regulis iuris.
⁊. c. cum dilecti, ad fi. cum suis similibus. de donatio. indefini
ta non equipolleat vniuersali distributiue in fauorem illius
cui factum est relictũ: multominus debet illa equipollere in
contractibus, in quibus non plenior sed arctior sit interpreta
tio, dicto. c. cum dilecti. Preterea istam dubitationem deci-
dit dictum Dyn. quod refert ⁊ sequitur Bartolus in. l. si plu
ribus, in fine principij: vbi dicit ꝙ Dy. inducit principium il
lius. l. cum gloss. in argumentum ad questionem: Si concedo
duobus fratribus fundum in feudum vt prestent quarteriam
bonis ⁊ quatuor operas singulis annis, quod aut dicitur vt p̃
stent omnes, aut quilibet, aut dubium est: ⁊ in dubio tenẽtur
omnes tantum ad vnam quarteriam ⁊ quatuor operas, secũ-
dum Dy. quod Bartolus mandat teneri mente. Et facit p̃
hoc dicto: quia in dubio facienda est interpretatio contra eũ
qui se fundat ex verbis contractus. l. veteribus. ff. de pactis. l
stipulatio ista habere licere. §. in stipulationib9. ff. de verbor
obligatio. ⁊ regula, contra eum. de regulis iuris. in sexto. Joã
nes de imol. consilio centesimo nonagesimo quarto, columna
penultima in secundo volumine. ⁊ in. l. si pascenda. C. de pac.
⁊ Andreas barba. consilio sexagesimo tertio. collatio. octa-
ua in fine. in prima parte. Cum igitur in dubio, pro eo quia nõ
appareat ꝙ dictus quondam nobilis Antonius sibi ⁊ suis re
tinuerit duodecim libras a predictis hominibus collectiue,
⁊ sic ab omnibus soluere debentibus duodecim libras, vel a
quolibet distributiue: in hoc dubio dicẽdum est ꝙ omnes te-
nentur tantum ad duodecim libras. Nisi forte opponatur qd
imo ipsi homines piscatores ⁊ eorum quilibet teneantur ⁊ te
neatur ad dictas duodecim libras, p eo q2 in pmissione seu al
legatione facta per homines dicitur, ⁊ vniuersa dicti homi-
nes, ⁊ ipsorum quilibet bona fide ⁊c. Sed hoc non obstat: pro
eo quia licet ibi dicatur ꝙ dicti homines ⁊ eorum quilibet,
vt ibi: non tamẽ dicitur quilibet insolidũ. Item ⁊ pro eo quia
subijcitur, in quantum eos tangit. Non autem apparet ꝙ di-
cte duodecim libre tangant quemlibet insolidum, seu ꝙ illas
voluerit sibi ⁊ suis solui dictus nobilis Anthonius per di-
ctos piscatores ⁊ eorum quemlibet.

¶ Ad nonum dico ⁊ respondeo ꝙ cum vnusquisq; sit mode
rator ⁊ arbiter rei sue. l. in re mandata. C. manda. l. dudum.
C. de contrahen. emptio. ⁊ vendi. l. possessio. C. de his qui. vt indi
gni. ⁊. c. de his quia. d fi. cum suis simi. de sepul. dicti homines
piscatores possunt suos pisces vendere, etiã dicto nobili ho-
norato non requisito, reseruato tamen de tono cum illum ca-
piunt vsq; ad duodecim libras: quas eidem nobili honorato
dare ⁊ expedire debent. Et hoc maxime procedit: quia non
sunt obligati dare vel soluere duodecim libras optimi Cyni-
ni, sed duodecim libras toni seu Cyni. Et ita contendere
non potest idem nobilis Honoratus, ꝙ per se vel suos forte
familiares velit videre tonos, vt de optimo vel optimis seu
melioribus inter eos eligat, quia electio non est sibi conces-
sa: nec eligere potest. Pro quo allegasse sufficiat id quod ha-
betur in. l. stipulatio. quedam certe, ⁊. l. vbi autem, in princi-
pio ⁊ quod ibi per docto. ff. de verbo. obligatio. ⁊ quod notat
glossa in. l. legato generaliter. ff. de lega. primo. quia, vt ponit
in facto, dicti homines ⁊ predecessores a tempore dicte con-
cessionis eorum pisces vendere consueuerunt domino irrequi
sito ⁊ tono reseruato cum tonum ceperunt. in qua possessione
non sunt turbandi seu molestandi: ⁊ minus ea priuandi ⁊ si
gnanter cum illa fuerit ⁊ sit iustissima, ⁊ iuri conformis.

¶ Ad decimum dico ⁊ respondeo, ꝙ cum facultas de qua
ibi fuerit concessa duntaxat particularibus hominibus dicti
loci de neapola, ⁊ per dictum quondam nobilem Anthonium,
⁊ de hoc conuentum per ⁊ inter ipsum nobilẽ Anthonium ⁊ pisca
tores, scilicet quod omnis piscator teneretur predictis homi
nibus dare ⁊ vendere pisce, prout ibi: non potest ipse no-
bilis honoratus se iuuare dicta concessione seu cõuentione,
nec petere pisces sibi vendi pretio et pretijs de quibus ibi, seu
eo pretio et eis pretijs quo et quibus illos sibi vendi postulat
tum quia ex tenore instrumenti concessionis et conuentionis

pisca

predictarum non apparet eum nec dictum quondam nobilem Anthonium eius patrem fuisse in eo comprehensum: ergo non ex eo se iuuare, dicta. l. ad probationem, et quod ibi Bal. Salicetus et paulus de castro. C. de proba. et vt dicit ibi Bal. et alij post eum qui non nominātur in instrumento non iuuātur instrumento, nisi esset iuris vel rei successor. ⁊ hoc est quod aduocati sepe dicunt, instrumētum non loquitur de te. Pro hoc etiam facit. l. sancimus. in verbo, pacti tenor. C. de fideiussoribus. l. fideiussores magistratuum. §. pro aurelio. in verbo lecta subscriptione. ff. eodem titulo. ⁊ alia iura supra allegata. Facit etiam pro hoc. l. finalis. ⁊ quod ibi not. C. de rebus creditis. ⁊. l. prima. in principio. ff. de ijs que in testamento delen. Preterea cum Tynni sint longe minoris valoris ⁊ precij, quā essent tempore concessionis ⁊ conuentionum predictarū: non
15 tenerentur ipsi piscatores dare † pro pataco, medio pataco, aut sex denarijs monete nunc currentis, singula singulis oportune referendo: sed deberet solui patacus, medius patacus, aut sex denarij habito respectu ad valorem monete currentis tempore dictarum concessionis et conuentionum, per ea que habentur per scribentes in. c. quanto. de iureiurando. ⁊ in. l. paulus, ff. solu.

¶ Ad Undecimum quesitum dico et respondeo, quod cum vt iam dixi quilibet sit regulariter moderator ⁊ arbiter rei sue. dicta. l. in re mandata, cū suis simili. et in. xxix. capitulo concessionis et conuentionum predictarum dicatur, quod omnis persona accipiens perdices et cuniculos causa vendendi ipsos siue ipsas vendere non audeat alicui nisi prius presentauerit domino loci de Neapola, et sic solum restringatur libera vendendi facultas predictorum hominum quoad cuniculos et perdices firmatur regula in alijs auibus et animalibus non exceptis. l. nam quod liquide. ff. de penu legata. l. quesitum. §. idem respondit. ff. de fun. instruct. ⁊ authentica de non alienā. aut permutan. §. vt autem modo, et quod notat glo. in. l. prima. ff. de regulis iuris. ⁊ Baldus in. l. prima in fine. ff. de fer. ⁊ ita infertur quod homines non tenētur presentare alias aues vel animalia a dictis perdicibus et cuniculis.

¶ Ad Duodecimum dico et respondeo, quod dicti homines non tenentur in absentia domini de Neapola presentare perdices aut cuniculos dominis eius officialibus, aut alteri eorundem: nec requirere eos an cuniculos vel perdices pro se ipse emere velint: sed si ipsi aut eorum aliquis haberet mandatum expressum de emendo, et ille cessante omni fraude vellēt emere pro domino cuniculos aut perdices, et illos sibi expedire putarem quod deberent illis officialibus vel officiali habentibus mandatum eos presentare.

¶ Uellem pro pleniore responsione facienda ad decimum tertium et finale quesitum, plenius causas intelligere, propter quas pretendunt homines dicti loci de Neapola vltimam trāsactionem, eam scilicet que facta est anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo et de mense decembris fuisse nullam, aut si que extiterit cassandam et rescindendam: vt sic possem plenius et securius respondere id quod mi
16 hi videretur, quo saluo, dico † et respondeo, quod si ad transactionem huiusmodi vel ad electionem faciendam de illis sex hominibus, qui postea pro et nomine vniuersitatis et hominū de neapola leguntur transegisse, nō fuerunt omnes vocati, vel si in electione huiusmodi non fuerint saltem due partes totius vniuersitatis, dicta electio non valuit, et consequenter etiam non valet transactio predicta. l. nominationum. C. de decurio. ⁊ quod not. Bar. in superius allegata. l. ꝙ maior. ff. ad municipa. ⁊ hostien. in. c. ij. de operi. no. nuntia. ⁊ hoc quatenus transactio predicta concernit preiudicium vniuersitatis predictorum hominū. quatenus vero concernit preiudicium singulorū hominū opus erat ꝙ omnes, ⁊ signanter illi de quorū preiudicio agebatur, interessent ⁊ cōsentirent in electiōe ⁊ transactione dicta. l. per fundū. ff. de seruituti. rusti. predio. quod notāt docto. in dicta. l. cū omnes de constitu. preterea aduer
17 tendum est ꝙ in electione dictorum † sex hominū data fuit eis facultas conueniendi capitulandi et transigēdi prout eis melius videretur: et sic non est eis data libera facultas conueniendi et transigendi prout vellent, aut prout eis liberet: sed prout bonus vir arbitraretur quia verbum videbitur, importat arbitrium boni viri, per id quod voluit Bar. et docto. in l. si sic. ff. de legatis. j. et quod habetur in. l. Thais. §. sororem et. l. lucius. §. fideicōmissaria libertas. ff. de fideicōmissis libertatibus. et quod notat Bartolus in extrauaganti, ad reprimēdū. sup verbo, videbitur. et Pet. de ancha. consi. lxxxij. et Angelus de aretio in. §. in bone fidei. versiculo quinto. idem videtur dicendum, institutio. de actionibus. Et ideo esset videndum si illi sex homines electi leserint vniuersitatem et homines dicti loci de Neapola vltra quā arbitrari debuerit bonus vir. Itē etiam est aduertendum an transactio predicta fuerit per homines, vniuersitatem, vel homines illius postea expresse vel tacite approbata, ⁊ qui actus facti extiterint: vt possit cognosci an ex illis, vel eorū altero possit colligi illius vel exp̄ssa vel tacita ⁊ efficax approbatio: ⁊ an fuerit grauissime lesa ipsa vniuersitas vel homines, ⁊ in quo, vel in quibus. Que omnia dixerim ⁊c.

1 ☞ Usumfructum verum habere debet vxor ex voluntate testatoris id ordinantis, nullis superstitibus liberis.
2 Eris alieni onus ad vsufructuarium omnium bonorum pertinet. ⁊ an ⁊ quando ad patrem pro filio.
3 Es alienum non sequitur fundum: ⁊ qualiter illud heredes soluere debeant.
4 Conditio in fine posita non tam facile limitat precedentia, ꝙ posita in principio sequentia.

¶ Epitome.

¶ Actiones suas creditores contra legatarios vsusfructus certarum rerum proponere non possunt: nisi verbis testantis aut alijs argumentis aliter fieri debere manifestum sit. U. F.

¶ De hereditar. actio. Consi. xj.



Pro faciliore responsione facienda ad quesita ⁊ dubia parte nobilis ac generose ⁊ potentis mulieris domine Catherine de burgondia, relicte magnifici ⁊ potentis quondam viri domini ymberti marescali domini montis fortis, premitto ꝙ cum eidem quondā ymberto nulli superfuerint liberi seu descendentes, nec ipsa domina Catherina relicta fuerit domina ⁊ vsufructuaria bonorum in vltimo ⁊ nuncupatiuo testamento eiusdem quondā domino ymbertum latius mentionatorum, sed dumtaxat vsufructuaria bonorum huiusmodi: nos non sumus in terminis questionis, de qua per glossam ⁊ doctores in authentica, hoc locum. C. de si secundo nupse. mulier. Bartolus in. l. cum testamento. §. titia Seio digestis de legatis secundo Bald. in. l. finali. C. de ind. vidui. tollenda. Bartolus in suo cōsilio exordiente. Petrus mastreli, et consilio exordiente, Nycolaus sauoeti ⁊ in multis alijs, Franciscus de aretio cōsilio quadragesimo ⁊ alij in locis multis tam scribendo, quam consulendo: quatenus scilicet querunt quid habere debeat vxor per maritum relicta domina ⁊ vsufructuaria ⁊ massaria omnium bonorum, vel relicta domina ⁊ massaria omnium bonorum. vel relicta vsufructuaria omnium bonorum. Et hoc eo casu quo supersunt liberi testatoris. Quia vt iam dixi in casu nostro non superfuerunt liberi: nec ipsa domina Catherina relicta est domina ⁊ vsufructuaria omnium bonorum eiusdem quondam domini testatoris: sed est relicta dumtaxat vsufru
1 ctuaria omnium bonorum inibi mentionatorum. Quo casu nemini dubium, quin iuxta voluntatem ⁊ dispositionem testatoris debeat habere verum vsumfructum per maritum relictum. Et ita sentiunt communiter omnes scribentes. Ad quod facit lex, vxori mee. digestis de vsufructu legato. lege omnium. digestis de vsufructu. dicta authentica, hoc locum. Quinimo dixerunt multi, quod si vxor relinquatur vsufructuaria omnium bonorum, ipsa debet habere verum vsumfructum, non solum alimenta ⁊ preeminentiam in domo, etiam si supersint liberi, per iura proxime allegata. Et hanc opinionem tenet Salicetus in dicta authentica, hoc locum. vbi etiam odofredus quem refert ⁊ sequitur Speculator titulo qui filij sint legitimi. §. primo, versiculo, quid si quis ita dicit ⁊c. Fateor ꝙ Bartolus ⁊ quidam alij tenent contrarium in casu proxime dicto. Sed vt dixi nos non sumus in illis terminis: quia nec in casu nostro supersunt liberi ex dicto quondam domino ymberto, nec eadem domina relicta est vsufructuaria omnium bonorum: sed dumtaxat partis. Quo presupposito, dico ⁊ respon

deo quod licet Bartolus in.l.finali versiculo.quid si alicui et
2 cetera.digestis de vsufructu legato.dixerit, quod † onus eris alieni spectat ad vsufructuarium omnium bonorum, mediis iuribus, et rationibus per eum allegatis: hoc tamen non refragatur intentioni dicte domine Catherine. Tum quia ipsa non est vsufructuaria omniũ bonorũ: quinimo nec certe quote hereditatis bonorum aut rerum dicti quondam domini ymberti: sed quorundam suorum bonorum, eorum scilicet que existebant in ducatu valentinensi et comitatu venaiscini, in Auenionen. et principatu aurayce. Non ergo tenetur ad debita hereditaria. dicta.l.finali ad finem et quod ibi Bartolus et doctores digestis de vsufructu legat. et.l.prima.§.si heres.ff. ad trebellianum. facit.l.finali.§.finali.ff.de contrahenda emptione et venditione. Tum et quia dictum Bartolum non videtur procedere: et contra dictum eius videtur casus in.l.finali.§.finautem, quem ibi ponderat Paulus de Castro.C.de bonis que liberis. vbi pro existens vsufructuarius omnium bonorum filij vendit nomine filij mobilia si sufficiant, alias immobilia, vt satisfiat creditoribus hereditarijs: et illum textum inducit punctualiter Paulus de Castro ad vxores relictas vsufructuarias, scilicet quod ille non teneantur ad debita. Si autem pater vsufructuarius omnium bonorum filij tenetur soluere debita eiusdem filij, non deberet ipse pater administratorio nomine pro solutione debitorum filij vendere sua bona mobilia si sufficiant alias immobilia: quod tamen eidem permittitur, dicto.§.finautem. Non ergo tenetur pater, quamuis sit vsufructuarius omnium bonorum filij soluere sua debita: Ergo nec alij vsufructuarij omnium bonorum tenentur ad solutionem eris alieni. Quod etiam voluit Paulus de Castro consilio trecentesimooctuagesimoseptimo, exordiente, in causa que vertitur inter heredes domine Bartholomee etc. ver. nunc est videndũ an sit verum ꝙ ad dictam dominam vsufructuariam omnium bonorum etc. idem voluit Andre. Barbatias consilio.lxij. exordiente, illud referam in mediũ, quod preclare scripsit gloriosissimus apostolus etc.iij.ij.parte, vbi multa inducit, et Bartholomeus Socinus consil.cxxxj. exordiente, in presenti consultatione etc. Ex quorum dictis aperte colligitur, et per multas rationes, ꝙ non solũ non potest vsufructuarius certe quote hereditatis aut bonorum seu rerum defuncti conueniri pro ere alieno: sed nec legatarius omnium bonorum cõueniri potest: quamuis fallantur in his ꝙ res alienũ prius deduci debeat, et ꝙ de vel in residuo debeatur vsufructus vel quote vel omniũ bonorũ. Sed nos non sumus in aliquo ex casibus predictis: quia nec in casu nostro legatꝰ est vsufructus omnium bonorum, nec fructus certe quote hereditatis aut bonorum seu rerum: sed certorum bonorum, eorum scilicet que existebant in ducatu, comitatu, et alijs locis superius mentionatis. Quo casu Bartolus et alij concordant, ꝙ nec huiusmodi vsufructuarius teneatur ad onera hereditaria nec onera huiusmodi debeant prius deduci. Et ita secundum eorum mentem es alienum non minuit huiusmodi vsumfructum. Et predictis etiam videtur concordare Alexander de Imola in.l.vsufructu bonorum legato. digestis ad legem falcidiam.

¶ Ad secundum quesitum patet responsio ex predictis, scilicet ꝙ dicta domina Catherina conueniri non possit per credi
3 tores hereditarios: quia † es alienum non sequitur fundum, dicta.l.prima.§.si heres.ff.ad trebellianum et allegata.l.finali ad fin.ff.de vsufructu legato. Et procederet hoc etiam si ipsa domina Catherina esset vsufructuaria certe quote hereditatis aut bonorum seu rerum, vel etiam omnium bonorum dicti quondam domini ymberti: vt ibi voluit Paulus de Castro andreas barbatias et Bartholomeus Sozi. pro quo multa inducũt que non refero, quamuis in his casibus qui casum nostrum non attingũt post prius detrahi es alienũ, et sic per detractionem huiusmodi diminueretur vsufructus.

¶ Ad tertium dico et respondeo, quod iuxta dispositionem et mentem dicti quondam domini testatoris es alienum debitum in sabaudia hoc est creditoribus qui in patria sabaudie commorabantur, solui debet per dominum Franciscum alterum ex heredibus. hoc enim voluit dominus testator. dos vero spectabilis domine eius quondam matris solui debet ex dispositione eiusdem domini testatoris per dominum Joannem berengarij alterum ex heredibus. Salaria autem seruitorum sunt iuxta dispositionem eiusdem domini testatoris soluenda per dictam dominam Catherinam. Aliud vero es alienum, si quod sit, et de quo non fecit mentionem, videtur esse soluendum per dictos dominos heredes quilibet, pro semisse quamuis forte bona relicta vni sint maioris valoris, quam relicta alteri.l.prima.C.si certum petatur et.l.ex facto propone-

batur.§.vnum scio quesitum, vbi est de hoc casus.ff.ad legem falcidiam.

¶ Ad quartum dico et respondeo, ꝙ secundum verba dispositionis testatoris, quorum tenor attendendus est.l.ad probationem, versi.quem tenor.C.de probatio.l.sancimus.versiculo pacti tenor.C.de fideiusso.l.fideiussores magistratuum.§.pro aurelio. versicu.lecta subscriptione.ff.eodem titulo et.l.si quis stipulatus stichum aut pamphilum versi.querentibus inspiciendus est sermo, cum suis similibus.ff.de verborum obligatione. clausula hec ita et taliter quod eadem eius vxor de eisdem bonis eidem vt supra legatis etc. debet intelligi duntaxat de bonis mobilibus et per se mouentibus, et ad illa referri: non autem debet etiam referri ad alia bona, quorum vsumfructum eidem domine Catherine in primo legato reliquerat: et hoc clare colligitur ex verbis dicte clausule, in qua vult dictus testator, ꝙ ipsa domina Catherina de bonis eidem legatis et iure legati relictis possit facere ad eius voluntatem, vnde cum bona mobilia et per se mouentia fuerint sibi legata, ipse de illis sensisse videtur in predicta clausula: non autem de immobilibus: quia illa non fuerant in presenti legato relicta: sed duntaxat illorum vsufructus, sicut stanna, dolia, et culcitre, de quibus dicitur quod illa remanere debeant in domibus cum coopertorijs lectorum. Satis ergo datur intelligi, quod per illam clausulam non datur facultas disponendi de immobilibus. Preterea si ipse hoc facere voluisset, non legasset eidem domine vsumfructum predictorum bonorum. Item et cur in illis heredem instituisset dictum nobilem Joannem Berengarij, si statim voluisset et concessisset eidem domine Catherine quod ipsa posset facere et disponere de bonis huiusmodi ad suam voluntatem: non enim hec est verisimile. argu.l.non ad ea.ff.de condi.et demon. Ceterum posset dubitari, an conditio posita in versic. Et hoc dum ipsa eiusdem testatoris coniunx se abstinebit a secundis nuptijs, debeat referri non solum ad legatum bonorum mobilium et per se mouentium, sed etiam ad legatum vsufructus: hoc est, si ipsa domina Catherina sit perditura per conuolationem ad secundas nuptias, si ita fieri contingeret, non solum legatum bonorum mobilium et per se mouentium: sed etiam legatum vsufructus. Super quo, quia de hoc non queritur, respõdeo breuiter mihi videri ꝙ non: pro eo quia legatum vsufructus et legatum bonorum mobilium, et per se mouentium fuerunt relicta in duabus perfectis orationibus: et sic sunt duo legata, separata et distincta.l.ij.et.l.sed duobus.ff.de lega.ij.l.scire debemus, post princip. et.l.penult. in princip.ff.de verb. oblig. Ergo conditio apposita in altero ex dictis legatis, et vel maxime vel saltem in secundo, et sic in
4 posteriore, non debet referri ad primum legatum: quia † conditio in fine posita nõ est ita potens ad limitandum precedentia, sicut est conditio apposita in principio, ad limitandum sequentia.l.quisquis, et quod ibi gloss. et Bar.ff.de legat.j. facit quod notat Bart. in.l.auia. in princip.ff.de condi. et demon. in l.filium.ff.quan. dies lega.ced. et ita reperio consuluisse Nico. Alex. in quodam suo consilio exordiẽte, quidam nomine Ti. condidit testamentum in quo inter cetera disposuit etc. vbi respondet ad.l.in repetendis.ff.de lega.iij. que vult ꝙ per hanc dictionem, Item, inducitur repetitio quando legata fiunt eidem persone: et dicit ꝙ illa in nullo attingit casum, pro eo quia ibi dicitur, ꝙ conditio precedentibus ascripta legatis videtur repetita in sequentibus legatis factis eidem persone per hãc dictionem repetitiuam, item. Sed hoc non fuit in casu de quo queritur: imo contra: quia primum legatum factum de vsufructu est purum, et in fine secundi facti de bonis mobilibus et per se mouentibus ponitur dicta conditio, donec abstinebit. etc. Et sic non est hic tractandum de repetitione precedentis conditionis: quia nulla precessit, respondet etiam idem domi. consulens ad quedam alia: que obstare videntur: que non recito: cũ non sit opus.

¶ Venio ad quintum: super quo in primis vellem aduertere an sit capitulum factum de sexcentis scutis bene trãscriptum, seu copiatum: et signanter an post illa verba, super ipsius testatoris hereditate rebus et bonis, scriptum extiterit de redditibus, prout habeo in copia. quia si ponatur de redditibus, videtur ꝙ voluntas dicti quondam do. testatoris fuerit, ꝙ solutio summe predicte sexcentorum scutorum fieret de redditibus seu prouentibus et emolumentis bonorum Auenionis: et prefata domina Catherina nihil videtur posse percipere de redditibus huiusmodi, donec et quousque esset ex integro satisfactum de summa predicta. Si vero esset scriptum, et redditibus: tunc videretur ꝙ mens et intentio eiusdem domini testatoris fuerit, ꝙ dicta summa solueretur de bonis et redditibus: et sic quod de illis bonis fieret venditio vsque ad valorem dicte summe

summere ex qua venditione non solum diminueretur proprietas, que est dicti nobilis Joannis: sed etiam vsusfructus dicte domine Catherine: z sic ambo contribuerent, dictus videlicet nobilis Joannes heres eius, z dicta Catherina: que in re vendita perderet vsumfructum: quod non videretur absonum, per id quod notat Alexander de imola in dicta. l. vsufructu bonorum legato, ad fin. ff. ad legem falcidiam vbi respondet ad dictam. l. fin. §. finautem. C. de bonis que liberis vbi videtur probari, quod legata solui debeāt per vsufructuarium: z dicit quod ille. §. loquitur in dispositione. l. cum quia mitius agitur. l. celsus. ff. de arbitra. Et non habebant pater z legatarij parem titulum: quia pater ibi erat tanquam legatarius administrator filij heredis. Preterea dicta domina Catherina non est vsufructuaria omnium bonorum et certe quote hereditatis seu bonorum aut rerum dicti quondam domini testatoris: sed vt sepius dixi certarum rerum. Uerum nō me vlterius extendo super hoc articulo, donec plenius fuerim informatus de vera litera clausule precedentis: sine cuius visione etiam non potest commode responderi ad alia dubia.

¶ Non omitto quod in margine alterius ex foleis copie testamenti domini testatoris reperi apostillam: in qua videtur quericulus sint bona dicti quondam domini testatoris existentia in predicto ducatu vltra z propter existentia in loco podugironis: cum de illis nulla mentio facta extiterit in substitutione dictorum dominorum heredum Ad quod dico z respondeo, quod nisi in omissione deprehenderetur error illa spectaret ad dictos do. heredes ad que zlibet scilicet pro semisse, dicta. l. ex facto proponebatur. ff. alegem falcid. Et ita mihi videtur, sub zc.

¶ Epitome.

¶ Possessionem continuans innouare non dicitur: quamuis ei inhibitū esset ne quid in preiudiciuz litis attentaret zc. U. F.

¶ De acquir. pos. Consi. xij.

Non puto qd̄ magnificus et potens vir Christophorus adeusarij. domini ꝙ garde et de raro debeat multum resistere quoniam reuerendus pater dominus philippus de bellomonte sancte Romane ecclesie pronotarius, et pretensus cōmēdatarius, et rector perpetuus prioratus ecclesie domine nostre montiscalui et de raco producat acta et scripturas mētionatas in schedula exordiente comparet reuerendus dominus zc. et ad quas producendū petijt se admitti, et errorem notarij curie a qua corrigit: pro eo quia omissio productionis actorum et scripturarum huiusmodi videtur potius processisse ex facto et inaduertentia notarij dicti curie a qua, quam ex defectu partis. verum ego existimo ꝙ scripture et acta huiusmodi parum proderunt intentioni dicti pretensi domini commem datari rectoris: pro eo quia vt presupono causa principalis cepta et olim primo loco intentata per et inter dictum dominum philipum actorem ex vna parte et vt existimo nobilem et generosam mulierem dominā Margaretam prefati nobilis christofori vxorem ream ex alia fuit mota de z super interdicto vti possidetis, seu manutētione pretense possessionis per ipsum dominum philippum allegate et de ducte, z in qua se fuisse z esse pretendebat, turbari per dictam dominam Margaretam, aut parte ipsius econtra vero eadem do. Margareta, in cuius locum vt, existimo dictus nobilis christoforus successit, proposuit et de duxit se et predecessores suos habuisse a longissimis temporibus et pro ea et tunc se habere diuersam in actis dicte cause latius mentionatum: et tam se quā suos predecessores fuisse a predictis temporibus et per ea in possessione seu quasi per dicti deuesij ac etiam in possessione seu quasi vendendi insolidum z pro suo libito voluntatis herbagium pasturgagium glandagium et bosqueyragium, ac licentiam concedendi alijs, ac pro libito voluntatis licentiam alijs concedendi vel denegandi de nibi depascendo, glandes colligendo ligna scindendo. proposuit etiam z deduxit tam se, ꝙ dictos suos predecessores fuisse a predictis temporib⁹ et per ea, z se esse in possessiōe seu quasi prohibendi z prohiberi faciendi ne quis cuiusuis status aut conditionis existeret sua animalia in dicto deuesio immitteret, glandes vel colligeret, aut aliqua ligna scinderet sine eorum licentia zc. Contendebant igitur dicti dominus Philip⁹ actor z margareta rea de z sup possessorio iudicio: z inquo vterq; pretendebat se fuisse z esse in possessione, dictus videlicet do. Philipus in pretensa quasi possessione ligna scindēdi z capiendi in deuesio z montanea predictis, z prefata do. Margareta in possessione seu quasi capiendi z arrestādi quoscunque inibi comparētes z ligna sumentes, z alias contra eos procedendi prout supra. Quo fit vt non debuerit eadē domina margareta, seu etiam post eam dictus nobilis christoforus impediri quoniam etiam post inchoationem dicte cause, z ea pendente, vteretur, z quilibet eorum vteretur dicta possessione quia qui veterem possessionem continuat non attentat vel innouat, per id quod notat glo. in cle. §. vt. l. pendente, Joan. an. extra vt. l. pendente super rubrica: pro quo videri poterit id quod ibi ponit, Angel. fo. cclix. exordiente inter alia capitula col. iiij. versi. an non soluerint quia soluere recusarūt z adhuc lis pendet zc. Panor. in. c. cum venissent. versic. et ex hoc infero notanter ꝙ si tu negas me esse in possessione, de integ. restit. domi. Prepo. in. c. significante, vbi etiam moder. de appel. Et ex his bene pensatis z attentis concluditur z insertur, non esse probatum ꝙ dictus nobilis christoforus attentauerit: etiam si vera sint ea de quibus in quadam schedula exordiente, comparet coram vobis spectabili z eminenti viro domino Joanne zc. parte dicti domini pretensi commēdatarij z rectoris oblata z producta sed potius continuāt veterem possessionem: quia pendente causa non debuit spoliari seu grauari. l. fina. C. si per vim vel alio modo. Nec obstat illa pretensa manutentio ex aduerso allegata, z per quam vt audio ordinatum fuit eidem nobili Margarete, sine prefato nobili Christoforo fore inhibendum, z deinde fuit inhibituz ne quid noui in preiudicium zc. Quoniam respondeo vt predixi ꝙ per ea de quibus idem pretensus commendatarius z rector conqueritur in predicta schedula, non apparet esse innouatuz seu etiam factuz contra dictas pretensas inhibitiones: quia non fuit per eas inhibitum ne idez do. pretensus commendatarius vel alius pro eo ligna sumentes z accipientes in deuesio z montanea predictis caperentur, arrestarentur, z titulis contra eos formandis respondere cogerētur: quia nec hoc fieri debuit ante principalis cause diffinitionem. Sed fuit inhibitum ne quid noui z in preiudicium principalis cause fieret: quod vt dixi non fit nec fieri dicitur continuando veterez possessionez Que dixeriz breuiter z succincte sub correctione zc.

1 ¶ Dos cōstitui videtur etiaz super futuris bonis aduentitijs quando pater constituens vsus est verbis futuri temporis, et bona illa viuente adhuc filia obuenerunt.

2 Indefinita an z quando equipolleat vniuersali.

¶ Epitome. Ut in priore notabili.

¶ De do. promis. Consi. xiij.



Uiso instrumēto matrimonij dudum, scilicet anno domini millesimo. cccclxxxvij. z de mense octobris contracti per z inter Jacobum Rosset z honestaz filliam Franceham filiam naturalem z legitimam magistri Jordani guineti, vna cuz casu z dubijs parte eiusdem magistri iordani mihi exhibitis: dico z respondeo breuiter z succincte prout infra. Et primo ad primum, ꝙ in cōstitutione dotis facta per dictum magistrum Jordanum dicto Jacobo rosset pro z nomine predicte Francesie de medietate omnium bonorum eiusdem Jordani quorumcunq; mobilium z immobilium z per se mouentium iuriumq; rerū z actionum suarum presentium z futurarum quarumcunq; cōprehenduntur bona aduentitia post contractum matrimonium ipsi Jordano donata si tamen illa donata extiterint viuēte dicta Francesia: z hoc pro eo quia constitutio huiusmodi facta fuit de medietate omniū bonorū mobiliū z immobiliuz et

1 per se mouentiū iuriūque z actionū per que verba † clarissime apparet eundez mgr̄m Jordanū voluisse cōstituere z cōstituisse medietatem bonorum non soluz presentiū s3 etiā futurorū Et hoc apparet propter verba futuri temporis posita in constitutiōe hm̄oi pro quo allegasse sufficiat quod in simili voluit Bar. in. l. j. C. de pac. vbi etiaz do. Jas. col. vj. z Lancel. col. iiij. z quod no. gl. vlti. in. l. fin. z quod ibi Bal. C. de hered. vel actio. vend. loquentes quando quis vendit actionem competentem z cōpetiturā. Facit. l. si. in si. z quod ibi Ang. C. de do. promissio. dictam autem constitutionem de predicta dimidia parte bonoz presentiū z futurorū facere potuit dict⁹ magr̄o Jordanis: qz quilz est moderator z arbiter rei. sue. l. in re mā C. manda. z. l. dudum cum suis similibus. C. de contrahenda emp. z ven. Et qz oia licēt que nō repeniunt phibita. l. necnon

§. quod eis ꝛ quod ibi gl. ff. ex qui. cau. manu. Nec huic dicto obstat si forte exponatur, ꝙ non fuerit dictum bonorum presentium ꝛ futurorum sed actionum suarum presentium ꝛ futurarum, ꝛ ꝙ propterea non videatur facta constitutio de media parte bonorum mobilium ꝛ immobilium tunc futurorū, hoc est eorū que a tēpore facte cōstitutiōis huiusmodi acquisita extiterunt. Quoniam respondeo ꝙ nisi in dicta cōstitutione esset positum verbum rerum, posset de hoc dubitari, an scꝫ verbum futurarum posset ꝛ deberet referri non soluꝫ ad actiones: sed etiam ad bona mobilia ꝛ immobilia: ꝛ sic an feminū genus conciperet neutrum: sicut alias queri solet an concipiat masculinum, ꝛ an masculinū concipiat femininuꝫ, ꝛ an neutrum concipiat masculinum ꝛ femininum. Sed quia in dicta constitutione non solum dictum est de dimidia parte bonorum mobilium ꝛ immobilium: sed etiam rerum: ꝛ verbum rei latam habet significatiōem ꝛ comprehendit res corporales ꝛ incorporales. l. j. ꝛ quod ibi docto. ff. si cer. peta. l. rei appellatione la. ij. ꝛ quod ibi glo. ff. de verbo. signi. ꝛ institu. de rebus corpo. ꝛ ꝛ incorporalibus. ꝛ cum verbum futurorum possit cōgrue referri non solum ad verbum actionum: sed etiam reruꝫ non est dubium quin dimidia pars quorumcunqꝫ bonorum, hoc est mobilium ne immobilium, ac rerum iurium ꝛ actionum postea acquisitorum cēseatur fuisse in dotem constituta

¶ Ad secundum dico ꝛ respondeo, ꝙ ratione pacti de quo in eo sunt habituri partem in dicta dimidia parte non solum anthonius ex dictis Jacobo rosseti ꝛ Francesia susceptus: sed etiam si alij, qui forte procreantur per prefatum Jacobuꝫ ex eius secunda vxore, cum qua scꝫ contraxit post decessum predicte Francesie. videtur tamen ꝙ prefatus Anthonius ꝛ liberi secundi matrimonij non debeant succedere viriliter: sed ꝙ tantum habiturus sit dictus Anthonius, q̄tum, omnes libe
2 ri secundi matrimonij: ꝛ sic dimidiam partem: quia † ille propositiones indefinite, de quibus ibi, equipollent vniuersali seu vniuersalibus collectiue non distributiue, ꝛ sic si fuissent longe plures suscepti ex primo matrimonio, illi omnes habuissent equis portionibus inter se diuidendis: procreādi vero ex secundo matrimonio aliam dimidiam, per id quod no. Joan. de imol. in. l. si ita scriptum versi. vltimo posset esse dubiuꝫ. ff. de lega. ij. Alexan. de imol. ꝛ do. Ja. may. in. l. qui filiabus. §. si quis ita. ff. de lega. j.

¶ Ad tertiuꝫ dico ꝛ respondeo, ꝙ dicta dimidia pars fuit vt predixi per dictum magistrum Jordanum dicto Jacobo cōstituta in dotem ꝛ pro dote predicte Francesie: ꝛ nihilominus fuit dictū ꝛ cōuētū ꝙ si cōtingeret eandē Francesiā ab humanis premori supstitib⁹ libero aut liberis, posset ipse Jacobus semel ꝛ pluries vxoreꝫ ducere ꝛ se remaritare in domo ꝛ bonis donatis. quod reuera fuit pactum falsum ꝛ incertum, ac etiam obscurum: ꝛ miror ꝙ notarius qui est doctus, non procurauerit intelligere an per hoc pactum intelligeret ipse magister Jordanus constituere dictam medietatem in doteꝫ ꝛ pro dote vnius aut plurium vxorum post mortem Francesie per dictum Jacobum forte ducendarum. Sed quidquid sit postq̄ de ꝛ cum voluntate eiusdem Jordani ꝛ in vim dicti pacti ipse Jacobus duxit secundam vxorem, ꝛ maritatus est in domo ꝛ super bonis; non video nunc quomodo possūt sibi auferri: cui etiam auferri non possent si non nupsisset nec nuberet: quia in dictam dimidiaꝫ successisset predictus Anthoni⁹ excluso dicto magistro Jordano eius auo materno, iuxta materiam cōsuetudinis per glo. ꝛ docto. in. l. dos a patre profecta. C. solu. matri.

¶ Epitome.

¶ Emphyteote inuicē permutantes dn̄i cōsensuꝫ habere debent, ꝛ laudimiuꝫ soluere. Nam ꝛ si forte aliquando contra voluntatem domini res alienetur: laudimium tamen prestandum est. A. F.

¶ De iure emphy. Consi. xliij.



Quāuis ī iure sint opiniones, an emphyteota possit sine licentia ꝛ cōsensu domini permutare rem emphyteoticam, quibusdaꝫ dicētibus ꝙ non, pro eo qꝛ ꝑmutatio vicina est venditiōi ꝛ emptiōi. l. fi. ff. ex qui. cau. in posi. eatur. l. ij. ff. de re. permu. qui imo est species empt. ꝛ vendi. l. sciendū. §. deinde. ff. de edil. edi. alijs vero dicentib⁹ ꝙ si emphy. permutās talē rē recipiat in permu. quā nullo modo habere possit, tūc nō exigat dn̄i cōsens⁹ quasi dicāt q sic opinātur reqsitionē fieri vt dn̄s potius habeat rē, q̄ extrane⁹ si tātūdē dare velit: que rō cessat qn̄ dn̄s dare nō pōt id qd ꝑmutādo petit ēph. ꝛ istas duas opiniōes refert spe. tit. de loca. §. nunc aliqua. versi. cxxi. Jo. de Jmol. in. c. potuit col. xij. vel circa. ver. an autem possit emphyteota permutare. ꝛ do. Jas. may. in. l. fi. col. xliiij. C. de iure emphyteo. Tamen vt audio nō possunt homines loci Rupis supra buxuꝫ vel alij emphyteote nobilis ꝛ generosi viri domini guilliermi artaudi moderni domini Rupis supra buxum permutare res emphyteoticas cum alijs sine consensu eiusdem domini: ꝛ hoc cauetur transactione dudum celebrata ꝛ inita per ꝛ inter predecessores ꝛ vniuersitatem dicti loci. et ita etiaꝫ est de iure communi, scilicet ꝙ emphyteota non possit permutare reꝫ emphyteoticam cum alia sine licentia domini, secundum specu. qui hoc tenet in dicto versi. cxxi. ꝛ hanc opinionē videtur sequi Jo. An. in dicto. c. potuit, quatenus se refert ad specu. in dicto versic. cxxj. illum etiam sequuntur Bal. ꝛ Angel. in. l. cum ij. §. si cui ff. de transactio. ꝛ mouentur per l. statuliberi a ceteris. §. quintus. ff. de statu libe. qui omnes sentiunt ꝙ de permutatiōe debeatur laudimium per dictam. l. fi. C. de iur. emphyte. ꝛ q̄uis Jo. de Jmol. ꝛ Alexan. de Jmo. in locis superius allegatis teneant, ꝙ permutatio fieri possit sine licentia domini ipsi tamē volūt ꝛ dicūt ꝙ de ea solui debeat laudimiū. Pro quo multa inducunt, que possunt videri in locis ad que se remittunt, vbi loquitur de donatione de re emphyeotica. et hoc etiam disponitur per transactionem superius mentionatam non igitur subest causa propter quam petrus torniere recusare debeat soluere plena ꝛ integra laudimia, hoc est non soluꝫ de turnis, seu pecunia quam pro turnis dedit: sed etiam habito respectu ad valorem domus quam ipse permutauit ꝛ tradidit ꝑ domo quam titulo permutationis recepit. quia idem tornayre soluisset plenum laudimium etiam si nulle turne interuenissent in dicta permutatione, sed solum facta extitisset ꝑmutatio domus cum domo: ꝛ hoc secundum sententiam docto. predictorum. Nec eadem tornayre suffragatur illud capitulum trāsactionis predicte, loquētis de affiliamentis adoptiōibus, arrogationibus, aut filiorum emancipationibus, ꝛ de donationibus factis in premium emancipationis, adoptionis, affiliamenti, seu affreyramenti: quia illiud capitulum loquitur in casu diuerso, ꝛ cui nō adaptat casus noster: nec casus noster illi. ꝛ ideo non bene arguitur ex exēplo ad casum nostrū: quia ex separatis non infertur. l. inter stipulantē. §. sacrā. versi. sed hec dissimilia. ff. de verb. obliga. l. si maritus. la. j. C. de dona. inter virum ꝛ vxorē, ꝛ vulgata. l. papinianus. exuli. ff. de mino.

1 ☞ Papa in priuilegium cuiq̄ concedere possit, ꝙ decimas non soluat. ꝛ seq. ꝛ nu. 3.
2 Decimarum solutio ad quale preceptum referatur.
3 Ecclesiasticarum rerum dominium non apud aliquam ecclesiam: sed apud Christum est.
4 Presumptio est principem ex causa, q̄uis eam non expresserit, aliquid fecisse. ꝛ de presumptione. nu. 9.
5 Priuilegia principum an ꝛ quando latissime interpretanda vel arctissime.
6 Expressio signi. relatiui vel vniuersalis quantum a nuda pronuntiatione differt,
7 Rationibus pluribus adhibitis, saltem vna subsistens quid operetur.

¶ Epitome.

¶ Fratribus minoritanis, sicut ceteris clericis, sed ꝛ laicis papa cōcedere potest immunitatem non soluendarum decimarum, tā de bonis presentibus, q̄ futuris. A. F.

¶ De episco. ꝛ cler. Consi. xv.



Recolende memorie dominus clemēs papa quartus, volēs ꝙ reuerēdi patres ꝛ religiosi viri domini Prouinciales, ministri, ꝛ vniuersi fratres ordinis fratrum minorum fructus ortorum ꝛ virgultorum oriūdis integre eorum paupertatis vsibus applicarent, eiusdem apostolica authoritate indulsit vt de hortis ꝛ virgultis hmōi nulli decimā exhibere tenerent: districtius inhibēs ne quis ab eis de premissis aliquid exigere vel extorquere presumeret: cuiuscemodi indultum sancte memorie domin⁹ sixtus papa quartus apostolica auctoritate ex certa scientia postea confirmauit: ꝛ nihilominus illud ad quecunque bona dictorum fratrum ꝛ quascunque decimas etiam quas vulgus papales appellat ꝛ apostolica sedes pro christiane fidei defensione aut alijs imminētibus ꝑ sepe necessitatib⁹ idicit ꝛ q̄cūqꝫ alia onera ꝓprio motu ꝛ ex certa sciētia extēdit voluit ꝙ dictos

dictos fratres minores etiam si per quoscunque exemptos &
mendicantes solui mandarentur cum quibusuis derrogato-
riis fortioribus clausulis ad illarum solutionem non tenere &
in illarum solutione cessando censuras & penas aliquas non
incurrere. Nemini vero puto esse dubium quin prefati summi
pontifices indultum seu indulta huiusmodi concedere potue
rint, per id quod habetur in. c. ex parte & in. c. a nobis. c. nuper
abbates de deci. c. si de terra, & c. accedentibus, de priuileg.
quod etiam voluit glo. & plenius. Ostien. Joan. an. in nouel.
henri. boyc. Panor. & alii scribentes in dicto. c. a nobis. Ale.
de ymo. in tertia parte summi. li. menbro. vii. arti. iii. Host.
in summa tit. de deci. §. a quibus Alex. in sua summa libro. vi
tit. xxxv. artti. iii. versi. vtrum laicus decimas possit licite reci
pere, & frater Ange. de claua. in sua summa, in verbo decima.
1 Non obstat si forte opponatur, quod † papa priuilegium concede
re non possit de non soluendis decimis contra preceptum le-
gis diuine contra quam dispensare non potest quinimo debet
vsque ad animam & sanguinem illam defendere. c. sunt quidam
xxv. q. i. & v. dist. in primo & c. que contra mores. viii. dist. Cum
quia indultum seu indulta de quibus supra concessa non fue-
runt laicis de decimis non soluendo: sed personis ecclesiasti
cis, seu verius ecclesiis: & in illis seu eorum concessione non ve
nerunt prefati do. clemens & sixtus contra preceptum diuine
legis: sed contra constitutionem ecclesie, que distribuit deci-
mas inter particulares ecclesias. Et ipsos hoc facere potuis
se patet per id quod habetur in. c. ex parte, & in. c. sic gestum, de
decimis. Tum & quia supposito citra preiudicium veritatis,
quod indultum seu indulta huiusmodi viderentur esse contra pre
ceptum diuine legis: illa nihilominus concedi potuerunt, se-
2 cundum Alex. de al. vbi supra: qui voluit quod † preceptum de de
cimis soluendis fuerit iudiciale, & quod ideo de illis potuit eccle
sia ordinarie qui & quas decimas debeant recipere, & qui sol-
uere: & quod ideo dominus papa potuit cum religiosis & clericis dispensare
vt non debeant decimas soluere: maxime cum leuite ordinis
religiosi censeantur sicut & alii iudices. Potest etiam immuta
re rationes necessitatis vel vtilitatis. hec ille vel dici potest,
secundum Hostien. in dicto. c. a nobis, quod docto communi
ter sequuntur, quod in precepto de decimis soluendis est speciale
vt in eo papa possit dispensare & interpretationem facere: quod
non est in aliquo morali alio precepto reperire: Et ratio specia
litatis hec est: quia in omnibus aliis moralibus versatur ho-
nor diuine maiestatis irremissibilis, vel vtilitas publica hu
mane dignitatis indispensabilis: sicut est videre in decem pre
ceptis decalogi, exordi. xx. c. nullum enim est ibi quod remit-
ti possit in totum vel in partem sine manifesta dei offensa, vt
patet in illo non habebis deos alienos, & aliis similibus aut
sine lesione proximi vt patet in illo, non occides, & similibus. &
in illo, honora patrem tuum &c. nam et naturalis ratio osten
dit alia remitti non posse. in precepto autem decimis soluen
dis sunt duo consideranda: scilicet honor dei vt scilicet decima detur
et hoc etiam per papam vniuersaliter tolli non potest, et quod de
cima pars ab omnibus & de omnibus et vbique detur et ecle
siis cum clericis reddatur: in quo specialiter versatur vtilitas
temporalis ecclesie & clericorum ad quorum sustentationem
est decima assignata, per id quod no. Hostien. in. c. tua nobis. §. i.
Nisi cum deo &. §. fi. de deci. quorum papa solus & nullus alius est
rector & dispositor generalis, & vicarius Jesu Christi, habens
generalem & liberam administrationem. vnde quod ipse facit vel dis
ponit in talibus, Christus facere videtur. c. i. ii. & iii. de trans. epi
sco, & c. cuncta per modum. ix. q. iii. quod etiam voluit Hostien.
in summa, ti. de deci. §. & vtrum, sub. §. sed opponitur decima ex
precepto &c. potest ergo summus pontifex circa hoc preceptum
de decimis soluendis, & nullus alius, sine offensione dei & proxi
mi aliquem in totum vel in parte eximere & interpretari ius,
concedere sicut placet vnde etiam interpretatur quod hoc prece
ptum laicos astringat in totum, & percipit quod integraliter deci
mam persoluant per id quod not. Hostien. in. c. non est, in. c. pro
hibemus, de nuptiis, clericos autem aliquos priuilegiat, dicto
c. suggestum, & aliis iuribus superius allegatis, & statuit quod in
ter ipsos consuetudo valeat quoad perceptionem decimarum
&c. ad apice. & quod ibi Hosti. & doct. & c. cum sint homines, de de
ci. sic etiam posset facere de aliquibus laicis, si sibi placeret, di
cto. c. a nobis. & quod ibi Hostien. Non est ergo dubium quin
summi pontifices potuerint, indulta de quibus supra conce-
dere dictis Prouincialibus ministris & fratribus ordinis fra
trum minorum. Quo fit vt &c. quibus concedere potuisset
partem decimarum. Pro quibus facit quod notant Archi.
in primo tractatu de heresi. questione quindecima versiculo l.
& quia tanta est preheminentia, vbi dicit, quod in beneficiali-
bus papa est dominus quantum ad vsum: quia eis vti potest
sicut placet & decet summum pontificem. c. allegat. bonne rei. xii.
q. ii. c. per principalem, & c. nunc vero. ix. q. iii. & est bonus tex-
tus in. c. secundo. in primo de preben. in. vi. & in cle. i. ad fin. vt
l. pe. vbi dicit, quod in talibus habet plenam & liberam potestatem & istud est
3 voluit Pau. de Ca. consilio. cclxxxv. quia † dominium rerum
ecclesiasticarum proprie loquendo non est apud aliquas eccle
siam, sed apud christum, secundum Inno. in. c. cum super, de
ca. possess. & propri., cuius, papa est vicarius cum omnimo-
da potestate in terris vnde cum rem alicui particulari ecclesie
aufert, potius dicitur & auferre administrationem quam dominium
potius, c. ii. de dona. quia dominium potius est apud ipsum pa
pam: cum sit apud Christum, cuius ipse est vicarius: vel apud
ipsam ecclesiam, que est vnica. c. loquitur. xxiiii. q. i. cuius ipse
papa est princeps: & pro hac decisione allegat Pau. de ca. glo
& docto. in. c. constitutus, de religio. domib. et in. c. aliqua, de
priuile. de quo per do. prepos. in. c. i. di. x. et predicta maxime
fieri potuerunt cum iusta causa: & signanter per dictum do. sextum
expressa: & cum qua potest princeps rem vnius auferre, & conce
dere alteri: & de hoc nullus dubitat, vt in. c. que in ecclesiarum
de administra. l. fi. C. si contra ius vel vtili. publi. & in. l. gallus,
§. & quid si tantum ff. de. liber. & posth. & plus voluit ang. in. l.
item si verberatum. ff. de re vendi. & in. l. iii. §. fi. is pro quo. ff.
quod quisque iur. & in. l. omnes. C. de quadrien. prescrip. dicens
quod hoc facere possit princeps etiam sine causa, & sed non expe-
dit ingredi hunc articulum: cum, vt dixi, fuerit causa legitima
expressa, & que notoria est, & de qua, etiam si de ea, non appa-
reret credendum esset pontifici, cle. i. & quod ibi glo. de proba. &
quod notat glo. in. c. nonnulli, de rescrip. quod maxime debet
procedere in hoc casu, in quo papa fecit ex certa scientia, et ita
credendum est illud esse verum: & non debet in dubium reuoca
ri, vt voluit Bal. in. l. conficiuntur. ff. de iu. codicilli per. l. §. C
de legiti. & c. i. & ii. de confirma. vtil. vel inutil. & quod nor. Bal.
in. l. fi. C. sententiam rescin. non posse. quinimo † etiam si nulla
esset expressa causa: tamen in principe presumitur causa, vt voluit
Cyn. & Bald. in. l. rescripta. C. de precibus imperato. offeren.
Jaco. butric. in dicta. l. fin. C. si contra ius vel vtili. & Joan. de
imol. in. c. cum inter, de renuntia. Bald. in. l. si testamento. C.
de testamentis Panor. in. c. cum olim col. viii de re iudicat. facit. c.
in presentia, de renuntia. & quod notat gl. in. l. relegati. ff. de pe.
& Antho. de butr. in. c. constitu. de religio. domi. Joan. de imo.
consil. cc. xviii. exordiente nec arguendi sumus &c. in secundo
volumine domi. Feli. in. c. que in ecclesiarum, versi. quinta con
clusio quod in dubio &c. & domi. Jason may. in repeti. l. quominus
ff. de flumi. Et alii. in aliis locis. Concluditur igitur pontifi-
ces predictos potuisse concedere indultum & indulta predicta
& illa semoto omni dubio valuisse & valere quoad decimas pre
diorum & possessionum acquisitarum ante tempus & temporis
concessionis indulti & indultorum predictorum.

¶ Sed de decimis prediorum & possessionum postea acquisi
torum videtur esse maior vel equalis difficultas: pro eo quia
licet priuilegia principum sint latissime interpretanda quate-
nus concernunt eorum preiudicium. c. cum dilecti, & quod ibi
scribentes de dona. c. quia circa, de priuile. & l. fi. cum multis si
mili. ff. de constitu. tamen quatenus priuilegia huiusmodi con
cernunt preiudicium tertii, illa non videntur latissime quini-
mo nec late, sed stricte interpretanda. l. nec auus. C. de eman-
cipatione. libe. C. nec tuarum, de autor. & vsu pallii, & quod no.
Inno. in dicto. c. cum. dilecti, de dona. & quod no. glo. in dicta
l. fi. ff. de constit. princip. & videtur voluisse in terminis nostris
Host. alber. Jo. an. & Panor. in dicto. c. quia circa de priuile.
dicentes, quod ideo sic fit in remissione decimarum: quia ibi fit
largissima interpretatio, quia preiudicabat tantum conceden
ti: quo casu priuilegium largissime debet interpretari, vt ibi se-
cus autem si hoc priuilegium a papa concessum alteri preiudi
caret: quia tunc cum preiudicaret iuri ordinario esset strictis
sime interpretandum. Et ita videtur quod indultum seu indulta
predicta non extendi debeant ad decimas prediorum & pos-
sessionum postea acquisitorum: quod plane fateor, si illa con-
cessa extitissent ad postulationem dominorum Prouinciali-
um, Ministrorum, & fratrum predictorum. Sed quia illa con
cessa extiterunt proprio motu dictorum pontificum, & signan-
ter domini. sixti, prout apparet ex literis: non videntur predi-
cta vsque quaque procedere, nec est fienda stricta interpreta-
tio, de qua supra quia priuilegia proprio motu principum con-
cessa, omnino seruanda sunt prout sonant, prout notat Jo-
annes Andreas in capitulo secundo versiculo priuilegio ve-
ro est et cetera de Immunitate ecclesiarum. Pro quo al-
legat capitulum primum secundum & pro totum, vigesimaquin ta

q.ij.c.priuilegia,di.iij.l.fina.circa medium:ibi,sed prior que-
stio erat si omnes &c.C.de inofficioso testamento & quod not.
in.c.dilecti filij,ad fin.& c.porro,& c.recepimus,de priuileg. al
legat & alia multa per eum posita in dicto.c.ij.col.j.versic.vi-
detur,& seq.vsque ad versicul.sed cōtra,de immunita.ecclesia.
& idem quod Joan.and.voluit Panor.in dicto.c.ij. versicu.
si autem talia priuilegia ab imperatoribus concedantur &c.fa
cit quod voluit glos.in.c.allegant,super verbo tenax.xxvj.q.
vij.vbi dicit quod verba generalia que princeps ponit in suis
priuilegijs non debent tenaciter & stricte interpretari.dicit em̄
Bal.in.l.ij.in quarto not.C.de legat. ꝙ priuilegium princi-
pis non est obscure neque absurde interpretandum,sed sane &
proprie:& saltem vt dixi hoc procedit & procedere debet in pri
uilegio proprio motu principis concesso:cuiusmodi sunt am-
bigia siue indulta superius mentionata,& signanter priuilegi
um domini Sixti.illud ergo interpretandam est non stricte
seu restrictiue,sed prout verba illius sonant. Quo fit vt cum
idem pontifex indultum domini clementis de decimis hor-
torum & virgultorum non soluendis supra mentionatum pro-
prio motu & ex certa scientia extenderit ad quecunq; bona di
ctorum fratrum:videtur hoc priuilegium intelligendum non
soluz vt comprehendat decimas possessionuz añ priuilegium
huiusmodi acquisitarum:sed etiam decimas postea acquisito
rum & imposterum acquirendorum. Et quia dixit, quecunq;
bona dictorum fratrum,omnia bona includuntur. l. omnis.
C.sine censu vel reli.& c.solite,de maiori.& obedien. Est em̄ di
ctio quecunq; multum vniuersalis.l.j.§.quod autem.ff.de vi
& vi armata & quod no.glo.in.l.si quid earū.§.incertum.ff. de
legatis tertio & vt dicit domi. Bartho.sozi.consil.cc.lxxxvij.
exordiente viso priuilegio concesso ordini eremitarum a sex-
to quarto super decimis &c.in secunda parte,dicta verba sunt
vniuersalia & geminata,& non recipiunt restrictionez:pro quo
allegat gloss.in cle.& quod ibi docto.de re iudi.& text. & quod
ibi Bartolus in.l.quidam relegatus.ff.de reb.du.ad idem al
legat gloss.in clementina romani,in verbo quouismodo,de e-
lectio.& in cle.si.de senten.excom. Et hoc maxime procedit q̄
dicitur,ad quecunq; bona &c.non ad quecunq; alia bona: et
6 sic non est querendū an debeat restringi † ad similia expressa
vbi al's de hoc quereretur si esset apposita dictio alia: de quo
habetur in.c.sedes,de rescript.& per gloss.in.l.si fugitiui.C.de
seruis fugi.Cum ergo dicatur in dicto priuilegio do.ad que-
cunq; bona dictorum fratrum,& veniunt omnia que sub tali
generali loquutione comprehendi possunt.l.fin.§.cum dulcia
ff.de vi,tric.& oleo lega.& quod no. Barto.in.l.j.§.nuntiatio.
ff.de operis.no.nuntiat. Preterea cum priuilegium domini
sixti veniat ad extensionem actus iam concessi per do.clemen
tem,debent verba illius generaliter intelligi,& non restringi,
secundum Bart.in dicta.l.j.§.nuntiatio.Et vt videtur mul-
tum referre debet inter extensionem predictam factaz ad que
cunque bona dictorum fratrum & eam si que fieret ad eorum
alia bona:sicut aliud est legare vniuersaliter omne marmor,&
aliud est indefinite legare marmor:quia primo casu videtur le
gare etiam statuas marmoreas & ceteras species de marmo-
re factas.l.heres meus.ff.de lega.iij.& l.j.ff.de auro & argen-
to lega.secundo vero casu solum legare videtur rudem mar-
moris materiam,non speciem de marmore factam.l.quesitū,
§.illud fortasse.ff.de legat.iij. Et sicut aliud est legare vniuer
saliter omnem lanam,& aliud est legare lanaz indefinite:quia
primo casu comprehenditur etiam lana tincta.l.pediculis.§.
labeo.ff.de auro & argento lega.in scdo vero casu nō cōprehē
ditur lana tincta.l.sicut,in primo.ff.de legatis.iij.Supponto
igitur citra preiudicium veritatis ꝙ priuilegium concessum
de non soluendis decimis non deberet extēdi ad decimas bo
norum postea quesitorum & querendorum:secus tamen vide-
tur quando priuilegiuz huiusmodi est alicui vel aliquibus cō
cessum vt de nullis bonis teneatur exhibere vel soluere deci
mas.Preterea ꝙ verba priuilegij de quo supra debeant in-
telligi de decimis bonorum etiam postea acquisitorum & im
posterum acquirendorum,videtur probari in dicto.c.quia cir
ca,de priuilegijs:in quo fm Host.& Jo.and.ponuntur tres ra
tiones decisionis de qua ibi. Prima ibi,cum nihil exceperit
& potuerit excepisse:secunda ibi,ac in beneficijs plenissima in
terpretatio adhibenda tertia ibi,nec debeat vna eademque
substantia diuerso iure censeri.Secundum ergo primam ra-
tionem dicit ibi papa & doctores quod episcopus, qui deci-
mas possessionum indefinite & nihil excipiendo remiserat,vi-
deatur intellexisse non solum de decimis possessionum illius
temporis sed futuris:& non solum de decimis possessionum in
antea acquisitorum,sed postea acquirendarum. Et fundatur
hec ratio super eo,quia non exceperat:quod profecto non fa-
cere oportebat si verba concessionis non comprehendebant
decimas etiam possessionum postea acquirendarum. Sona-
bant ergo verba etiam de illis:& hoc est quod quero,quid sci-
licet sonent verba priuilegij de quo supra:& que vel multo for
tius,vel non minus hoc sonare videntur,vtpote prolata vni-
uersaliter,quam in dicto cap.quia circa,vbi non vniuersaliter
sed indefinite efferuntur. Preterea tertiam rationem.scilicet
quod vnā eadem substantia diuerso iure censeri non debeat,
intelligit Hostiens.& post eum Joannes Andreas non quod
possessiones ante quesite & postea acquirende sint vna & eadez
substātia:sz ꝙ eccl'a,cui facta est remissio & cui ātea fuerāt ali
q̄ possesiōes acq̄site,sit illa ea. cui postea acq̄site extiterūt. Et
vt opinor si iste due rationes attendantur,ille sibi locum ven-
di cāt in hoc casu. Quo fit vt per dictum cap.quia circa,proba
ri videatur id quod dixi,scilicet quod dictum priuilegiuz inte
ligi debeat de decimis etiam possessionem postea acquisita-
7 rum seu acquirendarum. Quia † cum vt dixi ibi assignentur
tres rationes decisionis de qua ibi:quelibet earum videtur
sufficere,per id quod legitur & not.in.l.liberorum.§.notantur
ff.de his que notant.infami.& in.§.affinitatis.institu.de napt.
l.& si non lex.ff.de heredi.institu.& l.si ventri.§.si.ff.de priuile.
credito.quod etiam voluit Joan.de imol.in.c.j.versi.sed con
tra istud &c.ne sede vacante.& in cle.dispendiosam super ver-
bo decimis,& in.l.si vero.§.de viro.ff.soluto matrimonio Pa
nor.in.c.intellecto col.penul.circa medium,de iureiurā. Ale-
xan.de imol.in.l.gallus.§.quidam recte.ff.de libe.& posth. in
l.possideri.§.ex contrario.ff.de acquir.poss.in.l.j.in principio
C.de eden. Et ita non obesset etiam si essemus in casu,in quo
non haberet locum secunda ratio diuisionis dicti.c.quia hoc
est in quo fieri non deberet plenissima interpretatio:& eo ma-
xime,quia nec est fienda stricte,sed prout verba sonant. Pre-
terea per priuilegium domini clementis indulgetur dictis
fratribus,vt decimas exhibere non teneantur de hortis & vir
gultis:& hoc indultum extenditur ad quecunq; bona eorum
Et ita perinde vr ac si dn̄s sixtus,eisdem fratribus indulsis-
set vt,de nulis eorum bonis teneantur decimam exhiberez
Quo fit vt qualitas adiecta verbo intelligi debeat fm tem-
pus verbi.l.Titius,& qd ibi gl.ff.de test.mi.& ꝙ not. Bart.&
Jo.de Jmo.in.l.ex fructu,cierca principiū.ff. de vulga & pu-
pil.et verbuz teneātur,sit verbum futuri temporis, predictuz
ꝓuilegiū videtur concessum de nō soluendis decimis possessi
onū dictorum fratrum nō simpliciter earuz que tunc erant,sed
que esset tēpore alias exibende seu soluende decime:& pro hac
conclusione,videtur facere dictū.c.ex parte,el j.c.licet & .c. ad
audientiā,iuncto dicto.c.nup abbates,de decim.quia si in pri
uilegijs,de quibus in dictis tribus,primo allegatis capitu-
lis non comprehendebantur decime possessionum post illorū
concessionem acquisitarum,ꝙ opus erat promissione dicti.c
nuper in quo priuilegia predicta reuocantur quo ad decimas
possessionum post consilium de quo ibi acquisitarum, profe-
cto non videtur:& ita quoad hoc frustra menbrauas occupa-
ret,dicto.c.nuper,quod est absurdissimuz. Et ita videtur sub
benigna supportatione huius eminentissimi & insignis parla
menti non esse absurdum dicere,quod indultum & indulta pre
dicta comprehendant decimas etiam possessionum post ea
acquisitarum:& ꝙ ea que superius contra hoc opponebantur
non obstant:pro eo quia loquuntur eo casu quo priuilegiuz ds
stricte iterptari:ꝙ vt dixi nō est in casu nr̄o,sz put v'ba sonāt.
¶ Uerum cum superius dixerim nemini esse dubium q uin
per indultum & indulta predicta censeantur fuisse remisse de-
cime possessionum tunc seu postea acquisitarum:dicet fortas-
se aliquis ꝙ imo sit dubium,quinimo & alias consultum con
trarium per Oldrad. consilio.cc.lxviij.exordiente questio est
an p priuilegiū concessum &c.vbi Oldra.loquens de priuile-
gio quibusdam religiosis ita cōcesso,vobis auctoritate pre-
sentium indulgemus vt ad prestationem decimarum de qui-
buscunq; possessionibus & alijs bōis vestris que nūc impresen
tiarum habetis & iustis modis acquirendis in futurum &c.cō
suluit ꝙ ipsi religiosi non censeantur liberi & immunes facti
a prestatione decimarum in quarum perceptionis possessione
erant tempore concessionis priuilegij huiusmodi ecclesia
cathedralis et alie inferiores ecclesie parrochiales. Pro
pro quo multa inducit:& inter cetera capitu.dudum vbi dicit
videri casum,de deci.& capitulo.eodem titulo in.sexto. hoc
maxime pro eo quia in dicto priuilegio non fiebat mentio de
possessione decimarum. Quod si verum est,videtur quod per
indultum seu indulta superius mentionata non censentur di-
cti fratres liberi facti & immunes a prestatione decimaruz pos
sessionum tempore concessionis seu antea acquisitaruz, earuz
scz decmarū in quarū pceptiōis possessiōe erāt ecclesie,vtpote
cathe-

cathedrales prochiales &c. s3 hoc nõ obstãte rx, dicẽdũ Frlu3 Et ad dictum.c. dudum, quod maxime obstare videtur, respõdeo secundum bart. cum quo ibi transit Joan. an. in nouel. & Pano. ꝙ illud procedit in priuilegio impetrato sup decimis noualium: quod nisi faciat mentionem de possessione alteri⁹ non preiudicat possessori: secus vero est in priuilegio simpliciter impetrato super decimis: quia tunc valet etiam non facta mentione de possessione alterius secundum docto. prefatos. Et potest esse ratio diuersitatis, ſm Panorm. Nam decime ab antiquo possidentur. Et ideo papa cõcedendo priuilegiũ voluit derogare possessoribus. Et ita tacite facit mẽtionem de possessione: secus autem in decimis noualium: quia priuilegium potest intelligi de terris que adhuc reddite non sunt reducte ad culturã: & sic poterat esse ꝙ nullus habebat possessionem illarum terrarum, & sine priuilegio non reduxissent noruales ad culturam: & sic papa de facili cõcedit tale priuilegiũ qꝛ non tendit in graue preiudicium alioꝝ: sed ex quo terre erãt redacte ad culturam, & decime erant de eis solute ante impetrationem priuilegij, graue preiudicium infertur possessori

9 de † quo non est presumendum. ar. c. super eo. de offi. delega. & l. ij. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publico. Et pro hoc facit. c. cum olim. de priuileg. vbi valet priuilegiũ concessum monasterio non facta mentione de episcopo. & sic de possessore. Non ergo mirum si priuilegium de quo in dicto. c. dudum non valuerit: in quo etiam non concurrebant alia, scilicet qđ ad importunam petitionem fuerat concessum, & lite pẽdente. In casu vero de quo queritur, proprio motu. Non ergo bene arguitur de vno ad aliud: qꝛ ex separatis non bene infertur. l. inter stipulantem. §. sacram versi. sed hec dissimilia. ff. de ver. obliga. l. si maritus. la. i. C. de dona. inter vir. & vxor. & vulgata. l. papinianus. exuli. ff. de mino. Sed de ea facit papa mẽtionem tacite, cũ vel it derogare possessoribus.

1 ☞ Criminis commissi diem & locum an actor ad instantiam rei edere teneatur.

2 Probare quod nequeo exprimere non teneor.

3 Contestationem litis non impediunt oppositiones causam principalem concernentes.

¶ Epitome.

¶ Iniurie illate diem & locum actor reo edere nõ tenetur, saltem donec reus defensiones suas volet producere: nec ex his debet litis co testatio retardari. V. F.

n¶ De iniur. Consi. xvj.



Nihil opponitur parte Joannis graffi in quadam eius schedula parte eiusdem graffi in hac causa oblata, contra & aduersus prouidum virum monetum gastiuelli, propter quod impediri vel differri debeat seu possit responsio libelli parte eiusdem gastiuelli cõtra ipsum graffi producti, aut litis cõtestatio super eo faciẽda. Et primo quidem nõ id quod opponitur, sc3 ꝙ de iure in omni libello & actione iniuriarum, quantuncunq; ciuili & tendẽte ad vindictã, debeat inseri & apponi non solum annus & mẽsis: sed ẽt designari & exprimi dies certus quo asseritur & ꝑ

1 tendit iniuria illata: qꝛ l3 in † accusationibus seu libellis accusatoꝛijs grauiũ criminũ, in quibus vel maior vel saltem non minor requiritur circũstantiarũ, vt verbi grã loci & temporis, designatio, ꝙ in libello iniuriarum requiratur expressio anni & mẽsis: nõ tñ requirit expressio dicti cõmissi criminis. l. libelloꝝ. ver. neq; ante diem neque horam inuitus comprehendit ff. de accusatio. quod si hoc est in illis: multo fortius procedit & ꝑcedere d3 in libello iniuriarum: in quo si credimus dñis de rota in decisione. xxxvj. exordiente, fuit dubitatũ an in actione iniuriaꝝ &c. non requiritur tanta specificatio. Et si vis videatur Bar. alicubi tenere ꝙ accusator teneat exprimere diẽ ad instantiã rei hoc petentis vt melius possit se defendere, et hoc si iudici videatur. l. vbicunq;. ff. de interro. actio. hoc est dictum, ſm Jo. de imo. in. l. is qui reus versi. Itẽ adde dictis Bar. ff. de accusa. non videt verum. Qꝛ absonum videtur dicere ꝙ iudex possit arctare accusatorem ad ponendum in accusatione diem commissi criminis: ex quo dicta. l. libelloꝝ dicit eũ non esse cogendũ exprimere diem. Et idem voluit Jo. de Ana. in. c. qualiter & quando, &. ij. §. debet, col. fi. vers. quid autem si reus petit &c. de accusa. Et respondent Jo. & Jo. ad dictam. l. vbicunq;. & ad. c. cum Joannes de fi. instru. ꝙ iura. illa sunt intelligenda vbi specialiter non disponeretur contra rium: al's autem clausula specialis derogaret & derogare deberet generali. c. j. de rescrip. & l. doli clausula. ff. de verb. obliga. Cum ergo in dicta. l. libelloꝝ. in fi. princip. dicatur quod accusator no cogitur inuitus diem exprimere ista dispositio specialitatis derogat regule posite in. d. l. vbicunq;. Non ergo teneretur predictus gastellini diẽ illate sibi iniurie in dicto ei⁹ libello exprimere: qꝛ dicta. l. libelloꝝ. loquitur in accusatione in qua intentatur iudiciũ ad publicam vindictam: hic autem loquimur de actione iniuriarum ciuiliter intentate, & sic ad priuatam vindictam. Sed hoc non obstat, quoniã respondeo ꝙ eo ipso quod cautum reperitur non esse cogendum accusatorem diem commissi criminis exprimere in accusatione. Cõsequenter etiam hoc cautum reperitur ꝙ illum exprimere nõ cogatur iniuriam passus in libello iniuriarum, ar. auc. multo magis. C. de sacrosan. eccle. & quod habetur in. c. peruenit. de consecra. d. ij. c. non extimemus. xlij. q. ij. & quod ponit beat⁹ Augus. in. vij. li. de ciuitate Dei. c. iij. col. fi. & do. de Rota in dicta decisione. xxxvj. Preterea Bar. non dicit reum esse simpliciter cogendum exprimere diem: sed ita demum si iudici videatur: qđ tamen sibi videri non debet nisi subsit causa & quã reus alleget: que tamen hic non subest, nec allegatur. Addo ꝙ in dicto libello vltra cõsuetas specificationes additũ est de presentia viguerij & consilij loci sarriani: que adhuc reddunt & reddere debent dictum graf. certiorem: & cui propterea abũdanter sufficere debeant specificationes de quibus in dicto libello nec petere debeat expressionem diei iniurie illate: quem

2 † cum probare non teneatur, vt omnes fatẽtur: ergo nec exprimere, per id quod no. Inno. in. c. ij. super verbo in alijs, de ordi. cogni. Addo (& hoc solũ videtur mihi sufficere) ꝙ Bart. & alij si qui sint pretendẽtes ꝙ ad postulationem accusati seu rei debeat accusator cogi exprimere diem commissi criminis, ipsi hoc fiendum dicunt ne tollatur defensio ipsi reo, hoc est vt se defendere possit: vt verbi gratia, fortasse reprobare testes accusatoris, vel probare se non commisisse delictum punibile vel forte quod ad sui defensionẽ occiderit vel vulnerauerit accusantem: vel alia huiusmodi. Quod si ita est, debet accusato seu reo sufficere diem commissi criminis sibi edi tempore dandarum defensionum. Et ita etiam si dictum Bart. esset verũ, nõ deberet ꝑpterea differri rñsio & litis cõtestatio. Preterea dicit alicubi Sal. quẽ refert & sequit Alex. de imo. in. d. l. is qui reus. ꝙ nõ putat iudicem bene facere si pri⁹ cõpellat accusatorẽ ad certiorãdũ reũ de die quẽ re⁹ iudicẽ certiorauerit de die & tpe sue absentie, vel de alio sri: & hoc ideo qꝛ forte interim instruere posset ad aliquid machinandum in fauorem ipsius. Ex quibus omnibus patet nõ obstare predictã obiectionem: nec dictum gastinelli teneri & maxime pro nunc exprimere diem sibi illate iniurie: de quo etiam non recordat. Preterea etiam nec obstat quod opponitur de remissione iniurie, quia cum ista oppositio concernat materiam principalẽ illa defendenda est post litem contestatam, saltem ex eo quia non offertur probatio incontinenti faciẽda. Que dixerim &c.

1 ☞ Intestatus pater filios equaliter videtur instituisse.

2 Renuntiatio filie dote contente eam nõ impedit agere ad bona patris vel matris ab intestato postea decedentis, & seq. et per totum.

3 Quictantia generalis per filiam facta ad eius legitimã non porrigitur.

4 Iuramentum in renuntiatione per filiam facta quatenus operetur.

5 Pactum de viuentis & absentis hereditate an & quare inualidum.

6 Filiorum nomine filie quoque instituite videntur.

¶ Epitome. ¶ Ut in secundo notabili.

¶ De su. & legi. libe. Consi. xvij.



Ponit in facto quod dudũ, anno sc3 dñi. M. cccc xcj. & de mense Januarij, fuit mrĩmoniũ 3ctũ ꝑ verba de futuro & postea per verba de presenti, p & inter Stephanũ garnerij ex vna 3te, & honestã mulierẽ Aragondã b udilhone filiã alziarij budelhoni ex alia. Cuius mrĩmonij cõtẽplatione. & ꝑ oneribꝰ mrĩmonij supportandis idem alziarius eidẽ garnerij cõstituit in dotẽ & ꝑ dote ꝑdicte Aragõde eius filie certa predia & bona latius mẽtionata in instr̃o mrĩmonij hm̃oi. Eisdem vero anno mense & die ꝑfata Aragõda certificata de dote ꝑdicta dedit cessit quictauit & remisit dicto alziario pr̃i pñti stipulãti &c. donatiõe pura mera rata & grata q̃ fit & fieri dr̃ inter viuos oĩa vniuersa & singula bona sua res iura & actiones paterna materna & fraterna mobilia immobilia presentia & futura quecũq;: saluis tñ sibi & suis dote sua ꝑdicta, iure institutionis heredis, successionis & legati, & hoc cum iuramento &c.

¶ Successu tp̃is idẽ alziarius vita funct⁹ est & ab humanis

decessit ⁊ superstitibus ⁊ sibi superuiuentibus prefata Ara-
gõda ac Anthonio nicolao vincentio põceto ⁊ michaela eiꝰ
filiis ⁊ filiabus naturalibus ⁊ legitimis.

¶ Deinde vero ab humanis sine liberis ⁊ intestati decessert
dicti Anthonius ⁊ Nicolaus, superstitibus honesta muliere
Francesia erynassa matre, et dictis arragonda, vincentio, põ
ceto et michaela. Consequenter autem vita functa est et ab
humanis decessit predicta Francesia, superstitibꝰ dictis Ara
gonda vincentio ponceto et michaela eius filiis et filiabꝰ na
turalibus et legitimis, prius cõdito per eã quodã pretẽso testõ
sub presentia triũ testiũ et vnius presbyteri: q ipm scripsisse dici
tur in quo filios suos heredes instituit: filiabus vero nihil reli
quit. Quesitum est de sequentibus. Primo, an per quittan-
tiam supra mentionatam censeatur prefata Aragonda esse
exclusa ab vniuersali paterna successione. Secũdo, supposito
citra preiudicium veritatis, ꝙ ab illa exclusa censeretur: pos-
set saltem petere supplementũ ltie debite in bonis paternis.
Tertio an per dictam quittãtiam debuerit et debeat repelli a
successione dictorum quondam fratrum. Quarto quid de suc
cessione materna.

¶ Viso casu superius descripto, et dubiis ex eo elicitis: dico ⁊
respondeo breuius ⁊ succincte ad dubia huiusmodi prout in-
fra: saluo tamen saniori consilio cuiuslibet domini rectiꝰ con
sulentis, ⁊ pleniore deliberatiõe. Et primo respõdeo ad primũ,
ꝙ cum dicta Aragonda sibi reseruauerit non solum dotem:
sed etiam ius institutionis heredis successionis et legati: illa
non est repellenda a successione, postꝙ dictus quondam Al-
ziarius illam ab ea non repulit. Et quamuis sublata vel non
apposita dicta protestatione seu reseruatiõe, videretur fortas
se posse dici eandem Aragondam debuisse et debere repelli a
dicta successione pp dicãm quictãtiam iuramẽto vallatã in.c.
ꝙuis pactum. et quod ibi docto. magis cõiter de pac. in. vj. et
quod no. doc. in. l. pactũ quod dotali instrumento. C. de coll.
tamen attenta protestatione seu reseruatione, quam sub pre
sentia patris, et de ipsius saltem tacito cõsensu fecit predicta
Aragonda, et per quam voluit saluam remanere dotẽ predi
ctã ac ius institutionis hereditatis et successionis legati, nõ
videtur eadem Aragonda a successione repellenda: postquã
1 supponimus dictũ Elziariũ ab intestato decessisse: et qui † p
pterea videtur eius bona et hereditatem tacite reliquisse
dictis eius filiis et filiabus. l. conficiuntur, circa principium.
ibi, quoniam creditur paterfamilias sponte sua iis relinquere
legitimam hereditatem. ff. de iure. codic. et. l. ij. ibi vel etiam
intestati successione cõtulerint. C. de bonis mater. Et saltem
isto casu videntur optime procedere motiua et rationes scri-
2 pte per zenzeli in. dicto. c. ꝙuis: qui voluit, ꝙ † si post factam
renuntiationem bonorum patris dotantis iuxta formam di-
cti. c. ꝙuis pactum. pater moriatur ab intestato: succedat et
succedere debeat filia suo patri cum aliis liberis, non obstan-
te renuntiatione huiusmodi. Et hanc opinionem: zenceli se-
quuti sunt domini de rota. in. x. auf. deci. viij. exordiente, vtrũ
filia dotata que promisit per pactum iuratum ⁊c. Et idẽ vo-
luit Pet. helie. in quadam questione per eum disputata. exor
diente questio disputata solenniter per do. Pet. helie. ⁊c. qui
pro hac parte multa indicit. Hanc opinionem etiam sequutꝰ
est Heminia. in dicto. c. ꝙuis pactum. col. penul. versi, sed pe
ne ⁊c. secũdũ Frã. de are. consi. xvij. ver. sed item nec prohibet
in principio. Et si attendatur ad effectum predicte quittãtie
facte per dictam Aragondam, ipsa Aragonda solum videt
eundẽ quondam elziariũ quictasse ⁊ ei remisisse ⁊c. In eum ca
sum in quẽ de bonis suis disponeret, ⁊ promisisse ꝙ contra dis
positionem illius non veniret. Et sic cum non disposuerit, nõ
videtur eadem Aragonda prohibita succedere pro sua portio
ne. Pro qua etiam facit, quia vbi pretendi posset ꝙ in instru
mento predicte quictantie esset aliqua obscuritas, verba illiꝰ
deberent interpretari contra alios liberos dicti quondam el-
ziarii si se fundant ex verbis cõtractus. l. veteribus. ff. de pac.
l. stipulatio ista habere licere. §. stipulationibus. ff. de verbo.
oblig. ⁊ regula contra eum. de reg. iur. in. vj. videtur igitur ꝙ
dicta Aragonda potuerit ⁊ de iure debuerit ab intestato suc
cedere dicto quondam eius patri cum dictis eius fratribus
⁊ sorore, ⁊ pro sexta parte auf. de heredi. ab intestato. §. j. colũ.
ix. ⁊ transumptiue in auf. ex successione. C. de su. ⁊ legi. libe. de
bebat tamen ⁊ debet dotem predictam ⁊ pro ea constitutam
illis conferre, vel tanto minus habere de bonis cõmunibus,
iuxta ea que habentur in. l. filie dotem. ⁊. l. dotis. cum multis
simili. C. de collat.

3 ¶ Ad secũdum dico, ꝙ vbi † supponeremus, prefatam Ara
godam debuisse ⁊ debere repelli ab vniuersali successione, cu-
ius contrarium superius dixi, tunc superesset difficultas: an
quictantia de qua supra deberet extendi etiam ad legitimã
supposito ꝙ de ea nulla facta extiterit mẽtio specialis in qui-
ctãtiam huiusmodi. Et quamuis possint sup hoc multa hinc
inde induci: tamen illis obmissis pro eo quia tempus non pa
titur, ⁊ quia non est necessarium, vt puto, videtur ꝙ illa non
deberet extendi ad legitimam, seu supplemẽtum ilius. l. si qñ.
§. ⁊ generaliter, ⁊ quod ibi docto. C. de inoff. testa. ⁊ quod per
dictum. §. notant Guil. de cug. Alber. Bal. ⁊ Angel. in. l. de
iis. ff. de transactio. Pro quo facit, quia, vt dicit Fran. de are.
in. l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obligat. multum refert vtrũ re-
nunciatio generalis sit inualida, non quia deficiat consensus,
sed quia est indiscreta iuxta not. in simili. in. l. cum aquiliana.
ff. de transactio. an vero pro eo quod renuntiatio generalis
als valida non videatur intellexisse de hoc iure de quo nũc
queritur. Nam primo casu propter reuerentiam sacramẽti va
let renuntiatio sicut valet obligatio quando quis iurat in ge
nere ꝙ obseruabit omnes contractus per se faciendos, iuxta
ea que no. Bar. ⁊ Bald. in authentica, sacramẽta puberũ. C.
si aduer. vendi. Sed in secundo casu, quãdo scilicet in verbis
generalibus non videtur comprehendere ius quod nunc pe-
tit: sicut in filio vel filia qui petit legitimam: hic renuntiatio
non habet vim in isto iure ex defectum consensus. Et tunc
succedit regula quam ponit Barto. in. l. si quis pro eo. §. j. ff.
de fideiusso. que probatur in. l. fi. C. de non numeran. pecu. ⁊ in
l. fi. ff. qui satisdare cogan. scilicet ꝙ quando contractus defi-
cit ratione consensus, tantum importat iuramentum, ꝙtum
contractus simplex: ⁊ non vltra. Et idem voluit And. barb.
consilio. lv. exordiente, preclare sapientie septimo. vers. pterea
faciat, in secunda parte. Facit ad premissa, quia iuramentum
non auget obligationem, sed ei infra suos limites manẽti ad
dit vinculum religionis. argu. l. titius, in fi. ff. ad trebel. quod
etiam voluit Old. consilio. ccxxxviij. exordiente, cum mulier
donatrix ⁊c. cuius dictum commemorat Bald. in dicta. l. fin.
circa principium. C. de non nume. pecu. Quemadmodum er-
go quictantia ⁊ remissio generalis facte sine iuramẽto non
videntur extendende etiam ad legitimam, nec supplemẽtum
illius, dicta. l. si quando. §. ⁊ generaliter: ita nec vidẽtur quic-
tantia ⁊ remissio, etiam si fuerint iurate, debere extendi ad le
gitimam seu illius supplementum. Et hanc partem videtur
etiam sequi do. Jas. mayn. in. l. sed ⁊ si. §. quesitum. ff. si quis
cau. ad quem locum remisit in dicta. l. si quando. §. ⁊ generali
ter, versi. limita predicta, ⁊ in. l. prima. col. quinta. ff. si quis in
ius vocatus non ierit. Et respondet dominus Jason in dicto
§. quesitum. col. fi. ad dictum Bald. in. l. j. versi. secundo que-
ritur. C. commoda. ⁊ ad. l. cũ pater. §. filius matrem. ff. de leg.
secundo. cui respondet And. barba. in dicto consilio quinqua
gesimoquinto. col. xvj. quorum responsiones non refero causa
breuitatis. Verum quia verba quictantie ⁊ remissionis fue-
runt multum ampla, mihi pro nunc magis placeret resolutio
facta in respondendo ad primum quesitum.

¶ Ad tertium dico ⁊ respondeo, quod quictantia ⁊ re-
missio predicte, quatenus concernebant ⁊ concernũt fratres,
forte tunc absentes, non voluerunt. l. fi. C. de pac. ⁊. l. quidam
§. donationem. ff. de donat. ⁊ quod not. Alexan. de imo. in. l.
stipulatio hoc modo concepta. col. vj. ff. de verbo. oblig. Frã.
de are. in. l. qui superstitis col. v. de acquiren. heredi. geor. na.
in dicto. c. quamuis pact. col. decimaquinta. versi. decimo li-
mita hanc decretalem Bal. consilio. ccclxxij. in tertia parte.
⁊ fulgo consilio. lxxiij. Et sic cum dicti Anthonius ⁊ nicolaꝰ
ab humanis ⁊ intestati decesserint superstitibus prefatis vin
centio ponceto aragonda ⁊ michaela eorum fratribus ⁊ soro
ribus vtrinque coniunctis, ⁊ dicta Frãcesia matre, isti omnes
eisdem viriliter seu equis portionibus successerunt auth. de-
functo, ⁊ in corpore vnde sumitur. C. ad tertul. Et eodem
5 † modo dico quod quictantia ⁊ remissio predicte non value-
runt quatenus concernebant predictam Frãcesiam matrem
tunc forte absentes. Et causatur nullitas huiusmodi propter
votum captande mortis, occasione cuius improbatur con-
uentio seu pactum de hereditate viuentis, eo scilicet absente
vel sine ipsius consensu, dicta. l. finali. C. de pactis ⁊ dicto. §.
donationen. Preterea predicta Aragonda in quictantia et
remissione predictis sibi, vt predixi, multa reseruauit: ⁊ inter
cetera ius institutionis heredis quo sit vt eam per matrem
fuerit etiam ipsa heres instituta, non debuerit aut debeant
quictantia ⁊ remissio predicte sibi preiudicare quominus ma
tri successerit ⁊ succedat. Quod autem ipsa fuerit heres insti-
6 tuta † patet quia dicta quondam Francesia heredes insti-
tuit filios suos: appellatione vero filii seu filiorum venit ⁊ ve-
niunt filii ⁊ filie lege si quis ita. in principio. ff. de testa. tute.
l. si ita scriptum in principio. ff. de legatis secundo, lege filii
appel-

appellatione. et. l. iuſta interpretatione. cu; multis ſimili. ff. de verborum ſignificatione. non ergo cenſetur eadem franceſia ſolum inſtituiſſe filios maſculos, ſed etiam filias ſeu feminas. quod etiam potius dicendu meſt quam quod eas preterierit, et hoc fauore teſtamenti: ne videlicet pereat vitio p̄teritionis. l. quoties. ff. de reb. du. ⁊. l. quoties regulis iuris.

¶ Ad quartum dico quod iam patet expredictis reſponſio, ſcilicet quod prefata aragonda dicte franceſie eius quondam matri ſucceſſit vnacum fratibus et ſorore in quarta parte, vt pote per matrem vna cum aliis heredibus inſtituta. et vbi fortaſſe pretendi poſſet quod de vſu loquendi appellatione filii non veniret filia ſi, vel quod eadem franceſia diſponendo et vulgariter ſeu materno idiomate loquens verbum gallicum protulerit, quo duntaxat filii maſculi cōprehenduntur. et ꝙ ꝓpterea cenſeri poſſit duntaxat heredes inſtituiſſe filios maſculos, ad huc hoc non noceret eidem aragonde, pro eo quia ſic fuiſſet dictum eius teſtamentum nullum ratione preteritionis eiuſdem aragonde et dicte michaele, quibus ſic nihil omnino reliquiſſet. Pro quo allegaſſe ſufficiat authen. vt cū de appel. cogno. §. aliud quoque capitulum. colla. viii. quod etiam voluit petrus cy. ſalicetus, fulgo. et doctores communiter in authentica nouiſſima. C. de inofficio teſtamento. Bal. ⁊ ſalicetus in. l. fi. C. famili. erciſcunde. Bal. in. c. ſi pſ. vbi etiam dicit gloſſ. ꝙ hec ſententia eſt tutior, de teſta. in vi. Joannes de imola in. c. raynutius collatio. xvii. vel circa. vbi etiam andre. Barba. de teſta. Alexander de imola in. l. inter cetera. ff. de liberis et poſthumis. et hec eſt communis opinio, a qua non eſt diſcedendū in iudicando vel conſulendo. l. prima. §. crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. queſto. de iudiciis. iii. q. iii. et. c. nouimus. et quod ibi Anthoni⁹ de butrio de verborū ſignificatio. et quod nota. oſti. et Joannes an. in nouel. ⁊ alii in c. j. de cōſtitu. et ſic cum teſtamentum non valuiſſet, et propterea deceſſiſſet eadem franceſia abinſtato, eidem ſucceſſiſſent ⁊ ſuccedere debuiſſent et deberent, tanqua; proximiores et in viriles portiones, prefati aragonda vincentius pontius et Michaela: inſtituit de heredi. que abinteſta. defer. i principio et authenti. de heredi. ab inteſta. §. primo. collatio. ix. ⁊ tranſumptiue in dicta authen. in ſucceſſione. C. de ſuis et legitimis. liber. ex qb⁹ omnib⁹ videat quod dicta aragondo habet quartam partem in bonis et hereditatibus dicto; quondā eius parentum et fratrum. tenetur tamen vt predixi conferre dotē predictis vincētio pōceto et Michaele. Que dixeri; ⁊c.

¶ Epitome.

¶ Alimenta quamuis vidue ab heredibus defuncti viri anno luctus certis caſibus preſtari debeant: hoc tamen inter ipſos coheredes diuiſionem interea non impedit. A. F.

¶ Comu, diuidun. Conſi. xix.

QUamuis ſecundū cōmunem opinionem doctorum poſitam in. §. §. exactio. C. de rei vxo. actio. qua; ſequitur angelus de are. in. §. fuerat. ibi tamen hoc dubitatur an infra dictum annum. et dominus Jaſon may. ver. reſtat vt ſucceſſiue iuxta hic dicta, inſtitu. de actio. angel. cōſi. cxxxviii. ⁊ alii in aliis locis, heredes mariti teneant infra annū a tempore luctus preſtare alimenta eius quodam vxori et nūc relicte, ſi nō habeat vnde aliunde ſe alat quam ex dote conſiſtente in pecunia vel in bonis mobilibus tamen poſt annum huiuſmodi non tenentur eam alere, ſecundum multorū opinionem: pro eo q2 eſt quod ipſi relicte imputari poteſt. veru; ſuppoſito quod prouidi viri Colinus et Joannes Berlingue generi honeſte mulieris Johanne relicti quōdam petri mauhieu, et eorum vxores filie eiuſdem Johanne tenerentur eandem Johannā nutrire, ex capite fortaſſe donationis eiſdem facte per dictam Joannam, vel aliunde: non deberent tamen ipſi Colinus et Joannes Berlengue et eorum vxores impediri, quominus bona inter eos cōmunia partiantur et diuidant etiam ante aliam prouiſionem factam pro dictis alimentis: et eo maxime quia ipſi colinus et alayſia vxor ſe offerunt eandem alayſiam pro earum parte alimentare et nutrire, et in domo eorum habitationis et cum ipſis dicentes ſe non teneri eam alimentare aut nutrire extra domum, aūt ſeorſum et ſeparatim ab eis: cum poſſit cum eis vt pote genero et filia honeſte conuerſari manere et nutriri pro quo allegaſſe ſufficiat id quod habetur in. l. ſicut. ff. de operis libertorum et quod notāt doctores de vxore alenda vel non alenda infra annum a tempore ſoluti matrimonii vel poſtea, in dicta. l. j. §. exactio. C. de rei vxorie actio. in. l. diuortio. in principio. ff ſolu. matr. Ange. in. d. conſilio. cxxxviii. ⁊ alii in aliis locis. ⁊ ſi eadem Joanna contrarium pretendat, non cōtenta de oblatione huiuſmodi: petit dictus Colin⁹ ſeu eius legitimus procurator procuratorio nomine eiuſdem de oblatione huiuſmodi ⁊ dicte Joanne contradictione publicum inſtrumentum ſibi fieri ⁊ confici, proteſtans ꝙ per eum non ſtat, ſtetit neq; ſtabit quominus eadem Joanna pro quarta eandem concernēte nutriat ⁊ alimentet: petens nihilominus petitionem offerri, ⁊ deinde terminum ſibi dari ad deliberandum ſuper ea: et alia in ⁊ ſuper premiſſis ius ⁊c.

1 ☞ Caducum fideicommiſſum quando fiat.

2 Filius an ⁊ quādo poſſit de media parte bonorum reſtitutionem ſubiectorum diſponere.

¶ Epitome.

¶ Fili⁹ ſi patris heres eſſe nolit, de bonis reſtitutioni ex diſpoſitione aui ſubiectis diſponet pro libito volūtatis vſq; ad dimidiam partem: non obſtante quocunque patris grauamine. A. F.

¶ De fideicommiſ. Conſ. xx.

VJſis tribus publicis inſtrumentis parte honeſte mulieris Catherine cotelerie mihi exhibitis, vno ſcilicet vltimi ⁊ nuncupatiui teſtamēti facti: ⁊ conditi per probum quondam virum Joannem ruffi de Clauſais, anno ſc; dn̄i milleſimo quadringēteſimo ſexageſimooctauo de menſe Auguſti: alio vero donationis inter viuos eidem Catherine per probum quōdam virum Jacobum ruffi dicte Catherine maritum, ⁊ filium naturalem et legitimum prefati Joannis teſtatoris, ⁊ hoc de anno domini milleſimo quinquageſimoſecundo, ⁊ de menſe martii: alio vero vltimi ⁊ nuncupatiui teſtamenti dicti quondam Jacobi. In quo, factis tā quibuſdam legatis piis ⁊ nō piis diuerſis perſonis ⁊ aliis, ꝙ quibuſdam prelegatis prefate Catherine, heredes vniuerſales inſtituit ⁊ ore ſuo proprio nominauit eandem Catherinam vxorem eius, necnon Franceſiam ⁊ Gulielmu m pradelli eius neptē ⁊ nepotem ex honeſta quondam muliere Joāna ruffe eius ſorore predefuncta vna cum conſultationis themate, ⁊ dubiis ex themate hmōi elicitis: dico ⁊ reſpondeo breuiter ⁊ ſuccincte ad dubia huiuſmodi prout infra. Pro quorum faciliore ſolutione premitto, ꝙ cum hyſnardus ruffi ⁊ dictus Jacobus eius frater, filii ⁊ vniuerſales heredes prefati quondam Joannis primi teſtatoris, ab humanis ſine liberis deceſſerint: ſubſtitutio ſecundo loco facta per dictum quondam Joānem de honeſtis mulieribus Catherina ⁊ Bertrana ruffe eius filiabus, ⁊ ſuis heredibus ⁊ ſucceſſoribus ex earum corporib⁹ legitime procreatis, ſibi locum vēdicauit in perſonam dictarū Gulielmi ⁊ Frāceſie filiorum prefate quondam Bertrane: ſi tamen ipſi heredes exiſtant: non autem in perſonam prefate Catherine: que vt audio ab humanis ⁊ ſine liberis deceſſit viuente ⁊ ſuperſtite eodem quondam Jacobo: non etiam in perſonā dicte quōdam Bertrane que etiam vita functa eſt ⁊ ab humanis deceſſit viuente ⁊ ſuperſtite eodem quondā Jacobo: ⁊ ſic quo ad eas extinctum eſt fideicommiſſum. l. ſi in perſonam. C. de fideicommiſſ. l. j. §. ſin autem ſub conditione. C. de cadu. tollē. ⁊ quod not. glo. in. l. j. C. de iis qui ante aper. tabu. de quo ponit plures remiſſiones Oldr. conſilio. cxxxj. exordiente, quidam habens tres filias ⁊ duos filios. Sed quia idem quōdā Joannes nō ſolum ſubſtituit dictas Catherinam ⁊ Bertranam: ſed etiam ſuos ex ſuis corporibus ⁊c. dico vt predixi qd̄ ſubſtitutio ſibi locum vendicauit in perſonam dictorum Frāceſie ⁊ Gulielmi filiorū quondam naturaliū ⁊ legitimorum ⁊ vt puto heredum dicte quondā Bertrane: quoad quos nō expirauit ſubſtitutio nec fuit extinctum fideicommiſſum: vt ēt apparet ex iis que ponit Oldra. in dicto conſi. cxxxj. ⁊ Pau. de ca. conſilio. cccliii. exordiente, viſis omnibus punctis mihi traditis ⁊c. Premitto inſuper ꝙ quia dictus Jacobus, vt in facto ſupponitur, vniuerſaliter ſucceſſit dicto quondam Yſnardo eius fratri, ſine liberis poſt pupillarem etatē vita functo: potuit ipſe Jacobus diſponere de duabus quartis, ſc; legitima ⁊ trebellianica: quas tam ipſe, ꝙ dictus quondam Yſnardus detrahere potuerint de bonis prefati Joannis eorū quōdam patris, iuxta theoricam quam ponit gl. Bar. ⁊ doc. in. l. papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoff. teſta. gl. Bar. ⁊ doct. in. l. quanꝙ. C. de fideicommiſſis. Bal. in. l. filium quem. C. famil. erciſ. Jo. de imo. in. l. coheredi. §. cū filie. ff. de vul. ⁊ pupi. vbi etiā do. Jaſ. mayn. qui de hoc ponit multas remiſſiones in aut. res que. C. commu. de lega. pro quo ſunt boni tex. in. c. Raynutius. ⁊. c. Raynaldus. de teſta.

¶ Preterea si prefati Wysnardus ⁊ Jacobus aut eorum alter satisfecerunt de dotibus per dictum quondam Joannē relictis ⁊ legatis dicte Catherine ⁊ Bertrane eius filiabus, ⁊ que, vt audio, ascendebant vltra eam legitimam: ipse Jacob⁹ potuit de dicta earum legitima, hoc est de aliis duabus vnciis disponere. Et sic in vniuerso videt̃ potuisse disponere donādo, testando, vel al's de dimidia parte bonorū prefati quōdam Joannis. Alia vero dimidia pars dꝫ restitui iure fideicōmissi dictis Gulielmo ⁊ Francesie: qui si sint maiores .xxv. annis, ⁊ certiorati de testamēto dictorū quondā Joānis ⁊ Jacobi, ⁊ de contentis in eisdem, adiuerunt hereditatem eiusdē quondam Jacobi sine inuētarii beneficio, sibi preiudicassent ⁊ non viderentur posse petere nisi ea que fuerunt eis relicta ꝑ dictum quondam Jacobum eorum auunculum in suo testamento, ⁊ tertiam partē dimidie partis eorū que fuerūt donata predicte Catherine. Sed vt postea retulit mihi nuntius ad me missus, prefati Guilielmus ⁊ Francesia sunt minores xxv. annis, ⁊ non approbarunt testamētariam dispositionem dicti quondam Jacobi, nec eius hereditatē adiuerunt. Propter quod dico ꝙ ipsi possunt petere dimidiam partem bonorum prefati quondam Joannis, ⁊ non vltra: supponendo ꝙ de legitimis seu legatis dictarum Joanne ⁊ Bertrane satisfactum extiterit per dictos quondā Wysnardum ⁊ Jacobū aut eorum alterum.

¶ Quibus suppositis dico ⁊ respondeo ad quesita per ordinem. Et primo ad primum, ꝙ dicta Joanna potest detrahere de fideicommisso vniuersali dimidiam partem dotis recognite per dictum quondam Joannem primū testatorem: potest etiam detrahere legatū sibi per eundē Joannē relictum.

¶ Ad secundum dico, ꝙ donatio quam eidem Catherine fecit dictus quondam Jacobus, nō fuit donatio causa mortis sed inter viuos: ⁊ quod illa valuit quatenus non excessit dimidiam partem: quam vt predixi, tam iure legitimarum, ꝙ trebellianice detrahere poterat dictus quōdam Jacobus. Pro quo allegasse sufficiat .l. marcellus. §. res que ⁊c. q̄d ibi Bart. Alexand. de imo. ⁊ doct. ff. ad trebel. ⁊ Alexand. de imol. cōsilio. iii. in tertio volumine, quod etiam videtur fuisse de mēte Bal. consilio. lxxviii. exordiente, petrus nicolai. colū. ii. in prima parte. Et quidem ꝙ filius de restituēdo grauatus possit alienare de bonis patris vsq; ad legitimam, ⁊ ꝙ alienatio vsq; ad eam facta valeat, ⁊ retractari non possit, voluit Bar. in authentica res que. in fi. vbi etiam Alberi. C. commu. de lega. ⁊ Bald. in .l. ii. C. ad .l. falcid. Et hoc etiam videtur procedere quoad trebellianicam, vt videtur voluisse Alexā. de imol. in dicto consilio. iii. Bar. in .l. in quartam. ff. ad .l. falcid. Pau. de cast. in .l. filium quem. col. iii. C. fami. ercisc. ⁊ Pan. in. c. Raynaldus. de testa. Quatenus vero idē Jacobus donasset vltra dictam dimidiam partem, donatio non teneret quoad effectum in preiudicium dictorum Guilielmi ⁊ Francesie. Quo vero ad recognitionem dotis factam per dictum Jacobum, illa non preiudicat dictis Guilielmo ⁊ Francesie nolentibus eidem Jacobo succedere. Et hoc nisi quatenus probaretur ꝙ pecunia fuerit conuersa in vtilitatem dicte dimidie partis eisdem Gulielmo ⁊ Francesie sic spectantis.

¶ Ad tertium ⁊ quartum quesita, in quibus queritur de vsufructu ⁊ aliis bonis in testamento dicti quondam Jacobi eidem Catherine relictis, ⁊ de tertia parte omnium bonorum, in qua fuit heres instituta eadem Catherina, dico ꝙ excepto eo quod superius dixi de dote recognita ⁊ legato facto per dictum quondam Joannem, eadem Catherina non potest habere nisi dimidiam partem bonorum que fuerunt dicte quondam Joānis: alia vero debet restitui plene ⁊ integre prefatis Gulielmo ⁊ Francesie, vt possunt pleno iure illā habere ⁊ possidere. Et sic nec donatio nec legatum vsusfructus omniū bonorum, aut alia legata eidem Catherine facta, aut institutio predicta, debuit nocere eisdem Gulielmo ⁊ Francesie sic quominus habeant dictam dimidiam partem, postquam nolunt esse heredes dicti quondam Jacobi. Que dixerim.

¶ Epitome.

¶ Qui non in emphyteusim, sed in accensamentum res concessa est, q̃uis a solutione canonis triennio cessauerit, non imputatur commissum. A. F.

¶ De iur. emphyteu. Cons. xxi.



Quamuis emphyteuta priuari cessans in solutionē canonis seu annui seruitii per triennium cadat regulariter a iure suo ⁊ cadat res in commissum. l. ii. ⁊ q̄d ibi doct. C. de iur. emphyteu. ⁊ quod no. glo. ⁊ doct. in. c. potuit. de loca. secus tamen est in re accensata seu in accēsamentum sub annuo censu concessa: quia cum illa pleno iure concedatur illi cui sit accēsamētum solo annuo censu reseruato non cadit res in commissum per cessationem solutionis census: quia nō est verum dicere ꝙ dominium directū huiusmodi rei sic concesse, sit penes concedentem cui per cessationem solutionis census consolidatur dominiū vtile illius cui res concessa extitit in accensamentis: sed est, vt dixi, pleno iure apud eum cui res accensata est non cadit in commissum propter cessationem canonis. c. constitutus. ⁊ quod ibi glos. ⁊ doct. de religio. domi. ⁊ quod not. Bart. in .l. j. §. j. ff. de publ. Bal. in ti. de pact. cens. in verbo persoluere. factum in authē. ei qui. nota. penul. ver. quero pone ꝙ ex concessione princeps. C. de bono aucto. iudi possel. Jo. de imol. in. c. ad audientiam col. ii. de re. eccl. non alie. vbi magnum festum facit de hoc dicto, dicens perpetuo menti tenendum. Idem voluit Joan. fu. in. d. l. ii. col. j. vbi etiam do. Jal. max. col. xiiii. in princ. v. tertio quero quid in censuario. Si est ergo verum, ꝙ terra de qua in actis cause dudum cepte ⁊ pendentis indecise per ⁊ inter probum virum Gulielmum leonis actorem ⁊ supplicantē ex vna parte ⁊ nobilem virum Joannem de podiogrosso reū ⁊ supplicatum olim in accensamentum concessa extiterit per nobilem quondam virum petrum de podiogrosso dicti nobilis Joānis quōdā prem proboquōdā viro Gulielmo leonis abauo dicti Gulielmi supplicantis pretendere non potest dictus nobilis Joannes terram predictam cecidisse in commissum propter non solutionem census. ⁊ hoc nisi idem nobilis quondam Gulielmus in dicta concessione sibi reseruasset dominium directum de quo nihil dicere possum: quia nō vidi instrumentum accensamenti.

¶ Epitome.

¶ Pupilla substitutio excludit matrē a legitima. A. F.

¶ De impub. Cons. xxii.



Visis copia vltimi et nuncupatiui testamenti ꝓbi quōdam viri Jacobi borreti, ⁊ casu mihi exhibito parte honeste mulieris beatricis carnalis relicte dicti Jacobi, ⁊ dubiis ex casu huiusmodi elicitis, dico ⁊ respōdeo breuiter ⁊ succincte, ꝙ cum Petrus borreti filius naturalis ⁊ legitimus dicti quōdam Jacobi ab humanis in pupillari etate decesserit: eius hereditas est deuoluta in vim pupillaris substitutionis sibi facte Catherine, ⁊ Claudie barrete eiusdem Petri sororibus exclusa matre etiā quoad legitimam. Preterea cum successiuis temporibus et postea decesserint in pupillari, ⁊ sic sine liberis Catherina ⁊ Claudia prefate, hereditas seu hereditates dictorum quondam Jacobi ⁊ Petri ac etiam earundem Catherine ⁊ Claudie fuerunt in vim pupillaris substitutionis seu pupillarium substitutionum delate Joanni borreti fratri quondam prefati testatoris, prefata beatrice matre prorsus ⁊ omnino exclusa etiam quoad legitimam bonorum dictorum quondam Petri Catherine ⁊ Claudie: quia idem quondam Jacobus potuit eam priuare. Pro quo allegasse sufficiat id quod not. gl. in .l. ꝓcib⁹. sup v̄bo fideicōmissi. in fi. ⁊ q̄d ibi doc. C. de impu. ⁊ aliis substitu. ⁊ q̄d hētur in .l. sed ⁊ si plures. §. ad substitutos ff. de vul. ⁊ pupil. substi. ⁊ in. c. si pater. de test. in. vj. ⁊ q̄d not. Joan. de imo. in. c. Raynutius. charta. xliii. ver. circa tertiū. videlicet ꝙ pupillaris ⁊c. ⁊ Philippus de fran. in repe. dicti c. si pater. col. penul. versi. in gloss. in verbo possit, ⁊ in fine, de quo Pau. de cast. consilio ducentesimo quinquagesimoquarto. exordiente, si bene consideretur iste adoricus habet intentionem fundatam ⁊c. Et sic non videtur quod dicta Beatrix quondam mater petere possit legitimam. Propter quod nō est opus respondere ad alia quesita.

1 ☞ Donatio q̃uis causa mortis nominata sit a donante: tamē interdum ob pregnantia verba eius nō reuocande censetur donatio inter viuos.

2 Juramentum donationi appositum derogat statuto ⁊ legib⁹ insinuationem requirentibus.

3 Juramētum assertorium differt a promissorio. ⁊ an ⁊ quando etiam ab ipso papa nequeat super eo dispēsari. ⁊ nu. 4. nec dispensatio a parte impetrari. ⁊ nu. 5.

¶ Epitome.

¶ Donationes recte factas, sub pretextu relaxationis a iuramento per donantem indebite impetrate, reuocari nunq̄ʒ posse congruit: ne vir aut femina, qui vix vnquam eodem in statu permanent, donatarios, alioqui sibi forte aliunde felicius bona quesituros, inani expectatione suspensos teneāt. A. F.

¶ De dona. Cons. xxiii.

Visis

Isis duobus publi-
cis instrumētis, vno scilicet donnationis du-
dnum facte per honestam mulierem dominā
Margaretam burgondione relictam Petri
Bernardi honorabili viro Glaudio Burgō
dionis eius nepoti: altero vero nuncupatiui testamenti per
eandam Margaretam conditi, in quo heredem vniuersalem
insolidum et vnicum instituit et nominauit dictum Glaudiū
nepotem: seu copijs instrumentorum, vna cum copia statuti
delphinalis olim conditi super donationibus in delphinatu
non faciendis nisi obseruata solennitate de qua in eo: et libel
lo parte eiusdem Margarete post donationem et testamen-
tum contra eundem oblato, de et super pretensa nullitate di-
cte donationis et reuocatione illius, et obtentione dispensa-
tionis seu relaxationis iuramenti: et cum duabus schedulis
parte dicti Claudij aduersus eandem Margaretam et eius
intentionem in causa oblatis et productis: dico ⁊ respondeo
donationem predictam fuisse et esse validam et irreuocabilē,
et propterea eandez do. Margaretam fore et esse a petitis re
pellandam. pro cuius dicti facilliore declaratione premitto ꝙ
licet in donatione huiusmodi fiat mētio mortis, et propterea
videatur prima facie esse donatio causa mortis et sic reuoca-
bilis. l. seia. §. fi. ff. do. de causa mor. l. seya. cum glo. ff. de dote
prelega. et. l. non omnis. cum suis simili. ff. de rebus creditis. il
la tamen fuit donatio inter viuos, et nō causa mortis. primo
per illa verba, dedit et donauit titulo que pure perfecte sim-
plicis firme et irreuocabilis donationis que fit et fieri dicitur
inter viuos ⁊c. per que clare exprimitur dictam dominam
Margaritam donare voluisse donatione inter viuos: et su-
mus in claro, vt verba sonant. l. ille aut ille. §. cum in verbis. l.
non aliter. ff. de lega. iij. et. l. labeo. §. idem tubero, ff. de supel.
lega. vnde dicit cinus in. l. ij. C. de in. do. et Bar. in. l. que do-
tis circa. j. col. ff. solu. matrimo. dum opponit de. l. cum mari
tus, in fi. ff. de pact. dota. ꝙ illud quod dicitur, donationem
intelligi esse donationem causa mortis, quando in ea facta est
mētio mortis, procedit et verū est in dubio. Sed quādo apparet
quod animo donandi simpliciter seu inter viuos facta est do-
natio: tunc non videtur curandum an in ea sit facta mentio
mortis, vel non. quia illa censetur donatio inter viuos, et con
sequenter irreuocabilis. l. perfecta. C. de donatio. que sub mo
do. pro quo facit: quia talis est contractus, qualis apparet ex
eius tenore. l. ad probationem. versiculo quem pacti. tenor. C.
de probationibus. l. sancimus. C. de fideiusso. l. fideiusso. ma-
gistratuz. §. pro aurelio ver. lecta subscriptione. ff. eodem titu
lo. et. l. siquis stipulatus stichum aut pamphilum. versiculo ꝙ
rentibus inspiciēdus est seruo ⁊c. ff. de verborum obligationi-
bus. cum igitur in instrumento dicte donationis expresse le
gatur, dictam dominam Margaretam donasse donationi in
ter viuos: apparet ex tenore donationis huiusmodi, quod illa
fuerit donatio inter viuos. Secundo pro hoc facit: quia in
donatione pdicta pfata do. Margareta eidez Claudio presē
ti et stipulanti conuenit et promisit donationem pdictaz ⁊ om
nia vniuersa et singula in instrumento donationis huiusmo-
di contenta ratas et firmas ac rata et firma ppetuo habere
tenere complere pficere, et inuiolabiliter obseruare, et nunquā
cōtra pmissa seu eorū aliqua dicere facere opponere vel veni
1 re, ⁊ alias, prout ibi. p que patenter apparet donationē huius-
modi fuisse donationem inter viuos et propter illa verba †
talis censeretur, si in ea dictum extitisset, quod dicta do. Mar
gareta donauit donatione causa mortis. l. vbi ita donatur. ff.
de dona cau. mor. et quod no. Bal. in dicta. l. ij. C. de iur. do.
ange, consi. cxlj. exordiēte, visis instrumentis. col. x. versi. nūc
descendo ad secundum. pau. de cast. consi. xcviij. exordiente,
notandum est primo. ⁊ Alexan. de imol. cōsi. xiiij. col. ij. versi.
pdicta enim Maria donatrix promisit in dicto contractu ⁊c.
consi. lxxviij. col. j. et. ij. in quarto volu. et hoc fuit de mente
Bar. si bene inspiciatur in. l. fi. col. penul. C. de pac. hoc etiam
voluit do. Jason may. in dicta. l. nō omnis. col. ij, et hanc con
clusionem credit, idem do. Ja. multo fortius esse verissimā qñ
vltra verba de quibus supra additur iuramentū: tunc enim p
culdubio teneret ꝙ donatio esset irreuocabilis expenitentia.
et ita in dimidio cōsuluit fran. de are. cōsi. lxxiiij. exordiēte, di-
ligenter et mature cōsideratis que in puncto ⁊c. col. iij. versi.
prima ratio fundat in iuramento, et pau. de ca. in dicto cōsi.
xcviij. ⁊ cōsi. c. j. Alexan. de Jmo. in consi. lxviij. col. j. et do.
Jason in dicta. l. non omnis. sunt et alia multa per que potest
clare ostendi donationem predictam esse donationem inter
viuos: ⁊ propterea irreuocabilem: dicta. l. perfecta. et quod
no. Jo. an. in addi. de rebus ecclesie nō alie. super rubrica.
¶ Preterea premitto ꝙ licet in dicta donatione non inter
uenerit solēnitas requisita per dictum delphinale statutum:
tamen quia in ea interuenit iuramentum per dictā do. mar-
garetam prestitum, illud seruari debet, sicut dicimus ꝙ per
iuramentum appositum in donatione excedente summam
quingentorum aureorum potest derogari legibus insinuatio
nē requirentibus, vt firmat Joan. and. in addi. Spec. tit. de in-
strumen. edi. §. porro. ⁊ versi. vlterius no. ⁊ alij, quos plene re-
fert ⁊ sequitur Jo. de imo. in. c. cum contingat. in decimo mē
bro, de iureiuran. ⁊ Alexand. de imo. in. l. nemo. col. v. ver. itē
inquantum quesiuit Bar. ⁊c. vbi multos refert. ff. de lega. j.
⁊ consi. iiij. col. xij. vel circa. X. nec ad hoc obstat si dicatur ꝙ
donatio non valet sine insinuatione ⁊c. vbi etiam multos re-
fert in. j. volu. ⁊ alij in alijs locis. Pro premissis etiam facit:
quia statutum simpliciter loquens non debet intelligi in do
natione iurata, vt probat Jo. de imol. in dicto. c. cum contin
gat. in tertio membro. ver. nūc pro deliberatione materie, an
per statum possit prohiberi ⁊c. quia statutum debet interpre-
tari secundum ius commune. l. ij. C. de noxa. c. cum dilectus.
de consuetudine. Sed de iure communi semper potētius coo
peratur actus iuratus, ꝙ nō iuratus. l. cum pater. §. filius ma-
trem. ff. de lega. ij. ⁊. l. j. §. cum lex. C. de rei vxor. actio. ⁊. l. pa-
ctum. C. de coll. iuncto. d. c. cum contingat. ⁊. c. quā pactum.
de pac. in. vj. Hec confirmantur per not. per glo. in. c. cum nō
deceat de elec. in. vj. per quam dicit Ange. in. l. j. §. que onerā
de. ff. qua. re. actio non dat. ꝙ licet papa, vel imperator cassēt
consuetudines vel statuta: non intelligitur tamen cassare sta
tuta iuramento confirmata. Jdem voluit lap. abbas ⁊ Joā.
in nouel. in dicto. c. cum non deceat. Pro quo allegāt. c. j. de
constitut. in. vj. ⁊. c. cum aliquis, de rescrip. eo. lib. ⁊. c. quia sepe
de elec. in. vj. ⁊ idem voluit Joā. an. in. c. j. de filijs presby. in
vj. in nouel. Jo. de imo. in. c. dilecto, de preben. in clemen. du
dum. de stipula. ⁊ Panor. in. c. j. de ijs que fiunt a maio. par-
te capi. decisio. glo. predicte probatur in. c. constitutus. de re-
scrip. ⁊ per not. per Jo. de imo. in. c. cum inter, de renunt. ⁊ qd
no. Cy. ⁊ Sali. in. l. fi. ff. si contra ius: quod etiā voluit Alex.
de imo. in consilio. xxix. exordiēte, preclare, subtiliter ⁊c. ⁊ do.
Jas. may. in dicta. l. fi. si contra ius vel vtil. publi. Alexan. de
imol. consi. xxxvij. exordiēte, viso ⁊ opportune discusso ⁊c. col.
viij. vel circa. in secundo volumine. vbi etiam dicit, ꝙ licet a-
liqui teneant statutum laicorum posse disponere super iura-
mento: tamen quasi omnes tenent ꝙ vbi statutum non facit
mentionem de iuramēto, illud non trahitur ad casum in quo
iuramentum interuenisset, per no. per glo. fi. in dicta authen-
tica sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. ⁊ est de mente
Jo. And. in addi. specu. titu. de sententia prola. §. vt autem.
versi. hoc autem notandum. vbi refert etiam ita tenuisse dis
putando Nicol. de mata. ⁊ Jac. de bellouisu. idem in effectu
voluit Fri. de se. consilio ducentesimo septuagesimosecundo.
exordiente, in nomine domini factum est tale statuto ciuita-
tis parisij cauetur. Cū igitur in delphinali statuto, ⁊ quoad
illam partem in qua est sermo de solēnitate, quam voluit sere
nissimus princeps obseruari in donationibus inter viuos, et
tūc anteap delphinales subditos faciādis nulla fiat iuramēti
mentio: debuit ⁊ debet statutum huiusmodi intelligi in dona
tionibus nō iuratis: ⁊ non extendi etiam ad iuratas. Nisi for-
te opponat aliquis ꝙ imo in dicto statuto facta fuit mentio
de iuramento ibi ⁊ iuramenti si interuenerit ⁊c. ⁊ ibi, donato
rum etiam iuramēto vel alio quouis ⁊c. Sed hoc nō obstat.
Et quidem non id quod dicitur ⁊ iuramenti si interuenerit
quinimo potius facit pro eo quod dixi: pro eo quia princeps
non remittit iuramentum, nec contra illud statuit: sed dicit:
ꝙ vocatis donatoribus ⁊ iuramentis si interuenerit obtenta
dispensatione vbi de iure fuerit obtinenda ⁊c. vbi aduerten-
dum est, ꝙ dicit princeps vbi de iure fuerit obtinenda. nō er
go illud remittit, nec illi derogat. Non etiam obstat id quod
dicitur in versi. donatorum etiam iuramēto vel alio ⁊c. Quo
niam respondeo ꝙ ibi est sermo de iuramēto assertorio, ⁊ per
quod donatores affirmant seu asserunt de causa eos mouente
ad donandū, vt forte de bene meritis, vel alijs. nos autem lo
2 quimur non de iuramento assertorio sed de iuramento † pro-
missorio, inter que est multiplex differentia, vt colligi potest
ex ijs que no. Cy. in. l. j. ad fi. C. de sacrosan. eccle. ⁊ Francis. de
aret. consi. lxxiij. col. iiij. vel circa. Alexan. de imol. in. l. si do-
nationem. C. de coll. Alex. de imo. in. l. non tātum. in. ij. addi.
col. iij. ff. de re iudi. ⁊ in. l. si quis pro eo. §. j. col. ij. ff. de fideius.
⁊ Bartho. soc. cons. lxj. col. iij. vel circa. in prima parte. Et ita
nō est opus querere quid iuris sit in illa antiqua ⁊ iā trita. q. an
lex, constitutio, vel statutum principis vel alterius domini
secularis possit remittere iuramentum, ⁊ ppter aliquam cām
statuere vt contractus vel alia dispositio factus seu facta con
tra legem seu constitutionē huiusmōi nō valeat, et si interuenerit

iuramētum.de qua ponit Bart.in.l.omnis populi.ff.de iusti.
⁊ iur.in tertia.q.principali Pe.de ancha.in repeti.c.canonū
statuta.q.xi.de constitutio,Panor.consilio.lxxj.exordiente,
quinqꝫ dubia examinanda ⁊c. Alexan.de imo.cons. xxxviij.
exordiente,visa petitione.antho.de Roma in.iij.vol.⁊ cons.
xxxix.exordiente,viso statuto ⁊c.col,iij.in quarto volumine.⁊
vtrobiqꝫ multa ponit de hac questione,vbi poterit videri,⁊ p
doct.in dicta authen.sacramenta puberum.C.si aduer.vēdi.
Et q̄uis Bal.super ista questione dixerit in dicta authent.
sacramenta puberum.col.ij.vel circa.v.nunquid iuri canoni
co ⁊c.⁊in multis alijs passibus,ꝙ si statutum habeat in se ra
tionem naturalem ⁊ equitatem:tunc valeat:⁊ dicit ꝙ ita ser-
uatur in facto.Tamen Sali.referens in dicta authen.sacra-
menta puberum.col.penult.hanc opinionem Bald.illam nō
firmat.Pau.vero de cast.in dicta authent.sacramēta pube
rum.dicit ꝙ opinio Bald.est falsa,pro eo quia per ius cano-
nicum correcte sunt omnes leges,que dicunt non debere ser-
uari iuramētum quod seruari potest sine interitu salutis eter-
ne:quia seruandum est,quicquid dicāt leges ciuiles,dicto.c.
cum contingat.de iureiuran.c.licet mulieres,eo.ti.in.vj.⁊.c.
q̄uis pactum,de pact.eo.lib.Et in materia iuramenti,quia
spirituale,standum est iuri canonico:⁊ idem tenet Paul.de
cast.in.l.si quis pro eo,co.vlt.ff.de fideiuss.vbi formaliter te
net ꝙ statutum hodie non possit disponere super iuramento
cum sit spirituale:⁊ sic de foro ecclesie.c.si.de foro competen.
in.vj.c.venerabilem de cler.Et hanc opinionē Pau.de cast.
scilicet ꝙ statutum nō possit directo disponere cōtra iuramē
tum vel eius obseruātiā etiā si moueatur ex causa,sequitur
do.Ias.may.in dicta aut.sacramenta puberum.col.penult.
sed per indirectum hoc facere potest.Pro quo multa indu-
cit:que possunt ibi videri.Et idem voluit Panor.in dicto.c.
cum contingat.col.x.v.nunc ad producta applico duo du-
bia ⁊c.Ibi hec sunt principaliores opiniones quas in mate
ria potuit reperire,⁊ Alexan.de imo.in.d.cōsi.xxxviij.⁊ cons.
xxxix.in quarto volu.vbi etiam dixit Alexan.de imo.ꝙ in di
cto casu ex quo iuramentum fuit sponte prestitum,⁊ sine do
lo recipientis iuramentum:non potest peti absolutio a iura-
mento,seu dispensatio illius,dicto.c.cum contingat,secundū
magis communem opinionem doctorum ibi:secundum quā
in casu illius.c.non potest peti absolutio.a iuramēto.Et ita
in terminis nostris,hoc est in casu statuti,tenent secūdum eū
Anthonius de butr.⁊ Io.de imo.in dicto.c.cum contingat.
Quod si ita est eo casu quo statutum remittit iuramentum:
multo fortius debet esse in casu presenti:in quo dictum statu
4 tum delphinale illud non remittit.Et sic nō iuste petit †alio
non probato dicta domina Margareta se a iuramento absol
ui,vel illud sibi relaxari:quod sine causa null⁹ minor seu infe-
rior a summo pontifice facere potest.Pro quo allegasse suffi-
ciat id quod ponit Alexander de imol.consi.ccxxiij.exordiē-
te,visa facti narratione ⁊c.col.v.versi.deniqꝫ negari non po-
test,in secundo volumine.quinimo ⁊ de papa est q̄stio,quā
ponit glossa in.c.autoritatem.xv.q.vj.

Preterea solennitas insinuationis,⁊ solennitates de qui
bus in dicto statuto delphinali,videntur fuisse introducte in
fauorem donantium:ne videlicet decipiantur,⁊ decepti vel
circumuenti indicātur ad donandum,vt colligitur ex ijs que
not.Bar.in.l.cunctas populos.q.vj.C.de summa trinita.⁊
fide catho.Alexand.de imol.consi.cxxv.exordiēte,visis ⁊ cō-
sideratis statutis ⁊c.col.xij.vel circa,in primo volumine.vbi
refert etiam se ita consuluisse in ciuitate Senarum cum qui-
busdam excellentissimis viris.Et idem videtur voluisse Frā.
de are.consi.ij.Ergo donantes possunt propter iuramentum
de non contraueniendo prestitum derogare iuri pro eis intro
ducto.d.c.cum contingat.⁊ dicta authentica,sacramenta pu
berum.Possunt etiam eidem iuri derogare per expressam.l.
si quis in conscribendo.cum suis simili.C.de pac.Cum igitur
d.do.margareta spōte iurauerit non venire contra donatio-
nem predictam,sed illam ⁊ contenta in ea tenere,attendere ⁊
obseruare ⁊c.⁊ nihilominus sub virtute eiusdem iuramēti re-
nuntiauerit statuto predicto:non video quomodo possit nūc
contrauenire,aut petere secum de iuramento predicto dispen
5 sari,vel illud sibi remitti,seu se ab illo absolui.Preterea dicta
do.margareta ante obtentam dispensationem seu absolutio-
nem huiusmodi contrauenit iuramento,⁊ ijs que iurauerat,
vt colligitur ex conclusione dicti pretensi libelli:ergo vlteri⁹
non potest petere absolutionem seu dispensationem:quia fru
stra legis auxilium inuocat,qui in legem committit.c.quia
frustra,de vsu.⁊.cj.de iureiurā.in.vj.vbi etiam voluit Fri.de
senis,consilio,ccc.exordiente,factum tale est debitor promisi
⁊c.pe.de anchara.consilio,cxcvj.Panor.in.c.j.de iureiur
vbi etiam do.Feli.charta.x.vel circa,ver.septimo quero ali-
quis incurrit periurium ⁊c.⁊ Alex.de imo.in dicto consilio.cc
xxiiij.col.v.vel circa.ver.⁊ sic sine dubio non sunt nec erunt au
diendi super absolutione.

Postremo etiam contra dictam do.margaretam facit:q:
cum in dicto statuto fiat mentio de donatione,⁊ illa fieri pro
hibeatur nisi seruata solennitate de qua ibi.Hoc statutum
videtur esse intelligendum de donatione propria,scilicet que
fit ex mera liberalitate q: alie nō sunt proprie donationes,q̄n
fiunt ob causam.l.j.⁊.l.Attilius.quibus regulus.ff.de dona.
Quo fit vt cum in donatione predicta conuentū extiterit,ꝙ
idē Claudius burgondionis soluere teneretur emēdā ipsius
do.margarete creditori florenoꝝ centum,⁊ nihilominus re-
quisitis parte do.margarete eidē subuenire teneretur in suis
necessitatibus que poterant ⁊ possunt esse multe,vtpote in a-
limentis,in vestimentis,⁊ alijs,puta in infirmitatib⁹,vel alis:
non censeatur donatio predicta fuisse propria donatio:sed ob
causam.Non ergo videtur statutum predictum habere in ea
locum,etiam si cessarent ea que superius dicta extiterunt.ad
Visis instrumētis duorum donationum olim factarum, vnius scꝫ facte per prouidum virum Joannem payani petro payani filio eius ꝛ hoc contēplatione matrimonii per ꝛ inter eundem Petrū ipsius Joannis filiū ex vna parte ꝛ heredem ymberte ex alia ꝛ alterius p̄ eundē Joā. facte Joāni eius filio etiā propter nuptias ꝛ cōtemplatione matrimonii facte per ꝛ inter dictū Joannē filiū ꝛ agnetem gebeline: viso insuper instrumēto vltimi ꝛ nūcupatiui testamenti facti per dictum Joannem patrem vna cum casu ꝛ dubiis ex casu hmōi elicitis, dico ꝛ respondeo breuiter ꝛ succincte ad dubia hmōdi prout infra p̄mittens pro illorū faciliore solutiōe, ꝙ cū eidē Joanni patre postea defuncto supfuerint octo liberi scꝫ quatuor filii masculi quatuor filie horū olim legitima fuit semis seu dimidia pars bonorū eiusdē quondā Jo. eorū scꝫ que superfuerunt deducto ere alieno ꝛ funeris impensa auf. de triente ꝛ semis. §. i. colla. iii. ꝛ transumptiue in auth. nouissima. C. de inofficio. testa. iuncta. l. papinianus. §. quarta autem. ff. eo. ti. ꝛ sic legitime eiusdem ex dictis octo liberis fuit pars decima. sexta bonorum predicti quondam Joannis eorum scꝫ que vt dixi superfuerunt, deducto ere alieno ꝛ funeris impensa. Et intelligo † ꝙ hec legitima predictorū liberorū sit semis seu decimasextapars cuiuslꝫ ex eisdē liberis non solum habito respectu ad ea bona que habuit idem quondam Joannes pater habuit tēpore ei⁹ mortis sed etiam ad illa que idem Joannes donauit dictis Petro ꝛ alteri Joanni eius quondam filiis naturalibus ꝛ legitimis. l. i. ꝛ quod ibi glo. ꝛ doct. C. de inoffi. dona. ꝛ auf. de immen. dona. §. posita igitur a nobis lege, colla. vii. ꝛ transumptiue in auf. vnde ꝛ si parens. ꝛ quod ibi scribentes. C. de inof. testa. Quia igitur prefatus quondam Joannes videtur donasse bessem ꝛ sic duas tertias partes omniū bonorū prefatis Petro ꝛ Joanni, ꝛ sic ea que remanserunt non sufficiunt ad legitimam aliorum: ipsi Petrus ꝛ Joannes debent supplere de sibi donatis ad hoc vt ipsi ꝛ eorum quilibet habere possint predictam legitimā que prout dixi ascendit pro quolibet ad decimam sextam partem predictorum bonorum per dictā authenti. vnde etsi parens. Et per hec patet responsio ad primum dubium positum in primo casu exordiēte, Joannes payani pater Petri ꝛc. ¶ Ad secundū dico ꝛ respondeo quoad Petrum, ꝙ ipse tenetur contribuere in solutione legatorum piorum ꝛ aliorum legatorū relictorum fratribus ꝛ sororibus
2 eiusdem, pro eo q̄ † tempore facte donationis eidem Petro prefatus Joannes donator sibi retinuit facultatem testandi ꝛ legandi in pias causas scꝫ pro anima sua ac parentum ꝛ benefactorū suorū defunctorū ac etiam testandi ꝛ legandi aliis suis liberis secundum facultatē bonorum suorū ꝛ fuit conuentum ꝙ dictus Petrus teneretur ꝛ deberet soluere legata dicti Joannis pro duabus tertiis: quod etiā idem Petrus facere iurauit. Potuit enim dictus quondā Joannes tēpore facte donationis sibi reseruare per dictam facultatē. l. in re mādata C. manda. l. dudum. C. de contrahen. empt. ꝛ ven. ꝛ. l. polla. cū suis simili. C. de his qui. vt indig. ꝛ melius ad propositum in l. i. C. de dona. que sub modo. l. i. ii. ꝛ per totum. C. si mancipiū ita fuerit aliena. ne prostitua. per que iura voluit Joā. Fabri in. §. liberis. institu. de pupil. substitu. ꝙ si quis bona sua alienauerit titulo donationis vel alr̄ retento sibi ꝙ de eis possit testari ꝛ ordinare valeat testamentum postea de illis factum. Preterea non solum videt ꝙ dictus Petrus acquieuerit ꝛ consenserit predicte. reseruationi facte de facultate testandi in pias causas ꝛ legādi aliis liberis vt predixi ex quo solo videtur posse conueniri ad contribuendum pro dictis duabus partibus, per ea que not. Bart. in. l. cūq̄s decedens. in princip. ff. de lega. ii. ꝛ consilio suo. xxvii. ꝛ Paul. de castr. consi. cclx. Sed etiam cōuenit, promisit ꝛ iurauit idem Petrus soluere dictas duas tertias partes dictorū legatorū qui ꝓpterea tenetur obseruare conuentionē ꝛ promissionē maxime iuratā. c. cū contingat. ꝛ. c. si vero. cum multis simil. de iureiu. quo vero ad legata per dictū Joanē Lucie eius vxori relict a nō puto eundem Petrū teneri q: de his nihil fuit expressum seu cautū tēpore dicte donationis, ꝛ cū idem Petrus non fuerit per dictū Joannē eius patrē heres vniuersalis institutus vel alr̄ honorat⁹ nisi in quinq̃ solidos nō potuit sic onerari. l. ab eo. cū suis similib. C. de fideicō. Quo vero ad dictū Joannē filiū dico ꝛ respondeo, ꝙ licet iste due donationes facte scꝫ Petro ꝛ Joanni facte fuerint eisdē anno mēse die loco ꝛ sub presentia eorundem testiū saltē pro maxima parte ꝛ eiusdem notarii ꝛ consequenter eodem tēpore facte censeant per id qꝺ not. Bal. in l. petens. col. penul. C. de pact. nō tū reperio declaratā in instrumento donationis facte eidē Joanni pro qua quota seu parte debeat ipse cōtribuere in predictis legatis solum eū ibi dicit ꝙ dictus Joannes pater ꝛ donator esset dns ꝛ magister ꝛc. ꝛ ꝙ posset testari ꝛ legare piis causis. ꝛ aliis liberis secundū facultatē bonorū suorū ꝛc. vellem igit videre extensionē huius dictionis abbreuiate scripte ꝛc. ꝛ si extendat prout in instrumēto donationis facte Petro dico ꝙ idem Joannes debet contribuere prout Petrus.

3 ¶ Ad tertium quesitum dico ꝛ rñdeo ꝙ † onera hereditaria possunt esse multa vt pote nomina seu debita cōtracta per dictum quondam Joannē vel census ꝛ seruicia aut alia varia de quibus voluissem specifice informari vt possem plenius ꝛ securius rñdere. Si enim loquamur de nominib⁹ seu debitis contractis ante donationē: certū est ꝙ illa debēt solū sup cumulo omniū bonorū accipi: q: ea intelligūtur bona alicuius que sup sunt deducto ere alieno ꝛ sic cū dict⁹ quōdā Joan. donauerit duas tertias partes bonorū suorū mobiliū ꝛ immobiliū, p̄ntiū ꝛ futurorū prius dꝫ deduci ꝛ detrahi de bonis ipsius es alienū contractū an̄ dictas donationes ꝛ deinde due tertie partes de residuo expediri dictis donatariis iuxta formā donationū iuxta ea que habent in. l. ii. §. illud. ꝛ qꝺ ibi gl. ff. de colla. bono. ꝛ l. subsignatū. §. i. ff. de verb. signifi. ꝛ qꝺ not. Sali. in. l. eris alieni. C. de dona. Quo vero ad noīa seu debita postea cōtracta p dictū Jo. nō videnf ipsi Petr. ꝛ Joan. teneri nec pōt propter illa eorū portio domini nisi eēnt cōtracta vel facta obita forte pro reparationib⁹ domorū vel p alia ꝑpetua reparatione aut cōmoditate bonorū. Quo vero ad cēsus ꝛ seruitia q forte debent sup bonis mobilib⁹ donatis, puto ꝙ ipsi teneant partem rata is incursis a tpe mortis dicti quondā Joan. sꝫ p incursis tpe ei⁹ vite ꝛ post donatiōes fctās, vr̄ ꝙ illi debuerint solui p dictū quōdā Jo. patri ꝓprietariū ꝛ patri vsufructuariū. l. qro. ff. de vsufr. leg. ꝛ qꝺ not. Jo. pe. ferra. in sua practica, tit. forma libelli ad petendū dotē ꝙ restituat, sup verbo dedit ꝛ donauit ver. ex p̄missis p̄ꝫ an vsufructuarius ꝛc. ¶ Ad quartū dico ꝛ
4 rñdeo ꝙ cū † inuētariū de quo ibi nullū afferat incōmodū dictis Petro ꝛ Joā. ꝛ illud posset afferre cōmodū heredi dicti quōdā Joā. aut heredib⁹ heredis: illud videt posse fieri etiam inuitis dictis donatariis vt dr̄ de eo q agit petitiōe hereditatis cōtra possessorē bonorū hereditariorū de quo dr̄ ꝙ ipse pōt petere fieri inuētariū de bonis hereditariis pēdēte lite, vt not. Jac. Rebuf. ꝛ Joan. de pla. in. l. defensiōis facultas. C. de iu. fis. lib. x. Pro quo allegat in argumentū. l. ii. §. itē varus. ff. de aqua plu. arcē. ꝛ idē voluit Pau. de castr. loquēs in fideicōmissario de quo dr̄ ꝙ ipse pōt petere fieri inuētariū de bonis restitutioni subiactib⁹ vt ipse not. ff. quēad. testa. aper. super rub. Puto tū ꝙ illud inuētariū fieri debeat sumptib⁹ heredis q illud fieri petit nō sumptib⁹ donatariorū. ¶ Ad aliud quesitū de quo q̄rit in alio casu exord. dudū de anno dn̄i millesimo ꝛc. an oēs petere possint aut debeāt ꝛc. Dico et rñdeo imprimis ꝙ alii liberi ꝛ eorū q̄libet pñt ꝛ pōt petere legitimā sup dicta tertia parte retenta per dictum quondam Joannem quilibet scilicet decimam sextam partem huius partis. Sed quia ista nos

non sufficit ad legitimam: ipsi possunt petere residuum super dictis duabus tertijs partibus donatis quilibet scilicet decimam partez condictione ex dicta authen. vnde et si parens. p id quod not. Odoffre. Bal. Alberi. et Pau. de castr. in. d. auth. et idem voluit Pau. de castr. in dicta. l. j. de inoffi. dona. et plenius in rubrica illius tituli quod etiam fuit de mente Azo. in summa dicti tituli versi. item quarte integre reseruatio. vbi voluit Azo. quod isto casu non cōpetat querela inofficiose donationis, sed remedium introductum per dictaz auth. vnde et si parens. Et ideo si dicti donatarij refutarent supplere legitimam de eo quod est eis donatum: expediet dare libellum cōtra eos. Quo vero ad legata pia vel alia relicta alijs filijs predicti quondam Joannis, respondeo et cōsulo quod dictus heres vel alius pro eo habens ad hoc sufficientem facultatem informet dictos donatarios de predictis legatis, et hoc per exhibitionem dicti testamenti dicti quondam Joannis et requirat eos quatenus iuxta per eos conuenta promissa et iurata contribuant in dictorum legatorum solutionem et euz exonerent predictis tertijs partibus et in casum denegationis protestetur contra eos de contrauentione decem pena et perditione sui iuris quam patientur propter non obseruantiam conuentorum promissoruz et ducatorum. l. fi. C. de reuocan. dona.

¶ Epitome.

¶ Donare causa mortis filia marito non potest sine consensu patris, nec legitimam, nec dotem: quia cum hec forte ad patrē sit reuersura, nec in piam quidem causam potest eam filia dispensare. A. F.

¶ De dona. Consilium xxxvj.

Donatio causa mortis quam fecisse dicitur honesta quondaz mulier Maria surraque filia naturalis et legitima nobili stephani surraqui iunioris et in ipsius patria potestate tunc existens honorabili viro thome de operis fuit et est nulla, pro eo quia licet filiusfamilias vel filia familias donare possit donatiōe causa mortis cū expressa et specifica licentia eius patris. l. tam is. §. filiusfamilias. et quod ibi doctores. ff. de dona. cau. mor. sine tamen huiusmodi hoc est expressa et specifica seu speciali licentia patris donare non potest donatiōe causa mortis. l. filiusfamilias. §. pari autem ratione. et §. sed eum meminisse oportet. et quod ibi Bar to. et docto. ff. de dona. et quod no. docto. in. l. seruum. C. qui testa. facere possunt. et fran. de cur. consilio lxxv. exordiente, dominus ludouicus Rothomarius habens filios sex. col. v. et cano. in c. licet. de sepul. in. vj. Non igitur valuit donatio pre dicta quoad pretensum supplementum legitime dicte quondaz marie cui nulla competebat legitima, in vita dicte nobilis stephani eius patris: nec ipsa illam aut illius pretensum supplementuz petere poterat, vt no. Bar. in. l. j. C. de liberis, agno. alberi. in auth. nouissima. collatione penultima. C. de innofficio. testa. Jo. de Jmol. in l. lex cornelia. ff. de vulga. et pupil. panor in. c. Raynutius. in fi. de testa. et alij in alijs locis nec etiā quoad dotem per dictum nobilē stephanum pro et nomine eiusdem nobilis marie dicto de operis constitutam. cuius etiam nunquam habuit plenum et absolutum dominiū cum matrimonio soluto per mortem illius deberet ad dictum nobilē stephanum reuerti maxime cum illa ab humanis sine liberis decesserit. l. dos a patre profecta et quod ibi glos. et omnes scribentes. C. solu. matrimo. Et non solum non potuit dicta quondam nobilis maria donare donatione causa mortis dicto de operis sine licentia seu consensu dicti nobilis stephani eius patris: sed nec etiam sine consensu ipsius potuit pro anima sui ipsius donare causa mortis aliquid deducta sua dote dicto. c. licet. §. quis. Et pro aia tamen. quod etiaz voluit do. Jas. may in dicta. l. seuius col. vj. que dixerim. etc.

1 ¶ Testamētum ob turpez personam in eo institutam an et quando et a quibus impugnari possit.

2 Substitutio reciproca regulariter nō cōtinet nisi directas: sed compendiose adiuncta complectitur et fideicōmissariam.

3 Fructus in trebellianicam an filij imputent.

4 Confunduntur actiones creditoris debitori succedentis: an et quando id locum habeat.

5 Retentione sibi consulere aduersus vniuersalem fideicōmissarium an et quando heres possit.

6 Renunciatuz an sit per diuisionē vniuersalibus fideicōmissis.

¶ Epitome.

¶ Tot capita in vnū quis rediget.

¶ De fideicommis. Consi. xxxvj.



Visis quinque publicis instrumentis vnius scz vltimi et nuncupatiui testamenti honorabilis quondam Raymūdi fornerij alterius vero vltimi et nuncupatiui testamenti venerabilis quondam viri domini Poncij fornerij alterius vero vltimi et nuncupatiui testamenti honeste quondam mulieris Catherine peregrine relicte dicti quōdā poncij, alterius et quarti, scz diuisionis bonorū dudum facte per et inter honorabiles viros Raymundum et andream Fornerij filios naturales et legitimos dictorum primi Raymūdi et Catherine pelegrine ac ipsorū et dicti domini Poncij heredes vniuersales. Et alterius vltimi et nuncupatiui testamenti dicti secundi Raymundi, vna cū casibus dubijs ex eo elicitis parte dicti andree mihi exhibitis: dico et respondeo ad dubia huiusmodi breuiter et succincte prout infra. Et primo ad primum dico et respondeo quod testamentuz dicti quōdam secundi Raymundi et fratris huius Andree dici non potest nullū ratione preteritionis eiusdē Andree dicti Raymundi fratris: sed nec potest testamētū huiusmodi ratione preteritionis predicte tanquam inofficiosum querelari, nisi † heredes
1 p dictum Raymundū instituti essent turpes aut viles persone, aut eorum alter turpis seu vilis persona existeret: tunc enim posset testamentuz huiusmodi impugnari iuxta ea que habentur in. l. fratris. C. de inofficioso testamento. l. j. ff. eo. ti. et §. soror. institu. eo. ti. iunctis hijs que not. Guili. de cunco. Bar. Bal. et do. Jason. may. in dicta. l. fratris. et Pau. de Castro allegata. l. fratris. quatenus voluit. d. l. fratris. habere locū nō solū in fratre p fratrē cōsanguineū exhredato ex turpi aut vili persona hrēde instituta, sed etiā in fratre pterito. Cuius dicti illa assignat rō quia talis pterito habet p exheredatiōe sicut i matre.

¶ Ad secundum dico et respondeo quod cum dictus quondam Raymundus fornerij dicti Andree frater ab humanis sine
2 liberis decessit, breuiloca † seu reciproca substitutio facta primo decedenti de superstite seu superuiuēte cui admixta fuit compendiosa substitutio sibi locum vendicauit in personā dicti Andree superstitis et hoc in vim fideicommissarie substitutionis. quamuis enim substitutio reciproca regulariter nō contineat nisi directas, vt verbi gratia, vulgares. Jtem et pupillares substitutiones si heredes instituti et sibi inuicem substituti sint impuberes filij testatoris et in ipsius patria potestate existant iuxta ea que habent in. l. itē hoc iure. in princ. et in l. Lucius. et quod vtrobique not. docto. ff. de vulg. et pupil. tamen quando substitutio reciproca seu breuiloqua admiscetur compēdiose: illa cōprehēdit et substitutionē fideicōmissariā: vt voluit Bar. in. d. l. lucius. vbi etiā Jo. de imol. et do. Alexan. de imol. in. l. hereditatē. vbi ponit multas remissiones. C. de impu. et alijs substit. quia igitur dictus quōdā Andreas se immiscuerit paterne hereditati, et pubes decesserit, et propterea expirauerint substitutiones vulgaris et pupillaris, et sic directe. l. post aditam. C. de impub. et alijs substi. et. l. in pupillari. cū suis simil. ff. de vulg. et pupil. nō tamen expirauit fideicōmissaria substitutio contēta in substitutione predicta ratione admixtionis cōpendiose que cōprehēdit fideicōmissariā. l. precibus. in fi. C. de impub. et alijs sub. et. c. raynutius. de testa. Verū quia dictus Raymundus fuit filius dicti primi Raymūdi ipse potuit detrahere duas quartas scz legitimā que est dimidia pars triētis cū ipse et prefatus andreas sibi superfuerint dicto quondā primo Raymūdo auth. de triē. et semis. §. i. colla. iij. et transumptiue in auth. nouissima. C. de inof. testa. et sic dicta legitima ascēdit ad duas vncias. Potuit etiā detrahere trebellianicaz iuxta not. p gl. Bar. et alios in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inof. testa. gl. et Bart. in. l. quamquam. C. ad leg. fal. Bal. in. l. filiū quē. C. fa. her. p do. Jas. in auth. res que. col. iij. C. cō. de lega. puto quod sunt boni text. in. c. raynutius. et. c. Raynaldus. de testa. Et hec ē quarta pars residui iuxta theoricā quā ponit gl. in d. c. Raynaldus. super verbo licet ipsas. et Jo. de imol. in. l. coheredi. §. cū filie. ff. de vulg. et pupil. et sic est vna vncia et sic de dimidia parte hereditatis et bonorū dicti quondā Raymundi fornerij in qua fuit dictus Raymūdus filius institutus et quia ascēdebat ad sex vncias potuit dictus Raymūdus filius institutus: et que ascendebat ad sex vncias, potuit. d. Ray. filius disponere de tribus vncijs: et sic de dimidia parte. aliā vero dimidiam partē debēt heredes dicti Raymūdi filij restituere dicto Andree substituto et non vltra. et hoc si sentiamus † quod di
3 ctus quondā Raymūdus grauatus de restituendo vel eius heredes nō teneant fructus per eundē Raymūdū perceptos imputare in trebellianicā vt voluit Bar. in. l. quod de bonis. §. quod auus. versi. oppono. C. ad trebel. per. l. iubemus. C. ad trebellia. et idē voluit Angel. consi. cxx. exordiēte, Jn ius dūi etc. versicu. ad tertium. Sed contrariū scz quod immo debeat dicti fructus imputari in trebellianicam tenuit Paul. de castr. in

dicta.l.quod de bonis.§.fructus.in.l.mulier.§.cum propone
retur.ff.ad trebel.volens ꝙ dicta.l.iubemus.decidens ꝙ li-
beri primi gradus non imputent fructus in quartā, loquitur
eo casu ꝙ non detrahentur nisi vna quarta: vt probatur ibi in
ver.dodrans restituatur ⁊c. ⁊ dicit Pau.de Cast.in dicto.§.
cum proponeretur. in lectura bononiensi ꝙ istud est dictum
nouum. ⁊ ita etiam consuluit idem Paul.de castr.consi.cxcij.
exordiente, qua dubia supra formata ⁊c.col. fina. pro quo al-
legat regulam generalem positam in.l.in fideicommissam.ff.
ad trebellia. ⁊ dicit Alexan.de imo.in.d.§.cum proponeretur
col.ij. ꝙ hoc dictū Paul.de cast.nunꝙ est obliuioni tradēdū
quia est peregrina interpretatio ad dictam.l.iubemus. ⁊ hoc
dictum magis placuit Alex.de Imol.in dicto.§.cum propo-
neretur ꝙ dictū Ange.contrariū tenent. Et istud etiā Pau.
de Cast.dictū sequitur franciscus de Curtio.consi.ij.exordien
te, circa testamentum Alberti de turre ⁊c.col.xj.versicu. ac-
cedant ad premissa ⁊c.ad finē ⁊ si hec opinio esset vera viden-
dum esset ad quantum ascedant fructus per dictum quondā
Raymundum percepti vltra fructus legitime.sed quia super
hoc sunt opiniones consulo ꝙ dictus andreas se informet cū
dominis practicantibus in nemanso qui sciant respondere
que opinio ibi seruetur de consuetudine.

¶ Ad tertium dico ⁊ respondeo quod substitutio facta per
dictum quondam dominum Pontium etiam sibi locum vē
dicauit in personam dicti Andree superstitis. Et qr substitu
tio huiusmodi valuit in vim fideicommissarie potuerunt he-
redes dicti Raymundi nouissime defuncti detrahere quar-
tam trebellianicā de illa medietate in qua fuit dictus Ray-
mundus heres institutus in quam tamen quartam debent
fructus per eum percepti imputari.dicta.l.in fideicommissa-
riam.in princi.ff.ad trebel. ⁊ quod notant doctores in dicta.l.
iubemus.C.eod.titulo. Et si fructus percepti ascendant ad
valorem dicte quarte: nihil poterit in quarta huiusmodi reti-
neri per heredes dicti Raymundi nouissime defuncti. Si ve
ro minus valuerint, poterit peti id quod deest per ea que ha-
bentur in dicta.l.in fideicommissariam. ⁊ quod ibi scribētes.
Si vero fructus predicti preualuerint nihil potest ꝑ illo plu-
ri petere dictus andreas substitutus: vt etiam ibi habetur.

4 ¶ Venio ad quartum pro cuius decisione premitto qđ † di-
ctus Raymundus ⁊ andreas vt pote heredes dicti Raymū
di eorum quondam patris erant debitores dotis predicte ca-
therine eorum quondam matris ⁊ per dictū quondaʒ Ray-
mundum recepte insuper ⁊ legati eidem catherine per ipsum
quondam Raymundum relicte. Quo fit vt cum postea dicti
Raymundus ⁊ andreas heredes extiterint predicte catheri-
ne eorum quondam matris quilibet scilicet pro semisse huius
modi actiones sunt extincte ⁊ confuse.l.stichum.§.adijcio.
versic.doct.contra debitor creditoris.cum suis similibus.ff.
de solutio. Et ita non videtur prima facie ꝙ hereds predicti
quōdā Ray.iunioris possint ex ipsius persona aliquid detra
here seu deducere vel retinere de bonis dicti quōdā Raymū
di senioris pretextu ⁊ ad causam dotis ⁊ legati predictorum,
quod maxime videtur procedere si dictus quondaʒ Raymū
dus iunior inuētarium non fecerit de bonis dicti Raymun-
di eius quondam patris. Et se opponatur de eo quod notat
Bald.in.l.debitori versicu. extra oppono quod etiam non fa-
cto inuentario ⁊c. Ange.consi.lxiij.exordiente, Paul.de Ca.
in.l.ab omnibus.§.fin.ff.de lega.j. Roma.consilio.cclxxvj.in
secundo quesito. ⁊ Alexan.de imol.in.l.ita tamen.§.si ex tre-
5 belliano.ff.ad trebel.qui † omnes volunt ꝙ aduersus vniuer-
salem fideicommissarium potest heres per viam retentionis
sibi consulere ⁊ consulendo retinere de bonis hereditarijs pro
debito confuso etiam si inuentarium non fecerit. sed hoc non
videtur obstare ei quod dixi pro eo quia doct.prefati loquun-
tur in herede qui successit debitori suo, quod non fuit in casu
nostro, sed contrarium seu oppositum: quia debitores successe
runt matri creditori, ⁊ sic videntur casus isti separati ⁊ distin-
cti ex quorum ꝑterea vno non bene infertur ad alium.l.inter
stipulantem.§.sacram.versicu.sed hec dissimilia.ff.de verbo.
obligatio.l.maritus.el.j.C.de donatio.inter virum ⁊ vxoreʒ.
⁊ vulgata.l.papinianus exuli.ff.de minori.hoc tamen vt mi-
hi videtur non est sine dubio: quia si primo successissent matri
eorū patris creditrici, in dote ⁊ deinde patri: nulli esset dubiū
quin possent heredes dicti Raymundi iunioris sibi consulere
per viam retētionis, per ea que predixi. Propter ꝙ videretur
ex eadem equitate ꝙ ipsi possint sibi consulere per viam reten
tionis super quo articulo nihil pro nunc firmo nisi ꝙ vbi ve-
rum esset ꝙ heredes dicti Raymundi iunioris possent per vi
am retentionis sibi consulere: ipsi tamen nō possēt retinere de
bōis p̄ñis ꝑ tota medietate dotis ⁊ legati in qua successerat
Raymundus, sʒ pro medietate medietatis pro eo quia cum
vt dixi dicti heredes possint pro dictis duabus quartis reti-
nere dimidiam partem illius medie partis in qua patri succes
serant ipsi debent supportare mediam partem onerum.

¶ Ad quintum dico ⁊ respōdeo ꝙ dicto andree superstiti de
bent pro dicta medietate restitui non solum bona immobilia
sed etiaʒ bona mobilia que fuerunt dicti quondam Raymū-
di senioris: ⁊ si que sint consumpta de mobilibus in vsu dicti
Raymundi iunioris illa debent imputari in trebellianicam
vel legitimam dicti Raymundi iunioris, iuxta ea que scribūt
Bar. ⁊ docto.in.l.in quartam.ff.ad.l.falci. ⁊ Panor.in capi.
Raynutius.de testa. ⁊ sic propter consumptionem dictorum
mobiliū consumptoruʒ minus detrahent heredes dicti Ray
mundi iunioris de alijs bonis paternis que supersunt.

¶ Ad sextum dico ⁊ respondeo hic esse aduertendum ꝙ tem
pore diuisionis facte inter dictos andream superstitē ⁊ Ray-
mundum eius fratrem defunctum erant varia bona commu
nia. quedam enim paterna: alia enim fuerant domini Pon-
tij eorum quondam patris: alia vero fuerant per eos acquisi-
ta. Et quoad acquisita non debet dictus andreas aliquid ha
bere de eis in vim dictarū substitutionum: qr per substitutio
nes predictas succedit dictus andreas nō quidē Raymūdo
fratri, sed prefatis Raymundo patri ⁊ domino Pontio pa-
truo: ⁊ sic medietas bonorum acquisitorum per dictos Ray
mundum ⁊ andream quondaʒ fratres debet remanere penes
heredes dicti Raymūdi senioris. Quo vero ad bona que fue
rant domini Pōtij, dico vt iam dixi, ꝙ illa medietas in qua
successit dictus Raymundus iunior debet restitui dicto an-
dree detracta quarta parte pro trebellianica in quam tamen
debent imputari fructus per eundem anthonium percepti. ⁊
si illi ascendant ad valorem huius quarte: nihil retinebāt de
bonis predictis. Si vero illi minus ascendant ipsi detrahent
id quod deerit vsqʒ ad supplementum seu complementum di
cte quarte, iuxta materiam.d.l.in fideicōmissariam.in princ.
⁊ quod ibi scribentes.ff.ad trebel. Quo vero ad bona pater-
na debuit vt dixi dimidia pars illius dimidie in qua successit
predictus Raymundus iunior eidem andree restitui: alia
vero pōt retineri ꝑ dictis duabus quartis scilicet legitima
⁊ trebellianica. sic igitur consulo dictis partibus vt vocēt ꝓ-
bos ⁊ expertos amicos q videant bona paterna peruēta tam
ad dictum quondam Raymundum, ꝙ ad andreā fratres vi
deant etiam bona dicti quondam nobilis Pontij insuper ⁊
bona per ipsos fratres acquisita. ⁊ consideratis ijs que predi-
xi taliter agant ꝙ nullus remaneat lesus.

¶ Ad septimum dico ⁊ respondeo ꝙ dictus Andreas nihil
videt̄ posse petere super bonis acquisitis pretextu dotis vxo-
ris pro eo quia sic veniret contra diuisionem factam cum fra-
tre ⁊ iuratam: quod facere non licet potest tamen prout supe-
rius dixi petere in vim dictarum substitutionum sibi restitui
bona paterna ⁊ domini Pontij patrui, ea scilicet que super-
uenerant ad dictum quondam Raymundum iunioreʒ detra
6 ctis ijs que predixi quia † per dictam diuisionem non videtur
renuntiatum predictis vniuersalibus fideicommissis seu sub-
stitutionibus, per id quod voluit Barto. ⁊ doctores commu-
niter in.l.qui Rome.§.duo fratres.ff.de verbor.obligationi.
dicentes ꝙ ibi fuerat male iudicatum. ⁊ idem sensit glo.in.l.
tres fratres.ff.de pac. ⁊ alij in alijs locis. Super quo articulo
non insisto, pro eo qr ista est communis sententia a qua pro-
pterea nō est in cōsulendo vel iudicādo recedendū.l.j.crebrior
apud veteres opinio.ff.de offi.questo. ⁊ quod not. Hostiens.
Io.Andre. ⁊ moderni.in.c.j.de cōstitu.col.penulti.vbi mul-
tas remissiones ponit do.Felin. ⁊ domi. Iason may.in dicta
authentica, nouissima, col.vj. Que omnia dixerim ⁊c.

1 ☞ Dos filie lucratiuā cām, marito vero onerosam adfert:
pactum igitur super dote factum filia approbare debet.
2 Preteritio fratris in testamento habetur pro exheredatione
turpi vel vili persona instituta.
3 Gratis obsequia decēnalia prostare nepos patruo non cense-
tur. ⁊ sic de similibus.
4 Iocalia ⁊ similia que ⁊ quando vxori donata esse censeantur.
5 Societas si non appareat, non sunt bona communicanda.
6 Possessio bonorum defuncti non transit in heredem etiā su-
um, nisi apprehensa.

¶ Epitome.

¶ Iungentur citius gryffes equis, quam tot capita vnum
fiant. V. F.

¶ Communia de successione. ¶ Consi. xxxvij.



Ex casu mihi exhibito parte probi viri Joanis martini eliciunt varia dubia quibus respondeo breuiter & succinte prout infra. Et primo ad primuz dico & respondeo ꝙ cum ex constitutione dotis quā dudum fecisse dicitur violetus clerici pro Joanna eius filia
1 Claudio martini dicti violeti genero fuerit † eidem Joanne ius acquisitum ex eo quia filia in dote habet causam lucratiuam, maritus vero onerosam. l. vltima. §. j. ver. & si neuter sciuerit. ff. de his que in frau. credi. l. ex promissione. ff. de actio. & oblig. & l. j. C. de impo. lucra. l. meuius. §. duobus testamētis. ff. de legatis. ij. oldra. cōsi. cclv. exordiente quidā paterfamilias. debuit ipsa Joanna quamuis absens extiterit tempore constitutionis dicte dotis approbare pactum per dictum violetum eius patrem & Claudium tunc futurum maritum factum de lucranda dimidia parte bonorum in dotem pro ea constitutorum eo scz casu quo eam premori contingerit: quia ille cui acquiritur ius ex cōtractu debet acceptare contractū cum omnibus clausulis in eo contentis. l. finautem. ff. de pac. facit. l. gaius. ff. de manumis. extext. in ratione sui. in. l. ij. ff. de re. cred. quod etiam voluit Bal. et post eū do Jason may. in dicta. l. finautem. Si ergo ipsa Joanna approbauerit constitutionem dotis pro ea facte: ipsa debuit etiam approbare pactum predictum per predicta, & etiā pro eo qꝛ pactum fuit reciprocum. & quia istud non habet dubium non insisto.

¶ Ad secundum dico & respondeo ꝙ testamentum per dictū quondā Claudium martinū conditum non potest dici nullū ratione p̄teritionis florentie sue sororis sed nec pōt testamentum huiusmodi ratione eiusdem p̄teritionis tanquam inofficiosuz querelari nisi heres per eundē Claudiū institutus esset turpis aut vilis persona tunc enim posset testamentū huiusmodi impugnari, iuxta ea que habētur in. l. frēs. & C. de inoff. testa. l. j. ff. eo. ti. & §. soror. instit. eo. titulo iunctis his que no. guil. de cug. Bar. Bal. & docto. dominus Jason may. in dicta. l. fratres. & paulus de castro allegata. l. fratres. quatenus voluit dictam. l. fratres. habere locū non solum in fratre per fratrem consanguineum exheredato aut vili persona instituta, sed etiā in fratre preterito cuiꝰ dicti illa assignatur ratio qꝛ talis preteritio habetur pro exheredatione sicut in matre.

¶ Ad tertiū dico & respondeo sub correctione cuiuslibet do
3 mini melius sentientis, ꝙ dictus † Joānes martini qui, vt ponitur in casu, per decennium seruiuit dicto Claudio eius quōdam patruo non censetur nec debet censeri in dubio voluisse seruire gratis nec donare aut remittere eidē Claudio patruo mercedem pro dicto seruitio debitā. l. cū de indebito. in principio. ff. de proba. & l. si cum aurū. ff. de solu. & qꝺ voluit Ang. consi. xc. Bal. consi. xlix. in prima pte. & Alex. de imo. in. §. fuerat. ver. quid autem si dos est tātūmodo cōfessata &c. ibi quinto hoc tenet Bar. instit. de actio. et dz seruitiū per dictū Jo. martini dicto quondā patruo impensum appretiari & estimari s̄m qꝺ estimari consueuit & solet seruitiū hominis illius cōditionis & etatis, vt nec dictus Joannes seruierit cum dāno & iactura suōpsius. nec idem Claudius seu eius heres prefato Joanni soluat vltra ꝙ soluisset alteri illius conditionis et etatis. Pro quo induco in argumētum id qꝺ no. Cy. & doct. in. l. excepto. C. de loca. Jo. de pla. & doc. in. l. domini p̄dioꝝ. & C. de agrico. & censi. li. xj. & Pau. de cast. cons. cccxix. ex ordiēte, visis & consideratis omnibus supradictis. col. fi. vers. item nō obstat. qꝺ no. Cy. quatenus volunt ꝙ si ab aliquo cōciue meo fuerit domus mea habitata nulla constituta mercede p̄ habitatione, poterit ipse compelli constituere & mihi soluere certam mercedem prout illa domus cōsueuit vel meretur locari. Et idem dicunt doc. in & de eo qui nulla cōstituta mercede coluit fundū meū & fructꝰ pcepit, vt teneatur ad congruā pensionem & talem seu tantam qualē pro eo percipere consueui, aut quanta dari solet pro prediis similibus & illius quantitatis. Et hoc maxime procedit scz ꝙ dictus Claudius seu p̄fatus eius heres teneatur ad solutionē predicti seruitii si dictus Joannes martini operas suas alteri locare cōsueuerat. Et idem Claudius operas huiusmodi cōducere solitus erat. aut alter ex predictis alterum predictorū facere solitus erat. ar. l. si tibi petenda. ff. de prescrip. ver. & qꝺ no. Jo. an. in addi. Spec. tit. de loca. §. postꝙ. v. porro in addi. exordiēte, s̄m Rof.
4 ¶ Ad quartum dico & respondeo ꝙ † si indumenta & iocalia de quibus ibi, sint preciosa: dictus quondam Claudius nō videtur illa in dubio donasse: pro quo allegasse sufficiat nota. per Bar. Jo. de imo. & doc. magis cōiter in. l. penul. §. j. ff. sol. mat. per Bar. in. l. j. ff. de col. bono. Ang. consi. cxxx. cōs. ccl. & Ange. areti. in. §. fuerat. in versic. quero vidimus. institut. de actio. Si vero illa non erant p̄tiosa sed forte quotidiana & necessaria: tunc videretur ꝙ licet idem quondā Claudius nō videatur proprie illam donasse vt ea tāꝙ pprie donata haberet dicta eius vxor tpe matrimonij, sed potius tradidisse in cām alimentorū ad que tenebat. tū p tpe pro quo mrimoniū poterat solui videtur ea donasse si illorū expensa erat modica ar. l. vtrum. ff. de dona. inter vir. & vxor. & qꝛ in hmōi rebus non est fienda nimis amara interpretatio. l. si id quod. §. si quis. ff. de dona. inter vir. & vxor. & quod legit & no. in. l. quod in vxorē. ff. de nego. gestis. & quod no. Jo. de imo. in. d. l. pe. §. pen. co. ij. vel iij. ver. tertio casu. ff. solu. matri. Et sic illa videntur pertinere ad. d. Jo. martini haredē prefate quōdā. N. Non obstat d. l. pen. §. j. vbi modica expensa vestimentorum nō videt fieri animo donādi. Quia huic potest responderi s̄m Jo. de imo. vbi s. ꝙ ibi loquitur qñ interuenit diuortiū & p diuortiū solutum est matrimonium. secus forte s̄m eum quādo mrimoniū fuit morte solutum. vel etiā pōt dici ꝙ in. d. §. j. est sermo de expēsis factis pro vestibus seruorū in quibus verisimiliter non cadit tanta affectio q̄ta in persona vxoris. facit qꝺ habetur in d. l. quod in vxorē. & in. l. j. & ij. ff. de don. inter vir. & vxo. Pria tñ rñsio placet Jo. de imo. p. d. l. vtrū. ff. de donati. inter vir. & vxor.

5 ¶ Ad quintū dico & respondeo ꝙ † in bonis acquisitis p. d. quondā Claudiū nihil habēt eius fratres aut nepotes vltra & preter benedictū p ipsum heredē vniuersalem institutum, excepto. d. Joā. martini qui vt predixi pōt super eis & contra dictum heredem petere mercedem seruitij, de quo supra: qꝛ licet bona paterna remanserint communia inter eundem quondā Claudium & suos fratres vel nepotes ex eisdem fratribus: nō tū propterea fuerunt cōia seu etiam cōicanda bona acquisita per eundem Claudiū manētem ad partem & seorsum a dictis eius fratribus siue nepotibus, & signāter cum bona hmōi fuerit per ipm Claudiū suo ipsius proprio nomine acquisita nec appareāt actꝰ speciales & pmiscui, p quo allegasse sufficiat l. cum duobus. §. papinianus. & qꝺ ibi doct. ff. pro so. & qꝺ no. Bar. in. l. titiū & meuiū. §. altero. ff. de admin. tut. Bart. & alij in. l. si patronus. C. commun. vtriusqꝫ iudi. Albe. Bal. et do. Jas. may. in. l. j. C. qui testa. facere pos. Alexā. de imol. consil. xlviij. exordiente, super hesitatione de qua queritur &c. col. v. in. j. volu. & alij in alijs locis.

¶ Ad sextum dico & respondeo put. s. ꝙ testamentum prefate quondam Joanne fuit & est validū, nec potest impugnari ex eo ꝙ dicto Henrico clerici eius fratri vtrinque coniuncto non reliquerit nisi vnum florenū. Et hoc nisi etiam vt predixi idem Joannes martini esset turpis et vilis persona prout nō credo. Consulo tamen eidem Joāni ꝙ possessionē bonorum immobilium dicte quondam Joanne et singuloꝝ eorundem
6 adipiscatur et apprehendat nisi hoc iam fecerit: qꝛ † possessio defuncti non trāsit in heredem etiam si est suus heres, sed est opus apprehensione. l. cum heredes. in principio, et quod cōiter ibi no. doc. ff. de acqui. posses. et quod no. doct. in. l. in suis ff. de liber. et postu. Et hoc dico nisi possessio bonorum hmōi fuisset per alios apprehensa vel occupata. Quia tunc non cōsulerem ꝙ idem Joannes martini illam apprehendere nitat sua propria authoritate sed authoritate magistratus et vocatis possessoribus seu occupatoribus.

1 ☞ Donatio excedens an, quando et quatenꝰ valeat: et an insinuationi possit renuntiari, et de delphinali statuto. nu. 2.
2 Donatio iteratione ex interuallo facta quantopere iuuetur.
3 Delphinus in delphinatu pōt quicqd imperator in imperio.
4 Transactio ex capite lesionis non rescinditur.
5 Juramentum a remedio. l. ij. C. de rescin. an et qñ excludat.

¶ Epitome.

¶ Donationem iuratam frustra donans reuocare tentat in intestamēto, vel alr: cum insinuationi renuntiatum sit, et statutum contra eum faciens de iuramento non loquat. V. F.

¶ De reuocan. dona. Consi. xxxviij.



Ex casu seu consultationis themate mihi exhibito parte honorabilis viri magistri Romani alberge et suorum cōsortium vniuersalium heredum honorabilis quondam viri Stephani alberge ciuis ebredunensis eliciuntur multa dubia: ad que respondeo prout infra. Et primo ad primum: super quo primo dico ꝙ duo sunt que videntur obstare tam donationi quam dudum fecisse dictus prefatus quondam Stephanus matheo fabri ꝙ cōfirmationi donationis hmōi, seu scđe donationi etiam dicto matheo

per dictum quondam Stephanum facte. Et quidem obstare
1 videtur omissio insinuationis, cum † enim, vt ponitur in casu,
bona donata valerent quadraginta millibus florenis, z sic ex
cederent valorem quingentorum aureorum non videtur dona/
tio huiusmodi valuisse saltem quatenus valor bonorum donato
rum excedebat dictam summam. l. sancimus. C. de dona. cuius
dispositio procedit etiam in donatione facta inter coniunctos
l. data. C. de dona. Nec videtur huiusmodi donatio fuisse fir/
mata per iuramentum predicti Stephani per illud quod no.
Bal. in. l. illud. col. iiij. vers. quinto quero. C. de sacrosan. eccl.
qui pro hoc allegat quod ad hoc vt iuramentum aliquid operetur
tria debent concurrere. Primo ꝙ sit persona habilis vel per
iuramentum habilitatam. Secundo, ꝙ forma generalis sit ser
uata. Tertio, ꝙ res non sit prohibita. l. si quis inquilinus. §.
fi. ff. de lega. j. Sed iste donationes clandestine non interue/
nientibus actis sunt prohibite. l. donatio siue. z quod ibi glo.
C. de don. Ergo non validantur iuramento, nec oritur ex ea obli/
gatio natur. Pro quo dicit Bal. facere quod not. Cy. in. l. j. C.
de sacrosan. eccle, z Barto. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiusso.
z subiungit Bal. vbi. s. ꝙ non possit renuntiari legi dispone/
ti super insinuatione: quia non introducta est in fauorem dona
torum, sed in odium recipientium clandestinas donationes. z
ne quis prodigaliter vtatur substantia. arg. l. imperator. ff. ad
trebel. legi vero statuenti solennitates in actibus hominum
non potest solenniter renunciari. l. nemo. ff. de lega. j. Pro hac
opinione multa inducit Sali. in. l. pen. C. de dona. z hanc opi
nionem Bal. fuerunt multi sequuti tam in scribendo quam in
consulendo. z quidem Ange. eius germanus. consi. lviij. exor
diente, quidam paterfamilias col. fi. vbi etiam refert eundem
Bal. eius germanum pro hac parte consuluisse eandem sente
tiam sequutus est Bal. in. d. l. data roma. in. l. modestius. exo.
tit. Sail. de cug. in. d. l. illud pro hac parte consuluit Antho.
de pla. in quodam suo consilio exordiente, circa hoc videtur zc.
quod est inter consilia Fran. de cur. z est. lxxvij. cui se subscri/
pserunt Hiero. tur. Jo. pu. Nico. de sancto naza. hanc opinio/
nem etiam sequutus est idem Fran. de cur. in addi. dicti consi.
vbi plurimos commemorat z refert tenentes hanc opinionem
pro qua etiam consuluit And. barba. in quodam suo consilio ex/
ordiente, sapienter optimus predixit psalmista zc. col. pen. quod
inter consilia Fran. de cur. est. xvi. vbi etiam Fran. de cur. in/
herens huic parti vbi ponit remissiones istam opinionem se/
quentium, in quibus est Jo. fa. in. §. alie insti. de act. Et pro hac
opinione adducit decem fundamenta do. Bar. soci. consi. lxxvij.
exordiente, in presenti consultatione plura veniunt examinan/
da zc. col. v. vel circa. ver. circa secundam dubitationem zc. ibi vnum
stat dubitatio in casu nostro quia donator iurauit zc. in. j. parte.
¶ Contrariam partem scilicet quinimo possit cum iuramento renun
tiari legi disponenti de insinuatione tenuit Jo. an. in additi.
Spec. ti. de instru. edi. §. porro. in vltima magna addi. quam
sequitur Jo. de imo. in sua solenni repetitione. c. cum contin/
gat. in. x. membro. ver. sed dubium est quid iuris si interueniat
iuramentum zc. de iureiur. vbi etiam pro hac parte multa in
ducit respondentia motiuis Bal. z Sali. hanc partem sequu/
tus est Fride. de se. consi. cclxxxi. exordiente, casus est talis zc.
Ange. in. d. l. sancimus. §. fi. C. de donatio. Bald. in. d. c. cum
contingat. z in. §. z cum retro. institu. de donatio. Alexan. de
imol. in. d. l. nemo qui multos commemorat tenentes hanc par
tem, z pro qua se dicit sepissime consuluisse quod z verum est vt patet
consi. iiij. col. xj. vel circa. versi. nec ad hoc obstat si dicatur ꝙ
iuramentum zc. z consi. xij. in. j. vol. consi. lxxxv. exordiente, vi
sa facti narratione. col. ij. in. ij. volu. z in alijs locis relatis per
Fran. de cur. in addi. predicta: vbi etiam alios plurimos com
memorat sequentes hanc partem z dicit Alexan. de imol. in
d. consi. iiij. se vidisse consilium recolende memorie. d. Joan. de
Ana, quod exorditur, in nomine sancte trini. visis z pondera
tis hijs que in scriptura: z quod in illo refert se alias vidisse ele
gans consilium cuiusdam do. pacis de aquila, qui dicebat ꝙ
licet Bar. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. specifice non deci
derit istum casum tamen per rationes quas ponit ibi Barto.
videtur ꝙ donatio non valeat. z in. d. consil. referebat ꝙ do.
Pet. de vbal. de perusio ita consuluerat. Et dicit Joan. de
Ana. ꝙ illi consilio, de pacis. se subscripserant fere omnes doct.
bononie. z precipue Jo. de ana. subscriptum a celeberrimis do/
ctoribus do. Jac. de zo. de ferra. z Angel. are. dicit etiam recorda
ri se alias consuluisse dum legeret ferrarie, z ꝙ pro eadem parte
consuluerat iurisconsultus Fran. de are. z maria. soc. z est verum
ꝙ pro hac parte consuluit z quidem eleganter z subtiliter Fran.
de are. consi. v. z in alijs quibusdam que non refero. hanc par
tem etiam videtur tenuisse Ange. consil. xc. exordiente, parte
negatiua, col. antepen. versi, superest igitur videre Panorm,

in. c. cum contingat. consi. cvij. in. ij. vol. Jo. de imo. in. l. mode/
stinus. ff. de dona. in repetitione. d. l. nemo. vbi etiam hanc opi
nionem dicit esse communem. Pro qua consuluit do. bar. soc.
in. d. consi. lxxvij. vers. circa secundam dubitationem. vbi etiam
respondet dictis decem fundamentis. Pro contraria opinio
ne per eum allegatis referre autem argumenta z fundamenta que
pro defensione opinionum huiusmodi hincinde inducuntur non esset consule/
re sed librum condere. Et re vera negari non potest quin iste
articulus sit difficilis super quo cum sibi occurrisset casus noluit
consulere Ang. are. pro aliqua partium prout ipse refert in. d.
§. alie. institu. de dona. mihi tamen semper visum est z videtur sub cor
rectione cuiuslibet melius sententis ꝙ opinio Jo. an. tenen/
tis renuntiationem de qua. s. valere fauore iuramenti, fulci/
tur pluribus z fortioribus rationibus z que videri possunt tam
in. d. addi. ad spec. quam per Jo. de imol. in dicta sua repetitione
c. cum contingat. in. x. membro. vbi etiam opportune respon/
det motiuis Bal. z Sali. quibus z alijs multis etiam respon
det do. bartho. soci. in. d. consi. lxxvij. Pro hac opinione etiam
inducit multa z subtilia fundamenta Fran. de aret. in. d. consi.
secundo. z Alex. de imol. in multis suis consilijs cui propterea
magis inhereo maxime in hoc casu in quo dictus Stephanus
non solum donauit eidem matheo semel sed bis z ex interual
lo. Primo quidem donauit z deinde post remissionem dona
tionis huiusmodi per dictum matheum fabri factam dictus quon
2 dam Stephanus iterato donauit. Et videtur † hec donatio
secunda caruisse omni fraude z fraudis suspicione propter multiplica
tionem huiusmodi donationis cum temporis interuallo. Pro
quo bene facit. l. si mulier. C. ad velleya. z quod no. glo. de con/
fessione geminata in. l. contractibus. §. illo. C. de non numera.
pecu. z quod habetur in. l. cum scimus. z quod ibi Bart. C. de
agrico. z censi. z quod de gemina. actus plene ponit do. Jas.
may. in. §. in personam. col. xj. institu. de actio. vbi multa scri
bit que quia possunt ibi videri non recito.
¶ Secundo vero videtur facere contra dictam donationem
z resistere validitati illius omissio solennitatis delphinalis sta
tuti olim editi super donationibus inter viuos in delphina/
tu faciendis z non valituris sine obseruatione solennitatis hu
iusmodi, vbi primo presupponitur ꝙ sempiterne memorie serenis
simus do. Ludouicus tunc delphinus non recognoscebat prout
nec recognoscit serenissimus do. noster modernus delphinus
3 superiorem in delphinatu, quo † fit vt possit idem quondam
Ludouicus z hodie possit dictus serenissimus do. noster mo/
dernus delphinus in delphinatu quicquid potest imperator in
imperio, per id quod magis communiter no. doc. in multis lo/
cis. scilicet Bar. in. l. j. §. de qua re. ff. de postulan. l. iij. in principio
ff. de mino. z in. l. infamem. ff. de publi. iudi. in. l. relegati. ff. de
pe. z in. l. hostes. ff. de capti. z postl. reuer. Jo an. in. c. super qui/
busdam. §. preterea. de verb. signi. Bal. in. l. exemplo. C. de proba.
z in aut. hoc amplius. col. ij. vers. an filij regis. C. de fideicomm.
Pau. de cast. consi. ccxxvij. exordiente, super primo dubio zc.
Alex. de imo. cons. ccvj. vers. quinimo plus reperio z in. j. vol. z
cons. xv. exordiente, visis narratis in themate zc. col. ij. vers. z sa/
tis est zc. in. v. vol. z tam ipsi quam alij in multis alijs locis. Habet
igitur z proculdubio habere debet tantam vim predictum del/
phinale statutum quantum habet lex ab imperatore edita. Quo sup
posito videtur ꝙ donatio predicta fuerit nulla propter omissio
nem solennitatis per dictum statutum requisite. Ita enim de/
cernitur in statuto huiusmodi ibi statuimus z decernimus dona/
tiones predictas de cetero faciendas non esse aliter valitudi/
nis quam si zc. Et ibi z quas aliter fieri prohibemus easque si
fierent premissis non obseruatis nullas z irritas esse decerne
tes. Et pro inualiditate dicte donationis videtur facere quod
not. Bald. in aut. sacramenta puberum. col. iiij. vel circa. ver.
sed quero nunquid iuri canonico zc. C. si aduer. ven. z Rom.
consi. xij. Pro hoc etiam videntur facere septem fundamenta in/
ducta per Pano. in questione per eum disputata exordiente,
stante statuto edito in italia prohibente minores zc. co. j. z. iij
z viderentur predicta procedere maxime eo casu quo probari
posset ꝙ tempore quo statutum predictum fuit editum ea vi
geret in delphinatu huiusmodi malitia per quam inducebantur ho
mines ad donandum, z vt donarent circumueniebantur. Sed
contra premissa z pro donatione superius mentionata faciunt
ea que superius dixi secundum opinionem magis communem scilicet ꝙ per
iuramentum appositum in donatione excedente summam quin/
gentorum aureorum possit derogari legibus insinuationem re/
quirentibus. Facit etiam quia statutum simpliciter loquens de
donatione non debet intelligi in donatione iurata, vt probat
Panor. in dicta sua disputatione exordiente, stante statuto
condito per italiam in prosequutione prime z secunde questionum.
Ex quibus infertur ꝙ dictum delphinale statutum non refra/
gatur

gatur. nec obstat donationi seu donationibus superius mentionatis. Tum qr ille fuerunt iurate ad quas propterea non extendit dictũ statutum postq̃ in eo nulla fit mentio de iuramento promissorio. Tum ꝛ quia secundum communem opinionem: lex ciuilis vel statutũ non pot reprobare iuramentũ, presertim eo casu quo per statutum non fingitur contractus simulatus vel per vim aut metum a contrahente extortus vel contrahens ipse dolo inductus prout nõ fingitur in dicto delphinali statuto. fateor qd Bal. in dicta authentica sacramẽta puberum. voluit quod statutum etiam si non fingat dolum aut simulationem: tamen si habeat rationem ꝛ equitatem naturalem puta quia malitia hominum illius loci erat multũ procliuis prompta ad decipiendũ: ꝛ tunc talia statuta annullantia iuramentum valent, nec iuramentum est obligatoriũ: quia cum habeat equitatem ꝛ rationem naturalem non possint dici iuri contraria. et idem voluit Roma. cõsilio. xij. Sed illud non videtur suffragari dictis Magistro Romano et alijs, tum quia Bal. loquitur in statuto faciente mentionem d iuramento: ꝛ illud improbantem quod non facit statutum delphinal: etum et quia dictum Bal. impugnatur et quidem bonis motiuis per pau. de ca. in dicta authentica sacramenta puberum. vbi etiam do. Jason, vt predixi ꝛ pe. Panor. in dicto. c. cum contingat. columna. x. versic. nec potuit ius ciuile seu statutum ꝛc. ꝛ in dicta disputatione columna .vj. ver. nec potuit lex ciuilis expresse probare iuramentum ꝛ alij in alijs locis. et sic nisi superesset aliud propter quod donationes predicte possent impugnari q̃ dictum statutum, non video illas posse impugnari nisi aliter se haberet obseruantia ꝛ consuetudo super dicto statuto super quo nihil pro nunc scribo cum nõ sum informatus. ꝛ per hec patet responsio ad primũ quesitũ

¶ Ad secundum dico ꝛ respondeo quod supposito quod donatio seu donationes superius mentionate fuerint valide vt perdixi dictus quondam stephanus nõ potuit eas reuocare in suo testamento. l. perfecta cum suis similibus. C. de dona. que sub mo. et pro eo etiam quia non potest quis regulariter viuere contra factum suum. l. post mortem cum suis simili. ff. de adop. ꝛ presertim sine dispendio salutis eterne. dicto. c. cum contingat. cum multis vulgaribus.

¶ Ad tertiũ dico q̃ dictis magro Romano ꝛ cõsortib⁹ maiorib⁹ obstant multa. primo quidẽ donatio, seu donatiões que vt dixi valuerũt. Secũdo, eidẽ obstat transactio que nõ rescin
4 ditur ex capite lesionis etiam si excedat dimidiam iusti precij ꝛc. volunt multi relati per alexandrũ de Jmola in. l. si quis cũ aliter. columna. iij. ff. de verborum obliga. pro qua opinione etiam consuluerunt multi quos non refero. fateor quod Bar. tenuit contrarium quem etiam multi alij sunt sequuti tam in consulẽdo q̃ scribẽdo. sed in casu nostro est quod vlterius ob
5 stet scꝫ iuramentum † trasigentium ꝛ maiorum ratione cuius fuerunt exclusi a remedio. l. ij. C. de rescinden. vendi. c. penul. de emptio. ꝛ venditio. ꝛ hoc ẽm communem opinionem glo. ꝛ doc. in dictis locis de quo Joan. de imo. in repeti. d. c. cum contingat.

¶ Ad quartum dico ꝛ respondeo q̃ si aliud non obstaret nisi transactio predicta possent minores ꝛ illa vxor de qua ibi agere ad rescissionem dicte transactionis ex capite enormissime lesionis: sed vt dixi obstant donationes.

1 Testis minor in criminali causa esse nequit: sed nec impubes in ciuili.
2 Probare querelam tenetur qui eam exponit.
3 Testis vnicus an ꝛ quando indicium saltem faciat.
4 Indicia quando iungi possunt ad probationem faciendam.
5 Fama indicium sufficiens ad questionẽ non facit.
6 Raptus sanctimonialis in. l. si quis. C. de episc. ꝛ cleri. tantũ fit mentio.
7 Stupratorem virginis vel vidue capitali pena nõ puniri: sed alia, ꝛ qua, nisi vilis sit.
8 Pena capitalis hodie percussori non infligitur, q̃uis animũ habuerit occidendi.
9 Conatus solus in quibus criminibus sufficiat.
10 Judicis est penas mitigare.

¶ Epitome.

¶ Nec torquendus quidem est qui se supra lectum cum puella non flente fassus est coniecisse ꝛ volutasse: tantum abest vt tanq̃ raptor capite puniendus sit: presertim vbi vitiatam virginem non apparet. V. Fi

¶ Depenis. Cons. xxxix.


lere per modum retentionis quoad fructus suarum legitima
rum per dictos quondam domi. Joannem ⁊ nobilem Ludo-
uicum perceptos dico ⁊ respondeo.mihi videri ꝙ sic pro eo,qꝛ
non solum debetur legitima:sed etiam fructus illius,dicta au
thentica,nouissima.⁊ qd̃ ibi gloss.⁊ d.l. papinianus.§. vnde si
quis not.gl.in.l.fideicommissaria.in glo.j.ad si.ff.ad trebel.⁊
Joã.Andr.in addi.Specu.tit.de pigno.§.sequitur videre.in
addi.que incipit,vsusfructus debebaṫ. Et hoc declarat Bal.
in.l.non est.ff.famil. hercis.vbi concludit hoc esse verum etiã
si tales fructus essent cõsumpti ab herede bona fide possiden
te quanto magis hoc procedit in herede qui sciuit se debere
legitimam aut illius supplementũ. Quo vero ad fructus alio
rum iurium non possum pro nunc plene respondere pro eo qꝛ
non suppetit tempus,⁊ qꝛ etiam non sum informatus de agni
tionibus seu acceptationibus predictorum,⁊ ideo non fuit vi-
sum esse super hoc multum insistendum nisi prius habita di-
cta informatione.

1 ¶ Donans imperator eclesie an omnino omnia iura rei do
nate in ecclesiam transferat.
2 Nisi,dictio interdum affirmat,interdum negat.
3 Homagium quare fieri presumatur.
4 Scholares non studentes vel scholas non intrantes non gau
dent priuilegijs:⁊ idem est de quibuscunqꝫ alicuius artis pre
fessoribus.

¶ Epitome.

¶ Appellabatur, aut appellandum erat a Montedracone
ad imperatorem, sed hodie serenissimus gallorum rex Francis
cus hoc sustulit,⁊ aquilam nigram, que pro portis illius loci
suprapositaerat,auferri iussit.Hoc vero responsum alibi est,
si bene memini:sed non ita locuples. A. F.

¶ De appella. Consi.lvj.



Ulta sunt de quibus
querunt nobiles ⁊ generosi viri Jacobus de
mõteacuto,⁊ alij pererij seu quõdomini mon
tisdraconis.ad que respondeo breuiter ⁊ suc-
cincte.put infra ⁊ primo ad primũ quod di-
cti ꝯdomini possunt a sententijs reueren.in christo pr̃is domi
ni archiepiscopi Arelatẽsis seu eius vicarij vel officialis ap-
pellare ad serenissimum dominum imperatorem romanorum
regem ⁊ hoc duabus rationibus seu causis.Prima:quia licet
1 per † donationem seu concessionem quam facit imperator ro-
mane ecclesie transeat in eandem ecclesiam merum ⁊ mixtum
imperium ita ꝙ nulla iurium huiusmodi adhesio remaneat
penes donantem vel imperium,per id qd̃ not.Jo.andr.in ad-
di.specu.tit.de iurisdi.omn.iudi.versi. que autem ibi habeba
tur autem ꝙ in donatione facta ecclesie Romane ⁊c. iuncto
versic.ex predictis concludi potest. Tamen quando huiusce-
modi donatio fit in laicũ vel ecclesiã inferiorẽ lꝫ merũ ⁊ mixtũ
imperiũ transeant in donatariũ. Tamen herent ossibus impe
rij iure superioritatis ꝙ a sentẽtijs latis per donatariũ potest
appellari ad donantẽ ⁊ concedentẽ, vt voluit Jo.an.in dictis
versic.ex predictis.⁊ Angel,in.l.j.§.quin mandatũ.ad si.ff.de
offi.eius cui est mã.iurisd.Scd̃a qꝛ tpe facte concessionis do-
natio pro tunc arelatensi archiepõ ⁊ ecclesie arelateñ.de dicto
motisdraconis per serenissimũ do. imperatorẽ ipse sibi reserua
uit superioritatẽ.voluit enĩ ⁊ statuit ꝙ ecclesia arelatẽ. ⁊ eius
iura seu possessio apud se remaneret insup bone memorie reue
rendissimus dñs Hugo tunc arelateñ. archieps ⁊ sui successo
res promiserũt ꝙ nullus vni potestati vel dominijs deberent
subiacere,nisi ipsi do.imperatori ⁊ suis successoribus impera-
2 toribus seu regibꝫ romanorũ,⁊ † hoc operaṫ illa dictio nisi,q
est dictio exceptiua ⁊ significat oppositũ antecedẽtis:⁊ cui im-
mediate aduersaṫ ⁊ iõ vbi ꝑcedit oratio negatiua vt in casu di
ctio nisi,ponit ⁊ affirmat vbi vero precedit oratio affirmatiua
dictio nisi,negat ⁊ priuat.l.actione.⁊ ꝙ ibi Bart. ⁊ doc.C.de
transactionibus.l.extraneo.ff.de ventre in possess.mitten.l.iij.
§.de

ff. de custo. reo. et. c. cum accessissent in fin. ff. de constitutio. et quod not. Bartol. in. l. eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caus. Hanc autem reseruationem facere potuit idem domi. princeps tempore facte concessionis in. l. traditionibus. ff. de pact. c. cum dilecti. de dona. c. preterea. de iure patro. c. quanto. de censi. ꝛ quod not. Hostiensis in summa titu. de appellationi. §. a quo. ad quem versicul. sed pone. quod episcopus et propter hanc reseruationem apparet ꝙ ipse domi. Imperator noluit prorsus a se ꝛ imperio ꝛ iuridictione illius abdicare res per eũ donatas seu concessas dicto dño archiepiscopo ꝛ ecclesie arelatensi sed illas concessit iure feudi debet igit ad eã appellari per id quod not. Bart. in. l. j. §. si quis. in appel. ff. de appella. Panor. ꝛ Joan. de ana. in. c. ij. de delic. pure. Panor. in. c. rerum. fo. compe. domi. Feli. ponens multas remissiones in. c. solite. col. ij. versicu. in ꝙtum. dicit hic singulariter de maiori. et obedi. ꝛ in. c. meminimus. col. ij. vel circa versicu. in ꝙtum dicit do. Abbas ꝙ temporalia ꝛc. de ac. usa. Si autem translatum esset omne imperium ꝛ nihil fuisset reseruatũ per concedentẽ possent ipsi cõdomini seu parerij a sententijs predictis appellare ad sanctissimum dominum nostrum papam ad reuerẽdissimum dominũ legatũ iuxta id qđ habetur in. c. romana. §. debet ꝛ quod ibi scribentes de appel. in. vj. ꝛ quo no. Hosti. in dicto. §. a quo ad quem. versicu. sed pone. ꝙ episcopus ꝛ archidiaconus in. §. hijs. ita. xj. q. j.

Uenio ad secundum pro cuius solutione voluissem plenius informari ꝛ saltem habere et videre formam seu tenorẽ homagiorũ a dictis cõdominis prestare solitorũ quorum visione salua dico in primis ꝛ respondeo ꝙ si per tempus de cuius initio non sit hominũ memoria esset obseruatum prout ponitur in casu scilicet ꝙ filij seu liberi eorum qui primo fecerunt homagiũ alteri ex dominis fuerũt homines illius ꝛ suorum successorum ita ꝙ filij seu liberi hmõi alteri cõdominis homagium facere non potuerint istud esset obseruandum ꝛ possent filij eorum qui homagiũ prestiterunt alteri ex dominis aut suo predecessori retineri sub dominio illius seu eius successoris ꝛ per eum vendicari quia obseruãtia tanti temporis habet vim constituti ꝛ videtur hoc valere perinde ac si olim fuisset efficaciter constitutum per superiorẽ seu quemuis habentem potestatem ad id constituendũ. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quoti. ꝛ esti. l. j. in fi. ff. de pluuia arcen. c. j. ad fi. ꝛ quod ibi gl. ꝛ docto. de prescrip. in. vj. ꝛ quod not. Jmo. ꝛ alij in. c. super quibusdam. §. preterea. ꝛ. c. quid per nouale. de verbo. signi. an autem de iure possit quis se facere seu constituere hominem alterius ꝛ liberos, querit ꝛ disputat Specu. tit. de feu. §. qm̃ super homagijs. ver. v. queritur. ꝛ ibi refert diuersas opiniones inter quas videt sibi magis placere distinctio que fuit vt ibi refert Joã. an. in addi. Jo. de plana. qui dicebat esse distinguendum ꝛ videndum ex qua causa seu propter quã causam aliquis cõstituerit se hominẽ alterius qꝛ vt not. idem Specu. in. d. §. quoniã. versi. quarto queritur ibi forma istud põt fieri multis ex causis: vt verbi gratia aliquãdo constituit quis se hominẽ alterius pro eo qꝛ talem rẽ sibi ꝛ heredibus suis concessit donec sub dño eiusdẽ steterint insuper ꝛ quia eos ꝛ eorũ bona defendere promisit vel in emendã iniurie quam dicitur ille constituens intulisse dño vel alia ex causa ꝛ deinde subiungit ꝙ si fieret constitutio in emendam iniurie tũc nõ videretur ꝙ filij talis constituentis essent homines illius cuius pater si esse hominem cõstituisset. Pro quo allegat qꝛ nõ debet filius portare iniquitatẽ patris. C. ne filius pro patre. per totũ. c. hominum. ꝛ. c. se. j. q. iiij. quinimo pena suos tenere debet authores. l. sancimus. C. de pe. ꝛ alijs iuribus superius allegatis sed si non solũ in emendam iniurie fecerat quis homagium seu se hominem alterius constituerit sed etiam illi subiecerit bona sua: illa ab eodem domino in feudo accipiẽdo tum quia videtur ea illi domino tradidisse ꝛ in eum dominum transtulisse ꝛ deinde iterum ab eo recepisse. l. quisquis abstinere. C. de dona. si filius velit abstinere a bonis paternis non posset eum dominus in hominem suum vendicare, sed qꝛ bona cum suo onere transeunt si velit illa habere ꝛ ea agnoscat: faciet illi homagium, argu. l. ij. C. sine censu vel reli. Et sic indirecte cogetur homagium facere Si autem aliquis se hominem alterius cõstituat pro eo qꝛ dominus illi dedit rem aliquam in feudum, ꝛ quia ille constituens vult sibi prouidere vt eum debeat dñs defendere: tunc principaliter personã suam adstringet ꝛ res gratia cuiusdam remunerationis interuenit. l. si remunerãda. ff. manda. ꝛ qđ no. idẽ Specu. in. d. §. quoniã. versi. xvij. querit. vnde qꝛ presumit velle filio puidere sicut sibi. l. si pactũ. ff. de proba. persona filij astricta est iure homagij licet ille velit abstinere a re quã patri dedit in feudum: quia nõ fecit principaliter homagiũ propter illã. Nã sicut põt quis filio prouidere paciscendo ꝛ stipulando: ita etiã constituendo se hominem alicuius potẽtis vel ab eo ipse ꝛ eius liberi defendantur. l. si heredi. §. nos autẽ. §. iulianus. ꝛ. l. auus. ff. de pact. magnum enim est ius patrie potestatis: nam etiam ꝓpter famẽ potest quis vendere filium. l. j. C. de patri. qui filios distra. ꝛ. l. filiusfamilias. §. j. scđm vulgarem. ff. de lega. j. potest etiam pater filiũ impuberem sub potestate tutoris constituere ꝛ per consequens sub domini potestate. l. j. ff. de tutori. Quis scđm Joan. de blano. istud sit debite argumentum. ꝛ subiũgit Spe. vbi supra ꝙ idem esset si nullo eidẽ constituenti a domino dato se constituat quis dominum alterius, et ꝙ in dubio cum nõ exprimitur causa vel non liquet quare fecerit homagium.
3 † Presumitur ideo fecisse vt eum defendat dominus vt sic eius filij sint adstricti, ꝛ res poti⁹ valeat ꝙ pereat. l. quotiẽs. ff. de re. du. ꝛ hoc scđm Jo. de blano. qui subdit per predicta apparere regulariter filium hominis mei esse meũ. ꝛ idem videtur fuisse de mente Jo. Roma. in suo cõprehensorio. l. imperialem. §. vltimo. q. xx. vers. quero videmus de homagio quid sit ex quibus patet ꝙ transactio de qua in casu ꝛ obseruãtia prementionata videtur in multis esse conformis dispositioni iuris cõmunis ꝛ ita nec homines posse cõtrauenire saltẽ supposita obseruantia predicta si in predictis saltem per quadraginta annos esset legitime prescripta ꝛ ꝓpterea imposterũ obseruanda tam per dictos homines ꝙ per ipsum reuerẽdissimum do. archiepiscopum per ea que scribunt doct. in. c. fi. de consue. ꝛ aliqui in rubrica alij in. l. j. alij in. ij. C. que sit cõsue. ẽm quos etiam consuetudo maioris temporis sufficeret de iure ciuili saltem contra homines hoc est cõtra eos quorum predecessores seu parentes homagiũ prestiterunt Quo vero ad id quod queritur de remedio adhibendo dico ꝛ respondeo ꝙ homines poterunt cõueniri coram officiarijs cõmunibus. Quo vero ad dictum reueren. dico ꝛ respondeo ꝙ corã delegato per eũ deputando vel etiã corã reuerẽdo dño legato seu eius gubernatore Audiui ẽt de tpe meo ꝙ reuerẽdus dñs ꝑ tẽpore viẽnẽsis archiepiscopus qui iurisdictione subijcit summo põtifici cõuentus fuit in auenione corã quondã reuerendũ patrẽ. dño Nicolao estio vicegerẽte curie camere apostolice auenioẽ. ꝛ hoc ad instãtiã venerabiliũ virorũ dñorũ sacriste ꝛ capituli collegiate ecclesie beati Bernardi de romanis qui processus possit videri vt sciatur quo iure seu qua autoritate idem dominus vicegerens hanc causam audiuerit.

¶ Ad aliud in quo querit de monetarijs dico ꝛ respondeo ꝙ cũ illi videant creati in fraudẽ iuriũ dictorũ condominorũ ꝛ qꝛ nõ vtũtur exercitio seu arte monetariorũ q̄scꝫ pecunias non audiuit ipsi nõ debeat gaudere priuilegijs monetariorũ, arg. l. sub ꝑtext. C. de sacrosanct. eccle. l. j. C. de collegi. lib. xj. ꝛ. l. semper. §. diuus. ꝛ. §. quibusdã. ff. de iu. immu. per que iura voluit Bar. in dictis locis ꝙ illi qui sunt in collegio artis nec artem exercent nõ debeat gaudere priuilegio artis ꝛ idẽ voluit Jacob. rebuf. Jo. de pla. in. d. l. j. C. de collegi. Cy. Bar. ꝛ Bald. Alex. de imol. Philip. de corne. ꝛ do. Jason may. in. l. seruitores. C. de testa. mili. ꝛ idẽ voluit doct. de scholaribus qui † nõ 4
intrant vel nõ student qꝛ q̃uis sint descripti in matricula scholarium non tamẽ gaudent priuilegijs scholariũ positis in aut. habita. C. ne fili⁹ ꝑ patre. idẽ est de mercatore qui nõ exercet artem mercãtie, nõ debet gaudere priuilegijs mercatorum vt etiam not. Bart. in. d. l. qui si pretextu ꝛ in allegata. l. j. C. de collegi. Bal. in prohemio. ffor. col. ij. vel circa Roma. Alex. de imo. ꝛ do. Jason may. in dicta. l. scriniarios. ergo a simili si dicti pretensi monetarij artem monetariorũ nõ exerceant hoc est moneta nõ cadant, illi nõ debent gaudere priuilegijs cõcessis monetarijs. qđ maxime procedit in hoc casu cum videãtur in fraudẽ creati vt scꝫ eximerentur a iurisdictione cõdominorũ ꝛ vt forte releuarentur ab alijs oneribus quibus sunt obnoxij alij ciues ꝛ incole dicti loci mõtisdraconis que fraus nõ debet eis patrocinari dicta. l. qui sub pretextu. ꝛ quod ibi Jacob. butri. ꝛ docto. ꝛ allegata. l. j. C. de collegi. verum quia isti pretensi monetarij forte fuerunt et sunt in quasi possessione priuilegiorum ego consulo ꝙ ipsi trahantur in causa ꝛ obtineatur declaratio contra eos quod ipsi gaudere non debeant dictis priuilegijs ꝛ hec fiant ꝛ obtineantur anteꝙ aliquid eis innouetur ꝛ si dict⁹ reuerẽdissim⁹ dñs voluerit eos defendere, videbũt dicti cõdñi de quo opponet ꝛ sibi iuridice ꝛ per fundamẽta opportuna respondebunt pro defensione suorum iurium ꝛ sine lesione iurium eiusdem reuerendissimi domini et dicte sue ecclesie.

1 ☞ Uendi non sufficit rem vt fiat emptoris: sed traditione vera vel ficta opus est.

¶ Epitome.

¶ Probare oportet eum qui possessionem rei vendite sibi se translatam asserit, venditorem tempore venditionis ⁊ constitutionis precarij possedisse. V. F.

¶ De proba. Consi. lvij.



Visis hincinde ppositis ⁊ deductis parte proborũ virorũ Guillielmi monerij actoris ex vna parte ⁊ Stephani fabri alias moline rei ex alia ac depositionibus testium hin cinde productorum et auditorum cum alijs scripturis parte eiusdem monerij mihi exhibitis dico ⁊ respõdeo me dubitare de iure ⁊ intẽtione predicti monerij. Tum quia nihil videtur propositum deductũ ⁊ probatum parte dicti monerij, propter quod videatur ipse monerius posse obtinere in actione per eum intentata siue dicamus illam esse negatoriam actionẽ siue publicianã siue rei vẽdicationem, ⁊ hoc pro eo, quia licet fides facta extiterit de venditione in sua petitione latius mentionata ⁊ sibi facta per põtium tybaudy, non tamen apparuit nec apparet de aliquo iure eiusdem pontij venditoris. Quo fit vt consequenter non appareat eundem pontium potuisse ius aliquod transferre in dictum monerij emptorem. l. traditio. ff. de acquiren. rerum dominio. c. nuper. ⁊ quod ibi Hostien. ⁊ doctores de donatio. inter vir. ⁊ vxorem. c. gratia. j. q. j. ⁊ q. vij. c. daybertum. facit. l. cum res. ⁊ quod ibi glo. ⁊ docto. C. de probatio. Nec obstat ꝙ tam prefatus monerij ꝙ dictus fabri pretendant se titulũ ⁊ causam habuisse a predicto pontio ⁊ ꝙ propterea videantur fuisse cõfessi res venditas ⁊ donatas spectasse ⁊ pertinuisse pontio venditori ⁊ donatori. Quoniam respondeo ꝙ licet aliquis rem aliquam emat ab alio ⁊ illã titulo donationis ab eo recipiat nõ tamen infertur vel sequitur ꝙ ipse confiteatur rem huiusmodi esse illius venditoris seu donatoris per id qđ not. glo. in. l. j. super verbo non aduerto ⁊ ꝙ ibi Ange. ff. de publi. ⁊ quod not. Joan. de imol. consilio. xliij. exordiente visis ⁊ ponderatis ⁊c. col. iij. versicu. nec similiter potest syndicus ⁊c. in tertio volu. multa facientia ad hoc ponit Specu. titu. de loca. §. nunc aliqua. versiculo quinquagesimo secundo queritur. ibi, argumentum contra ꝙ se possit tueri. Preterea esto ꝙ sufficienter apparuisset vel appareret molẽdinũ ⁊ alia de quib⁹ in instrumẽto venditionis superius mentionate spectasse dicto pontio venditori: nõ tamen apparet ꝙ ius quesitũ extiterit dicto Guillelmo monerij quoad id de quo queritur hoc est quoad illud spatium seu illa spatia de quibus contendũt dicti actor ⁊ reus pro

1 eo q2 certũ est † ꝙ regulariter rerũ dñium vel ius vẽditoris nõ transfertur in emptorẽ ex solo cõtractu vẽditionis, sed opus est traditione vera aut ficta que tamen operetur translatione possessionis. l. traditionibus. cum suis simili. C. de pact. ⁊ q̄uis in instrumento predicte venditionis sic apposita clausula cõstitutionis precarij per quã alias solet transferri possessio saltem naturalis, l. certi. §. j. ibi ego precario propria habere dicor. ff. de precario. ⁊ qđ no. scribẽtes in. d. l. traditionibus. Bar. in repetitione. l. creditores. vbi etiã Sali. de pigno. ⁊ doc. in. c. ij. de consue. ⁊ Alex. de imo. in. l. possideri. in prin. ff. de acquire. pos. Hoc tamẽ in casu nostro nõ releuat tum q2 nõ fuit parte dicti Guilliel. in dicta eius petitiõe aliquid propositũ aut deductũ de dicto precario, tum ⁊ q2 si fuisset de illo propositũ ⁊ articulatum adhuc tñ nõ suffecisset sed oportuisset deducere ⁊ ꝓbare ꝙ tẽpore venditionis ⁊ cõstitutionis hmõi dictus põtius vẽditor tenebat ⁊ possidebat locũ seu loca de quibus contendũt dictus Guilielmus eius aduersarius vt dicit Ang. in. l. ij. circa. fi. C. de acqui. pos. ille qui se fundat super p̃cario debet esse cautus vt nõ cõdat in cõstitutiõe p̃carij ad ꝓbandũ possessionem sibi fuisse traditã nisi probet ꝙ tẽpore cõstitutionis p̃carij ille qui se p̃cario nomine possidere cõstituit possideret. l. q̄uis. §. si cõductor. vbi etia hoc voluit Ang. ⁊ alij. ff. de acqui. possess. Ang. are. in. §. actionũ. in materia vẽdi. ⁊ emptio. insti. de act. Albe. in. l. j. C. de dona. ⁊ Andr. barba. cõsi. xlj. col. vj. in. j. parte, ⁊ alij in alijs locis. Cum igit̃ ex actis cause p̃dicte nõ appareat ꝙ tẽpore facte venditionis p̃dicte ⁊ que facta legit̃ anno dñi millesimo. cccccij. ⁊ die penul. mẽsis decẽbris dictus pontius loca p̃dicta possideret quinimo potius apparet de cõtrario vt colligit̃ ex depositionibus testiũ parte dicti fabri in causa ꝓductorũ ego p̃fecto vt p̃dixi dubito de causa huius Guillielmi Propter que ⁊ que videnť posse induci, ⁊ maxime propter deducta ⁊ ꝓbata parte eiusdẽ fabri Cõsulo ꝙ ipse cõponat ⁊ causam hanc pacificet si possit.

1 ☞ Presumi non facit tempus etiam mille annorum solẽnitatem mandati.

2 Presumptio est de mandato patris filiũ adiuisse hereditatem.

3 Negatiua interdum probatur. ⁊ nu. sequen.

5 Testes esse possunt municipes in cã alicuius eorum priuati. in causa vero municipij esse non possunt.

¶ Epitome.

¶ Aurayceñsis ciuitas a vicinis mornassij municipibus merces vel alio portãtibus ⁊ referentibus vectigal nullum exigere potest. V. F.

¶ Vectigalia no. insti. non pos. Consi. lviij.



Multa sunt ppter que vniuersitas aurayceñsis non potest gabellas seu etiam reua vini exigere ab vniuersitate vel hominibus loci de mornassio. Primum quidem quia ius vectigalium gabellarũ ⁊ aliorum huiuscemodi munerum seu onerũ est de maximo imperio propter quod inferior a principe illo scʒ qui nõ recognoscit superiorem non potest gabellas ⁊ alia huiuscemodi munera imponere. l. j. l. vectigalia. ⁊ quod ibi Sali. ⁊. l. non solent. C. noua vectigali. instit. non pos. Spec. titulo de cau. posses. ⁊ proprieta. §. j. versic. quid de colligentibus per alium. clemen. finali. ⁊ quod ibi gloss. ⁊ docto. de verborum significatione. ⁊ authen. vt nulli iudic. §. j. col. ix. Et supposito citra preiudicium veritatis ꝙ facultas seu ius exigẽdi gabellas seu reuam potuisset per dictam aurayceñsem ciuitatem prescribi si videlicet ipsa vniuersitas vel a suis ciuibus ⁊ incolis vel ab aliquibus alijs per tantum tempus gabellas vel reuam exegisset ꝙ de initio aut contrario hominum memoria non existeret: hoc tñ non obesset, nec obesse posset hominib⁹ mornassij. ⁊ hoc siue pretẽdat dicta aurayceñsis ciuitas istud ius quesiuisse ex consuetudine siue prescriptione. Et quidem non ex prescriptione: q2 tantum prescriptũ, quantum possessum, ⁊ non plus. c. cum in tua. de deci. c. fi. de offi. archidi. c. audit. c. cum olim. de prescri. c. cum dilectus. ⁊. c. cũ venerabilis. de capel. mona. quod etiam voluit Rota decisione cccxcviij. exordiente, si aliquis eps habeat collationem beneficij. Bart. ⁊ doctores in. l. i. §. si quis. ff. de itine. actuq3 priua. Dicta vero Aurayceñsis vniuersitas nunquã exegit gabellas aut reuam ab hominibus mornassij. Ergo dicere aut pretendere non potest ꝙ ius seu facultatem exigẽdi gabellas seu reuam ab hominibus mornassij acquisiuerit per prescriptionem: quia quoad eos nihil fuit concessum. Non etiam potest eadem vniuersitas pretendere ꝙ ius seu facultatem exigendi gabellam seu reuam ab hominibus mornassij acquisiuerit per consuetudinem: quia cum consuetudo huiusmodi sit a iure exorbitans ⁊ contra dictas leges, ⁊ duas sequentes. C. noua vectigalia institui non poss. illa extendi nõ potest. debẽt enim manere ll. ille nisi quatenus reperiret̃ eisdem legibus, alia lege, vel cõsuetudine derogatum. l. cum dubitatur. C. de edifi. priua. l. alumne. §. si filias. ff. de adimen. legat. l. sancimus. C. de testamen. ⁊. l. precipimus. C. de appel. quod etiam voluit Oldra. consi. ccxxvij. exordiente, perlectis ⁊ diligenter attentis ⁊ Francisc. de are. consi. cxxxiij. exordiẽte, in causa que vertitur inter homines ⁊ commune ⁊c. col. iij. vel circa verũ. non obstat scda ratio vbi loquens de consuetudine imponendi collectas non subditis, dicit ꝙ quia est contra ius illa non debet extendi de loco ad locum, nec de persona ad personam pro eo quia consuetudo est ius singulare siue lex non scripta. ius vero singulare non extenditur. l. ius singulare ⁊. l. quod vero. ff. de leg. ergo nec consuetudo, ⁊ ita etiã dicit Bald. in. c. i. in fi. de feu. cogni. ⁊ idem etiam est in acquisitione iurisdictionis: quia nõ fit extensio de persona ad personaʒ, vt voluit Bar. in. l. ij. folio. iiij. C. de seruitu. ⁊ aqua. ⁊ franciscus de are. vbi supra nec fit extensio de re adrem in preiudicium tercij dicto. c. auditus. ⁊. c. cũ olim. de prescrip. ⁊ no. in capitulo cum dilectus. de capel. mona. ⁊ dicta aurayceñs vniuersitas non possit gabellam seu reuam ab illis de mornassio exigere siue pretendat huiuscemodi facultatem, seu ius exigendi per prescriptionem acquisiuisse siue per consuetudinẽ appareret per id quod voluit Bal. consilio. cxxv. exordiente questio vertens inter cõmunem ⁊ homines castri ⁊ echer, ⁊c. vbi dicit quod consuetudo vel prescriptio nõ arctat illos contra quos prescribẽtes vel consuetudinantes nunquã sunt vsi prescriptione vel consuetudine pro quo allegat dictũ capitulũ finale de offi. archi. et dicit Bal. quod tales contra quos prescribẽtes vel consuetudinantes non sunt vsi, sunt immunes: nõ q2 immunitatẽ prescripserunt, sʒ q2 contra eos nõ est prescripte numeris impositio. d. l. j. §. iulianus. ff. de iti. actu. pri. Esto igit̃ citra p̃iudiciũ veritatis vt aurayceñs vniuersitas gabellam

gabellam seu etiam reuam vni vel a suis hominibus et incolis vel etiam ab aliquibus forensibus vel extraneis exegerit etiã si hoc fecisset per tempus de cuius initio ꝗt cõtrario hominũ memoria nõ existeret nõ possit tamẽ gabellã vel reuã huiꝰ exigere a dictis hominibus mornassij a quibus nũꝗ talia exegit necesse exegisse probabit. Secũdo ꝙ eidem vniuersitati obstat est transactio ꝑducta sez anno incarnationis dominice millesimo. cccxxxvij. et die. xxvi. mensis martij celebrata et inita per et inter predictam aurayceiam vniuersitatem seu pro ea et eius nomine venerabiles viros dominos Bertrãdus de castronouo et ysnardum eẏgerda iurisperitos et Bertrandus hugonis sindicos et procuratores vniuersitatis et hominũ ciuitatis auraycensis ex vna parte et vniuersitatẽ locorum mornassij podioleni et sancte secilie seu ꝑ eis et earum nominibus sindicos earundem ex alia per quã fuit intercetera dictum et consentũ ꝙ homines de mornassio de podioleno et sancta secilia in ciuitate aurayce per terram et eius territorium pro rebus venalibus quas ex tunc in antea ducerant non tenerentur dare pedagium neq; laydam nec aliud vsagium siue vsum seu exitũ siue transirent siue venderẽt in dicta ciuitate per que verba satis apparet dictas vniuersitates seu ꝑ eisdem nomine dictos eorum sindicos transigisse ꝙ homines mornassij podioleni et sancte secilie ad nulla munera seu onera tenerentur in ciuitate auraycensi pro rebus venalibus ad illã ducẽdis siue illa inibi venderent siue non sed per eam transirent et vltra eam ad locũ aliũm illas veherent aut ducerent non debet igitur dicta vniuersitas contra transactionem huiusmodi exigere gabellam seu reuam pro vino vel aliis rebus venalibus ductis per dictã ciuitatem et eo maxime quia transactio de non soluendo fuit mutua et reciproca est autem certum ꝙ sindici vniuersitatis transigere possunt pro eo quia cum sint vt dixi administratores dicuntur habere mandatum generaliter cum litera. l. preses et quod ibi docto. C. de transac. Et hoc videtur procedere sine dubio si appareat de sindicatu dictorum transigentium et signanter illorum de aurayca sed si de illo nõ appareat est ma-
1 ius dubium pro eo quia tempus † etiam mille annorum non facit presumi solennitatem mandati vt voluit Bald. in. l. j. C. de re. alie. et non alie. et clarius in. l. ij. C. si ex falsis instrumẽtis quem commerat et sequitur Alexan. de imol. in. l. sciendũ. col. vj. ver. vnum tamen sciatis. ff. de verbo. obliga. in. l. qui in alie na in princi. in quinta col. ff. de acquir. here. et cõsilio. j. col. vij. versi. non obstat ꝙ post tempus dictarum concessionũ in quarto volu. Sed contrariam sententiã tenuit idem Bal. consilio ccxxix. exordiente in primis videndũ est ⁊c. col. iij. ver. quoad scdm punctum ⁊c. vbi voluit ꝙ antiquis instrumentis mẽtionem facientẽ de mandato standum est et idẽ consuluit Fran. de cur. consilio. lxxvj. exordiente super motiuis redditis in fauorem communitatis montisbaracij ⁊c. col. iiij. ver. sed premissis nõ obstãtibus vbi eũ fundamenta et autoritates plurimas et vt ita dixerim quasi infinitas ꝑ hac parte iudicis que possunt ibi videri vbi etiã multũ impugnat dictis Bal. et idem voluit do. Feli. c. sicut. col. xvij. ver. sed casu quo asserẽs vel affirmãs se esse ꝓcuratorẽ vel habere mandatũ fuisset persona valde fidedigna et idem voluit in. d. l. j. C. de re. alie. nõ alie. et pro hoc faciunt multa inducta per. d. Feli. in. c. super hijs. col. penulti. ver. ex quibus omnibꝰ. et col. se. de accusa. que videntꝰ nõ inopportune posse adaptari huic casui vbi inter illos trãsigẽtes ꝑ dicta vniuersitate auraycẽsi erãt duo iurisperiti et tertius qui verisimiliter nõ fuerũt mẽtionati de mandato sindicatus maxime sub ꝑsentia magnifici dñi principis aurayce et qz nõ sic faciliter audet quis mẽtiri se asserẽdo sindicũ vnius vniuersitatis et maxime ciuitatis cũ tales eligi cõsueuerint per plures et sub presentia plurimorũ sicut se asserẽdo ꝓcuratorẽ alicuius persone que sub duorũ testiũ priuate persone potuit per eã cõstitui nõ sic dubitat mẽtiri qz nec sic faciliter põt mendaciũ deprehẽdi put in eo qui fuisse se syndicũ asseruit. Propter qđ existimo sub correctiõe cuiuslibet dñi melius sentiẽtis et salua plenioris deliberatiõe qđ potius sit adherendũ dictis fundamẽtis et sic Fra. de cur. et Bal. in. d. cõsi. ccxxix. ꝙ qđ dixit in. d. l. ij. C. si ex fal. instru. de cuius dicto dicit. d. Jason mag. in. l. j. col. vj. vel. vij. ver. limita. ij. C. qui admitti ad bono. posse. possunt se vehemẽter dubitare et qđ nõ sit verũ qz esset de directo
2 cõtra. l. si filius. C. de peti. here. vbi iussus † patris. qui reqiritꝰ ꝙ de necessitate precedat ad hoc vt filius possit adire hereditatẽ. l. si quis mihi bona. §. iussus. ff. de acquir. here. ex temporis diuturnitate precessisse pꝛesumit vt est ibi tex. quẽ ita summat Bar. quare ergo inquit idẽ do. Jason nõ dicemus in mãdato psumendũ qđ est necessariũ ad actũ et per hec patet responsio ad primumquesitum.

¶ Ad fin dico et respõdeo si dicta auraycẽsis vniuersitas vel bonorũ et iuriũ illius administratores et rectores vt pote sindici aut ꝓcuratores ꝑtendãt se fuisse et esse in possessione exigendi gabellã aut reuã ab illis de mornassio illis de aurayce incumbit ꝓbatio nõ illis de mornassio qz quilibet tenetꝰ et debet probare id qđ est sue intentionis fundamentũ siue illud sit factum
3 negatiuũ † siue affirmatiuũ. l. actor. C. de ꝓba. l. j. exceptionibꝰ. in prin. ff. eo. ti. l. si qs. C. de fabricẽ. lib. xj. et. l. illa in. l. seq. et qđ ibi Bar. et plenius Alex. de imo. ff. de verbo. oblig. et quod no. Jmol. in. d. c. super hõs de appel. quod maxime procedere debet in hoc casu in quo sumus in hijs que sunt de genere prohibitorũ et de iure damnatorũ. d. l. j. et duabus se. C. noua. vecti. insti. nõ pos. et qđ no. Bar. in suo tractu de gabell. in prin. prime partis in quibus semper est presumptio cõtra cõmittẽtem aliquid quod de genere huiuscemodi existit. l. si non conuicij. C. de iniu. et. l. j. C. ad. l. corn. de sicca et hoc vbi dicta vniuersitas pretenderet se ius predictum acquisiuisse per consuetudinem aut prescriptionem vel se fuisse et esse in possessione pacifica et quieta exigendi ab illis de mornassio gabellam vel reuam et intelligo ab hijs a quibus non petitur quia non sufficeret ab aliquibus aliis aliquãdo exegisse quia vt iam dixi in istis nõ fuit extensio de persona ad personam. Si vero dicta auraycensis vniuersitas pretẽderet et doceret se habere priuilegium vel cõcessionem iuris seu facultatis predicta exigendi ab eo qui hoc facere potuisset eo scilicet qui tempore concessionis non recognosceret superiorem tunc esset opus si eidem vniuersitati non obstaret transactio predicta prout tamen obstat ꝙ illi de mornassio probaret se non soluisse ledam aut reuam et isto casu sed probarent ꝙ licet pro tempore homines mornassij vel multi ex hijs res venales duxerint apud auraycem et illas ibi vendiderint non tamen inibi soluerint gabellam et reuam a tempore de quo in casu mihi exhibito sed in possessione seu quasi immunitatis extiterunt per tempus de quo inibi tunc res esset sine dubio scilicet quod vniuersitas ledam et reuam exigere nõ posset ab illis de mornassio per id quod habetur in. l. hoc iure. ff. de aqua quoti. et esti. l. j. §. vltimo. ff. de aqua pluuia arcen. et quod not. Jo. Hostien. et docto. in dicto. c. super quibusdam. de verborum significatione. et in. c. primo ad fin. et quod ibi gl. et doctores de prescriptionibus. in. vj. iuncto eo quod habetur in. l. arrianus. ff. de actio. et obligatio. et non solum per tantum tẽpus potuerunt homines predicti sibi querere immunitatem seu franchesiam non soluendi sed etiam per longe minus per id quod habetur in. l. sicut. et in rem et. l. omnis. cum suis similibus. C. de pꝛescripti. longi temporis. Sed difficile esset probare possessionem seu quasi illius immunitatis hoc est quamuis dicti homines res venales auraycam duxerint et eas inibi vendiderint non tamen ledam aut reuam soluerint
4 pro eo quia † ista est negatiua que difficiliter poterit coarctari ad locum et tempus de quo possent homines deponere quod tamen fiendum est vt not. doctores in multis locis Et quia non puto quod illi de mornassio possint de hoc deponere ad probationem faciendam pro eo quia ex eo reportarent commodum pro eo quia omnes pretendunt se non teneri ad solutionẽ gabele seu reue Pro quo allegasse sufficiat. l. omnibus. C. de testibus. et. l. nullus. ff. eodem titulo. et quod not. Joãnes andreas et doctores in. c. cum inimicus. de testibus. Joannes fabri. in. l. secunda Bald. et alij in. l. parentes. C. eodem titu. et Bartholo. vero. in suo tractatu de seruitu. sub titu. de seruitu. in pascen. quatenus doctores prefati loquũtur de seruitute pecoris pascendi aut lignerandi quam pretendit se habere vniuersitas alicuius loci in alieno territorio seu alienis feudis et querunt an in causa huiusmod. sint testes idonei homines illius vniuersitatis et concludunt comunem quod si comodum pascuorum aut lignerã contra ipsos particulares quod tũc non sunt testes idonei quia si qualiter deponeret et testificaretur in causa sua. quod fieri non potest dicta. l. omnibus. et allegata. l. nullus. Puto igitur quod si causa moueatur per et inter dictas vniuersitates auraycensem et mornasij ad causaz
5 gabelle seu reue predictarum non † poterunt homines dicti loci de mornassio produci in testes parte eiusdem vniuersitatis nec isto casu poterit probari eius intentio per dictos homines: esset autẽ maius dubiũ si causa moueretur contra vnũ particularem mornassij vel contra aliquos quia non sit ex illius victoria essent alij particulares cõmodum reportaturi nec acta in hac causa vel hõs talis fidem facerent in causis postea cõtra alios mouẽdis si que mouerentur. l. secũda. C. qui res iud. nõ no. et qđ no. doc. in. l. ij. C. de edẽ. et in. c. cãm. et. c. veniẽs.

el.iij.ff.de testib.⁊ Barto.in.c.lite.ff.de iudi.col.⁊ ita pro nūc
mihi videtur salua pleniore deliberatione et sub correctione
cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Negans se instrumentum vidisse interdum hoc probare
dicitur.
2 Venditio de re subiecta restitutioni ignoranti facta valet: et
substitutus agit cōtra venditorem: dūmodo soluendo sit.
3 Filius an ⁊ quando pro legitima eligere possit rem quam vo-
luerit.⁊ quid de trebellianica.

¶ Epitome.

¶ Vendere filius potest de bonis restitutioni subiacentibus
vsq; ad legitimam ⁊ trebellianicam etiam meliora predia dū
modo hoc dolose non faciat. V. F.

¶ De emptio.⁊ vendi. Consi.lix.



Viso ꝓcessu cause ce-
pte ⁊ pendentis indecise per ⁊ inter egregium
⁊ nobiles viros dominū Petrū pugeti Hu-
gonem ⁊ Bertrādum pugeti fratres actores
ex vna parte,⁊ nobilē ⁊ generosum virū Sau-
cheriuz de brancassijs dominū Cezarcie reum ex alia videtur
dicendum sub benigna supportatione huius insignis ⁊ emi-
nentissimi parlamenti eundem de Brancassijs fuisse ⁊ esse vel
ab instantia cause huius vel ab impetitis parte dictorū do.et
nobilium actorum absoluendū: tum quia non fuit probatum
quinimo nec propositum nobilem quondā virum Jacobū va-
cheti eius quōdam fratrē ⁊ pretensum grauatū ⁊ quē constat
castrum de breuono cū suis pertinētijs ⁊ iuribus vēdidisse no
bili ⁊ potēti quōdā viro Jacobo de forcaquerio do. Cezarisce
⁊ huius nobilis Saucherij predecessori fuisse scium grauami
nis seu substitutionis ex aduerso allegātē nisi forte quis oppo
nat ꝙ imo notitiam habuerit grauaminis seu substitutionis
huiusmodi ex inspectione testamenti ⁊ codicillorum dudū cō
ditorum per nobilem ⁊ honorabilem virum Joannem pugeti
predictorū domini ⁊ nobiliū actorum patrē sed hoc nō obstat.
Tū qr nō apparet ꝙ ipse nobilis Jacobus inspexerit, legerit
aut alias intellexerit cōtenta ⁊ descripta, in testamento ⁊ codi
cillis superius mētionatis: tum ⁊ qr supposito citra preiudiciū
veritatis ꝙ ipse viderit ⁊ legerit testamētū ⁊ codicillos hmōi
nō propterea infert ꝙ ipse habuerit noticiā dicte p̄tēse substi-
tutionis ⁊ quidē nō ex inspectione seu lectura dicti pretensi te-
stamēti pro eo qr in illo nō fuit eidē Jacobo castrū predictū re-
lictū, nec ipse grauatus de illud alteri restituēdo.⁊ hoc appa-
1 ret† ex inspectione tenoris illius per quē probatur hec nega-
tiua.l.ij.⁊ qō ibi Sali.C.de erro.aduoca.non etiā in inspectio-
ne dictorū codicillorū: quoniā licet ex illorū tenore videat̄ pos-
se colligi ꝙ ipse quondā nobilis Joānes voluerit dictū Jaco-
bum esse participē substitutionū per eū in dicto suo testamēto
inter filios legatarios factarū ⁊ illud substituerint: non tamen
satis aperte apparet etiā eūdē Jacobū grauare voluerit de re
stituēdo dictū castrū in eū casum in quē sine liberis legitimis
ex suo corpore ꝓcreandis ab humanis decederet ⁊ hoc etiā ap
paret ex inspectiōe dictorū codicillorū. nō apparet igit̄ eundē
Jacobū habuisse noticiā grauaminis seu substitutionis nec
hoc est p̄sumēdū.l.verius.cū suis simili.C.de ꝓba. Quo fit vt
vēditio de castro p̄dicto ⁊ dictis eius ptinētijs ⁊ iurib⁹ irreuo-
cabiliter valuerit.l.ii.§.fi.ff.de leg.ij.⁊ qō ibi ꝑ illū tex.no.do-
cto.in.l.marcellus.§.resq;.ff.ad trebel.⁊ in.l.ii.§.sed qr.C.cōi.
de leg.⁊ dicit Ang.in.d.§.resq;.⁊.§.sed qr.exordiente; actoris
impugnātis venditionē factā de re subiacēte restitutiōis ad-
uocat⁹ dz esse caut⁹ vt deducat sciētiā aliēātis al's succūberet
⁊ idē voluit.d.Jason may.in.d.§.sed qr.col.ij.⁊ And.barba.
in repet.c.raynaldus.charta.lxvj.col.iij.v.⁊ adduco Bal.⁊c.
⁊ se.de testa.⁊ dicit ibi And.barba.addēdo ad dictū Ange.ꝙ
Ang.debuit dicere ꝙ aduocat⁹ actoris dz ēe caut⁹ nō solū vt
semper deducat sciētiā actoris sed etiā sciētiā emptoris: qr.d.l.
fi.ff.de leg.ij.requirit ignorātiā vtriusq; ꝙ tn̄ vltimū nō mul-
tū placet: ⁊ Pau.de cas.in.d.§.sz qr.col.ij.sentit qō ad hoc vt
vēditio irreuocabiliter valeat, sufficit eā fuisse factā ꝑ ignoran
2 tem vel ignorāti nisi †ergo vterq; sciat valet vēditio ita vt nō
possit retractari sed debet fideicōmissari⁹ agere ⁊ experiri cō-
tra grauatū qui alienauit vel heredē illius ad p̄tiū nisi eo casu
quo ille esset nō soluēdo, vt elegāter voluit idē Pau.de ca.cō.

x.exordiente, clarū est in iure ꝙ res subiecte restitutioni ⁊c. Et
q̄uis aliqui voluerint ꝙ.d.l.fi.ff.de leg.ij.sibi locū vēdidisset
in fideicōmisso vniuersali nō in particulari: tn̄ Pau.de ca.in
d.§.sed qr.⁊ ꝯsilio p̄dicto sentit ꝙ ille.§.fi.sibi locū vendicas-
set etiā in fideicōmisso particulari.⁊ idē voluit Bal.in.d.§.sed
qr.s̄m Phili.de corne.qui etiā mādat hoc mēti teneri ꝓpter
autoritatē Bal.de quo dici solet ꝙ magna sit eius autoritas
⁊ in iudicijs ⁊ in scholis fateor tamē me hoc dictū Bal.nō ibi
reperire in lectura mea sed est Bal.duplex lectura super.C.no
ua ⁊ antiqua.⁊ vt puto illud debuit reperisse Phili.de corne.
in lectura antiqua nō in noua nisi forte mea sit incorrecta.
¶ Preterea cum vt dixi castrum p̄dictum cum suis ptinen-
tijs ⁊ iuribus venditum extiterit dicto nobili Jacobo de for
calquerio huius nobilis Saucherij p̄decessori ⁊ ꝓpterea de-
buerit eidem Jacobo pugeti imputari in legitimā ⁊ trebelli-
anicam si ⁊ quatenus illa detrahi potuit nō tamen potuit nec
potest dicta vēditio retractari vt puto que irreuocabiliter va-
luit dicta.l.marcellus.§.res que.⁊ qō ibi Bar. Alex. de imol.
⁊ docto.ff.ad trebel.⁊ Alexād.de imol.consi.iij.in.iij. volumi.
quod etiam videtur fuisse de mēte Bal.consi.lxxxvj.exordiē.
Petrus nicolassi ⁊c.col.ij.in prima parte Et quidez ꝙ filius
de restituendo grauatus posset alienare de bonis patris de-
functi vsq; ad legitimā seu quartam iure nature debitam ꝙ
que alienatio vsq; ad quartaz huiusmodi facta retractari nō
valeat tenet Cy.in.d.l.res que.ad fi.vbi etiam albe.C.cōmu
ni.de lega.Bal.in.l.ij.C.ad legē falci.idem Bar.consi.xxxix.
exor.predicte questionis ⁊c.in secunda parte.⁊ consi.clxiij.ex
ordi.in ecclesia regina est statutum.⁊ cōsi. clxxxviij.exor.que-
ritur vtrum filius de restituendo grauatus ⁊c.in tertia parte
⁊ in.l.potest.ff.de lega j.Oldr.consi.cvij.exordi.circa ius mu
nicipale.ver.ad tertiam questionem.⁊ versi.sequenti.⁊ Fran.
de aretio consil.clvj.exordien.diligenter visis ⁊ consideratis
testamento et codicillis ⁊c.col.xj.versi.preterea non licuit
ibi.non enim potest eligere ad arbitriuz suū pro trebellianica
vel legitima nisi quando prius alienauit ꝙ existeret conditio
vbi attendo ꝙ doct.⁊ quidem solennis dixerit nisi quādo ⁊c.
per quod satis expressit ꝙ tunc possit filius eligere: quia si p̄ce
dat oratio negatiua: dictio nisi, ponit ⁊ affirmat. si vero econ-
tra precedat oratio affirmatiua illa negat ⁊ ponit.l.actione.⁊
quod ibi docto.C.de trans.l.extraneo.ff.de ventre in poss.mit
ten.l.iij.ff.de custodi reo.⁊.c.cū accessissent.de consti.⁊ idē qō
Fran.de are.⁊ alij ante memorati voluit And. Barba.in.d.c.
3 raynald⁹.chart.lxxij.col.j.⁊ multis sequētib⁹ vbi iducit† mul
ta ⁊ elegātia fūdamēta ad ostēdēduz ꝙ fili⁹ de restituēdo gra
uatus potest ꝓ legitima eligere rē quā voluerit. Et idē sentit
Pau.de ca.in d.l.marcell⁹.§.res que.ad fi. Ro.cōsi.cclxxvij.
exord.nō est dubiū testamētū Petri ⁊c. Et Philip.de corne.
consi.cclxxxij.exor. Circa primū q̄stionis articulū.col.ij.versi.
nō obstat dictus.§.res que.⁊c.in.j.volumine Et ꝙ hoc etiā
ꝓcedat quoad trebellianicā videtur voluisse Alex.de imol.in
dicto consi.iij.in tertio volu.Bar.in.l.in quartā.ff.ad.l.fal.
Pau.de cast.in.l.filiū quē.col.iij.C.fami.her.⁊ Panor.in.d.
c.raynald⁹.col.antepenul. Et puto si nō decipior ꝙ predicta
ꝓcedant etiā vbi esset facta alienatio nō de re mediocri sz de
re meliore nisi eo casu quo illa facta diceret̄ ⁊ ꝓbaret̄ in frau-
dem dictorū substitutorū put hoc nō dicit̄. Et si diceretur: pu
to ꝙ nō ꝓbet̄ qō tn̄ ꝓbari deberet.l.quotiēs.§.qui.ff.de ꝓba.
ad quod facit quia quilz ꝓbare debet id quod est fūdamentū
sue intētiōis siue illud sit affirmatiuū siue negatiuū.l.actore.
C.de ꝓba.l.in exceptionib⁹.in principio.ff.eo.tit.l.si quis.C.d
fabricē.lib.xj.l.illa.cū.l.seque.⁊ quod ibi Bar.⁊ moder.ff.de
verbo.obliga.⁊ Inno.in.c.in his.de accusa.quod etiā voluit
Joā.de Imol.in.d.l.in quartā.col.vj.vel circa.versi.itē adde
s̄m Ang.in ꝯtrū Bar.dicit ꝙ in bonis alienatis ⁊c.vbi volu
it ꝙ cū licitū sit filio alienādo aliquā rē in illa eligere sibi quar
tā iuxta no.in d.§.res que.nō p̄sumit̄ in dubio dolus nisi appa
reat.l.j.§.deniq;.ff.de aqua plu.arcē.⁊ q̄uis Ang.i.d.l.i quar
tā cēseat fideicōmissū impugnātē alienata esse audiēdū in duo
bus casibus primo scz si inueniat se fraudatū re vt consi.ꝓ id
qō habet̄.ff.de reuocā.his que in frau.credi.secundo si re ipsa
tātū est fraudat⁹ vt qr oīa meliora alienauit puta existētia in
loco tuto et ex quibus tute et secure possunt percipi fructus,
redditus et prouentus ⁊ non alienauit subiecta magnis peri-
culis vt quia erant in loco arenoso vel iuxta vicinos rixosos
aut potentes vel in manibus debitorum subaudi non bene
exigibilium: hoc tamen nō nocet huic nobili Saucherio tum
quia Joan.de imo.tenet contrariū in dicta.l.in quartā.pro eo
qr attento ꝙ deteriora non debeāt assignari filio in legitimā:
quoniam

quoniam hoc non esset vt esse debet sine grauamine. l. quoniã in prioribus. C. de inoffici. testa. ⁊ in authen. de trien. ⁊ semis. §. primo. col. ij. sequitur ꝙ si deteriora remanserint que per filiũ non fuerunt alienata non potest ex hoc conqueri fideicommissarius Cum quia non apparet qḋ dictus quondã nobilis Jacobus alienauerit omnia meliora. solum enim alienasse dicitur dictum castrum de breuono quod ex pretij quantitate tricentorum scilicet florenorum non videtur fuisse res multum preciosa nisi forte diceremus esse presumendum quod ille nobilis Jacobus precio vilissimo illud vendiderit. sed istud non est presumendum: quia in dubio quis presumitur auarus. l. cũ de indebito. in principio. ff. de probationibus. licet mulierum auarissimum sit genus. l. sed si ego. in fin. ⁊ quod ibi gloss. ff. ad velley. et. l. si stipulata. §. primo. ff. de dona. inter vir. ⁊ vxor. accedit ad predicta quod dicto nobili Jacobo fuit etiam relictum castrum de. N. cum iurisdictione ⁊c. vt alia plurima bona vt apparet tam ex dictis pretensis testamento ⁊ codicillis quam ex instrumento transactionis post ipsius mortem facte per et inter ipsos do. ⁊ nobiles actores ex vna parte ⁊ nobilẽ ⁊ honestam mulierem eius relictam ⁊ vniuersalem heredem ⁊ sibi per dictum Jacobum substitutos per quod etiam apparet predictos transigentes bona predicta inter se diuisisse non est autem probatum quinimo nec opportune deductũ quod castrum predictum de. N. ⁊ alia eundem nobili Jacobo relicta ⁊ que etiam subiacebant restitutioni si tamen ⁊ quatenus illi subiaceret castrũ predictum de breuono essent vel sint subiecta periculis de quibus supra vel alias in locis ex quibus nõ possent ⁊ possint tute percipi fructus redditus ⁊ prouentus et ita sententia Ange. etiam si illa vera esset in nullo efficeret intentioni dicti no. Gaucherij qꝛ nõ apparet nos esse in illis terminis in quibus loquitur Ange. ergo ⁊c. ar. l. iij. §. quotiens. ff. de damn. infect. l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acquiren. heredi. ⁊ l. j. §. loquitur. ff. de aqua quotidia. ⁊ estiua. nisi forte quis dicat ꝙ imo quoad dictum castrum de breuono alia ratio obsisteret pro eo scilicet quia dictus quondam nobilis Joãnes testator illud ⁊ aliud de quo supra alienari prohibuerat si ne licentia voluntate ⁊ bene placito nobilis ⁊ honeste mulieris dñe dulcete coniuges ⁊ heredes eiusdem nobilis Joãnis: Sed hoc non obstat: tum quia illud preceptum videtur fuisse nullum, et sic non valuisse. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de lega. j. Tum ⁊ quia tempore facte alienationis dicti castri ⁊ diu ante ab humanis decesserat dicta nobilis dulceta: quo fit vt nec obtineri nec peti potuerit eius licentia volũtas aut bene placitum. ar. eius quod habetur in. c. si gratiose. de rescrip. in. vj. Possunt et alia multa pro tuitione et defensione boni iuris eiusdem nobilis gaucherij induci ⁊ allegari. Sed quia vt puto premissa sufficiunt vlterius non insisto.

1 Filia sine licentia patris potest quidem eligere sepulturam: sed non causa mortis donare.
2 Excusat a dolo ⁊ pena eius omnis causa etiam iniusta.
3 Fisco applicantur bona filij patri ablata, vel venientibus ab intestato: non conuentui cui calore iracundie donata sunt.

Epitome.

Bonis filie non ideo priuandus est pater, quia eam tempore pestis ⁊ loco suspecto venientem nõ receptat: ⁊ donatio de illis facta alicui cõuentui cum adiectione illius cause minus valet ob illam adiectionem. V. F.

Ad S. C. Tertu. Consi. lx.

Quãuis honesta quõdam mulier Anthoneta brunera filia naturalis ⁊ legitima Joannis bruneti potuerit sine possit sine cõsensu eiusdem Joannis in cuius patria potestate existebat dũ viueret sibi eligere sepulturam. c. licet. §. fi. quis. de epul. in. vj. non potuit tamen sine consensu eiusdem patris etiam pro anima seu in piam causam facere de bonis suis donationẽ causa mortis. ut dicto. c. licet. §. quis. l. filiusfamilias. §. pari autem ratione. ff. de dona. ⁊ l. tam is. ff. de dona. cau. mor. Et ita no. doct. in dicto §. quis. ⁊ in allegata. l. filiusfamilias. §. pari autem ratione. et in. l. seruũ. C. qui testa. facere poss. Nec puto ꝙ pro defensione donationis causa mortis quã eadẽ Anthoneta fecisse dicit venerabilibus ⁊ religiosis viris dñis priori ⁊ cõuentui fratrũ predicatorũ vapinici seu eidẽ cõuentui faciat ꝙ dicta Anthoneta cõsiderãs vel attendẽs crudelitatẽ dicti dñi Joãnis brunetti eius patris dicta eius bona donauit predicto conuentui: quinimo potius hec cõsideratio facit cõtra donationẽ, p eo qꝛ videtur facta calore iracũdie ⁊ pro eo qꝛ pater eã non recepit in locum de oza ar. l. si filiam. C. de inoffici. testa. ex qua colligunt docto. ꝙ exheredatio filij per patrem facta calore iracũdie non valet etiã si alias subsisteret legitima causa. ⁊ ita not. Bal. sali. ⁊ do. Jas. ma. in. l. si filiaꝫ. ergo a simili si bona in quibus erat pater abintestato filie successur⁹. aut. defuncto. C. ad tertul. ⁊ in corpore vnde sumitur filia ipsa donauerit calore iracundie contra patrem concitate ⁊ cui nihil reliquit non valuit dicta donatio. pro quo etiã facit l. quicquid calore: ⁊ quod ibi Bar. ff. de regul. iuris. in. l. iij. ff. de diuor. l. ij. cum gl. C. de re. credi. ⁊ c. si quis iratus. ij. q. iij. per que probatur ꝙ nec cõtractus nec alia que fiunt calore iracundie valent. non etiam facit pro defensione predicte donationis ꝙ eadem anthoneta fuerit protestata de absentia patris propter licentiam petẽdam, ⁊ quia etiam si licentiam seu consensum huiusmodi petiisset: non tamen tenebatur aut cogi poterat pater illi cõsentire. ⁊ per hec patet responsio ad primum ⁊ tertium quesita.

Ad secundum dico ⁊ respondeo ꝙ cũ tempore repulsionis seu non receptionis predicte anthonete ipsa veniret de vapinco vbi vigebat pestis habuit idem pater causam vel occasionẽ eandem non recipiendi forte propter vxorem liberos ⁊ familiã ⁊ ne subiiceret illum locum de oza ⁊ suos incolas seu concives periculo pestis ⁊ hec causa videtur sufficisse ⁊ sufficere ad exclusionem doli ⁊ pene debite: quia
2 † omnis causa siue iusta siue iniusta excusat quem a dolo. ⁊ ab iniusta pena doli. l. igitur. §. penul. ff. de libera. cau. ⁊ quod not. glos. in. l. j. in. fi. ff. de abige. ⁊ in. l. plagij. el. ij. vbi etiã ange. C. ad lege fal. de plagia. ⁊ quod ponit pau. de Cast. consil. xv. exordiente. pro clariore examinatione ⁊c. ⁊ Alexand. de Jmola consil. xcv. exordiente. prospectis hijs que in themate ⁊c. ⁊ sic non puto ꝙ idem Joannes cẽseri debeat homicida vel ꝙ pretextu dicte repulsionis aut non receptionis predicte Anthonete priuari debeat eius hereditate ⁊ bonis donatis. ⁊ vbi idem breuiter pater sic pretenderetur deliquisse vt merito posset esse priuatus ipso iure aut priuari posset hereditate ⁊ bonis huiusmodi non tamen remanerent predicto conuentui, sed deferrentur ad alios vincentes abintestato vel ad fiscum. venientes autem abintestato vbi ipso iure esset priuatus per id quod habetur in. l. fi. ab hostibus. §. si vir. vxorem. ff. soluto matri. ad fiscum vero si non esset ipso iure priuatus sed priuandus. l. ex facto. §. solianus ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊ l. papinianus. §. meminisse cuꝫ suis simul. ff. de inofficio. testa. ⁊ per hec patet responsio ad secundum quesitum.

Uerum ꝙuis vt puto ista sint iuris bene tamen faciet idẽ bruneti si aliqua de illis bonis relinquat predicto conuentui iuxta votũ filie ⁊ que non solum pro anima sui ipsius ⁊ parentum suorum sed etiam illius probi quondam viri Joannis cõstãtij a quo pdicta bona receperat ⁊ ad antidora tenebat minus facit idẽ Joan. si hic vtatur regere iuris ⁊ ita mihi videt.

1 Transire de ordine in ordinem religioso nõ permittitur sine dispensatione pape.

Epitome.

Monasterio bona intrantis acquiruntur, ⁊ cõmunia fiunt ⁊ ꝙuis intranti possit permitti per conuentum eorum perpetuus vsus: non tamen ideo in fine dierum suorum, vel alias qꝛ aliam religionem vult intrare, de illis disponere potest. V. F.

De sacros. eccle. Consi. lxj.



4 in dicta riparia habet † enim visus tanti temporis vim concessionis et priuilegij etiam in hijs que sunt principi reseruata dicto. c. super quibusdam. §. preterea. et quod ibi glossa. c. sermonū. xvij. q. ij. l. hoc iure. §. duct⁹ aque. ff. de aqua quotidiana et esti. l. ij. in principio. ff. de aqua pluuia. arce. et quod notat glossa in capitulo. j. circa finem de prescripti. glossa Joannes de platea et doctores in. l. vsum capitulo de aque ductu. libro vndecimo multas remissiones ponit Alexander de imola consilio sexto columna prima in primo volumine vbi etiaz dicit quod sine dicamus talem vsum et obseruantiam esse consuetudinem seu prescriptionem neutro casu est necessarius titulus aut illius allegatio dicto capitulo primo cum ibi notat. per Archi. et Joannē andreaz de prescripti. in sexto et quod notat Hostien. in summa de consuetudine. §. finali circa collatio. penultimā et imola in capitulo cuz ecclesia de causa possessiōis et proprie. et Baldus de pa. constan. in verbo sicut ab antiquo nec est opus vt dixi superius in simili docere de aliqua bona fide cum etiam ille presumatur propter prescriptionem longissimi temporis. et idez dico de piscatione fienda in genuino mari et prohibitione contra homines et incolas predictos insuper et extraneos quia etiaz supposito quod illud genuino mare seu maris domuz titula non fuissent abbacie predicte et reuerēdis dominis abbatibus per principem donata si tamen prefatus reuerendus domin⁹ abbas tam per se quam suos predecessores et nomine abbatie piscari fecerit et alios impedierit ne in ijs piscaretur per tempus predictum nisi cum licentia Quesitum est predicte abbatie et ipsi reuerendi domini abbati ius per quod eos impedire potest ne inibi piscantur nisi cuz licentia per iura predicta Pro quo etiam facit quod de venetis et ienuensibus notant Angelus et Joannes de imola in. l. si nali in principio. ff. de vsucapione Joannes de platea in dicta l. vsum aque et Angelus aretinus institu. de rerum diuisione. in princi. quatenus voluit quod veneti et Jenuēses guilphos suos quos possederunt a tempore cui⁹ initij memoria non exstit et citra prescripserunt et ita illorum facti extiterunt. Si igitur possessio tanti temporis probari possit res erit in tuto. Si vero probari non possit esset videndum de causa seu titulo si quis in veritate vel bona fide seu conscientia credatur aliquā do interuenisse et quod ex illo seu illius pretextu fuerunt alij prohibiti seu impediti piscari in dicto genuino mari ad presumptiuam probationem illius sufficeret probatio prohibitionis et impedimenti nisi cum licentia &c. per id quod not. Bar. et doct. in dicta. l. cū de in Rē verso cano. in capi. peruenit de censi et doct. in dicta lege seruitutes la granda. ff. de seruitu et vt videtur doct. sentiunt quod tunc ad inducendā presumptionem huiusmodi probare sufficeret fuisse inhibitum et sic obseruatum spacio decem aut viginti annorum. Et hec est cōmunis opinio prout colligi potest per id quod not. dominus Felinus in capitulo de quarta col. xiiij. ad finem versiculo fallit secundo quando vtens seruitute &c. de prescript. ad quē breuitatis gratia remisisse sufficiat.

¶ Quo vero ad id quo queritur de facultate percipiēdi fictus &c. dico et respondeo quod cum hec facultas videatur esse predā seruitus personalis illa etiam sine titulo acquiri potuit spatio triginta annorum prout superius dixi cum loquerer de personalibus seruitutibus cuiusmodi sunt vsusfructus vsus.

1 ¶ Cōsuetudo contractum probare vel improbare potest.

¶ Epitome.

¶ Uendere dominium directum prediorum. et quinque florenos annuos et pensionales permittitur cuz pacto quod contractus illius ad certum tempus dissolui possit. Nec exceptionē non numerate pecunie habere potest venditor, qui sponte in granis aut alijs rebus solutionem accepit. V. F.

¶ De contrahen. emptio. Consi. lxv.


Jso instrumento venditionis dudum anno scilicet domini millesimo. cccclxxvij. et de mēse februarij facte per Guilhermum et Joannem valentie patrem et filium ac honestas mulieres Joannetam et agnesiam eiusdem Guilhermi socrum et vxorem honorabili quondaz viro Laurelmo rābaudi mercatori ciuitatis vapinci. vna cum casu parte honorabilis iuuenis gaspardi rambaudi. eiusdē quōdā Laut. filij et vniuersalis heredis mihi exhibito. Et dubijs ex casu huiusmodi elicitis Dico et respondeo breuiter et succincte ad dubia huiusmodi prout infra Et primo ad primum. quod contractus venditionis huiusmodi facte scz de quinque florenis annualibus et domino directo prediorum in instrumento huiusmodi venditionis latius expressorū videtur fuisse contractus venditionis et emptionis permissus et licitus non contractus fenoraticius. et hoc ex forma illius in eo enim interuenit precium et merx. seu res vendita hoc est dominium directum predictorum prediorum et quinque floreni annuales. pro quibus et alijs iuribus ad causaz domini directi cōpetere solitis fuerunt promissi et dari conuenti. floreni sex viginti. et de illis satisfactum per dictum quōdam lantelinum. vt apparet per confessionem de recepto facto ab eisdem venditoribus isto argumento vtitur in simili Jnnocen. in. c. in ciuitate: de vsu Preterea iste contractus. hoc est contractus venditionis domini directi et maiori seuhorie predij aut prediorū et annui census videtur esse plurimum vsitatus et maxime in patria delphinali. comitatu venaici. et locis circumuicinis et vbique ex comuni omnium opinione habetur pro licito. et pro non vsurario Ergo est iudicandus licitus. et non vsurarius. per id quod in simili voluit oldradus consi ccvij. exordi. vniuersis presentes literas inspecturis. ad finem pro quo allegat. l. si in emptione. §. i. ff. de. contrahenda emptioe et ven ditione et. l. venditor. §. si constat. ff. communi aprediorūz pro quo etiam facit quod. nōt Baldus in. l. per diuersas. col. ij. C. man dati vbi
1 dicit † consuetudo potest contractum approbare et improbare argumento. l. certi conditio. §. si nummos. ff. si certum petatur Etiaz faciet pro hoc textus in. l. quid sit fugitiuus. §. apud labeonem ibi quia id facit quod publice facere licere arbitratur ff. de edi. edic. vbi et per illum textum dicit Bart. quod si quis facit aliquem actum qui communi terex timatur licitus quāuis in veritate ille sapiat vsurariam prauitatez non tamen dicetur vsurarius etiam pro hoc facit quod dicit Joannes de imola in clementina prima de elect. vbi voluit quod tollerantur. gesta virtute cōmuis opiniōis quamuis postea declaretur opinionem communem non fuisse iuridicam ad quod facit. l. prima. C. de testamentis et. l. barbarius Philippus. ff. de officio pretoris cum igitur vt predixi dictus contractus consueuerit in patria dalphinali et locis circumuicinis plur, uz frequētari et haberi pro licito et non vsurario iudicandus est non vsurarius nec contra eum presumptionem inducit quod facultas dissoluendi contractum huiusmodi concessa aut data extiterit dicto lantelino emptori si et quando infra decem annos a die eiusdem venditionis vellet rem habere dictos sex viginti florenos quia istud pactum non arguit dictum contractum fuisse simulatuz aut feneratitiuz prout colligitur ex ijs que habentur in capitulo Illo vos de pignoribus in casu enim illius capituli fuit illi emptori data facultas dissoluēdi contractuz et ab illo resiliendi et quamuis in casu illo vehemēter presumatur contra emptorem hoc tamen non contingit pretextu date facultatis dissoluendi contractum. Sed ex alijs que fuerant expressa scilicet quod fructus percepti deberentur pecunia soluenda numerari et quod vltra summa recepta per venditorem quadraginta solidi seu aurei deberent persolui et hoc est satis et apertissime colligitur ex dicto capitulo illo vos. Propter quod non est a verbis illius discedendum l. ille aut ille. §. cum in verbis et lege non aliter digestis de lega. tertio: neutrum autem horuz apparet ex verbis et forma dicte venditionis in ea interuenisse et ita non sumus in terminis illius textus qui propter ea huic casui ad illius impugnationes

adaptari quia vbi cessant verba legis aut statuti cessat ⁊ illius dispositio. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusatiõib⁹. l. quarta. §. totiens. ff. de dampno infecto. l. prima. §. loquitur. ff de aqua quotidiana ⁊ estiua. l. si seruuz quis. §. non dixit. ff. de acquirenda hereditate. l. ita autem. ff. de administratione tutorum ⁊ capitulo indempnitatibus de electionibus in sexto ⁊ quod ponit Paulus de castro consilio quarto ⁊ consilio vndecimo ⁊ Romanus cõsilio quadrigẽtesimo quadragesimo secundo ⁊ consilio quadrigentesimo sexagesimo secundo ⁊ Alexander de imol. consi. viij. col. fi. in tertio volu.

¶ Et quod ex eo quod facultas dissoluẽdi cõtractũ vẽditiõis ⁊ emptiõis seu ab eo resoluẽdi cõcessa est emptori in eũ casum in quẽ huiuscemodi cõtractus displiceret nõ cẽseat cõtractus vsurarius aut simulatus seu alias illicitus satis colligit ex eo quod notat gl. in dicto. c. illo vos sup verbo funct⁹ ⁊ quod ibi Johanes Andreas Anthonius de butrio ⁊ Johannes de Imolla qui omnes sentiunt quod nisi esset illa. duo de quibus supra dixi emptor in causa illius. c. ⁊ in quo data sibi extiterat facultas cõtractũ dissoluendi fecisset fructus suos pro quo allegant. l. ij. ⁊. l. si ate. C. de pactis inter emptorem ⁊ venditorez Et hoc nisi fructus huiusmodi recepisset post pecuniam per eum a venditore ⁊ exceptam vel post illam oblatam consignatam ⁊ depositam hoc enim casu vt dicunt non inspicitur vtilitas venditoris sed solum placituz seu voluntas illius qui semel voluit contractum posse dissolui per emptorem fateor quod Panormitanus in dicto capitulo illo vos visus est velle quod emptor teneatur ⁊ debeat imputare in sortez fructus per eum perceptos. Sed quia quod predixi communiter obseruatur quod etiam fatetur idem Panormitanus non est ab illo in iudicando aut consulendo discedendum capitulo nominis ⁊ quod ibi Antonius de butrio de verborũ significatione ⁊ capitu. de. iudicis tertia questiõe tertia ⁊ l. prima ibi crebrior apud veteres opiones. ff. de. officio questo. ⁊ quod notat Hostien. Joannes andreas Anthonius de butrio. Panormitanus ⁊ alij in capitulo primo de constitu. Preterea cum venditio de qua supra nõ displicuerit dicto domino lantelino cessat dubium. Et per hec patet responsio ad primuz secunduz quintum sextum ⁊ septimum quesita.

¶ Ad tertiuz dico ⁊ respondeo predictos venditores non posse opponere exceptionez pretij non soluti. l. in contractibus. §. super ceteris ca. de non numerata pecunia cui dicto nõ obstat quod precium predictum non receperunt ex integro venditores antedicti in pecunia numerata. Sed in certa bladi quantitate ⁊ alijs dico ⁊ respondeo quod licet aliud pro alio inuito creditore. regulariter solui non possit. l. secunda. §. primo et qd ibi glossa. ff. si certum petatur. Secus tamen fieri potest interueniente voluntate creditoris argumento dicto. §. primo argumento a contrario sensu quod est in iure potissimum. l. prima. §. huius rei. ff. de officio. cuius cui mandata est iuriditio de quo Bal. in. l. conuenticula. C. de episcopis ⁊ clericis Panormitanus in capitulo cuz apostolica. de ijs que fiunt a prelato sine consensu capituli ⁊ Franciscus de curte qui ponit multas remissiões cõsilio quinquagesimo quarto exordiẽte sup duobus publicis instrumentis collatione penultima versi. vltimo coadiuuantur premissa. Cum igitur prefati venditores sibi satisfieri de dictis sex viginti florenis concesserint ⁊ voluerint in ijs in quibus dicto instrumẽto ⁊ pro illis quictauerint ac quictum eundem Lautelinum emptorem ⁊ suos heredes ⁊ successores tenuerint ⁊ reputauerint cum pacto solenni ⁊ valido de vlterius dictos sex viginti sex florenos pro pretio predicto dari conuentos insolidum vel in parte aut aliquid eorum occasione non petendo seu per quẽpiam peti faciendo. Et hec omnia tenere attendere ⁊ obseruare contraq non venire ad sancta dei euangelia iurauerint nõ possunt ipsi cõtreuenire per iura vulgaria scilicet capitulo cum contingat capitulo si vero cum multis simili. de iureiurand. ⁊ per hec patet responsio ad tertium ⁊ quartum.

1 ☞ Testamentum exigere septem testes, in quibus casibus fallat regula.
2 Testamentum vt valeat ob clausulam codicillarem opus est venientes ab intestato adire ⁊ restituere.
3 Confusis actionibus heredis ⁊ testatoris, pro ea tantum parte confuse censentur, pro qua heres institutus est.

¶ Epitome.

¶ Et hoc alibi est in effectu, ⁊ ꝑtermitti poterat, nisi pars vltima aliter suasisset. A. F.

De testa. Cons. lxvi.


Ex themate mihi trãsmisse ꝯsultatiõis parte honeste mulieris Dñe Marie perline relicte prouidi quondam viri benedicti columberij eliciuntur multa quesita quib⁹ non possuz ex integro respondere pro eo quia non sunt mihi instrumenta acquisitionum per eundem quondam columberij ⁊ ipsam factarum que tamen videre voluissem pro planiore informatiõe Ceterum respondebo prout potero Et ꝑmo ad primũ videt dicẽdũ ꝙ licet regulariter ad validitatẽ testamenti reqrant septẽ testes. l. heredes palã. ff. de testa. ⁊ l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. eo tit. hoc tamen fallit in multis casibus ⁊ inter ceteros in casu. l. fi. C. de testa. quando scilicet rusticanus testatur in rure ⁊ non potest adhibere septem testes quia tunc sufficiunt quinq fallit etiam secundum Bal'. quando non possunt haberi plures testes propter mortalitatem seu pestem vel alium casum repẽtinum.

¶ Et dicit Rapha. in. l. conficiũtur. §. codicilli. ff. de iu. codicil. quod hec opinio videtur equior et cum illa transire videt et pro snia Bal. facit. l. fi. ff. de saccramen. milli. et. l. j. ff. de bono. pos. ex testamen. mili vbi existẽs. in actu guerre etiam si nõ sit miles potest testari cum minori numero testium ⁊ nos habemus quod tempus guerre vigentis inter homines ⁊ tẽpus mortalitatis seu pestis equiparentur quia tunc censetur bellum inter deum ⁊ homines quemadmodum enim in primo casu non currit prescriptio ibi nec secũdo ⁊ ita equiparat Bar. in. l. naturaliter col. penul. ff. de vsuca. et cano. in. c. ex transmissa de prescrip. istam partem sequtus est flori. de sancto petro in. l. milites et per illum tex. C. de sacramen. mili. vbi per cuz talem illam etiam sequitur alexander de imol. in. l. seruiarios col. vlti. per glo. ibi positam. C. de testa milli Quinimo plus tenet ibi alexan. de imol. ⁊ ita videtur sentire flori. in d. l. miles scz quod testamentum factum tempore pestis in presẽtia duorum testium valeat si plures haberi non possunt pro hac snia inducit multa do. iason. may. in d. l. fi. col. 4. ver. quid tenendũ vbi etiam dicit qd q̃uis passus, sit valde abignus tamen magne equitati innititur sententia Bal. et quod si casu contingeret ipse consuleret pro eo quando tempus pestis esset tale ꝙ multi testes propter ingens periculum verisimiliter haberi non possent verum quia multi ⁊ quidez doctissimi viri firmant contrarium non transit Res sine dubio preterea ponitur in casu ꝙ vnus ex quinq testibus qui testamento de quo in casum interfuisse dicitur tergiuersari. nescio tamen in quo ⁊ quod voluissem apertius scribi quia si idem testis deposuerit se non interfuisse testamento dicti columberij vel eum aliter deposuisse q̃ scriptum extiterit ipse faceret vacillare instrumentum per idquod habetur in. l. i. §. si quis neget ⁊ quod ibi docto. ff. quemadmo. testa. appe. ⁊ quod not. docto. l. in exercẽ. C. de fi. instru. ⁊ in. c. cũ Joannes heremita eo. tit. ⁊ ideo non videtur dictuz instrumentũ probare si tamen alij quatuor testes deposuerint fuisse actum prout in dicto instrumento ⁊ ꝙ ipsi fuerint adhibiti. vel rogati cõsilio ꝙ ille dominus iacobus guidonus presbiter ⁊ notarius aplicus qui de testamento predicto notam dicitur recepisse examinatur de ⁊ super contẽtis in dicto instrumento ꝙ ⁊ fieri patet iuxta ea que scribunt docto. in. l. hac cõsultissima. c. q testa. face. pos. ⁊ in. l. domin⁹ labeo. ff. de testa. quia ⁊ si fortasse non possit deffendi dispositio dicti quondam benedicti tanq̃ testamentuz poterit tamẽ defendi tanq̃ codicillus postq̃ testator voluit ꝙ si nõ valeret iure testamenti valeret iure codicillorũ sufficit eum ad validitatem codicilli ꝙ illi interfuit quinq testes. l. fi. cum suis simili. C. de codicil. Sz tunc erit opus ꝙ proximiores ab intestato alias dicti quõdã columberij adeant hereditatez ab intestato alias enim dicta clausula si non valeret iure testamenti ⁊c. nihil operaretur vt not. gl. reputata singularis in. l. qui filio. §. j. in verbo codicillis ⁊ quod ibi Jo. de Imo. ff. de heredi institu. ꝙ ẽt voluit Alex. de Imo. in aut. ex causa col. ij. vel circa versi. in prez intellige vbi etiam do. Jas. may. col. penul. C. de libe. preteri. vel exhereda ange. in. l. ticia. ff. de inoffic. testa. ⁊ ambro. episco. in. l. filiusfamilias. §. dum. carta ij. col. iij. ff. de lega. j. ⁊ si vt audio supersint due sorores dicti quõdã benedicti vtrũq coniuncte

coniuncte ille repellunt ab intestato coheredem dicte done p- rine, sed tertius morelli pretensum fratrēvtertuuz authē. de fun cto, 7 in corpore vnde sumitur. Codice ad tertu l. et detrahent quartam trebellianicam haberet mediam partem, 7 sic sex vn cias, et maneret quietus vt deberet non habebit nisi quatuor cum dimidia. 7 sic patet responsio ad primum quesitum.

¶ Ad vltimuz dico 7 respondeo quod licet prout ex recogni tione dotis de qua ibi videatur dictus quondam columberij res aliquas seu species recepisse ab eadem perrine quis tamē ille fuerint apreciate 7 estimate ad summam pecuniariam Et propterea quod illa summa vendite quia estimatio in dubio videtur facta vt faciat emptionem vt legitur 7 notāt in. l. ple rique. ad finem. ff. eodem titulo. quod etiam voluit Joannes de imola in. l. si estimatis Baldus 7 Joannes de imola in le. estimate. ff. soluto matrimonio. puto quod dictus columberij factus fuerit debitor summe nonaginta vnius floreni decem grossorum 7 duorum patacoruz ad quaz fuerunt estimate res predicte. non enim cēsentur fuisse res ipse dotales sed summā ipsam ad quā apreciate extiterunt. dos igitur eiusdem perri ne. constitit in summa predicta 7 in quinquaginta flore. quos idem quondam columberij ab eadem recepit ex quibus infe- ro quod cum pro ea parte pro qua eadem do. pertine successit dicto columberij eius quondam viro fuerit actis confusa le. debitori. cum suis simili. C. de pac. non potest ipsa do. pertine petere dictam eius dotem nisi pro ea parte pro qua eidem nō successit si igitur supponeremus quod ipsa eidem columberij successisset pro dimidia parte 7 dictus terminus palia dimidia tunc dicerē eam posse petere dimidiam partem dotis predi- cte. 7 hoc nisi ex illis quinquaginta florenis de quibus in reco gnitione fuisset iuxta conuentionem empta aliqua possessio. pro 7 nomine eiusdem do. pertine. quia tunc putarez qđ ipsa posset petere illam possessionem insolidum.

¶ Epitome.

¶ Rei vendicatione agere vt possim non sufficit probare pa trem meum vt dominium possedisse: sed ne ipsum possessorem fuisse deducere 7 probare oportet. reliquum huius responsi si- cut cetera omnia nebulonis qui hoc scripsit, adeo corruptum est vt decennio opus sit ad omnia illa reparanda. V. F.

¶ De rei vendica. Consi. lxvij.



Etiaz si processus ce ptus 7 inchoatus per 7 inter magistrum An honium batonati notarium actorem ex vna parte 7 Andream Philippum Glaudium et Jacobum de iacti fratres ex alia dici posset non fuisse 7 esse nullus propter obmissionem libelli qui de iure narrans 7 concludens fieri debuit 7 produci contra eosdez de iectos super quo non insisto sed relinquo discretioni spectabi lis domini vicebaylliui cui quid iuris sit, non est incognitum. Illud tamen certum est eos de iectos debuisse 7 debere vel a iudicij instantia vel ab impetitis parte dicti batonati cum ex pensaruz reportatione relaxari vel absolui. Et siue dicatur eū dem baronati intentasse actionem rei venditionis aut publi- cianam quod non videtur siue petitionem hereditatis Et qui dem hoc certum est si dicamus eum intentasse rei vendicatio nem pro eo quia idem magister Anthonius vt puto non pro bauit dominium predij de quo in actis ad aliquem eius pre- tensum predecessorem aut ad eum spectasse 7 pertinuisse aut spectare 7 pertinere quod tamen necessarium erat: quia rei vē dicatio dicitur haberi dominiuz 7 ratione illius alteri non. l. in rem in primo. ff. de reivendi. 7 quod notant glossa in capitu lo primo. C. vt in rem actio. Et idez dico si dici posset eumdez intentasse publicianam pro eo quia illa exigit multa 7 inter a lia quod agens haberet titulum legitimum quem tamen nō probant. Quinimo nec illum 7 alia necessaria ad hanc actio- nem. de quibus glossa 7 doctores in. §. sed iste de actio. propo suit aut deduxit idem baronati obtinere vtpote non probans que ad hec aut eorum alterum fundamentum siue intentiōis quod tamen erat probanduz: quia quilibet tenetur probare fū damentum sue intentionis siue illud sit affirmatiuum, siue ne gatiuum. l. actor Codice de probationibus. l. in exceptionib in principio. ff. eodem titulo. l. si quis Codice de fabric en. li- bro vndecimo notant Bartolus 7 doctores in. l. in illa. 7 se. ff. de verborum obligationibus. imola in capitulo. de ĥs de accu satio. Nec dicat aliquis forte probatū esse prout non credo q honorabilis quondam vir Anthonius baronati huius ma- gistri Antonij pretensus pater dictum predium tenuerit 7 pos sederit vt 7 tanquam suuz aut tanquaz illius dominus. Quo niam respondeo quod istud non sufficit. Pro quo breuitatis causa, 7 quia ad peritissimum est mihi sermo allegasse sufficiat id quod ponunt domini de rota decisione. cccxxx. exordien- te, si vendico a te castrum in cuius possessione 7c. 7 quod no- tat Jmol in capitulo, illud. in fine de prescriptio. Panormita in capitu locum ad sedem, collatio. septima. versiculo sed queri tur an possessor 7c. ibi imo plus dicit Jmola de restitutio ne spoliatoruz Alexander de Jmol. in. l. siis ad quem collatio. secunda. ff. de acquirenda hereditate. Bartolus in. l. prima, in fine. ff. pro suo. 7 Bartholomeus Socinus consilio lxxxvj. ex ordiente. in cause ciuitatis. collatione. v. in prima parte. Etiam nec opponat aliquis dictum magistrum Antonium habuisse vel habere titulum pro eo quia vt parte eiusdem pre tenditur ipse successerit patri. Quoniam respondeo quod non propterea consulo habere titulum. l. nihil. 7 quod ibi scriben- tes. C. de vsu cap io. pro herede.

¶ Preterea etiam non debet nec etiam de iure potest idem magister Anthonius obtinere sz potius succumbere si pretē duntur intentasse quod magis videtur petitionem heredita- tis pro eo quia cuz dicti deiecti de legitimo titulo scilicet em- ptionis opposuerint 7 illuz plene probauerint non potuerunt ipsi conueniri petitione hereditatis. l. secunda, versiculo, em- ptor. l. hereditatis petitione. C. de petitione hereditatis. 7 le. hereditas. Codice, in quibus causis cessat longi temporis pre scrip. quod etiam voluit gloss. in allegata. l. hereditatis 7. l. he reditatez. Et hec est communis opinio vt colligi potest ex ĥs que notat Angelus aretinus ex dicto §. sed iste. versiculo secū do principaliter. ibi sicut dicimus in simili quod petitio here- ditatis. 7 dominus Jason magnus in. §. actionum. quod car- ta penultima columna prima versiculo regulariter autem pe- tio hereditatis non datur contra possidentem titulo institut. de actioni. atque remisisse sufficiat ex illis enim quicquid ali- bi dixerit Baldus apparet istam esse opinionem communem a qua propterea non est in consulendo vel iudicando receden- dum. l. prima, ibi crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. que- sto. capitulo nominis. 7 quod ibi Anthonius de butrio. de ver borum significatione. 7 capitulo, de inductijs. tertia questione tertia. 7 quod notant Hostien. Joannes andreas in nouel. an thonius de butrio Pano: mitanus 7 moderniores in capitu- primo de constitu. Preterea cum tam dicti batonati quaz eo rum quondam pater dictum predium possiderit non solum de scendant viginti annis qui cum titulo sufficiunt ad perficien- dam 7 complendam prescriptionem inter presentes 7 absen- tes. l. emptor. l. super longi temporis 7. l. finali cuz suis similib. C. de prescrip. longi temporis. sed etiam viginti septem vel vl tra. Obstitit igitur 7 obstat eidē magistro Antonio exceptio prescriptionis que eidem fuit opportune opposita nec sibi suf fragatur quod quamuis scienter 7 contra veritatez pretendit se nesciuisse dictos beiactos 7 predecessores possedisse dictum predium. Quoniam respondeo quod supposito citra preiudi- cium veritatis quod hoc verum esset, prout non est: illud tamē non sibi suffragaretur nec noceret dictis beiactis dicta. l. fina li, circa finem ibi, nulla scientia vel ignorantia expectenda.

¶ Preterea nec eidem magistro Anthonio suffragatur pro posita 7 deducta in duodecimo articulo suarum pretensa- rum replicationum exordiente, itez magis proponit quod de generali. Tum quia ille nobilis est confusus ac talis 7 taliter conceptus quod super eo non potuerunt vt opinor testes ali quid validum 7 concludens deponere. et quidem non puto eos dem potuisse quod de illa pretensa generali consuetudine cō sueuerit possidentes cuz titulo alias legitimo conueniri actio ne reivendicationis aut publiciana seu petitione hereditatis 7 quod conuenti per non probatum dominium aut tituluz le gitimum 7 alia requisita ad publicianam actionem consueue rint condēnari ad restitutionē prediorū p eos possessorū, 7 ma- xime post cōpletā pscriptionē. 7 ita remaneat pscriptio si que sit obscura incerta seu dubia. Que pptерea probantē nō releuat capitulo, in presentia. 7 quod ibi doctores de probationibus, 7 7 quod notant Bartolus Joannes de imola 7 Alexander de imola in. l. inter stipulantem. §. si stichum. ff. de verborum obli gationibus. Tum 7 quia non puto esse probatum quod hono rabilis vir Petrus bertrādi que parū honeste imo vere impu denter idez magister Anthonius eius quondam sororius pre tendit propter venditionem per eum scienter temere factaz io

cum et patriam delphinalem absentasse nec postea in patria huiusmodi residentiam fecisse nullum ius haberet in predicto predio. quod tamen quamuis factum sit negatum et negatiue propositum erat tamen per eundem baronati probandum ut pote pretensum fundamentum intentionis eiusdem bathonati dicta. l. actor. C. de probationibus. l. in exceptionibus. ipsin. ff. eodem titulo et. l. si quis. C. de fabricens. libro vndecimo et quod ponit Bartolus et Angelus plenius Alexand. de Imola et alij moderniores in dicta. l. in illa et. l. hoc iure. ff. de verb. obliga. Nõ sumus igitur in terminis dicte pretense consuetudinis, quo fit vt illius depositio etiam si probaretur non possit huic casui adaptari. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusat. l. iiij. §. totiens. ff. de damno infect. l. prima. §. loquitur. ff. de aqua. quoti. et esti. l. si seruum quis. §. non dicit. ff. de acquiren. heredit. et. l. ita autem. ff. de administratione tutorum, et quod ponit Paulus de Castro consilio quarto et consil. vndecimo et Romanus consilio. ccccxlv. et alij in alijs locis et non solum non probant dictus baronati nullum ius competijsse dicto petro bertrã. sed etiã sint testes pre dictorum beiactorum in cã pducti deponentes quod etiam ipsius petri bertrandi instan. et in executionem literarum manatarum a magnifico delphinali parlamento et pro dote nobilis marie baronate eiusdem baronati quondam sororis et vxoris dicti Petri fuerit predictum predium de pignore captum et deinde subhastatum distractum et postea idem Petrus in possessionem missus et per illius dominium directum laudatus et inuestitus quod idem baronati quicquid dissimulet bene nouit cum exequutiones fuerunt sibi intimate prout aliquando ostenditur auctore domino parte dictorum beiactorum. Sint igitur ipsi beiacti vel a iudici initã tia vel a petitis cum expensarum reportatione. absoluendi. Et ita mihi videtur ersuccincte, sub correctione tamen cuiuslibet domini melius sentientis. Et signanter dicti spectabilis viri domini vicebaylini.

1 ¶ Institutionis iure potius quis venire censetur, quam substitutionis.
2 Monachus vel canonicus regularis sine autoritate superioris hereditatem acquirere nequeunt, eamque non sibi: sed monasterio acquirunt.
3 Legatarius propria autoritate rem legatam occupans quando ius suum propterea non perdat: et quando perdat: et quid in fideicommissario et quod in filio naturali.
4 Capacitas testatoris et heredis consideratur a tempore testamenti.
5 Mortis articulus expectatus ad disponendum sapit aliquid fraudis.
6 Legitimatio a principe an sic fieri possit, vt excludat substitutos.
7 Restitutione re aut verbo non facta, hereditas interdum pro restituta habetur.
8 Viuere nomine matrimonij an et quando matrimonium faciat.
9 Filius is est quem nuptie demonstrant: quamuis alij eum ex matre consuetudinem habeant inhonestam nisi in casibus.
10 Feudale vel non feudale castrum esse ad quem spectet probare, et si negetur an et quando perditionis periculo subijciatur.

¶ Epitome.

¶ Mortuis bene precari licet. Sed futuris aut quotquot sunt doctoribus et scribis, qui non rectius Bertrando aut emendationis eius scribi depingere studuerint, decidant mortue manus inter chartas. V. F.

¶ De feudis. Consi. lxviij.



Ad euidentiam dicendorum premitto quod si venerabilis et egregius quondam vir dominus gaspardus de petragorda substitutus per fideicommissum per nobilem et potentem quondam virum dominum Hugonem de petragorda militem et vniuersalis heres institutus per nobilem quondam virum dominum Claudiũ de petragorda eiusdẽ. d. hugonis vniuersalẽ heredem fuisset laicus vel alias talis qui potuisset sibi acquirere et habere proprium essemus in illa questione an in dubio censendum esset quod idem do. gaspardus iure substitutionis facte per dictum quondam. d. hugonem vel iure institutionis facte per dictum quondam. d. Claudium tenuerit et possederit res et bona que fuerunt dicti quondam. d. hugonis. Quo casu videretur presumendum bona huiusmodi tenuisse et possedisse potius iure institutionis predicte quam iure substitutionis pro eo, quia cum quis rem aliquam vel bona aliqua vt heres et ex directa institutionem licito iure apprehendere potest, et rursum eandem rem seu bona alio iure illicite tantũ apprehen
1 dere potest ille in dubio † censeri debet velle vt heres, et sic licite bona huiusmodi possidere. l. duos fratres. versiculo vlti. ff. de acqui. heredi. Sed supposito quod dixi dictus do. gaspardus poterat bona predicta iure institutionis et sic sine autho. alterius et licite possidere postquam tempore apprehensẽ possessionis nullus alius possidebat per id quod not. Bal. in. l. si. col. j. vel circa. C. de edic. diui adri. tol. sed si voluisset possessionem bonorum huiusmodi apprehẽdere et illa bona possidere iure fideicommissi: nõ videbatur sibi licere hoc facere sua aut. nisi in casibus spiritualibus not. in. l. sancimus. C. ad trebel. ergo presumendus esset quod bona huiusmodi possedisset vt heres institutus per dictum do. glaudium, et sic licite et non vt substitutus per prefatum do. hugonem, et sic illicite. Secundo pro hoc facit id quod voluit Bar. in quadã sua disputatiõe exord. debitor in diẽ. vbi voluit quod si debitor in diẽ vniuersalis hẽs institutam psonũ creditorẽ et postea adueniente die debitũ nõ soluerit: ille censetur adiuisse hereditatem sui creditoris non alia ratione nisi quia si hoc non presumeretur censeretur debitor ad veniente die et non soluens debitum moram et consequenter delictum contraxisse contra. l. merito. ff. pro so. Et ita videtur esse in casu supposito eo quod predixi scilicet quod dictus do. gaspardus fuisset laicus vel alias talis qui potuisset sibi ipsi acquirere vel habere proprium quod etiam videtur voluisse Roma. consi. centesimoquadragesimoseptimo exordiẽte. primo dici potest chiricum predictum et c. vbi etiam inducit alia motiuã que non refero sed vt ponitur in casu dictus quondam do. Gaspardus non erat laicus nec talis qui posset sibi acquirere sed erat canonicus regularis et sic talis qui proprium habere non poterat prout dicimus in monacho. c. nolo. c. non dicatur. xij. q. ij. et. c. cum ad monasterium. de statu. monacho. nec videtur idem dominus Gaspardus potuisse adire hereditatem dicti quondam domini Claudij seu etiam agnoscere vniuersale fideicommissum sibi relictum per dictum dominũ hugonem: cum neutrum videretur sibi fuisse delatum sed potius suo conuentui seu ecclesie, prout dici solet de monacho: quia si heres instituatur vel ab intestato moriatur aliquis cui erat alias successurus si nõ esset monachus defertur hereditas nõ quidem sibi sed propter eum monasterio cuius est monachus secundum Joannem andream qui hoc notat et sequitur Antonius de butrio. Panormitanus et cano. magis communiter in capitulo, in prouinciali. de probationibus. et ita videtur voluisse Bartolus in. l. prima. ff. de vulgari et pupillari, et Joannes de imola in clementina, dudum. ad fines de sepul. Et quãuis legiste magis communiter teneant quod imo talia deferantur immediate non monasterio sed monacho prout colligitur ex his que notant Cynus et doctores in. l. duo nobis. C. de episco. et cle. docto. in. d. l. j. ff. de vul. et pupil. Bal. in. l. j. x. decimo queritur. C. q admi. ad bono. posses. pos. tñ quodcũque
2 dixerimus certum monachum et † consequenter canonicum regularem non posse adire hereditatem aut vniuersalem fideicõmissum agnoscere sine autho. superioris. et hoc sentiunt omnes per iura superius allegata et per. c. si religiosus. de ecclesie. in. vj. per id quod habetur in. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquirenda heredi. quod etiam deciditur in questionibus capelle. questione. 226. exordiente. item an religiosus. et procedit siue dicamus eum esse comparendũ filio prout voluerunt multi in dicto. capitulo, in presentia, et Bart. et io. de imo. in. d. l. j. ff. de vulga. et pupil. Et sequitur illũ alexander de imol. in. d. l. prima. col. decimaquarta. Quatenus dicunt quod si monachus habens vulgarem substitutionẽ nolit hereditatem adire admittitur substitutus vulgaris. et mouentur pro eo quia vt dicunt monachi quoad actum acquisitionis potius equiparantur seruo quam filio, quod pro quo allegant glo. in. l. cũ heredes. §. si. ff. de acquiren. possess. Et quod not. imol. in. c. cum olim. de pri uile. et alia que nõ refero non potuit dictus do. gaspardus sine autoritate sui superioris adire hereditatem dicti quondam do. Claudij nec agnoscere vniuersale fideicõmissum sibi relictũ
dictum

dictũ dominum Hugonem. Posset tamen dubitari an ex eo
quod ipse longo tempore tenuit bona predicta vidente aut vt
puto sciente conuentu seu ecclesia ₇c. presumatur interuenisse
autoritas eiusdem per id quod habetur in. l. si filiusfamilias.
et quod ibi scribentes. C. de petitione hereditatis. ₇ quod
scribunt multi in. l. qui in aliena. in principio. ff. de acquirenda
hereditate super quo non insisto quia nõ est opus: quia siue pre
cesserit autoritas seu siue iuss⁹, nõ precesserit: nõ tñ puto ꝙ pro
pter apprehensam possessionem predictorum bonorum idem
dominus gaspardus si alias fuisset talis qui sibi acquirere po
tuisset preiudiciũ sibi attulerit postq̃ supponit̃ ꝙ tpe aphense
possessionis illa concreuerit. Et hoc siue diceremus possessio-
nem huiusmodi apprehendisse iure hereditario siue iure fidei
commissi. Et quidem si iure hereditario hoc est certum si sibi
acquirere potuisset ₇ idez videtur in casu si precesserit ₇ autori
tas seu iussus. Et hoc certum: quia vt iam dixi post Baldum
in dicta. l. finali collatio. prima. C. de edicto diui adriani tollẽ
do. heres potest sua aucthoritate occupare possessionem vac-
cantem. Et idem si iure fideicommissi arg. l. prime. §. redigun-
tur. ff. quorum lega. vbi patet quod licet eo casu quo immine
ret falcidie detractio possit heres recuperare possessionem rei
legate per legatarium ₇ sua ipsius legatarij propria authorit.
3 nũcupatã, non † tamen propter occupationez huiusmodi factã
scilicet ante apprehensam possessionem per heredem censetur
legatarius rem legatam seu ius suum perdidisse quod etiam
volunt glossa ₇ doctores communiter in lege non dubium. Co
dice. de legatis quatenus tenent dispositionez illius legis pro
cedere quando post aditam hereditatem ₇ apprehensam pos-
sessionem per heredem legatarius sua propria authoritate le-
gatũ occupat seu capit. que dispositio videretur procedere eti-
am in vniuersali fideicommissaria eo casu quo post aditaz he
reditatem ₇ apprehensam possessionẽ per heredem bonorum
restitutioni subiacentium ipse fideicommissarius sua autho.
dicta bona occuparet. dicta. l. non dubiuz nisi forte iusta igno
rantia apprehense possessionis per heredem euz excusaret. Et
in hoc casu videtur consuluisse Oldradus consilio. cvij. exordi
ente, circa ius municipale. versiculo ad sextam questionem etc.
Quamuis vsq̃quaq̃ non apperte firmet reperio tamẽ Bar
toluz qui firmat quod scilicet eo casu fideicommissarius debe
at priuari iure suo etiam si fideicommissarius non sua autori-
tate sed mandato iudicis possessionem apprehendisset herede
non vocato dicta. l. non dubium. iuncta. l. meminerint cuncti.
C. vnde vi. ₇ l. extat. cum suis simili. ff. quod metus causa. ita
enim consuluit Bartolus consilio exordiente, missus in posses
sionem vigore. l. edito ₇c. pro quo facit quod notat Baldus
in dicta. l. finali columna tertia vel circa. Codice de edicto di
ui adriani tollendo. petrus de Ancharano consilio. cclxxi.
exordiente, in primo dubio ₇c. ₇ consilio. cclxxxiij. exordiente,
videretur prima facie. dominus Felinus in capitulo, exhibita.
collatione prima ad finem ₇ se. de iudi. ₇ dominus Iason may
nus in. l. j. collatio, tertia. C. de iure delibe. sed nos nõ sum⁹ in
terminis postq̃ vt in casu supponitur tpe aprehẽse possessiõis
per dictũ do. Gaspardũ bona predicta p nullum possidebant.
¶ Et per hec patet responsio ad secundum quesituz scz quod
nobilis ₇ generosus vir larditus de mareta substitutus per do
minũ hugonẽ priuari nõ debeat fideicõmisso seu boni. d. quõdã
restitutioni subiacentibus pro eo quia dicitur possessionẽ pre
dictoruz bonorum sua propria autho. occupasse ₇ illa tenere ₇
possidere postquam tempore facte apprehensionis illa per ali-
um non possidebantur ₇ sic sibi non obest dicta. l. non dubium.
¶ Uenio ad tertium quesitum in quo queritur de multis. Et
primo an si nobilis Gregorius pretensus naturalis filius dicti
quondam nobilis Claudij docere de legitimatione sui ipsius
facta per serenissimum dominum nostrum francorum regem
₇ quod posset in bonis de quibus supra succedere an posset sua
propria auctoritate dicta bona seu illorum possessionem ap-
prehendere. Dico ₇ respondeo quod non, ₇ quod si ipse hoc fa-
ceret ipse vel perderet vel priuari mereretur iure suo si qd vel
in illis vel ad illa se habere pretenderet. dicta. l. non dubium
C. de legatis. quod procederet etiam si hoc faceret autentica,
dicto tamen nobili Lardito non vocato in allegata. l. meminẽ
rint cuncti. C. vnde vi. ₇ quod voluerint Bartolus Petrus
de ancharano ₇ dominus Iason maynus in locis superius al
legatis. Cuz enim dictus nobilis larditus fuerit ₇ sit in posses-
sione bonorum huiusmodi ₇ ipse illa possiderit ₇ possideat non
est sibi possessio eorumdem bonorum auferenda nisi eo vocato
₇ audito: quia quilibet citandus est in specie ₇ nominatim. l.
si deserta. C. si propter publicam pensionez. quod etiam cense
runt Petrus de ancharano ₇ Geminianus in. c. finali in fine
de electionibus. in. vj. ₇ sequitur dominus Iason may. in. d.
l. finali collatiõe. iij. C. de iure deliberandi ₇ ante eos Bartho
lus in. d. consilio, missus in possessionez ₇c. ₇ Baldus in. d. l. fi.
collatio. iij. C. de edicto diui adri tollendo. ₇ procedit hoc siue
ille possessor sit iustus, siue iniustus: quia etiam iniustus posses
sor citandus est. dicta. l. meminerint. cuz ibi notat. ₇. c. licet epi
scopus. de preben. in. vj. Et subiũgit Angelus Aretinus in. §
quadrupli. in materia dicte. l. fi. C. de edic. diui adri. tol. versi.
quero an aliquis sit citandus ₇c. hoc esse fiendum etiam si ac-
tor ignoret illum possidere: quia sua ignorantia non preiudicat
possessori nõ citato p id quod no. gl. l. l. si miles. §. j. ff. ex q. cau.
maio. ₇ in. c. illũ q. de pbẽ. in. vi. Ad id vero de quo querit̃ in se
cũdo loco dicti tertij quesiti cui scz debeat possessoriũ adiudica
ri si fortasse cõtingat illud intẽtari dico quod p solutiõe huius
cemodi dubij seu quesiti voluissem pñtensaz videre legitimatio
nem si que existat, et sine qua non videtur esse facile dubio
huiuscemodi respondere. huius tamen visione salua dico ₇ re
põdeo pdictũ gregoriũ etiã si ẽ legitimat⁹ ₇ opportune ₇ nihil
expresso vel tacito quod exprimi aut taceri non debuerit non
posse se pretendere habere ius aliquod in bonis plenius men-
tionatis cum causis ₇ rationibus per me allegatis in quodaz
consilio exordiente, presupposito tenore testamenti quod con
didisse dicitur ₇c. quas non repeto. Tum ₇ quia cum tempo-
re mortis ₇ decessus dicti quondaz domini Glaudij non esset
prefatus Gregorius legitimatus, nõ potuit legitimatio post
ea subsequens preiudicare substitutis: cum semel veruz sit eũ
dem dominum Glaudium decessisse sine liberis legitimis. Et
sic cum alij ₇ precedentes substituti non superessent substitu-
tio sibi locum vendicauit in personam dicti nobilis larditi vel
saltem prefati domini Gaspardi ₇ post illius mortem ₇ deces-
sum in personam eiusdem larditi. Et ita non obstat illa pretẽ
sa institutio seu substitutio quam de predicto Gregorio post
ipsius legitimationem fecisse dicitur prefatus quondam do-
minus Claudius. Preterea secundum Rapha. in. l. in tem-
pus. ff. de heredibus instituendis. Baldus in. l. eam quam. de
fideicommiss. non putat spurium posse institui in tempus vel
in casuz quo ex testamento capere poterit. ibi enim videtur vel
le Baldus quod dicta. l. in tempus. procedat quando erat in
capacitas solum respectu heredis: vt verbi gratia in deporta
4 to. Sed † quando esset incapacitas habita consideratione te
stãtis ₇ instituti vt in spurio: tunc non valet institutio etiam
collata in tempus capacitatis: quia inhabilis nõ potest cõfer
re testamentum suum in casum habilitãtis, quo scilicet pote-
rit testari. l. prima. §. exigit. ff. de bono. posses. contra tabu. ₇. l.
minor. ₇ quod ibi habetur de ser. expor. quia tempore testamẽ
ti requiritur omnis habilitas in persona testãtis. Et istud est
tenendum secundum Angelum aretinum in. §. heres. colum-
na prima institu. de heredi institu. scio tamen quod Baldus
₇ post eum Ioannes de imola in. l. si quis instituatur. colum.
vndecima versiculo vltimo dicit Baldus ₇c. Angelus ₇ Io-
annes de Imola in dicta. l. in tempus. ff. de heredi. institu. vi
dentur tenere contrarium scilicet quod spurius possit per pa-
trem heres institui vel per eum aliquid sibi relinqui in temp⁹
quo erit capax relicti sed forte quod primo dixi videtur esse
verius in hoc casu cum idem quondam domi nus Claudius
videatur prefatum dominum Gaspardum onerasse de peten
do vel impetrando legitimationem prefati Gregorij eius spu
rij in fraudem substitutorum ₇ in extimatione fideicommissi
eis relicti quod non videtur potuisse facere pro quo induco p
mo id quod notat abbas antiquus in. d. c. i presentia. vbi dicit
quod intrans monasteriuz in fraudem substituti non excludit
substitutum: exempli gratia: vt si minatus est eumdem substi-
tutum priuaturum bonis. quod etiam sequitur Panor. post
alios in dicto. c. in presentia. ar. c. officij. ₇. c. requisiti. cum simi
li. de testa. induco etiam quod not. Baldus in dicto. c. in pre-
5 sentia. vbi dicit quod † si heres grauatus profitetur in articu
lo mortis substitutio nõ euanescit: quia videtur fieri in fraudẽ.
facit. l. filie mee. ff. soluto matrimonio. ₇ idem tenuit Specul.
titulo de statu monacho. quasi in fine ₇ pe. de Ancharano in
c. sicut nobis. regule induco etiam quod voluit Angelus in. l.
sed est quesitum. ff. de liberis ₇ posthumis. vbi voluit quod dis
positio facta in articulo mortis non legitimat filios ex concu
bina susceptos quo ad preiudicium aliozuz, puta ad excluden
dum illuz qui erat substitutus non existẽte filio legitimo. Ad
do ₇ istud videtur sufficere ꝙ qualitas adiecta verbo, debet in
telligi fm tempus verbi. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa.
₇. l. titi. ff. de test. mi. ₇ qd no. Bar. ₇ Io. de Imo. in. l. ex facul.

in principio.ff.de vulgari ⁊ pupillari.cum igitur in substitutiõe
facta de nobili aglina ⁊ suis liberis masculis cuiuscemodi exi
stit dict⁹ nobilis harditus dictũ extiterit ⁊ si contingerat oẽs
predictos suos liberos masculos ⁊ liberorum suos masculos
liberos legitimos quandocunq̃ decedere sine liberis mascu-
lis legitimis vel ipsos suos liberos sine alijs liberis masculis
legitimis eo casu dict⁹ testator substituit eidẽ sic vltimo mori
enti sine liberis masculis, videlicet dictam ayglinam eius fi-
liam ⁊ suos liberos masculos: ⁊ sic si qualitas importata per
illud nomen legitimis adijciatur illi verbo decedere, illa debet
intelligi secundum tempus verbi oportebat. ergo quod di-
ctus gregorius esset legitimus tempore mortis ⁊ decessus di-
cti domini Claudij ad hoc vt repelleret dictum quondam do-
minum Gaspardum, et sequenter dictum nobilem Larditum

¶ Ad quartũ dico ⁊ respondeo quod si dictus Gregorius fue
rit legitimatus vt ⁊ tanquam pretensus filius naturalis prefa
ti domini Claudij legitimatio non valuit vt pote surreptitie ⁊
obreptitie obtenta per iura ⁊ rationes alias per me allegatas,
que videri possunt: quia ille non est filius naturalis sed spurius
pro responsione. vero eius de quo etiam ibi queritur an scilicet
6 prefatus † Gregorius sic possit legitimari a principe ⁊ in preiu
dicium substitutionis quod ipse excluderet substitutum sup-
pono quod vt alias dixi substitutio facta per dictum quondam
d. Hugonem de prefata nobili aiglina, ⁊ suis liberis masculis
videtur fuisse purificata per mortem dicti quondam domini
Claudij ⁊ sibi locum vendicasse in personam dicti nobilis Lar
diti non obstante superexistantia prefati domi. Gaspardi qui
eidem domino Claudio superuixit Et hoc pro eo quia non so
lum ipse dominus Guaspardus vt pote religiosus erat pror-
sus incapax, sed etiam monasterium seu conuentus eiusdem do
mini Guaspardi videbatur incapax saltem quo ad bona feu-
dalia: cuiusmodi sunt illa de quibus queritur ⁊ que in feudum
tenentur a principe hec videri possunt in alijs allegationibus
§. quarto. obstare videtur dicto nobili lardito ⁊c. fuit igit̃ eidẽ
nobili lardito dictum fideicommissum seu ius ad illud delatũ
verum quia acquisitio que fit ex testamento videtur esse de iu
re ciuili per id quod voluit glossa in.l. prima.ff. de acqui. rerum
dominio. ⁊ in.l. ex hoc iure. super verbo domina. ad finem. ff.
de iusti. ⁊ iu. Barto. ff. de acquirenda hereditate super rubric.
christo. por. institu. de testamen. in principio in tertia collatio.
vel circa versiculo, circa secundum ⁊c, vbi etiam dominus Ja
son maynus Paulus de castro consilio. cvij. exordiente, dona
tio predicta tenet. ⁊ Alexander de imola in.l. cum heres. col.
ij. versi. itẽ inquantũ hic. ff. de acq̃rẽda possessione videt̃ quod
princeps supremus ⁊ q̃ supiorẽ nõ recognoscit, possit hoc ius de
latũ auferre cũ clausula nõ obstãte, cũ qua etiá sine causa põt
auferre princeps ea que sunt iuris ciuilis. pro quo allegasse suf
ficiat ea que scribũt doctores in.l. finali. C. si contra ius vel v-
tili. public. in.l. gallus. §. ⁊ quid si tantum. ff. de liberis ⁊ post-
humis ⁊ in capitulo que in ecclesiarum. de constituti. ⁊ quod
voluit Paulus de castro in dicto consilio ⁊ in dicta.l. cum he
res. Si igitur princeps plene informatus de testamẽtaria dis
positione dicti quondam domini Hugonis ⁊ quod per mor-
tem dicti quondam domini Claudij sine liberis masculis vi-
ta functi substitutio sibi locum vendicauerit vel in personam
dicti quondam domini Gaspardi vel quod verius puto in per
sonam dicti nobilis larditi quod que invim testamentarie dis
positionis fideicommissum fuerit delatum eidem nobili lardi
to ipse serenissimus princeps nihilominus dictum Gregoriũ
ex certa scientia ⁊ de plenitudine potestatis legitimauit etiam
hoc adiecto quod non obstante substitutione ⁊ delatione pre
dictis dictus Gregorius succederet in bonis prefati domini
Hugonis non obstante.l. ⁊c. tunc videretur esse derogatum
iuri dicti nobilis larditi ⁊ quod fieri potuisset vt predixi maxi
me ante agnitionem dicti fideicommissi quinimo ⁊ post vt vi
detur quia licet per aditionem hereditatis acquirantur bona
hereditaria heredi adeunti, dicta.l. cum heredes, in principio
regulariter tamen fideicommissum vniuersale seu bona resti-
tutioni subiacentia ⁊ que in vim illius restitui debent nõ acq-
rantur vniuersali fideicommissario ante factam re aut verbo
restitutionem per grauatum aut heredem illius.l. restituta. in
principio ⁊.l. facta. in principio. ff. ad trebellianum. dixi autem
regulariter propter id quod habetur in.l. penultima. §. cum au
tem. Codice ad trebellianum. vbi ponuntur certi casus in qui-
7 bus etiam non facta re aut verbo restitutione habetur here-
ditas pro restituta ⁊ inter illos est vnus quãdo scilicet heres
grauat⁹ morit̃ sine herede ⁊ iste cas⁹ accidisset, hoc est si dict⁹
do. Claudi⁹ sine herede decesserit, fortasse dici posset q̃ here-
ditas quondam do. Hugonis haberi debuit pro restituta. Et
q̃ propterea non solum fuerit ius fideicommissi dicto nobili
Lardito delatum, sed etiã in bonis ipsis ius hoc est dominium
quesitũ. quo casu videret̃ q̃ princeps non censeretur illud aufer
re sine causa: quia licet modus acquirendi ex testamento
sit iuris ciuilis: ipsum tamen dominium acquisitum est de iure
gentium q̃ non aufertur per principem sine causa: vt not. scri-
bentes communiter in.d.l. fi. C. si contra ius vel vtili. publi. in
d.l. gallus. §. ⁊ quid si tantum. et in.d.c. que in ecclesiarum. Et
hinc dicunt docto. magis communiter q̃ licet princeps possit
legitimare bastardum post mortem patris abintestato vita
functi ⁊ in preiudicium venientium ab intestato ante tamen
q̃ ipsi adeant hereditatem ab intestato eis delatam post
aditionem hereditatis non potest illis vinientibus ab in-
testato auferre sine causa dominium per aditionem quesitum.
ita enim not. Bal. in.l. rescripta. col. fi. versi. ex predictis appa-
ret ⁊c. Bal. in.l. i. ad fi. C. de iu. annullo. aureo. in.c. j. in prin-
cipio col. penul. tit. hic sumi. lex deinde incipiũt consuetudines
regni. in.d.l. deo nobis col. vlti. ⁊ cõsi. lxxxi. exordiẽte, casus est
talis quidam habet vxorem ⁊c. in prima parte Paul. de Cas.
in.d.l. gallus. §. ⁊ quid si tantum. ⁊ Alex. de Jmol. in.d.l. here
des. in prin. in secunda col. posset tamen princeps cum causa
etiam hoc dominium sic quesitum auferre.l. item si verbera-
tum. §. fi. ff. de vendi.l. lucius. ff. de euictio. quod etiam not.
gloss. in.d.l. fi. C. si cõtra ius vel vtili. publi. Et volunt docto.
in iuribus superius allegatis. Super quo articu. non mihi vi-
detur expedire facere longum sermonem pro eo quia non est
visa illa legitimatio, ⁊ que forte non est obtenta. ⁊ si obtẽta nõ
forte cum illa amplitudine de qua suspicamur. melius est ergo
expectare visionem illius ⁊ que aliquando poterit videri per
hunc nobilem larditum substitutum ⁊ possessorum bonorum
⁊ cui non auferentur eo non vocato. non enim sic fieri solet in
illo clarissimo ⁊ potentissimo regno in quo est iustitie optimus
cultus. ⁊ hec sufficiant etiam quo ad quintum quesitum.

¶ Venio ad sextum in quo multa inculcãtur. Et quidem quo
ad id quod ibi dicitur de mutua ⁊ reciproca promissione cum
iuramento facta per ⁊ inter dalphinã merline matrem dicti
gregorij ⁊ quendam rusticum de contrahendo ad inuicem
matrimonium, ⁊ per quam idem rusticus dicte Dalphine pro
misit ⁊ iurauit eam ducere in vxorem, ipsa dalphina eum reci-
pere in virum suũ: videtur q̃ per illa verba fuerint contracta
sponsalia non autem matrimonium quia non videntur verba
illius promissionis importare consensum de presenti sed potius
8 de futuro. si tamen ipsi postea biberint † nomine matrimonij
de presenti: ipsi viderentur contraxisse matrimonium quod so
lo consensu contrahitur. c. cum locum. de sponsa. ⁊. c. sufficiat.
cum suis simili. xxvij. q. ij. nisi forte quis dicat q̃ id quod di-
ctum est per eosdem dalphinam ⁊ rusticum scilicet q̃ biberẽt
nomine matrimonij intelligi deberet non antea, vel tunc
contracti sed postea contrahendi. ⁊ hoc propter precedentia
sponsalia. c. fi. ⁊ quod ibi Jo. An. Panor. ⁊ alij de sponsa. Ex
quorum dictis apparet q̃ signa que alias viderentur infer-
re matrimonium si sponsalia: non precessissent illud non
inferunt nec concludunt si sponsalia precesserint. Sed hoc non
videtur obstare pro eo quia illud. c. fi. ⁊ docto. ibi loquũtur in
signis vt nixu carnalis copule amplexibus osculis donarijs
⁊ alijs huiusmodi. hic autem sermo habetur de verbis per di-
ctos delphinam ⁊ Paygesium prolatis ⁊ per que significa-
runt se bibere nomine matrimonij. ⁊ quemadmodum hoc ver
bis expresserunt: ita videntur gessisse ⁊ in animo: quia, vt dicit
aristoteles, voces sunt earum que sunt in anima passionũ note
quod etiam voluit.l. labeo. §. idem labeo. ibi, et quidem. non er
bitror quendam dicere q̃ non sentit ⁊ versi. ceterum. ff. de su-
pel. lega. pro quo facit.l. ille aut ille. §. cum in verbis. ⁊.l. non
aliter. ff. de lega. iij. ⁊ quod voluit beat⁹ augus. psalmo. xxxiij. ser
mone secundo versi. tentauerunt. ⁊ in prefatiõe psalmi. cxlvij.
col. ij. ⁊ de trinitate li. ix. c. vij. ⁊. li. xiiij. c. sed possit mediũ ⁊ La-
ctã. in li. de ira. dei. c. xiiij. in prin. ⁊ ad p̃sumptionẽ huiuscemo
di consensus de presenti multum facit ille ingressus camera
quem fecerunt dicte dalphina ⁊ paygesius tunc iuuenes ⁊ ad
matrimonium ⁊ concubitum apti solus scilicet cum sola, ⁊ clau
sura ostij post eorum ingressum ⁊ per eos facta per que magis
presumit de precedẽtibus scilicet quo animo facte extiterint.
sequentia enim nonunq̃ quinimo pluries declarant preceden
tia: vt colligi potest ex his que not. gloss. in.l. fideicommissa.
§. interdum. ff. de lega. iij. ⁊ quo not. Bal. in.l. ex persona.
circa

verba de futuro circa principiũ. C. de proba. z. l. j. §. si magistratus. ff. de magistra. cõuenie. pro quo facit quia lz inter sponsos esse so leat maior familiaritas in mutuo z inuicē confabulendo tangendo z osculando: non tamen solent cameras solus cum sola ingredi z ostium claudere. Addo predictis quod etiam si dici posset eosdē Delphinam z paygesium matrimonium cõtraxisse dumtaxat per verba de futuro: tamē quia sub presentia plurium illi solus cum sola cameram ingressi sunt z post eorum ingressum hostium clauserunt, z de quibus possunt testes illi adhuc superstites deponere: ĩis probatis erit magnum indicium quod idem paygesius dictam Delphinam carnaliter cognouerit, per id quod habetur cum ibi not. per doctores in. c. preterea. de testi. z si idem paygesius deponat se eam carnaliter cognouisse: probabitur carnalis copula nisi aliud opponatur. Et ita probabitur matrimonium presumptum. c. veniens. z quod ibi gl. c. is qui. de spõsa. z. c. de illis. de conditio. oppo. propter quod viderentur extunc prefati delphina z paygesius fuisse coniuges. z sic si postea z ex interuallo de quo in casu dictus Gregorius natus extiterit ex prefata Delphina ipse alio nõ apparente presumi deberet genitus ex dicto pay-
9 gesio, z hoc fauore matrimonij z filiationis, z hoc † quidem non haberet dubium si ipse Paygesius eidem Dalphine cohabitabat etiam si dictus quondam domin⁹ Claudius z alij ad eandem Dalphinam consuetudinē habebant inhonestam per id quod no. panor. in. c. transmisse. qui fil. sint legi. z in. c. accedant. de purga. cano. idem voluit benedic. capra. consi. ij. exordiente, fuit quidam ciuis. col. iiij. alias incipit, cum viso z considerato prefato puncto zc. col. j. pro quo solet allegari. l. miles. §. defuncto. ff. de adulte. quod intelligo secundum benedic. capra. vt predixi quando eadem Delphina cohabitasset predicto paygesio. quod etiam voluit ange. i. l. septimo mē se. ff. de statu homi. panor. in. c. cũ tuas. de proba. z in. c. penul. col. ij. de adul. Bal. in. l. si vicinis. C. de nup. z in. l. filium. ff. de ĩis qui sunt sui vel alie. iur. vbi dicit quod potius presumitur possibile honestum quã possibile inhonestum: vt probatur in d. l. filium. in tertio respõso. et in. d. l. miles. §. defuncto. Sed si cohabitasset delphina domino Claudio z in domo ipsius dictum Gaspardũ peperisset z qui fuisset p eosdem do. Claudium et Delphinam nutritus z tractatus vt z tanquam eorum filius vel spurius vel naturalis, vel bastardus z talis a vicinia reputatus: tunc videretur presumendus non quidem filius legitimus predicti paygesij, sed magis bastardus z spurius dicti domini Claudij, per id quod habetur in. c. per tuas. de proba. z quod not. gloss. in. c. michae. de filijs presbyte. z benedi. capra. in dicto consilio vbi plene. qui vt puto sunt intelligēda, nisi prefatus paygesius etiam habuisset liberũ accessum ad dictam dalphinam cohabitantem dicto domino Claudio z ad domũ quam habitabat ipsa dalphina: quia si ita cõtigisset adhuc forte isto casu deberet ipsum dictum gregorium fuisse filium legitimum prefati paygesij per id quod post Jacob. de raue. notat Cynus in dicta. l. si vicinus. vbi querit Cynus qd si maritus habens vxorem adulteram eam a se sine iudicio ecclesie repulerit, z illa sic repulsa accesserit ad lupanar vbi tem poris successu accidit q illa mulier peperit. Et dicit Cy. post Jacobum de rauē. q partus iudicandus est legitimus: quia est possibile q ille natus extiterit de matrimonio, postq etiã maritus ire poterat ad lupanar vel ad locum in quo erat et eam cognoscere. Et vt dicunt Jacobus z Cy. z post eum aliĩ presumptio est pro filio scilicet q sit legitimus. Et idem voluit Alex. barba. consi. l. vij. exordiente, sapiēter dicit psalmista celebris prope est dominus inuocãtibus eum. vbi loquēs de muliere adultera cohabitante sacerdoti z seorsum ab habitatione viri dicit q partus interim conceptus sit iudicandus legitimus, si tamen marito huius adultere patebat ad eam liber accessus ad omnem eius liberam voluntatem. stat enim hoc casu illa regula q potius presumatur honestũ possibile possibile inhonestũ. d. §. defuncto. z. l. filiũ. allegat and. barba. z alia que possunt ibi videri vbi etiam dicit q Bald. z Panorm. in locis superius relatis z in quibus loquuntur de vxore cohabitante marito non videntur illud dicere serio se z appēsate sed iudicio suo ipsius illud dicunt in transcursu le ctrure z subijcit q ipsi non dicunt contrarium eius quod dicit Cy. in dicta. l. si vicinis. Et si essemus in casu in quo iuxta dictum Jaco. de raue. Cy. z An. bar. predictus gregorius presumi deberet legitimus institutio de eo facta vel per fideicõmissum sibi tanq filio naturali aut spurio relictum non valeret non ex eo capite quia superius heres institui vel substitui non poterit sed quia erat idem do. Clau. extrane⁹ qui per eum putabatur esse eius filius saltem illegitimus, Et hoc operatur error testatoris pro quo allegasse sufficiat. l. si pater. z. l. nec a-

pud. z quod ibi scribentes. C. de heredi. institu. z dicta. l. eam quam circa fi. z quod ibi dominus Jason may. col. ij. z col. ix. z aliĩ scribentes. C. de fideicommissis. Angel. consilio. lxxxix. exordiente, visis z inspectis omnibus statutis zc. col. v. vers. cõtrarium dico, scilicet q dicta institutio sit nulla. z Benedi. capra. in dicto consilio. ij. col. ix. als. vj. versi. dicendum est q cum dictus petrus instituerit dictum Alexãdrum zc. vbi plene z egregie. Et hoc vt predixi opperatur error qui secũdum scribentes fuit in causa finali. Et ex qua fuit idem quondam dominus Claudius verisimiliter motus ad relinquendum illi gregorio quem filium suum existimabat als sibi nõ relicturus si putasset eum filium legitimum illius paygesij nec aliquid ordinasset de impetranda legitimatione a principe. Et per hec patet responsio ad septimum quesitum.

¶ Ad septimum z octauum patet responsio per ea que superius dixi.

¶ Ad nonum quesitum dico z respõdeo q si vltra ea que ibi presupponuntur nos etiam presupponeremus prout als scripsi q dictum monasterium seu cõuentus fuerit z sit incapax predictorum bonorum feudalium, z sic quod in illis nec in solidum nec in parte succedere potuerit etiam quoad hoc q vendere posset id de quo testari z disponere poterat dictus quondam dominus Clau. tunc videretur ipse dominus Claudius decessisse intestatus z ita in illis bonis de quibus disponere poterat succedere potuerũt ab intestato nepotes z neptes ex sororibus predefunctis scilicet ex nobilibus ayglina z lioneta exclusis z repulsis nepotibus nobilis artande seu filijs nobilis Joanne eiusdem artande quondam filie. auf. de heredi. ab intestato. §. ĩis autem. vbi probatur vtrũq dictum primũ scz in pricipio dicti. §. scdm vero in ver. hmõi vero priuilegiũ. vbi etiam hoc colligitur ex not. per Ange. An autem isti nobiles nepotes z neptes debeant succedere in stirpes vel in capita, dico z respondeo q super hoc fuerunt z sunt opiniones. tamen opinio communis est q illi succedant in stirpes non in capita. quam tenuit gloss. z sequuntur doc. communiter in auf. cessante. C. de legi. heredi. glo. z Bar. in. d. auf. de hered. ab intestato. §. reliquum. sed vbi monasterium predictum seu conuentus fuisset z esset capax predictorum bonorum: tũc inciderenius in id quod superius dixi. An scilicet hereditas fuerit eidem monasterio delata vel dicto domino gaspardo. Et vtrum idem do. gaspardus debuerit comparari filio aut seruo, quia si dicamus eam delatam monasterio ex persona dicti do. gaspardi prout senserunt Jo. an. z se. dicto. c. in presentia dicendum esset q monasterium possit etiam adire dictam hereditatē quod et voluit Jo. an. z se. in dicto. c. in presentia si vero dicamus illam delatam prefato dom. gaspardo tunc videretur dicendum q quia illa hereditas non erat ascēdentium sed fratris monasterium illam adire non possit etiã si diceremus monachum esse comparandum filio non seruo p id quod no. Cy. Bar. Pau. de cast. z doct. in. l. fi. in principio C. de bo. que libe. quatenus ibi voluñt prem nõ posse post mortem filij adire hereditatem filio delatam per iura que allegãt z multominus posset monasterium seu conuentus illam adire si monach⁹ vel religiosus sit comparandus seruo quod multi voluerunt prout superius dixi z multos refert domin⁹ Ja. may. in dicta. l. cum proponas. col. xij. vel circa, versiculo, nõquid autem dispositio, quia tunc erat adeunda per ipsum do. gaspardum iussu superioris z quod post mortem monachi cui delata est hereditas nõ possit monasterium illam adire de mero iure vbi non erat hereditas ascendentium post Jacobũ de are. tenuit Cy. Albe. z Bal. in dicta. l. deo nobis. C. de episco. z cleri. z idem videtur voluisse Bal. in dicta. l. primo. versic. quid si monachus decederet zc. vbi pro hoc multa inducit quod etiam fuit de mente Specu. titu. de statu monachorum. §. j. ver. octauo queritur. vbi tenet q ad hoc vt acquiratur monasterio actus z volũtas monachi est necessaria. Sed post mortem nemo habet velle vel nolle. dicit tamē Ja. de are. z post eu Cy. z aliĩ in. d. l. deo nobis q monasteriũ posset petere se restitui in integrum sicut minor per. l. pantheni⁹. ff. de acquir. heredi. z per alia iura que ibi allegant z predicta que super hoc quesito dixi, intelligo quoad illa bona que poterat idem dominus Clau. detrahere de dicto vniuersali fideicommisso z quoad bona per eum acquisita si que erant nõ autem de eo quod in vim supradicte substitutionis debeat restitui ipsi nobili lardito.

¶ Ad decimum dico z respondeo q vt apparet ex tenore testamenti dicti quondam do. hugonis idem voluit q ad quecũq filiorũ masculorum dictarum eius filiarum hereditas z successio eiusdem perueniret ille teneretur portare nomen cognomen z arma eiusdem testatoris propter quod cum verba

sua clara existant ⁊ ita censendus sit voluisse prout verbis expressit non est a verbis huiusmodi discedendũ, dicta. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ⁊. l. non aliter. ff. de lega. tertio. ⁊ dicta. l. labeo. §. idem tubero. Et ita, vt mihi videtur tenetur idem nobilis larditus assumere nomen cognomen ⁊ arma ⁊ nominabitur ⁊ cognominabitur hugo de petragorda. Et idem puto de alijs successuris.

10 ¶ Ad vndecimum dico ⁊ respondeo quod si † dictus nobilis larditus pretendat castrum de petragorda nõ teneri de ⁊ sub feudo domini de vouta ⁊ ita neget se esse ipsius vasallum ⁊ castrum esse feudale: ipse non potest per eum cogi ad docẽdum de titulo, sed tenetur ipse dominus de vouta probare ⁊ ostẽdere quod castrum huiusmodi sit feudale ⁊ reducibile. l. cogi. C. de peti. here. ⁊. l. finali. C. de rei vẽdi. Ad quod faciunt iura vulgaria. scz. l. actor. C. de probatio. l. verius. ⁊. l. ei qui dicit. ff. de proba. quod etiam voluit Jacobus rebuf. in. l. secunda. §. ad filiorum. C. quando ⁊ qui. quar. pars. Bal. in. l. secũda, ver. sed nunquid dominus feu. ⁊c. C. quomo. ⁊ quã iudex ⁊ fuit de mente Joannis and. in additionibus Specula. titulo de loca. §. nunc aliqua. versiculo sexagesimo queritur. in additione, exordiente, presupponitur ergo. Pro quo facit quod post Andreã de Barulo voluit Bartol⁹ in. l. j. C. de cõduc. ⁊ procura. predio. fisc. libro vndecimo. vbi dicit ꝙ si princeps conueniat aut citari faciat baronem suum vt sibi ostentendat iura que habet in castris citatio huiusmodi est ipso iure nulla cum nemo cogi debeat ad ostendendum titulum sue possessionis. Si vero idem nobilis larditus fateretur se esse vasallũ prefati domini de vouta: ipse deberet eidẽ ostẽdere titulum vel res pro quibus fatetur se esse vasallum. ⁊ ita intelligi debet Bald. in. l. instrumenta. versiculo, quero an feudatarius. C. de fideicommissis. Et alua. in. c. primo in principio, in. iij. col. versi. quero ab extra. an dominus ⁊c. de controue. inuest. dominus Jason magnus in prelu. feu. charta. v. ver. an autẽ res ibi. sed Bald. limitat dictum Bar. ⁊ alij in multis locis. Super quo tamen aduertat dictus dominus larditus quia si ipse sciret dictum castrum esse feudale ⁊ reducibile ⁊ vt tale fuisse possessum per predecessores: ipse nõ deberet hoc negare. Et si contrarium faceret ⁊ de mendacio conuinceretur, ipse perderet feudum. c. vassallus si feudum. ⁊ quod ibi doctores titulo si de feu. controuer. fue. inter dominum ⁊ agnatũ. quod etiam voluit Bald. in dicta. l. secunda. C. quomo. ⁊ qñ iudex alia. in dicto. c. primo. de controuer. inuestitu. Jacobus rebuf. in allegata. l. secunda. §. ad filiorum. ver. sed circa hoc dic quod aut iste vasallus. C. quoti, ⁊ qui. quar. pars. Si vero ignoret castrũ predictum esse feudale ⁊ reducibile seu etiam simpliciter feudale quod etiam in dubio presumitur. l. qui in alterius. ff. de regu. iu. in. vj. poterit se tute defendere ⁊ negare castrum feudale ⁊ reddibile vel respondere ꝙ cautius esset se ignorare ⁊ opponere de ijs de quibus in casu. scilicet ꝙ ab annis ducentis citra non fuerit castrum reductum per mortẽ domini vel vassalli nec pro eo prestitum homagium dicto domino aut predecessoribus. Et hoc vel maxime vel saltem sine dubio procedit si non esset vel fuerit ibi fama ꝙ dictum castrum esset feudale ⁊ reddibile vel feudale simplex. Ad id vero quod queritur an vbi constaret ꝙ dictus dominus de vouta haberet reddibilitatem ⁊ quod castrum petragorda est sibi reddibile quid tunc facere debeat ipse nobilis larditus attentis assertionibus quas super remissione quotis a pretensorũ iurium faciunt tam ipse dominus de vouta ꝙ̃ dictus gregorius, dico ⁊ respõdeo ꝙ si idem nobilis larditus habeat instrumentum infeudationis ipse debet videre formam ⁊ tenorem illius ⁊ maxime quo ad reddibilitatem vt sciat quanto tempore possit ibi dominus remanere ⁊ infra, quod temp⁹ post factam redditionem debeat exire ⁊ dimittere castrũ. Et ħs visis si requiratur dictum de vouta de reddibilitate ⁊ prestatione homagij: puto ꝙ ipse illam facere debeat cum hoc quod idem dominus in forma conueniat ⁊ promittat de exeũdo dictum castrum iuxta formam infeudationis. Quia non debet idem dominus eundem nobilem larditum sub colore reddibilitatis sibi aufferre possessionem vel eum in ea turbare. Et si super hoc oriretur contentio inter eos, esset bonum ꝙ idem nobilis larditus se offerret esse contentum stare summarie declarationi eminẽtissimi parlamẽti Tholose vel aliquorum proborum ⁊ doctorum virorum.

¶ Epitome.

¶ Ecclesiastice fabrice tenetur prior singulis annis soluere, quod eius predecessores promiserunt, ⁊ lõgissimo tempore soliti sunt, ⁊ pro se arreragia prestare. V. F.

¶ De sacrosan. eccle. Consi. lxix.



Viso instrumẽto promissionis dudum scilicet anno incarnatiõis dominice. 1392. Et die prima mensis septembris facte per venerabilem quondam virum dominum Joannem merolij presbiterum et priorem parochialis ecclesie loci de verquerijs ⁊ in qua idem do. meyr sõ pbr ex sua certa scientia ⁊ bona fide promisit ⁊ cõuenit discretis quondam viris Raymũdo oliue, Reynaldo malaue ⁊ Petro oliue dicti loci presentib⁹ ac nomine ⁊ vice fabrice eiusdem ecclesie stipulantibus ⁊ recipientibus dare soluere tradere ⁊ expedire annis singulis ⁊ tandiu ꝙ̃ diu in ecclesia huiusmodi existeret operarijs seu gubernatoribus fabrice huiusmodi duas summatas auene bone ⁊ receptibilis nomine ⁊ vice dicte fabrice viso insuper casu parte modernorum operariorum fabrice eiusdem ecclesie mihi exhibito vna cũ duabus ex casu hmõi elicitis. dico ⁊ rñdeo ad dubia hmõi put infra. Et primo ꝙ venerabilis vir do. Guliel. pauli modernus prior tenet ad solutionem arreragiorũ de quib⁹ in casu. Tũ qꝛ vt narrat in dicto instrũo quicũꝗ existat prior ꝑdicte parochialis ecclesie, ipse tenet ⁊ debet dare ⁊ ꝓstare annis singulis de fructib⁹ ⁊ emolumentis eiusdẽ eccl'e operi sue fabrice antedicte duas samatas annone bone ⁊ receptabilis pro dei seruitio. Quo fit vt cũ instrũm hmõi fuerit ⁊ sit ãtiqssimũ excedens scz tẽpus cẽtũ anoꝝ credi debuerit ⁊ debeat nõ solũ dispositiuis verbis illius sed et verbis narratiuis seu enũtiatiuis ꝑ id qd no. gl. in. c. si papa. de priui. in. vj. ⁊. c. cũ oli. de cẽsi. ⁊ qd voluit Fran. de are. consi. xxxvj. exordiẽte, casus talis est, presupponitur ⁊c. vbi dicit ꝙ in antiquissimis illa que al's esset probatio semiplena ⁊ minor obtinet vicem plene probationis sicut fama ꝑ quã ꝓbatur dominiũ antiquissimũ vt ẽt verba enunciatiua contẽta in priuilegijs ⁊ instrũis. Et idẽ voluit io. de imo. in cle. j. de ꝓba. ⁊ alex. de imo. cõsilio. clxxxvij. col. ij. ad quod bene facit quod no. anthoi. de butr. in. c. ñ. de succes. ab intest. Tũ ⁊ qꝛ vt ponit in facto nõ solũ dictus quõdã do. Jo. mayrosij sed ẽt eius successores in dcõ poratu ad dictũ modernũ do. porẽ soluerũt ⁊ soluere cõsueuerit annis singulis dictas duas sammatas insup ⁊. d. do. Guliel. eadẽ soluerit de soluendo responsorem dederit ꝓ tribus ꝓmis annis possessio enim tanti seu quanti tꝑis ⁊ in qua exciterunt ꝓ ⁊ noĩe fabrice predicte ecclesie operarij illius habet vim cõstituti. c. super quibusdam. §. preterea. ⁊ qd ibi hostien. de verb. significa. c. j. ⁊ qd ibi gl. sup verb. memoria. de prescrip. in. vj. l. hoc iure. §. duct⁹ aque. ff. de aqua quoti. ⁊ esti. in. l. j. §. si. ff. de aqua pluuia arcen. ⁊ qd ex possestione seu pp possessionẽ tãti tꝑis possit idẽ guliel. tanꝙ̃ prior ꝑdicte eccl'e conuenire ẽt iudicio petitorio: vt colligit ex ħs q̃ no. Jo. an. ⁊ actu scribẽtes. in. c. peruenit. de censi. barth. sali. ⁊ alij in. l. cum de in rẽverso. ff. de vsu. ⁊ mrti in. l. si certis annis. C. de pac. Pro ꝑdictis bñ facit qd no. host. io. an. henri. boyc. panor. ⁊ alij in. c. j. de ecclesi. edifi. ⁊ host. in summa. eo. tit. §. j. et do. anthe. florẽ. archiepũi tertia ꝑte summe ti. xij. c. ij. §. iiij. quatenus voluit ꝙ vbi q̃ritur ad quẽ ꝑtineat ei⁹ fabrice eccl'e pmo recurrẽdũ sit ad cõsuetudinem qꝛ si de illa appeat illa seruãda est ꝑ iura q̃ inducũt. Si ergo de cõsuetudine pores soluere cõsueuerint annis singulis duas sammatas annone illa dꝫ seruari. Cũ em̃ por emolumẽta ꝑcipiat merito ⁊ on⁹ sentire dꝫ regula qsentit on⁹ de reg. in sexto. ⁊. l. §. pro secũdo. ⁊. §. ne autem. C. de fur. ⁊. l. manifestissimi. §. penultimo. C de furtis. facit ille versus commoda qui sentis iungason us emolumentis. Puto igitur dictum dominum Gulielmum posse conueniri petitorio ad solutionem arreragiorum dictarum duarum sammatarum annone. Dico etiam ꝙ si ipse soluerit operariũ solum fecerit pro dictis trib⁹ annis. et deinde recusauerit ipse potest cõueniri possessorio iudicio aingta maceriam. c. querelam. et quod ibi Jmo. Hostien. Jo. an. ⁊ doct. de elec.

¶ Epitome.

¶ Juramentum facit vt quis alteri licet absenti possit stipulari ⁊ per stipulationem acquirere. V. F.

¶ De reb. cred. ⁊ iureiur. Consi. lxx.



Quamuis statuto de quo supra renunciari non possit sine iuramento prout al's scripsi ⁊ per hec quod in simili notat Joannes andreas in additi. Specula. titulo de instrumen. edi. §. porro in vltima additione, ⁊ Joannes de imol. in repetitio. c. cum contingat. in decimo membro, versiculo circa quartum. quando sit donatio sine dispensatione ⁊c. Tamẽ eidem statuto renunciari potest cum iuramento quemadmodum etiam cum iuramento potest renunciari legibus communibus insinuationem requirentib⁹

rentibus vt infra dicam. Et ita dictum statutum non obstitit nec obstat validitati dicte donationis. Preterea non refragatur idem statutũ donationi huiusmodi pro eo quia cũ ipsa donatio iurata extiterit illa debuit & debet obseruari et si in ea non interuenerit solennitas que al's requireretur in donatione non iurata attento q illa solennitas requirebatur tẽpore donationis & non potest sicut dixi q per iuramẽtum appositũ in donatione potest derogari insinuatione requirẽtis. Non potest igitur donatio predicta impugnari ex defectu solennitatis dicti pretensi statuti.

¶ Preterea nec potest impugnari pretextu & ad causam absentie dicti Joannis de marono. Cũ iuribus & rationib9 al's superius allegatis, tum & quia licet idem Joannes fuerit absens tempore donationis huiusmodi tamen illa fuit pro & nomine eiusdem Joannis de morano acceptata per egregium virum dominum Claudium de oliuerijs tunc iudicem Arelatensem quod fieri potuit per predicta. Et maxime pro eo quia in dicta donatione interuenit iuramentum quo casu videtur quid posse alteri stipulari & per stipulationem acquirere Pro quo allegasse sufficiat plene notata per Alexã. de imol. in. l. stipulatio ista habere licere. §. alteri. col. tertia. ff. de verborum obligationibus. Et quamuis possint alia multa pro defensione dicte donationis allegari & induci quia tamen predicta videntur sufficere vlterius non insisto.

¶ Epitome.

¶ Vectigal seu pedagium consuetudine aut prescriptione acquiri nõ potest per vasallum in subditos sine scientia & patientia superioris domini. V. F.

¶ Noua vecti. insti. non pos. Consi. lxxi.



IJ. la dicit actio intentata in libello que ex verbis illius colligi põt prout dici solet in. l. j. §. j. ff. de edem pro quo facit quod no. cy. in. l. edita. in. v. questione prima. c. de eden. Bar. in. lege certi condictio in princi. ff. si certũ peta. & lege si prius in. v. opinione secunde partis. ff. de operis no. nunicia quod etiam voluit Bart. in. l. gallus. §. quidam recte collũna. ij. vel circa verbo, adduco ad istud &c. vbi etiam Joannes de imola & alexãder de imola. ff. de libe. & postumis. cum igitur ex narratis & propositis parte vniuersitatis hominum loci de vẽtarno tam in supplicatione quam articulis parte eiusdem vniuersitatis in hac causa productis colligi possit & inferri negatoria actio illa censetur & censeri debet fuisse parte dicte vniuersitatis intentata quod etiam asseruit pars aduersa in cedula exordiẽte cum vniuersitas & particulares de ventarno & ita etiam senserint egregij viri dñi magnus presidens & magistri rationales in ordinatione per eos facta post prolatam vltimam sententiam, & cum instaret vniuersitas ante dicta super fienda exequtione eiusdẽ sententie quo supposito dico & respondeo quod cũ presumptio fuerit & sit pro dicta vniuersitate sclz quod homines illius fuerint & sint immunes a prestatione pretensi vectigalis seu pedagij quod ab eisdem exhigere nititur spectabilis do. vicecomes taliardi in opidis seu castris de talhardo & de falsa quod iniusta fuit & est pro eisdem proferenda nisi idem do. vicecomes sufficienter probauerit aut probet ius vel facultatem ab eisdem exigendi predictum pedagium Et hoc vel per concessionem principis illius scz qui illud concederet potuit quia non omnes possunt. c. super quibusdam. §. preterea de verborum signiffi. lege vectigalia & quod ibi. azo. & sali. C. noua vectiga. insti. non posse. lege non solent et quod ibi glosa et doctores & lege fina. c. eodem titulo vel per consuetudinem aut prescriptionem tanti temporis de cuius inicio memoria non existat sed primnu nõ est prolatum non enim apparet de antiqua concessione huiuscemodi pedagij seu iuris illud colligẽdi olim facta ipsi moderno do. de Talhardo aut alicui eius pretenso predecessori non etiam apparet quod ius huiuscemodi fuerit eidem do. de Talhardo aut predecessoribus suis ex prescriptione vel consuetudine acquisitum ad hoc tamen vt si aquiri possit exhigitur tempus de cuius initio memoria non existit. Et hoc quando agitur de prescriptione vectigalis seu pedagij que nulli alteri cõpetit vt in casu dicto. c. super quibusdã. §. preterea. & quod ibi doctores. l. super actores. §. idem respicietunt. ff. de publi. Et quod notat Bart. & doctores in. l. si publicanus. §. omnibus ff. de publica. Cynus in dicta. l. non quidem. Et Sali. in allegata. l. vectigalia. Joannes and. in addit. Speculato. titulo de cau. pos. & proprie. §. primo. versiculo. quid de colligentib9 pedagia. Sed non apparet probatum q per tãtum tempus fuerit predictum pedagium per dictum dominum de talhardo aut eius predecessores in dictis locis & a transeuntibus et illac mercantias conducentibus exactum seu etiam collectũ. Preterea aut pretendit idẽ spectabilis domina vicecomes ius huiusmodi fuisse acquisitum per prescriptionem aut per consuetudinem & super prescriptionem non sufficit probare q tam ipse quam predecessores pedagium collegerint per tempus de quo supra a transeuntibus per loca predicta seu comitatum de talhardo. Sed opus erat probare q per tẽpus huiusmodi pedagium predictum colligerint ab vniuersitate seu hominibus de vẽtarno tam tãtum prescriptum quãtum possessum & si non plus. c. cum in tua. de deci. c. fin. de offic. archi. c. auditis. & c. cum olim. de prescrip. c. cum dilectus. & c. cum venerabilis de appel. monacho. quod etiam voluit Rota decisione. 398. exordiente, si aliquis episcopus habeat collationem beneficij &c. Bartol. & doctores in. l. prima. §. si quis. ff. de bona actuq priua. sed non est probatum q per tempus huiusmodi fuerit predictum pedagium a dictis de ventarno recuperatum vel collectum aut pretendit huiusmodi pretensum ius fuisse acquisitum per consuetudinem & tunc dico qd etiam hoc casu opus erat probare predictum pedagium fuisse collectũ vel recuperatũ a dictis de ventarno per tempus de quo supra quia cum consuetudo huiusmodi sit a iure exorbitans & contra. l. primam Et duas se. C. noua vectiga. instit. non posse illa extendi non potest. Debent enim manere. l. ille. nisi quatenus reperitur eisdem legibus alia lege vel consuetudine derogatum, i. cum dicatur. C. de edifi. priua de adimen. l. alumne. §. qui filias. ff. de adimen. & transfer. lega. l. sancimus. C. de testa. & l. pcipimus. C. de appel. quod etiam voluit oldra. consilio ducentesimo nonagesimoseptimo. exordiente, perlectis & diligenter attentis omnib9 scripturis. Et idem voluit Franciscus de are. loquens in nostris terminis vt quod iuris rationem ad multã simili. consilio centesimo tricesimotertio, exordiente, in causa que vertitur inter homines & commune. col. iiij. vel citra, vbi non obstat secunda ratio vbi loquens de consuetudine imponendi collectus non subditis dicit, q quia est contra ius illa non debet extendi de loco ad locum & de persona ad personã pro eo quia consuetudo est ius singulare siue lex non scripta ius autem singulare non extenditur. l. ius singulare. & l. quod vero. ff. de legi. ergo nec consuetudo. Et ita etiam dicit Baldus in. l. prima. in fi. de feu. cog. Et idem est etiam in acquisitione iuridictionis quia in ea nõ fit extensio de persona ad personam vt voluit Bald9 in. l. ij. fo. iiij. C. de seruitu. & aqua. & Franciscus de are. vbi supra. nec ẽt fit extẽtio de re ad rẽ in pîudiciũ tertij. d. c. auditos. & c. cũ oli de pscrip. & not. in. d. c. cũ dilect9. de capel. mona. Presupposito igitur citra preiudicium veritatis q. d. do. de talhardo fuisset tam per se quã p suos predecessores per tempus de quo supra in possessione seu quasi colligendi aut percipiendi vectigal ab alijs transeuntibus per dictum vicecomitatum de talhardo prout non est vt clare colligitur ex depositione testium parte eius productorum & hac publicatorum super prius & additionalibus articulis in primã instantia productis quia al's non vidi hoc tamen non sufficeret vt pdixi quia hec pretensa consuetudo non debet extendi de loco ad locũ. Preterea ad hoc vt per prescriptionem vel consuetudinem queritũ ius colligendi vl' exigẽdi vectigal seu pscriptio vectigalis illi scz que nulli competebat nõ sufficit illud fuisse collectũ vel extractum per tempus de quo supra quia requiritur scientia et patientia imperatoris vel illius principis qui in ea terra habet iura imperij & qui possit expresse concedere ius seu facultatem colligendi vectigal vel eius locumtenentis aut iudicis qui pro ea in illa terra seu prouincia presideat per id quod no. Bartolus in dicta. l. si publicanus. §. in omnibus vectigalibus & idem voluit Baldus consilio. cccclxiij. exordiẽte, si pater filio quem pmori contigerit. col. j. ver. super eo. quod queritur nunquid ius colligẽdi passagia in quarta pte, & Pe. ferra. in sua practica titulo for. libel. in actione confessoria. super xbo plena & omnimodam iuriditionem. versiculo, amplius circa premissorum doctrinam queritur &c. & plus post signoro de homode de mediola. voluit Sali. in dicta. l. vectigalia scilicet quod non sufficiat scientia iudicia aut presidis sed opus

sit scientia principis. Quia vt iam dixi illius scientia requiritur qui habet potestatem concedendi.l.secunda.C.de seruitu.ꝛ aqua. pote scias vero concedendi facultatem recuperãdi aut colligendi pedagium competit iudicibus aut presidibus dicta.l.vectigalia.ꝛ.l.non quidem.C.noua vectigalia i.iti.non posse.ꝛ.l.vectigalia.ff.de publi.ergo ꝛc. Cui dicto non obstat quod iudici seu presidi sit commissum vt prouideat ne quid illicite exigatur: quia ex hoc non sequitur quod ipso iudice seu preside duntaxat sciente ꝛ fieri patiẽte quis illicite exigere prescribat ꝛ ius dicitur prohibere ne inuito domino quis iter faciat vel claustrum ducat per predium alienum. Et tamen si iudex iter huiusmodi fieri sciret ꝛ pateretur ignorant eo cuius est predium ius seruitutis queri non possit: dicta.l.secunda.C.de seruit.ꝛ aqua. Cum igitur non appareat de opportuna ꝛ opportuni temporis scientia ꝛ patientia dominorum comitum prouincie ꝛ forcalquerij qui fuerunt pro tempore. Quinimo nec suorum iudicum seu presidum scilicet ad quorum curam prohibere pertinebat ne illicite fuerit exacti dicti pretensi pedagij, nõ videtur posse dici ius predictum fuisse consuetudine aut prescriptione acquisitum.

¶ Epitome.

¶ Testamentum, in quo filio solus victus ꝛ vestitus, iure institutionis legatus est, valet: non tamen debet fieri missio in possessionem possessore non vocato. V. F.

¶ De lega. Consi.lxxij.



QUamuis pater teneatur aliquid relinquere filio iure institutionis ꝛ si aliter fiat non valet: regulariter testamẽtum iure testamenti, aut. vt cum de appellatione cognoscitur.§.aliud quoq.ꝛ capitulũ ꝛ.§.ceterum.collatione octaua.ꝛ quod notant doctores magis communiter in authentica nouissima.C.de inofficioso testamento. Joãnes de imola ꝛ Alexander de imola in.l.inter cetera.ff.de liberis ꝛ posthumis.ꝛ alij in alijs locis.non est tamen necessarium ad validitatem testamẽti quod pater relinquit filio iure testamenti totam legitimam sibi debitam: sed sufficit quod aliquid relinquat iure institutionis pro quo videri potest quod notat glossa in.l.tertia.§.sed vtrũ.super verbo patrimonium.circa fi.ff.de ino.ꝛ in dicto.§.aliud quoq capitulum.§.super verbo preterire.ibi sit ergo in vno nummo facta institutio.excludit querelam Baldus in.l.anteq̃.circa finem.ff.de minori. circa finem.C.commu.de success.ꝛ quod notat dominus Jason maynus in dicta authent. nouissima. col.quarta.versiculo.secunda conclusio. Cum igitur prouid⁹ quondam vir Guilielmus de solerijs legauerit ꝛ iuri institutionis relinquerit ponceto eius filio victum ꝛ vestitum non videtur posse dici testamentum per eum conditum fuisse nullum ex capite preteritionis.

¶ Preterea supposito quod testamentum predictum fuisset nullum quoad institutionem: cetera tamẽ fuissent firma ꝛ ita valuissent ꝛ valerẽt ille substitutiones de ꝛ super quibus al's scripsi per id quod habetur in authẽtica ex causa, versiculo cetera namq firma ꝛ quod ibi Bartolus ꝛ doctores.C.de libe. preteri.vel exhereda.vbi volunt cõmuniter per illam authenticam substituetur fideicommissum vniuersale, ꝛ probatur in dicto authẽtico vt cum de appellatione cognoscitur.§.finautem ꝛ obseruata in verbo legato vel fideicommisso quod etiã firmat glossa in.l.ita tamen.§.quotiens.ff.ad trebell.ꝛ in.l.eã quã.C.de fideicõ. Bal. in.l.filio preterito. vbi et Jo.de imol. ff.de inui.rup.ꝛ irr.test.bal.i.l.j.C.de ino.test. Pro quo videri poterit Alexã.de imola in dicta authentica ex causa.collatione octaua. Et dominus Jason maynus col.nona, versiculo.tertio quero quid de fideicommisso vniuersali. Supposito igitur citra preiudicium veritatis q dictum testamentũ fuisset nullum quoad heredum institutionem ꝛ hoc ratione preteritionis nihilomin⁹ valuissent dicte substitutiones. Et per hec sit responsum ad primum dubium.

¶ Ad secundum dico q illa missio in possessionem fuit periculosa ꝛ non debebat fieri parte hoc est possessore non vocato ꝛ audito. Pro quo allegasse sufficiat id quod habetur in.l.nõ dubium.C.de lega.ꝛ quod voluit Bartolus in quodam suo consilio exordiẽte, missus in possessionem ex edicto ꝛ quod notat dominus Jason maynus in.l.fi.col.tertia,C.de iure deliberandi. propter quod consulo non esse super huiuscemodi facta immissione in possessionem aut fieri attentata, insistendum. Que dixerim ꝛc.

¶ Epitome.

¶ Exceptio requirens altiorem indaginem, ꝛ vt est exceptio falsi testamenti: non debet impedire summarium iudicium, quale est saluegardie, ꝛ remedij.l.fi.C.de edict.di.Adri.tol.ꝛ similium. V. F.

¶ De excep. Consi.lxxiij.



AL.legata ꝛ deducta parte nobilis ꝛ generose mulieris Ludouice probane relicte nobilis Ludouici de villanoua, contra ꝛ aduersus reuerẽdum in Christo patrem dominum Nicolaũ de villanoua senecensem episcopum, ꝛ nobiles ꝛ generosos viros Honoratum ꝛ Joannem de villanoua fratres ꝛ vniuersales heredes dicti quondam nobilis Ludouici in duabus ipsius nobilis Ludouice schedulis parte eius in processu inter easdẽ partes moto ꝛ pendente indeciso productis exordientib⁹, vna scilicet, Reijciendus est ꝛ repellẽdus ꝛc. et alia, Comparet dominus raymundi nomine quo supra sproducens attestationes pro parte ꝛc.nõ impediũt nec eidẽ nobili Ludou. suffragantur quominus debuerit ꝛ debeat respondere libello seu petitioni parte eorundem reuerendi domini episcopi ꝛ nobilium honorati ꝛ Joãnis in hac causa oblato ꝛ producto. Et primo quidem non id quod in dicta schedula reijciendus ꝛ repelledus est ꝛc. opponitur de quodam ptenso nuncupatiuo testamento olim vt pretenditur per dictum quondam nobilem Ludouicũ condito, ꝛ in quo dicitur eundem eandem Ludouicam suam heredem vniuersalem insolidum ꝛ vnicam instituisse dictam nobilem Ludouicam eius tunc vxorem ipsamq Ludouicam hereditatem dicti nobilis ludouici adiuisse ꝛ acceptasse ac possessionem hereditatis ꝛ bonorum eiusdem nobilis ludouici apprehendisse ꝛ pro manu tencione sue huiuscemodi pretense possessionis ꝛ vijs facti compescend/ obtinuisse literas saluegardie. Et quod in expositione huiusmodi consequenter submergit quod eisdem dominis exponentibus ꝛ fratribus obstet exceptio tua non intererit. Tum quia, vt apparet ex actis cause huius ꝛ signanter ex publico instrumẽto testamẽti per dictum quondam nobilem Ludouicum ex longo interuallo ꝛ post dictum pretensum testamentum parte dicte nobilis ludouice allegatum idem quondam nobilis Ludouic⁹ fecit ꝛ cõdidit aliud vltimum ꝛ nuncupatiuum testamentum sufficienti testium numero ꝛ alijs de iure requisitis innitum ꝛ suffultum, ꝛ in quo heredẽ vniuersalem fecit ꝛ instituit nobilem ꝛ generosum virum pontium de villanoua dominum vallisclusie eius fratrem dilectissimum ꝛ suos masculos. Quo fit vt per testamẽtum huiusmodi postea factum ꝛ perfectum fuerit ꝛ sit cassatum ꝛ reuocatum dictum pretẽsum testamẽtum. Et quidem tam ipso iure ꝛ tacite per id quod habetur in.§.posteriore cum suis similibus institu.qui mo.testa.infirmẽt quã etiam expresse per illam clausulam cassans irritãs penitus ꝛ annullans. Et ita per publicum instrumentum testamenti huiusmodi apparuit ꝛ apparet de cõtrario eius qḋ parte eiusdem nobilis ludouice fuerat allegatum ꝛ deductũ scz q imo intererat ꝛ interest eorundẽ reue.do,epi ꝛ nobilium Honorati ꝛ Joannis saluagardie de qua in actis exhiberi. Tum ꝛ quia supposito citra preiudicium veritatis quod dicta nobilis Ludouica opposuerit minus tamen ciuiliter ac iniuste ꝛ contra rei veritatem quod instrumẽtum predicti testamenti fuerit ꝛ sit falsum vtpote factum nomine accommodatum ꝛ post mortem dicti quõdam nobilis Ludouici de villanoua ꝛ quod propterea dictorum reuerendi domini episcopi ꝛ fratrum non interesset dictam saluagardiam exhiberi et

quo

quod consequenter ad eorum postulationem exhibenda non esset hoc tamen non refragatur nec obstat eisdem domino reuerendo domino episcopo ꝛ fratribus. Et hoc multis rationibus ꝛ causis prima quia non creditur esse verum dictum publicum instrumentum fuisse et esse falsum. Sed econtra scilicet illud fuisse verum. Et propterea illud quod ex aduerso deponit fuisse ꝛ esse falsum. Et ita non creditur fuisse parte eiusdem Ludouice probatum id de quo opponit. Tum ꝛ quia illa pretensa facultas fuit opposita ad impediendum exhibitionem dicte pretense saluegardie que pro tempore fieri petebatur. Et sic ad alium finem, quo fit, vt illa non obstet quominus eidem Ludouica nunc respondeat libello seu petitioni superius mentionato per id quod habetur in .c. veniens .l. secunda. ꝛ quod ibi doctores de testi. ꝛ quod notat glossa in cap. cum dilectus. super verbo hic patet, versiculo, sed quid si in modum excipiens de ordi. cogni. Bartolus in extrauaganti ad reprimendum in glossa super verbo summatim negotio exposito ꝛc. ꝛ frede. de se. consilio centesimo quadragesimo exordiente, casus talis est dominus Alnus de tholonseis ad fi. nec debet responsio huiusmodi differri pretextu faciende probationis huius asserte falsitatis. Tum' causa proxime dicta tum ꝛ quia exceptio falsitatis requirit altiorem indaginem ꝛ que propterea non debet impedire presens summarium ꝛ exequtiuum iudicium attenta mee pure forma, obiectari⁹ illius per id quod habetur in .l. quamuis. ꝛ quod ibi glossa ꝛ doctores. c. de edi. diui adria. tol. ꝛ quod notat Bartolus ꝛ doctores in .l. nã ꝛ postea. ff. de iureiuran. in .l. ille a quo. §. si de testamento. ff. ad trebel. ꝛ in .l. finali. is a quo. ff. vt in possessio. lega. ꝛ in .l. quarta. §. condemnatum. ff. de re iudicata. iũcto eo quod habetur in .l. finali. C. de edic. diui adri. tol. nec est etiam differendum dictum presens ac summarium ꝛ exequtiuum iudicium pretextu cause cepte vt ex aduerso pretẽditur adhuc pendentis super exhibitionem dicte salue gardie quia illa finita est per illius exhibitionem ex aduerso factam ꝛ ex cuius saluegardie tenore manifeste apparuit ꝛ apparet illum non obstitisse vel obstare dictis reuerendo domino episcopo ꝛ fratribus qui propterea super ea nõ insistunt nec instare intendunt quasi petituri fieri aliquã ordinationẽ.

¶ Preterea etiam non obstant deducta ꝛ allegata in alia cedula ꝛ quidem non quod in prima parte illius opponitur causis ꝛ rationibus superius allegatis non etiam quod inibi cõsequenter opponitur scilicet quod beneficium dicte .l. fina. C. de edic. diui adri. tol. solum locum sibi vendicat in heredem scripto ꝛ qui ex instrumento testamenti nominatim ꝛ specifice citra altiorem indaginem scriptus legitur. Tum quia imo datur beneficium dicte .l. multis non scriptis. ꝛ qui propterea scripti non legitur, vt verbi gratia, datur fisco qui scripto heredi aufert hereditatem tanquam indigno. Preterea etiam datur heredi heredis illius scilicet qui post aditam hereditatem ꝛ testamentarie sibi relictã vbi opus est additione ꝛ ante apprehẽsam hereditatem ab humanis decessit datur etiã patri ꝛ filijs hereditatem ex testamento sibi delatam adire nolit sed etiam repudiet prout hec colligitur partium ex hijs que notat Bartolus in dicta .l. finali. paulo ante mediũ, versiculo, queritur vtrum substitutio pupillariter ꝛc. ꝛ plenius Baldus versiculo, modo venio ad questiones ꝛc. ꝛ Angelus aretinus in .§. quadrupli. in materia dicte .l. fi. versiculo, quid de substituto pupillariter ꝛc. instit. de actio. ꝛ tamen certum est neminem istorum tanquam scriptum in instrumento testamenti posse inibi legi. Tum ꝛ quia imo fuerunt dicti reuerendus dominus episcopus ꝛ fratres scripti ꝛ qui scripti leguntur cum probatum extiterit eos fuisse liberos masculos dicti quondam nobilis Põtij de villanoua fatetor eum per solam exhibitionem testamenti seu instrumenti illius nulla facta extrinsecus probatione apparet illos fuisse heredes scriptos sz facta extrinsecus probationem ad quam faciendam admitti debuit iuxta ea que notat Bartolus Baldus ꝛ Angelus in locis predictis apparebit eos fuisse heredes institutos ꝛ scriptos. Etiã nec obstat dicta pretensa exceptio tua nõ interest quom inibi ꝛ ibi non competenter actio refricare nititur dicta nobilis Ludouica. Et primo quia non creditur de illa apparere sed potius de cõtrario. Item ꝛ quia illa exigit altiorem indaginem non debet propter pretensam futuram probationem impediri hoc iudicium summarium per id quod notat Bartolus in .l. nã ꝛ postea. circa finem principij. Ibi ꝛ hoc verum nisi altiorem indaginem. ff. de iureiuran. ꝛ dicta .l. quamuis. C. de edic. diui adri. tol.

¶ Ex casu seu facto michi oblato parte honorabilis viri magistri nicolai burgõdionis notarij ꝛ honeste mulieris Margarite leussone eius vxoris eliciuntur multa dubia ad que viso, instrumentis parte eorum mihi transmissis, dico ꝛ respondeo breuiter ꝛ succinte prout infra. Et primo ad primum quod quia prefata nobilis Margarita est pro parte seu quota heres vniuersalis nobilis et honeste quondam mulieris huguete febo ipsa potuit eam grauare et illam onerare restitutionem prati de quo in dicto casu quia testator põt legare ꝛ alij relinquere non solum rem sui ipsius sed etiam rem sui heredis. l. vnum ex familia. §. si reum. ff. de legat. ij. ꝛ. §. non solum instit. de lega.

¶ Ad secundum dico et respondeo quod cum dicta quondã nobilis hugueta nichil legauerit seu alias reliquerit dicto magistro nicholao ipsa non potuit eum grauare restitucione dicti prati ad eum iure dotis. l. j. in fi. c. communia. de lega. l. plane. et. ij. in fi. ff. de lega. iij. et .l. ab eo ꝛ quod ibi scribentes c. de fideicõmisso. l. doce ancillam cum suis simili. c. de rei vendi. quod maxime procedit pro eo quia licet presens extiterit in illo pretenso codicillo in casu predicto latius mentionato ipse non solum acquieuit aut consensu illi pretenso fideicõmisso seu ordinationi facte de prato restituendo honeste mulieri frisone malebale eiusdem nobilis huguete filie ꝛ suo viro ꝙ tamen videbatur necessarium per id quod not. Bald. in. c. j. de prohibi. feu. aliena. per lotha vbi dicit quod si patior te testari de re mea non prestat auth. en. extra iuris dispositionem quod etiam voluit alexander de imola consilio vicesimo exordiente ponderatis hijs que in themate ꝛc. collumna vj. ita limitãs .l. sicut. §. venditionis. ff. qui mo. pignus vel hypo. sol. ꝛ idem voluit dominus Jason may. in .l. cum proponas. col. ij. versiculo notat etiam diligẽter ꝛc. C. de pactis. ꝛ .l. cum aliena. col. ij. ver. nunc limita hec duo iura. c. de lega. non solum iniquam non acquieuit aut expresse consensit: sed etiam expresse contradixit eidẽ nobili huguete codicillanti ꝛ ita cogi non poterit ipse magister Nicolaus dominus rei dotalis dicta .l. doce siani ancillam aut tradere dicte frisone pratum superius mentionatum.

¶ Ad tertium dico ꝛ respondeo quod recusante vel inuncto dicto magistro Nicolao et qui cogi non potest in vim legati seu ordinationis facte in dicto codicillo per dictam nobilem Huguetam restituere aut tradere dictum pratum non incurrat dicta nobilis Margareta authentica, hoc amplius. C. de fideicommiss. pro eo quia illa authentica limitatur ꝛ restringitur multis modis. Et primo quidem restringitur vt procedat quando heres eius negligentia seu contumacia distulit vltra annum complere disposita a testatore tunc enim priuatur hereditate dicta authentica ita probat textus notabilis in .c. nos quidem in verbo neglexerit de testamentis. Secus ergo si heres iusta causa sit impeditus tũc enim lapso anno non priuatur hereditate secundum Panormitanum consilio quadragesimo primo, exordiente, venio ad primum dubium in tertio dubio post frede. de senis, consilio centesimo vicesimoquarto per eum allegatum. Et idem tenet Panor. cõsi. quadragesimo. col. vlti. vbi etiam idem voluit esse in anno qui datur a lege exequutoribus testamẽti antequã exequutio deuoluatur episcopo iuxta .l. nulli. c. de episcopis ꝛ clericis quia annus ille non currit nisi negligentibus nõ si fuerint impediti vel si commode facere nequiuerint. Et idem scilicet quod annus de quo in dicta authentica hoc amplius nõ currat heredi impedito voluit dominus Jason mayn⁹ in dicta authentica hoc amplius columna tertia versiculo, primo limita. Cum igitur recusante dicto magistro nicolao dici non possit eadem nobilis Margareta negligens vel contumax si dictum pratum non restituat vel tradat quod non possit per eam eidem magistro Nicolao iuncto aufferri ipsa non incurrit penam predicte aut.

¶ Ad quartum dico ꝛ respondeo quod .l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legatis tertio, loquitur in prohibitione alienationis que facta sine causa regulariter non valeat quasi contineat nudum preceptum quod tunc fieri dicitur secundũ Ambrosium episcopum in dicto .§. diui. quando non cõtinet rationabilem causam nec apparet persona eius cõtemplatione sic factum preceptum vel prohibitio vel in quam peruenire debeat res prohibita alienari facta alienatiõe quia sic videtur factã solum fauore prohibiti ꝛ heredum eius ꝛ apud eos maneat quod preceptum ꝛ prohibitionem iurat tali casu appellant consilium cui consilio prohibitur potest prohibitus renunciare que non interuenerunt in casu de quo queritur quia ex codicillari dispositione dicte quondam nobilis Huguete apparet cui voluerit pratum predictum restitui seu tradi nõ potest igitur illa codicillaris dispositio impugnari quasi contineat nudum preceptum quamuis vt dixi non valuerit nec valeat quatenus concernit preiudiciũ dicti magistri nicolai,

¶ Ad quintum dico ⁊ respondeo ꝙ quia dicta nobilis margareta est heres pro parte dicte quondam nobilis huguete ipsa non potest venire contra eius factum nec illud impugnare.l.qui a patre.C.de restitutione milit.l.venditrici.C.de re.alie.l.secunda.C.si quis in frau.credito.⁊.l.si creditoribus.C.de seruo.pignor.da.manumis.Et nõ poterit opponere in iuramento per dictam quondam nobilem Huguetam prestito.

¶ Ad sextum dico ⁊ respondeo ꝙ dicta authentica non videtur posse habere locum in hoc propter illud verbum ex eodem iudicio per quod videtur quod ita demũ debeat heres vel alius non implens defuncti voluntatem priuari hereditate vel alio sibi relicto quando nõ implet id quod voluit.C.defunctus in illo iudicio seu voluntate in qua sibi reliquit hereditatem vel aliud vide quia pratum predictum non est relictum in testamento sed in codicillis ⁊ hereditas relicta est in testamento ⁊ sic in alio iudicio non videtur quod propter nõ traditione dicti prati debeat dicta nobilis margareta priuari predicta hereditate. Preterea vt dixi ipsa excusabit propter istam causam si dictus magister Nicolaus eius maritus dominus dicti prati non consentiat.

¶ Ad septimum dico ⁊ respondeo ꝙ Paulus de castro in.l.si cum venderet.ff.de pigno.actio. Joannes de ana.in.c.conquestus.col.tertia, versiculo in eadem glossa.ibi si modicum esset ⁊c.de vsu.⁊ Angelus aretinus institu.de actio.in principio nigri charta.vicesimanona,columna secũda,versiculo, quo ad secundam voluerunt ꝙ facta oblatione pretij per venditorem illi cui vendidit cum pacto de retrouẽdendo statim fit retranslatio dominij rei vendite in ipsum vẽditorem per dictam.l.si cum vẽderet.⁊ loquitur Paulus de castro etiam eo casu quo emptor alteri vendidisset rem sibi venditam ⁊ si sequeremur istam opinionẽ videretur ꝙ facta oblatione precij possit pratum predictum vendicari a dictis magistro Nicolao ⁊ notabili Margareta.sed Alexander de imola consilio decimoquinto in primo volumine,tenuit contrarium, vbi etiam voluit ꝙ ille qui emit a primo emptore non possit conueniri ad reuendendum pro eo quia actio competẽs ex pacto de retrouendendo est actio personalis de quo loquitur text9 in.l.si fundum.C.de pact.inter emptorem ⁊ venditorem.⁊ illa non sequitur fundum.l.prima.§.si heres cum suis similib9.ff.ad trebel.⁊ idem sensit Angelus consilio quinquagesimoquarto,exordiente,Julianus ⁊ Franciscus vendiderunt. Et hec opinio videtur mihi de iure verior secundum quam non videretur dictus magister Nicolaus posse cogi reuendere in vim pacti huiusmodi cogi eadẽ nobilis Margareta scilicet pro quota hereditaria ⁊ cum vadere non possit, teneretur ad interesse pro ea parte per ea que habentur in.l.ea lege.C.de condi.ob cau.⁊ in.§.ea lege.ff.de verborum obligationibus loquor.si cõueniretur in vim pacti nec predictis obstat quod pratum predictum fuerit in dotem cõstitutum cum suis qualitatibus quia non propterea videtur idem magister Nicolaus posse conueniri,argumento eorum quod notat Specul.titulo de locationibus.§.nunc aliqua.versiculo septuagesimo quarto queritur.

¶ Ad octauum ⁊ vltimum quesitum dico ⁊ respondeo imprimis vt iam dixi ꝙ dictus magister Nicolaus non potest conueniri in vim dicte codicillaris dispositionis:an autem cõueniri possit in vim gratie redẽtiue dixi superius quod super hoc sunt opiniones quas recitaui ⁊ ideo non repeto. Quo vero ad dictã nobilẽ margaretẽ dico quod illa posset conueniri in vim pacti per dictam frisonam si tamen illa se diceret ⁊ probaret,esset heredem vniuersalem adire malevaule cui factũ est pactum de retrouendendo vt poterit coueniri pro ea parte pro qua est heres dicte quondam nobilis falquete ⁊ quia marito recusante non poterit tradere condemnabitur ad interesse. Poterit etiam eadem Margareta conueniri in vim dicte codicillaris dispositionis quia cum fuerit per dictã nobilem Huguetam onerata potuit per eam onerari vt superius dixi.verum quia dicta nobilis hugueta videtur grauasse non solum dictam margaretam sed etiam prefatum magistrum Nicolaum quamuis quo ad eum inutiliter non videretur eadem margareta posse conueniri in vim dicte codicillaris dispositionis nisi pro dimidia parte dicti prati. Que dixerim ⁊c.

¶ Epitome.

¶ Prescribi supremo imperio non potest: vt scilicet quis supremo principi non subijciatur. U. F.

¶ De feud. Consi.lxxiiij.



Recolende memorie illustrissima domina Maria baiulla tutrix ⁊ administratrix illustrissimi domini Ludouici regis ⁊c.⁊ comitatuum prouincie ⁊ forcalquerij comitatus ⁊c. Attendẽs gratuita seruitia ⁊ bona obsequia recolende memorie illustrissimo domino Lud.Jhrl'm ⁊ cecilie regi ⁊ dictorum comitatuũ comiti ei9 quondam sponso. Per nobilem Florẽtium de castellana impensa ⁊ que ad dictum dominum Ludouicum eius filium et etiam gere contineri non obmittebat eidẽ nobili Florentio quo supra nomine de cuius certa scientia ⁊ gratia speciali dedit ⁊ donauit inquantum poterat merum seu mixtum imperium ꝙ ipse dominus Ludouicus eius filius seu sua curia et sui antecessores habebant ⁊ habere consueuerant in castris ⁊ locis ipsius nobilis Florẽtij inibi declaratis ⁊ inter cetera in castro de albiasco in baiulla mosteriarum ⁊ hoc de anno domini millesimo tricentesimo octuagesimoquinto mẽsis maij die vicesimasecunda.

¶ Successu tẽporis scilicet anno domini millesimo quadringentesimo tricesimoquarto. Et die vicesima prima mẽsis augusti honorabilis vir magister Petrus ferrerij notarius procurator nomine procuratorio nobilis bonifacij de castellana domini locorum de sancto martino de bromesijs de alamania de castelleto vallis alamanie ⁊ de albusto existens in regia curia ville mosteriarum ⁊ in presentia clauarij dicte curie exhibuit ⁊ presentauit domino baiullo ⁊ iudici eiusdem curie cedulã in qua facta prius narratione de ⁊ super mero ⁊ mixto imperio ac alta ⁊ bassa iurisdictione que ⁊ quas dicebat dictum nobilem bonifacium eius principalem habuisse et tunc habere in predictis locis de almania de sancto martino de castelleto vallis alamanie ⁊ de albrosio insuper ⁊ de sargis piloreis ⁊ alijs iustitijs iustitie insignis ad merum imperium pertinentibus que etiam eum inibi per longa tempora habuisse asserebat ⁊ in pacifica possessione exercicij iuridictionẽ predictarum extitisse petijt eidem nobili bonifacio impartiri licentiam in dictis locis ⁊ territorijs ipsorum furcas perones ⁊ alia iustitie insignia erigendi ⁊ reficiendi de nouo in locis in quibus per antea existebant quod tamen post examinationẽ plurium testium super expositis parte nobilis bonifacij sibi concedi obtinuit per dictum iudicem qui sub presentia predicti clauarij iussit ⁊ ordinauit pariter ⁊ illas ⁊ illos erigi seu refigi tum in dicto loco sancti martini ꝙ alijs locis seu castris supra nominatis per magistros ad hoc habiles ⁊ expertos et per ipsum nobilem bonifacium deputandos totiẽs quotiens et quando sibi placeret ⁊ videretur cui tamen ordinationi idem clauarius non consensit si ⁊ quatenus preiudicaret iuri seu iuriditioni dicte regie curie deinde vero fuit processum ad erectionem ⁊ refectionem furcarum peronorum ⁊ aliorum predictorum.

¶ Successiue autem circa annum millesimum quadringentesimum quadragesimumtertium fuit mota contentio per ⁊ inter nobilem Franciscum dominum de alamanie ex vna parte ⁊ dominum delsparono ex alia pretextu ⁊ ad causam predictarum furcarum pretendebat enim ⁊ dicebat idem nobilis Franciscus de castellania se esse maiorem dominum habentem merum ⁊ mixtum imperium altam ⁊ bassam iurisdictionem in castro inhabitato de albiosco ⁊ quod in eo a triginta annis tunc elapsis ⁊ longe vltra tenuerat et tenebat furcas erectas ⁊ quod dũ illas labi contingebat habebat facultatẽ eas dirigendi et quas sepenumero refectas erexerat ⁊ subiungebat quod ijs non obstantibus quidam chardon seruitor dicti de sparono nouiter ⁊ de facto in dicta iuridictione furcas erigere ⁊ erectas parte dicti domini de alamania labi facere presumpserat et alias pretendebat et dicebat prout latius cõtinetur in quadam supplicatione parte ipsius presentata tunc euueniente regio consilio ⁊ super qua contentio in illa fuerunt in vim commissionis facte per ipsum eminens regium consilium fuerunt sumpte certe informationes cum nonnullis testibus parte eiusdem nobilis Francisci mõstratio. Quid aũt postea actum extiterit nescio.

¶ Quesitũ est an in vim cõcessionis meri ⁊ mixti imperij facte per dictas quondam do.mariã prefato nobili Florentio possit idem nobilis Franciscus pretendere se habere merum

et mixtum

& mixtum imperium in loci & territorij de abbesco que tempore facte diuisionis inter nobilē & gen erosum quondā virū bonifaciū de castellana predecessoris huius nobilis Francisci ex vna parte, & nobilem quondam virum Sparonum de sparono quōdam castri de sparono predecessores dicti de sparono exalia parte ad eūdem esparonum peruenit. Cui respondeo breuiter & succincte quod nō quia supposito q dicta domina maria vtpote banilla & tutrix dicti quondam illustrissimi domini Ludouici potuerit donare merum & mixtum imperium de quibus supra pro eo quia licet tutor & curator nō possint regulariter donare bona pupillorum vel adultorum. l. contra iuris ciuilis regulas. §. finali. ff. de pac. & l. pactum curatoris cum suis simili. C. eo. titu. hoc fallit in tutore & curatore principis cuius proprium est donare. c. primo. de donat. vt cōseruetur eius dignitas quam tutor & curator cōfirmare tenetur. Pro quo allegasse sufficiat. l. cum plures. §. pen. & l. se in principio. ff. de administra. tuto. & quod not. Inn. Joannes an. & moderni in. c. grandi de supple. nelige. prela. Alex. de imol. dominus Jas. mayn. & moderni in dicta. l. pactum curatoris dicta tamen donatio quam fecisse legitur eadem domina maria non videtur se extendere ad partem loci & territorij predictorum illam scilicet que ad dictum quōdam nobilem sparonum peruenit tempore facte diuisionis. Pro eo quia diuisio huiusmodi preuenit donationē meri & mixti imperij illa enim facta est anno incarnationis dominice millesimo tercētesimo quiquagesimoprimo: vel circa. dicta vero donatio meri & mixti imperij facta est anno domini millesimo tercētesimo octuagesimoquinto, die vicesimasecunda mensis maij. Quo fit vt cum dicta quodam domina maria donauerit dicto nobili florentio merum & mixtum imperium q dictus dominus Ludouicus seu curia sua & sui antecessores habebāt & habere cōsueuerant in castris & locis eiusdem nobilis florentij inibi declaratis non censetur donasse merum & mixtum imperiū q idē princeps habebat & predecessores sui habere consueuerant in parte superius mentionata que scilicet peruenerat ad dictum nobilem sparonum quia illa non erat dicti nobilis florētij qō tamen requirebatur attētis verbis donationis quia licet vtpote facta a principe & nomine principis possit latissime quatenus concernit preiudicium principis interpretari. l. finali. ff. de constitu. principum. & c. cum dilecti. de donati. Tamē quatenus concernit preiudicium alterius debet restringi vt not. doct. in dicta. l. finali. intererat enim dominij dicte partis huiuscemodi donationem meri & mixti imperij non extendi ad illam partem quia vt dicit Imo. & Joannes andr. in. c. dilecti. de maio. & obedi. interest subditorum q dominus eorundem sit liber & tot dominos non habere quod tamen contigisset p dictam donationem si illam potius extendi diceremus ad illam partem quia per eam subiciebatur domin9 illius partis & dicto nobili florētio quo ad merum & mixtum imperium quod postea potuisset in ea exercere. Et hec dico vt predixi quo ad donationem de qua supra. Si vero ille nobilis Franciscus & predecessores fuissent in possessionem seu quasi meri & mixti imperij etiam quoad partem, de qua supra per tempus sufficiens ad prescriptionem ipsi prescripsissent merum & mixtum imperium quia illa possunt acquiri per prescriptionem & consuetudinem per id quod not. gl. in. l. & quia. ff. de re iuridi. om. iudi. & quod not. Albe. in. l. imperium. col. xij. vers. multū autem limitatur. ff. de iurisdi om. iud. & c. eo. tit. super rubrica & l. finali. Joannes de plat. in. l. ij. C. de fau. limitor li. xi. Jaco. rebuf. in. l. furiosi. C. de curio. li. xi. cano. in. c. cum contingat. de fo. compe. pe. de ancha. consilio centesimo quadringētesimo primo exordiente, clarior & breuior erit decisio. Et oēs scribentes in feudis titu. que sint regu. super quo tamen vlterius non insisto. quia non sum informatus. An etiam quoad illam partem de quo supra fuerint ipsi nobiles Franciscus et dicti sui predecessores in possessione seu meri & mixti imperij per quantum tempus de q̄ vellem informari & eo maxime quia hic forte erit questio de prescriptione non aduersus dictum dominum de sparono sed etiam aduersus superiorē cuius erat merum & mixtum imperiū non loquor de pres. riptione supremi imperij scilicet per quam quis querit se eximere a subiectione principis vel aliquid a sua iurisditione expropriare vt sic ei non subijciatur quia hoc fieri non potest. c. cum nō liceat. & quod ibi per scribentes de prescrip.

1 ¶ Pascendi pecoris seruitus aliquando p̄sonalis est, aliquando realis.
2 Titulus seruitutis pecoris pascendi inducitur decem annis inter presentes, & viginti inter absentes.

¶ Epitome.

¶ Pascendi pecoris seruituti prescribitur longissimo tempore: post vero annos triginta mala fides opponi non potest. A. F.

¶ De prescrip. Consi. lxxv.


Pro faciliore solutione quesiti premitto q seruit9 † pecoris depascendi aliquando est seruitus realis, vt verbi gratia: quando aliquis habet fundū seu fundos pro quibus tenet pecora pascenda als enim si non haberet fundum seu fundos pro quibus teneret animalia depascenda, non posset dici seruitus realis seu predialis sed esset seruitus personalis seu ius p̄sonale vt est text. cum gl. in. l. si quis binas edes super verbo valet. exceptio. ff. de vsufruct. & text. cum glo. & quod ibi doctores in. l. vt primū ff. de seruitu. & quod habetur in. l. mela. §. fin. & quod ibi Bar. & doctores. ff. de alimen. & ciba. lega. Et siue dicamus in casu huiusmodi, huiuscemodi ius pecoris depascendi esse personalem seruitutem siue ius personale aut realem seu predialē seruitutem, istud ius seu seruitus quesitum est per tempus de quo supra. Et quidem hoc certū est si est ius personale quod etiam sine titulo prescribi potest longissimo tempore, hoc est triginta & quadraginta annorum quia licet personales seruitutes seu iura personalia ad eorum vsum requirant factū hominis tamen non dicuntur habere causam discontinuā quia non possideri possunt qui cōtinuus est actus. Licet actus hominis sint discontinui. Et ideo sine titulo prescribuntur tēpore longissimo per id quod notat Cynus in. l. secūda, questione sexta. C. de seruitu. & aqua. Et Bartolus ver. in suo tracta. de seruitute titulo, quomo. & quali. & quō constitua. acquira. & retineat. seruitut. columna penultima, versiculo, quartus casus. & Paulus de castr. in. l. seruitutes prediorum. col. finali. versiculo vltimo, & quartus casus &c. ff. de seruitu. titu lo, genera. Et si dicamus predictam seruitutem esse predialē seu realem etiam illa prescripta est tempus de quo in dicto casu. Quia quatenus huiuscemodi pecoris depascendi seruitus non habeat causam continuam illa tamen potest acquiri per prescriptionem vel consuetudinem sicut alia quelibet seruit9 & ius acquiri potest. l. prima & secunda. cum ibi not. C. de seruitu. & aqua. dicta. l. seruitutes prediorum. cum ibi nota per glos. & doctores. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quoti. & esti. in. c. finali. cum ibi not. per consuetud. & potest seruitus huiusmodi acquiri per tantum tempus cuius initiū memoria hominum non existit in contrarium quia possessio huius tēporis habet vim concessionis & priuilegij. c. super quibusdam. §. preterea. de verborum significatione. & dicta. l. secunda. §. ductus aque. & c. primo ad finem. de prescriptionib9. in sexto. vbi probatur quod non est necesse in tali casu allegare titulū prout ibi notat Archidiac. Joannes andreas & doctores. quod etiam tradit Hostiensis in summa. titulo de consuetud. §. finali. Jmo. in. c. cum ecclesia sutrina de cau. possessio. & proprie & Baldus in extrauagan. de pace constan. in verbo sicut ab antiquo quod etiam voluit Bartholomeus veron. in suo tractatu de seruitu. titulo de seruitu. in pascen. collatione duodecima. versiculo, sed dubium potest esse quanto tempore prescribatur. Nec potest pretendi q cum in dicta diuisione nihil fuerit dictum de retinendo per dictum nobilem bonifacium iure pecoris depascendi in parte territorij que peruenit ad dictum dominum sparonum nec econtra sed solum dictum extiterit q homines vtriusq sexus dictorū nobiliūloci predicti de albiosco possunt patecare in territorio cuiuslibet ipsorū nobilium per modum & sicut faciebant ante dictam diuisionem & quod propterea non videantur prefati nobiles bonifacius & successores potuisse prescribere vtpote non habentes bonam fidem sine qua prescriptio nō procedit. c. possessor male fidei. & quod ibi gloss. de regu. iur. in sexto. & c. finali. & quod ibi omnes scribentes de prescrip. & quod notant moderni in. l. sequitur. §. si viam de vsuca. Quoniam respondeo q cum dicti nobilis bonifa. & successores seu dict9 nobilis fran. modernus dominus &c. & sui predecessores fuerunt non solum lōgissimo

tēpore triginta vel quadraginta annorū sed vt dixi per tēpus de cuius initio hominum memoria non existit in eis presumitur fuisse bona fides per id quod notat Bart. ⁊ alij in. l. si. per illū tex. C. vnde vi. Joan. an. in addi. Specu. tit. de testamen. §. nunc videndum in prima magna addi. Archi. in dicto. c. j. de prescrip. in. vi imo. in. c. secundo. de in inte. restitut. Ange. in. l. penultima. C. qui non obstat longi tempo. pescrip. Anth. de butri. in dicto. c. cum ecclesia sutrina. ⁊ in repetione. c. peruenit. de censi. ⁊ Panormitanus in. c. si diligenti de prescrip. Et vt dicit Bartolus in dicta. l. final. quem ibi col. j. sequitur Salice. ⁊ Panormitanus in dicto. c. si diligenti. col. tertia. Anthonius de butri. in. c. sepe de restitu. spolia. ⁊ Franciscus de are. consilio centesimo quinquagesimoquarto. exordiente. consultatio preposita sit vera sunt que presupponuntur in facto. ad si. malefidei presumptio nō potest allegari nisi infra triginta annos quod bene probatur in dicta. l. si. vbi illud ꝙ illa. l. presumit ab initio ingrediētem possessionem vacuam tam esse malefidei tollitur per cursum triginta annorum: ita vt ex tunc presumatur retro bonefidei ipsum possessorē fuisse. Preterea vt ponitur in casu non solum prefatus nobilis Francis. modernus dominus ⁊c. ⁊ sui predecessores immiserūt ⁊ depauerunt eorum animalia in dicta parte territorij peruenta ad dictum nobilem sparonum sed etiam dictus quondam sparonus ⁊ sui successores eorum animalia immiserūt ⁊ depauerūt seu depasci fecerunt in parte territorij peruenta ad dictū quōdam nobilē bonifaciū. Et hoc facere cōtinuauerunt quousqꝫ habuerunt animalia. Quo fit vt videatur posse cum bona conscientia allegari titulus mutue ⁊ reciproce confessionis sibi inuicem facte per dictos nobiles bonifacium ⁊ sparonum. Quo casu ad inducendum presumptionē tituli videretur suf-
2 ficere possessio longe minor scilicet † decem annorū inter presentes ⁊ viginti inter absentes per id quod notat glos. ⁊ doct. in dicta. l. seruitutis prediorum. ⁊ Ange. flori. ⁊ gl. in. l. prima §. denique. el. ij. super verbo ꝙdiu. ff. de aqua pluui. arcen. doct. in dicto. c. peruenit. de censi. Cy. Bal. ⁊ doct. in. l. j. ⁊. ij. C. de seruitu. Et qꝛ Bal. in. l. j. §. hoc interdicto. ff. de itine. actuqꝫ priua. Et ita non videtur ꝙ dictus dominus de sparono impedire possit dictum nobilem Franciscū dealmania quominus animalia sua immittat seu immitti ⁊ depasci faciat in parte predicta. Et ita mihi videtur.

1 ☞ Heres non suus, qualis est filius matri, vt acquirat hereditatem opus est ꝙ sciat illam esse sibi delatam.

¶ Epitome.

¶ Heres matris non continuo sum, ꝙuis post eius mortem commune debitum receperim si nesciebam me ab ea institutum. Non teneor igitur stare venditioni quam fecit de annua quadam pensione. A. F.

¶ De heredita. actio. Consi. lxxvj.



AD id de quo queritur parte nobilis ⁊ generosi viri domini honorati de caualhone militis domini de perino. an videlicet teneatur ⁊ cogi possit ad solutionē pēsionis sex sommatarū annone dudum vt pretenditur vendite per nobilem ⁊ honestam mulierem dominā catherinam eius quondam matrem ⁊ tam suo ipsius domine catherine ꝙ eiusdem domini honorati nominibus nobili gillete galiane dico ⁊ respondeo ꝙ cum dictus dominus honoratus vt ponitur in casu non ratificauerit venditionem antedictam nec hereditatem eiusdē domine catharine eius quondam matris adiuerit. Quinimo vt ponitur in casu hereditatem huiusmodi repudiauerit non potuit nec potest idem dn̄s honoratus conueniri pro solutione predicte pēsionis. Et quidem non ex persona sua quia ipse non contraxit nec cōtractū quatenus nomine suipsius gestus est ratum habuit nec etiā nomine hereditario eiusdem domine Catherine quia nō fuit nec est heres illius ⁊ si pars aduersa pretendat contrarium in predictis aut eorum aliquo sibi incumbit probatio. l. actio. c. de proba. C. in exceptionibus. in principio. ff. eo. ti. ⁊. l. si quis. C. de fab. i. li. nec sufficit eius aduersario ad victoriam obtinēdam probare ꝙ dictus do. honorabilis post mortem dicte quondam do. Catherine habuerit ⁊ ceperit a quodam eorundem do. honorati ⁊ catherine cōmuni debitori florenos quadringentos ⁊ in diminutione debiti quingentorum. Tum qꝛ vt supponitur in facto tempore receptionis dicte summe idē do. honoratus ignorabat se fuisse heredem vniuersalem institutum per ipsam dominam Catherinam cū tam tēpore pretē si testamenti ꝙ etiam mortis eiusdem do. Catherine absens existeret ⁊ postea absens fuerit a patria per multos menses, quo fit vt cēseri non debeat per receptionem dicte summe tacite admisse maternam hereditatem cum etiam si voluisset hoc facere expresse non potuisset quia ad hoc vt quis nō suus
1 † possit adire hereditatem ⁊ illam per additionem acquirere opus est ꝙ ipse sciat illam esse sibi delatam ⁊ ꝙ sciat illam esse delatam ex testamēto si ex testamēto delata est vel ab intestato delata extiterit. Et nihilominus etiam opus est quod sciat an sit sibi delata ex asse vel ex parte pro quota parte hec colliguntur ex his que not. Bar. ⁊ post eum alij in. l. is potest. ff. de acquiren. heredi. Cum igitur tempore facte receptionis dicte summe idem dominus honoratus hec omnia ignoraret dici non potest ꝙ per eam adiuerit seu acceptauerit maternā hereditatem. Tum ⁊ quia vt audio dicta quondam domina catherina eidem domino honorato tenebatur in multo pluri ꝙ esset id quod recepisse pretenditur de debito predicto vltra ⁊ preter partem seu quotam eandem concernentem. Quo fit vt illud plus recuperare potuerit non vt heres eiusdem Catherine sed vt consuleret sue indemnitati prout not. in simili doctores. in. l. gerit. ff. de acquiren. here. ⁊ in. l. prima. C. de repudi. heredi. de eo qui post mortem patris reperitur in possessione domus paterne ⁊ quam dicit se possidere non vt heredē patris sed pro iuribus maternis. Consulo tamen ꝙ citra preiudicium iurium suorum idem do. honoratus deponat illam summam per eum receptam vltra quotam eundem concernētem in manibus curie seu curatoris dati bonis maternis cōtra quem postea agere poterit tanꝙ matris creditor. Et ita mihi videtur breuiter ⁊ succincte sub ⁊c.

¶ Epitome.

¶ Si ante moram heredis res hereditarie aut earum alique sine culpa perierint minuitur pro portione legitima. Et quāuis ea de singulis corporibus hereditarijs debeatur: dos tamen ⁊ legata in pecunia filie soluta in eam imputantur, saluo semper supplemento: ꝙ etiam de singulis corporibus hereditarijs debetur, arbitrio boni viri, hoc est iudicia assignandis. A. F.

¶ De su. ⁊ legi. libe. Consi. lxxvij.



EX tenore mihi transmisse consultationis parte aymonis maliuerdi filij naturalis ⁊ legitime ac vniuersalis heredis honorabilis quondam viri Jacobi maliuerdi loci burgi in braysiia eliciuntur multa dubia. Quibus respōdeo breuiter ⁊ succincte prout infra. Premittens pro illorum faciliori solutione ꝙ cum eidē Jac. superfuerunt quatuor liberi naturales ⁊ legitimi primi gradus, scilicet dictus aymo ⁊ tres filie. Horum omnium legitima fuit triens seu tertia pars bonorum dicti quondam Jacobi eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno ⁊ funeris impensa. authen. de trien. ⁊ semis. §. primo. colla. tertia. et transumptiue in authen. nouissima. C. de inoffi. testa. iuxta. l. papinianus. §. quarta autem. ff. eodem tit. Et quod no. Bar. in. l. ex facto. la grande. ff. de heredi. instituen. Et sic legitima honeste mulieris guilielme maliuerde alterius ex filiabus dicti quōdam Jacobi fuit duodecima pars seu vncia predictorum bonorum in qua per dictum quondam eius patrem non potuit nec eum prohiberi quominus peteret supplementum illius si ⁊ dos pro nomine ipsius constituta ⁊ factum sibi legatum vel relictum ad dictam duodecimā partem seu vnciā non sufficerēt. l. omnimodo. c. quoniam in prioribus. l. que nuper. ⁊. l. scimus. in principio. C. de inoffi. testa. ad quod facit. l. si quando. §. ⁊ generaliter. C. eo. ti. iuncto aut. vt cū de appel. cogno. §. ceterum. collat. viij. vbi probatur ꝙ si pater aliquid relinquat filio pro sua legitima ⁊ mortuo patre filius simpliciter acceptet illud relictum ⁊ faciat quictātiam generalem heredibus patris non per hoc prohibeatur petere supplementū legitime etiam si pater in tali relicto apposuerit clausulā qua iubet filium esse contentum ita ꝙ plus habere vel petere nō possit occasione legitime vel alia quacunqꝫ ratione cuius dicti illa solet ratio assignari quia onus talis clausule debet de legitima ipso iure reijci. dicta. l. quoniam in prioribus. Quo presupposito ad primum quesitum ꝙ cum dos vt legatum relictum dicte guilielme non videatur sufficere ad dictam eius legitimam ipsa potest petere supplementum per ea que superius dixi. Saluo tamen eo quod infra dicam.

¶ Ad secundum iam patet in parte solutio scilicet quod supplementum

plementum est id quod post factam supputationē dotis ⁊ legati sibi reluti que in legitimam imputātur. l. quoniam nouella. ad fi. ⁊ dicta. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. deest ad complementū dicte duodecime partis ⁊ intelligo ꝙ legitima hmōi debet extimari non solū habito respectu ad alia bona dicti quōdā Jacobi ⁊ que extiterunt tēpore vite ⁊ mortis, sed etiā ad bona mobilia localia supellectitia pecunias et mercātias que post factū testamētū dicitur legasse prelegasse ac iure legati prelegati donationis causa mortis eidē aymoni in codicillis reliquisse, qua etiā de illis debetur legitima ꝑ eo quia illa fuerūt eidē Jacobi tempore mortis qđ regulariter inspicitur ad sciendū quāta debeat esse legitima. l. cū queritur. ⁊ qđ ibi docto. ⁊ dicta aut. nouissima. ibi ex substātia deficiens inspicitur ⁊ aliquando nō solū tempus mortis sed etiā tēpus donationis vel ante donationē quādo scꝫ illa fuit immēsa aut. de immens. dona. §. j. colla. vij. ⁊ transumptiue in aut. vide ⁊ si parens. C. de inoffi. ⁊ aduertēdum est id qđ cum nec notarius nec alius acceptauerit donationē causam mortis esse factam per dictū quondā Jacobum predicto Aymoni tūc absenti illa non valuit iure cōtractus sed ex toto debet reputari vltima voluntas vt not. Pau. de cast. in. l. ij. C. qui testa. face. poss. ⁊ alij in alijs locis. Pro quo benefacit qđ voluit Cy. i. l. j. ad fi. C. de dona. cau. mor. ⁊ Jo. de imo. in. l. j. ⁊. l. tam is. §. filiusfamilias. ff. eo. tit. quatenus voluit ꝙ licet filiusfamilias possit de cōsensu patris donare causa mortis si tamen donet absenti opus est ꝙ hoc fiat interueniente epistola vel nuncio: qꝛ alias esset vltima volūtas quā filiusfamilias facere nō potest. l. qui in potestate. ff. de testa. ⁊ dicta. l. ij. qui testa. face. pos. ⁊. l. j. ᵛˢ. sed si filiusfamilias. cum suis simili. ff. de lega. ij.

¶ Ad id de quo vlterius queritur in eodem dubio an scꝫ predictum supplementum peti possit in pecunia vel estimatione dico ⁊ respondeo ꝙ illud debetur in ⁊ de bonis ac substantia testatoris Et ideo solui non potest legitima vel supplementū illius in pecunia filio inuito vel filia inuita. dicta. l. scimus. §. repletionē ⁊ quod ibi docto. ⁊ quod post Guilliel. de cug. not. Bar. in. l. suus quoqꝫ. in fi. principij. ff. de hered. instit. vbi etiā hoc not. Jo. de imol. col. vij. ⁊ Alex. de imo. in. l. non amplius. §. fi. ff. de lega. j. Bar. ⁊ doct. in. l. marcellus. §. resqꝫ. ff. ad treb. Bald. in. l. filium quem. col. xi. C. de inoffic. testa. ⁊ in. l. iubemus. col. j. C. ad trebel. ⁊ alij in alijs locis.

¶ Ad tertium dico ⁊ respondeo ꝙ licet es alienum ⁊ funeris impensa diminuāt legitimam dicta. l. papinianus. §. quarta. aūt. illud tñ nō diminuūt legata pia: qꝛ quicūqꝫ vult exhereda to filio heredē facere ecclesiā facere querat alterū qui suscipiat nō augustinū. c. si. xvij. q. iiij. ⁊ qđ no. gl. in. l. si qs ad declinādā super verbo similimodo. C. de episco. ⁊ cle. ⁊ ꝙ legata huiusmodi legitimam non minuant, voluit Jo. calde. in tit. de testa. cōsilio. xxiij. exordiente, an si legatur pro anima. Alex. de imo. cōsilio. xviij. exordiente non minuatur legitima ⁊c. in quarto volu. ⁊ do. Jason may. in. l. si vnus. col. iij. C. de testa. que autem sit vel dicatur expensa funeris ponit Azo. in summa. C. tit. de religio. ⁊ sumpti. fune. col. iij. ver. funeris autem sumptus ⁊c. Rofre. in libellis suis sub rubrica de actione funeraliū, Panormi. in quadam disputatione sua exordiēte, sempironus ⁊c. ⁊ docto. communiter in cle. dudum. §. verum. de sepul. legatuꝫ igitur trium milium florenorum de quo in casu et alia legata pia non minuant legitimam predicte Guillielme nec habetur in consideratione quo ad vt illam diminuant.

¶ Ad quartum patet responsio per ea que iam dixi scilicet ꝙ donatio de qua ibi facta de mobilibus ⁊ pecunijs nō minuūt legitimam ⁊ que vt dixi non valuit nec valere potuit vt donatio causa mortis cum fuerit facta absenti ⁊ nō interueniente epistola vel nuntio vel alio pro eo acceptante.

¶ Venio ad quintum pro cuius solutione premitto ꝙ vt iam dixi tempus mortis testatoris vel illius in cuius bonis petitur legitima regulariter inspicitur vt sciatur q̄ta sit legitima. l. cum queritur. ⁊ aut. nouissima. superius allegatis. premitto insuper ꝙ licet aliqui aliter sentierint comunis tamen opinio est ꝙ supplementum legitime petitur condictione ex dicta. l. omnimodo. C. de inoffi. testa. quod etiā voluit ibi glo. super verbo. exigere. Angel. in dicta. l. papinianus. §. si conditioni. Pau. de cast. ⁊ do. Jason may. in dicta. l. omnimodo. ⁊ Alex. de imol. consilio. cxxviij. col. ix. in primo volumi. ⁊ Joannes de imol. in. l. in quartam. col. fi. ff. ad trebel. ⁊ quemadmodum legitima debetur vel habetur de vel in singulis rebus hereditarijs. l. plancus. ⁊. l. linea margaritarum. ff. ad leg. fal. ⁊. c. raynaldus. ⁊ quod ibi scribentes de testa. not. Bar. ⁊ doct. in. l. in quartam. ff. ad leg. fal. ita ⁊ supplementum seu ius repletionis consistit ⁊ habetur in singulis rebus dicta. l. suus. §. repletione. in. C. de offi. testa. ⁊ quod not. Oldra. consilio. cxiij. exordiente, questio qua queritur an supplemētum legitime sit ex rebus singulis detrahendum. ⁊ Bar. ⁊ docto. in dicta. l. in quartam. Panor. in. c. raynaldus. col. penul. versi. ⁊ idem dicitur respectu repletionis legitime. vbi etiam Andr. barba. in repetitio. charta. lxxij. col. j. ex quibus infero ꝙ licet supplementum legitime petatur condictione ex lege ⁊ sic actione personali heres tamen contra quem datur actio seu condictio, dicto aut. vt cum de appellatione cogno. §. ceterum. ⁊ quod not. Angel. in. d. l. papinianus. §. si conditioni. Jo. de imol. in. d. l. in quartam. col. fi. non est debitor generis sed est debitor speciei seu respectu ⁊ contemplatione speciei Quia conditio predicta est in rem scripta. Quo fit vt q̄uis debitor generis non liberetur a debito propter intentionem speciei. l. in ratione. el. ij. §. diligēter versi. incerte. ff. ad leg. fal. ⁊. l. incendium. cum suis simili. C. si cert. pet. Tamen videretur ꝙ propter peremptionem rerum hereditariarum factam sine culpa dicti Aymonis heredis ⁊ ante moram commissaꝫ in non expediendo vel assignando supplementum fuerit ipse liberatus animo a supplemento legitime illo scilicet ꝙ eidem Guillielme competebat in rebus peremptis per id quod habetur in. l. quod te. ⁊ qđ ibi docto. ff. de re. credi. ⁊ in. l. si ex legati causa. ff. de verborum obli. ⁊ quod not. Joan. de imol. in dicta. l. in ratione. §. diligenter.

¶ Ad sextum dico ⁊ respondeo quod dicta Guillielma non videtur bene agere: quia sibi pro dicto supplemento non datur iudicium exequutum sed vt dicit cōditio ex dicta. l. omnimodo. in qua formatur libellus prout not. Pet. Jaco. in suis libellis sub rubrica de conditi. ex. l. omnino. ⁊ Angel. aret. in. §. tam autem. institu. de inofficio. testamen. post Barto. in consilio per eum allegato. Et vt dicunt docto. in dicta. l. in quartam. ⁊ in. c. raynaldus. quamuis legitima seu supplementum legitime debeatur in singulis rebus: non tamen potest peti assignari in singulis rebus inuito herede nec etiam potest heres inuicto eo casu debetur legitima seu supplementum illius illa vel illud assignare in singulis rebus. sed nisi aliter appareat dispositum per testatorem vel illi conueniant heres ⁊ ille cui debetur legitima aut supplementum illius remittitur assignatio arbitrio boni viri, ⁊ sic iudicis qui illam faciet in vna vel duabus rebus vel ꝑut sibi melius videbitur. hec est enim comunnis conclusio pro quo videri possunt remissiones quas ponit Alexand. de imol. in. l. marcellus. §. res que. col. penult. §. quid autem. in legitima debita iure nature an possit in vna re ⁊c. ff. ad trebel.

¶ Ad septimum dico ⁊ respondeo quod licet officium paternum sit dotare filiam ⁊ sic posset pater cogi ad eam dotādam. l. fina. C. de do. promis. ⁊. l. qui liberos. ff. de rit. nup. non tamen potest cogi ad eam dotandum de bonis ⁊ substātia ipsius sed potest eam dotare in pecunia, ⁊ filia tenetur dotem pro ⁊ nomine ipsius constitutam imputare in legitimam: dicta. l. quoniā nouella. in fin. C. de inoffici. testa. licet igitur prefata Guillielma fuerit dotata in pecunia ⁊ deinde dos pro ea cōstituta fuerit soluta eiꝰ marito, vel marito ⁊ sibi, vł sibi de cōsensu mariti, qꝛ in hoc nō facio vim, ⁊ de solutione fuerit cōcessa quittantia non propterea sibi preiudicauit de iure cōmuni quominus petere possit supplementū hoc est quod deest dote predicta prius imputata in legitimam. ⁊ istud supplementum vt predixi, debetur in et de rebus et corporis hereditarijs: dicta. l. scimus. §. repletionem. fateor quod dominus Guido papa in decisionibus parlamenti Delphinalis decisione. ccccxxxvij. exordiente, pater in testamento heredem suam particularem ⁊c. refert quod ipse vidit seruari temporibus suis de stillo ⁊ cōsuetudine curie parlamenti Delphinalis ⁊ aliorum curiarum Delphinatus quod si pater relinquat aut leget filie iure institutionis summam pecuniariam que tamen non sufficiat ad legitimam soluitur supplementum non in bonis ⁊ substantia testatoris sed in pecunia, qua si hoc supplementum vt pote accessorium sequi debeat legatum seu relictum vt pote quid principale ⁊ secundum ipsum reguletur. l. cum principali. ff. de regulis iuris ⁊. c. accessorum. eod. titu. in. vj. ⁊ per hoc secundum euꝫ videtur textus in. l. si. non mortis in principio ibi aut si minus habuerit quod deest boni viri arbitratu repleatur. ff. de inofficioso testamento. Sed vt dixi in contrarium est comunis opinio a qua in consulendo vel iudicando non est recedendum. l. j. versicul. crebrior. apud veteres opinio. ff. de officioso questo. c. nominis. ⁊ quod ibi Anthonius de butrio de verborū significatione. c. de inducijs. iij. q. iij. ⁊ quod notat hostiensis Joannes Andreas Anthonius de butrio Panormitanus ⁊ doctores communiter in. c. j. de constitu. Si tamen esset in patria consuetudo dictans contrarium illa seruanda esset.

¶ Ad vltimum dico quod in veritate de hoc timendum est ne scꝫ ipsa Guillielma velit habere supplementum legitime

Et nihilominus id totum quod plus fuit relictum secunde vxori dicti quondam Jacobi quam fuit dos ipsius Guilliel me et legatum sibi relictū.l.hac edictali.in principio.C.de se cund.nupt.⁊ authen.de nupt.super quo aduertendum est ꝙ quamuis Baldus in dicta.l.hac edictali.versiculo,ibi tamē arguendo ad partes voluerit ⁊ concluserit ꝙ licet filio fuerit donatum aut relictum minus legitima que tamē illud supple tur a lege vsq; ad legitimam debeat vitricus aut nouerca cui plus donatum aut relictum extiterit habere saltem de dona tis aut relictis vsq; ad valorem legitime,per iura que allegat. contrarium tamen videtur verius scilicet quod imo habere non debeat nisi tantum quantum fuit donatum aut relictum vni ex liberis primi matrimonij:illi scilicet cui minus ⁊ quod non habetur consideratio seu respectus eius quod a iure sup pletur pro quo remisisse sufficiat ad id quod ponit Philip.de corne.consi.xxxiij.exordiente,repetitio diminutionis memini me bis alias consuluisse ⁊c.in primo volumine ⁊ plenius con silio.ij.exordiente viso suprascripto testamento in litera.D.in quinto volumine vbi potest videri ⁊ sic in casu nostro pro de fensione donatorum dicte domine relicte ⁊ legatorum sibi fa ctorum que forte excedunt dotem ⁊ legatum predicte Guil lielme non sufficeret dicere quod ipsa domina relicta tantum habere debeat de sibi donatis ⁊ legatis quantum ascendunt dos ⁊ legatum dicte Guillielme ⁊ supplementum legitime in super etiam aduertēdum est quod quamuis aliquid duxerint quod illud plus donatū vel relictū victrico aut nouerce quā vni ex liberis primi matrimonij illi scilicet cui minus inter ipsum victricum seu nouercum ⁊ liberos primi matrimonij di uiditur,ita quod non totum applicatur ipsis liberis.et huic sententie videtur fuisse gloss.in dicta.l.edictali.super verbo eū et idem sentit ibi Cyn.in.iiij.q.Baldus consilio centesimo quinquagesimo secundo,exordiente,Sedere vxori ⁊c.in quar ta parte,vbi refert quod sequendo equitatem dicte gloss.alias ita consuluit et quod ita tenet saluo semper consilio sanior ⁊ Benedic.capra.in consilio octuagesimo primo tamen con traria opinio scilicet quod illud totum debeat auferri victrico vel nouerce et insolidum applicari liberis primi matrimonij videtur verius per multa iura ⁊ fundamenta inducta Phi lippo de corne,vbi etiam multos cōmemorat tenentes hanc partem consilio quadragesimo quarto exordiente plurimum dubia est presens consultatio.⁊ cōsilio cētesimo decimo octa uo exordiente,in hac consultatione in primo volumine ⁊ in di cto consilio quinquagesimo primo in quarto volu.vbi potest videri que omnia dixerim ⁊c.

¶ Epitome.

¶ Matertera defuncti nepotis cōnsobrinos excludit. Sed ⁊ agnati vlterioris gradus ab ea excluduntur,quamuis bo na ex parte patris ad nepotem peruenissent id enim ꝙ de fra tre vterino tantum,vel consanguineo tantum dicitur,debere haberi rationē bonorū que a patre peruenerūt,vel a matre,vt hic vel ille in eis fratri succedat:locum habet tantum inter fratres,non existentibus vllis vtrinq; coniunctis. A. F.

¶ De legiti.heredib. Consi.lxxviij.



Ponitur in facto ꝙ nouissime vita functus est ⁊ ab humanis sine liberis ⁊ intestatus decessit honest⁹ iuuenis Jaumetus giraudi superstitibus ⁊ sibi super uiuentibus honesta muliere Oppida raynau de eius matertera ac quibusdam liberis prouidi quondam vi ri telini raynaudi eius quondā auunculi ⁊ qui sunt ipsius Jau meti consobrini.quesitum est ad quos delata extiterit eius he reditas.dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succinte ꝙ dicta materte ra seu matris soror sibi attineret in tertio gradu;⁊ dicti conso brini in quarto.l.prima.§.tertio gradu.versi.item fratres ⁊c. vbi item amitini cum suis similibus.ff.de gradi.hereditas predicta fuit delata eidem materne repulsis prefatis con sobrinis ⁊ alijs si qui sint dicti eorum gradus vel alterius vlte rioris.aut.de heredi.ab intest.§.si vero neq; fratres.colla.ix.⁊ transumptiue in aut.post fratres fratrem que filios.C.de legi timis heredibus.et quia hoc puto esse sine dubio vlterius nō prosequor.

¶ Ceterum post precedentia scripta mihi expositum est su peresse quendam Clandium girardi qui se esse pretendit ⁊ af firmat de agnatione prefati quōdā Jaumeti ⁊ ppterea debere ei succedere ⁊ pferri pfate oppide materne saltē in bonis acqsi tis ex linea paterna p quo forte inducit.l.de emancipatis.§.ex ceptis.C.de legitimis heredibus.⁊ qd no.gl.⁊ multi scribētes in aut.itaq;.C.commu.de successio. Sed istud non obstat quia respondeo ꝙ dictus.§.exceptis.loquitur in fratribus.vult enī ꝙ in bonis quesitis ex linea paterna preferatur frater consan guineus tantum fratri vterino ⁊ in bonis acquisitis ex linea materna preferatur vterinus tantum fratri consanguineo tā tum.Et hec conqueritur quis debeat succedere fratri ab inte stato vita functo ⁊ cui superuenerint fratres vnus scilicet consanguineus tantum:alius vero vterinus tantū.et quāuis ille.§.exceptis,secundum mentem plurium scribentiū extenda tur ad filios fratrum,non habet tamen locum in personis vlte rioribus seu gradu,vlterioris.quod etiam sensit ⁊ voluit Bal. in.d.aut.itaq;.versi.⁊ est quidā ordo ⁊c.vbi etiam Sali.ver.que ro ab extra.per tex.in dicta aut.de heredi.ab intes.§.conse quens.⁊ idem etiā tacite sensit mathe.de mata.in suo tracta. de succes.ab intes.in tertio membro principa.versi.hoc proce dit quo ad bona extrinsecus quesita ⁊c.dum mentionem facit de fratribus ⁊ eorum filijs.sed illis exceptis non cōmemorat vlteriores in gradu,sed dicit ꝙ alij agnati ⁊ cognati succedūt in capita seruata sola prerogatiua gradus.dicta aut.de here di.ab intest.§.si vero neq; fratres.⁊.§.illud autē.qd etiā post mate.mate.voluit Jaco billoni in addi.ad dictum tracta.in tertio membro principali in addi.exordiente.non sunt multi menses.⁊ consilio.lx.⁊c.exordiente,cornelius pupillus multa habēs bona ⁊c.alias,vt in presenti consultatiōe.supposito igi tur citra preiudicium veritatis ꝙ dictus glaudius giraudi es set de agnatione prefati quōdam domi.Jammeti ꝙq; bona de quibus queritur peruenissent ex paterna successione ad eū dem Jammetū:quia tamen idem Claudius non fuit frater p fati quondam Jammeti sed nec filius fratris insuper nec pa truus aut filius patrui dicti Jammeti ipse non potest eidē Jā meto in dictis bonis vel alijs succedere,sed repellitur per di ctā oppositā materteram,dicto.§.si vero neq; fratres.in quo ponitur regula que tenaciter tenenda est postq̄ quo ad casum nostrum non reperitur exceptio vel dispositio specialis,⁊ per id quod voluit Bal.in.l.si tutor.in fi.C.de seruo pigno.da.pro quo causa breuitatis remisisse sufficiat ad id quod not.domi. Jason may.in aut.si qua mulier.col.x.versicu.item pro regula superest pronunciandum ⁊ vt dicit fran.de are.consil io.lxxij. col.prima habens pro se regulam dicitur habere fundatū. idem voluit fran.de cur.consilio.lxxvi.exordiente super mo tiui ⁊c.col.iij.versi.⁊ ad hoc possent infinita alia adduci que dixerim ⁊c.

¶ Epitome.

¶ Judicis est officiū non statim decernere amissionē in pos sessionem domus ex testamento,si alij ius pretendētes intra eam:sint sed prius iubere vocari debet,⁊ explorare an illam domum testator possideret ⁊ alias pars ad cuius instantiam hec facta sunt,possessionem amittet. A. F.

¶ De acquiren.vel amitten.pos. Consi.lxxix.



Quamuis cum alias scriberem pro ⁊ in fauorem honeste mulieris Philippe Raynaude filie quondam natura lis ⁊ legitime defuncti viri baudeti Raynau di opptarem videre testamentum quod condi disse dicebatur dictus quondam baudetus binubus ⁊ in eo heredem vniuersalem insolidum ⁊ vnicum instituisse ho nestam mulierem monetam Hyllarie eius tunc vxorem ⁊ nouercā dicte philippe raynaude,illud tamen vt pote non exhibitum aut productum,vel saltem in processu non incertū videre non potui,nec nunc possum pro eo quia non est in actis incertum ⁊ forte immo forte,siue forte studiose.sic enim eadē moneta vt pote sedere vxori dicti quondam Baudeti nō po tuisse sibi plus relinqui aut donari per dictūm Baudetum q̄ donatum aut relictum extiterit dicte Philippe Raynaude filie primi matrimonij eiusdem quondam Baudeti,⁊ ꝙ plus relictum aut donatum eidem monete habere debuit ⁊ habea tur pro non scripto dato aut relicto. Quoq; illud applicari debeat ⁊ applicetur dicte Philippe.l.hac edictali scribētes. C.de secū.nup.⁊ aut.de nupt.§.optime.⁊ qd ibi Bar.⁊ Ang. cola.iiij.ꝙ notant multi in.l.f.C.de inoffi.doti.⁊ debet il lud plus relictum seu datum aut donatum sic haberi pro non scripto dato aut relicto vt in eo nullam partē habere debeat dictam monetam pro quo pro nunc remisisse sufficiat ad id qd ponit

corne. consi. xxxiij. consi. xliiij. ⁊ consi. cxviij. in primo volumi. Dubitans igitur fortasse eadem moneta, ne de hoc opponeretur ⁊ in promptu probaretur distulit ⁊ differt exhibere dictū pretensum testamentum pretendens sufficere quandam pretensam note illius exhibitionem aliās factam vt contendit, que tamen vt pote facta, si tamen facta appareat parte absente ⁊ non citata ⁊ non in forma solenni: ⁊ de iure requisita, non sufficit nec sufficiet.

¶ Ceterum cum tempore dicte pretense exhibitionis seu asserti decreti de immittendo in possessionē domus in actis cause latius mentionate ⁊ tempore fieri attentate inhibitionis eadem philippa teneret dictam domum ⁊ in ea existeret ⁊ propterea presumeret ⁊ presumi deberet: illā tenere ⁊ possidere ar. c. j. xviij. q. j. ⁊ quod notat gloss. in. c. pontifices. v. q. j. Imola in. c. cum olim. propter questiones de priuilegijs. ⁊ quod colligitur ex nota. per glos. in. l. ad maritorum. C. ne vxor pro marito. Angelus in. l. qui vias. quod etiam voluit Oldra. consi. centesimo nonagesimonono. exordiēte pro fundamēto attendendum est ⁊c. ⁊ consi. ccix. exordiente, in causa hospitalis sancti eligij. col. ij. vel circa. Baldus in. l. ij. versi. decimo queritur ⁊c. C. vbi in rem actio. Baldus in. l. officium. C. de rei vendi. ⁊ Alexan. de imol. in. l. a diuo pio. §. si super rebus. in quinta addi. ff. de re iudicata. §. j. ff. de damno infec. ⁊ Alexan. de imol. multos referens in. l. rem alienam. collatio. ij. ff. de pigno. act. non debuit egregius vir dominus iudex Aurayce aut quiuis dominus eius locum tenens decernere huiusmodi immissionē, nec dicta moneta instare nisi prius vocata seu citata dictā philippa possessore. Et vbi eadem moneta ignorasset dictam Philippam esse in domo predicta ⁊ propterea illam presumptiue possidere, q2 tamen poterat de facili super his informari, laborare debuit pro informatione. ꝙ quia non fecit videtur ius suū perdidisse vel illo si quod in domo huiusmodi vel ad eam habebat priuari debuisse ⁊ debere pro quo allegasse sufficiat. l. meminerint cuncti. C. vnde vi. l. extat. ff. quod met. cau. ⁊ quod ponit Barto. consi. exordiente, missus in possessionem vigore. l. edicto. ⁊c. Bal. in. l. fi. col. iij. vel circa. C. de edicto diui adriani tollendo. Petrus de ancha. consi. cclxxi. exordien. in primo dubio queritur. ⁊ consi. xciij. exordiente, videtur prima facie. domi. Fely. i. c. exhibita. col. i. ad fi. ⁊ se. de iudi. ⁊ do Jason may. in. l. fi. col. iij. C. de iure delibe. Et saltem illud est omnino indubitatū ꝙ tenuta seu missio in possessione cōcessa per dictum dominum iudicem seu eius locum tenentem non vocata dicta Philippa fuit ipso iure nulla postquam vt dixi poterat dicta moneta de facili certificari p id quod not. Pe. de Ancha. ⁊ gemi. in. c. fi. in fi. de elec. in vj. ⁊ sequitur do. Jason may. in dicta. l. fi. col. iij. c. de iure delibe. lz ante eos Bar. ⁊ Bal. in locis preallegatis, de quo etiam Ange. are. in. §. quadrupli. in materia. l. fi. C. de edic. diui adria. vers. quero an aliquis sit citādus. vbi voluit quod ille qui possidet est in specie ⁊ nominatim citandus. l. fi de certa. C. si propter publi. pēsita. ⁊ hoc siue ille possessor sit iustus, siue iniustus: q2 etiā iniustus possessor citandus est: dicta. l. meminerit, cum ibi not. C. vnde vi. ⁊. c. licet pūs. de prebē. in vj. Et subiungit ange. are. hoc esse fiendum etiam si actor ignoret illum possidere Que ignorātia sua non preiudicat possessori non citato per id quod not. in l. si miles. §. primo. ff. ex quibus causis maior. ⁊ qd notat in. c. eum qui. de prebēdis. in vj. Quod si ita est, immo quia ita est, scz ꝙ dicta moneta sciuerit eandem Philippam esse in domo predicta, aut si nesciebat potuerit ⁊ propterea debuerit, vt penam euitaret se super hoc informare, quod si non fecerit fuit ⁊ est eidem imputandum: multo fortius superest ꝙ in ea summo opere reprehendi debeat scz ꝙ post oppositionem factam parte eiusdem Philippe in domo existentis ⁊ possidentis vel vere vel presumptiue ista moneta instituit eādem Philippam expelli ea non presens audita, nec edicto de iure dicte monete scz de pretenso testamento dicti quondam Baudeti ⁊ ꝙ tempore mortis sue idem Baudetus teneret ⁊ possideret dictam domum, que tamen erunt probāda prout colligitur ex ijs que habentur in dicta. l. fi. C. de edicto diui adriani tollen. quinimmo postquā apparet de contradictore debebat parte dicte monete libellus offerri secundum communem conclusionem doctorum in dicta. l. finali. Et ꝗuis possint alia multa scribi ⁊ induci pro ostensione nullitatis processus ⁊ ordinationum do minorum primi iudicis eius locumtenentis ⁊ pro defensione sententie nouissime late per dominum locumtenentem egregij viri domini tunc appellationum iudicis, quia tamen casus iste non est dubius ⁊ tam alia scripta ꝗ proxime preceden tia mihi videntur sufficere. Ego vlterius non insisto.

¶ Epitome.

¶ Legauit testator pratum: sed post hoc testamentum donationem fecit omnium bonorum, quibusdam alijs reseruatis. prati legatum per sequutam donationem non esse reuocatum respondetur. V. F.

¶ De adimen. lega. Consi. lxxx.



¶ Secundo viro non debetur de relicto vxoris quantum lex supplet pro legitima filiorum primi matrimonij : sed tantundem solum, quod cum minime fuit vni ex liberis primi matrimonij per matrem relictum : vt si vni tantum tres floreni per matrem tantũ relicti sint, nequeat iste vir habere plus tribus florenis, quodqz vltra eos illi datum est, ad liberos illos totũ reuertatur. V. F.

¶ De dona.inter vir. ⁊ vxo. Consi.lxxxiiij.



Visis dubijs parte honeste mulieris laurentie aliaude ⁊ aliorum liberorum primi matrimonij honeste quondam mulieris Claudete calcade mihi exhibitis dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte ad dubia huiusmodi prout infra. ⁊ primo ad primum quod dicta quon-
1 dã Claudeta † non potuit plus donare vel relinquere prouido viro Petro tardini eius secundo marito ꝙ donauit aut reliquit vni ex liberis primi matrimonij, illi scz cui minus donauit aut reliquit.l.hac edictali. ⁊ quod ibi doctores.C. de secundis nuptijs. ⁊ authentica, de nuptijs .§. optime. ⁊ quod ibi Bartolus, Angelus ⁊ doctores col.iiij. ⁊ quod notãt multi in l.vnica,C.de inofficiosis dot. Raphael fulgosius consil.xcix. exordiente, Anthonius transiens ad secunda vota. ⁊ benedic. capra consi. lxxxj. exordiente, punctus domina Blasia filia quondam melchioris ⁊c. Quo fit vt cum dicta quõdam Claudeta non appareat donasse aut reliquisse prefate Laurentie ⁊ alijs suis filiabus ⁊ earum cuilibet nisi tres florenos:monete currẽtis non potuerit etiam eadem Claudeta donare aut relinquere dicto eius secundo viro nisi tres florenos, nisi forte quis dicat quod imo potuerit eadem Claudeta tantũ relinquere aut donare dicto tardini eius secundo viro quantum ascendebat legitima cuiuslibet ex dictis filiabus ⁊ alijs liberis primi gradus eiusdem Claudete per motiua ⁊ fundamenta que ponit Bald.in d.l. hac edictali. versic. ibi,ita tamen. hic sunt plura consideranda ⁊c.vnde cum eidem Claudete superfuerint septem liberi primi gradus, ⁊ sic legitima cuiuslibet fuerit decima quarta pars bonorum dicte Claudete, eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno ⁊ funeris impensa authẽtica de trien. ⁊ semis.§.i.col.iij. ⁊ transumptiue:in autentica nouissima.C.de inofficioso testamento.iuncta.l.papinianus.§.quarta autem.ff. eodem titu. Videtur quod ipsa Claudeta potuerit de suis bonis donare vel relinquere dicto eius secundo viro vsque ad valorem decime quarte partis eorumdem. Sed
2 istud non obstat:quia respondeo ⁊ dico † ꝙ non debeat haberi consideratio eius quod a lege suppletur pro supplemento legitime:quia textus in.d.l.hac edictali.§.si vero non equis.ibi, cui minor portio in vltima voluntate derelicta vel data fuerit aut donata. ⁊ clarius in dicto.§.optime.ibi,filius ex illius substantia perceperit aut ex nouissima voluntate dimissum

aut

aut in vita donatum & cetera. Ponderat quod sit datum vel relictum a parente defuncto: & ita non debet in casu nostro attendi id quod lex supplet vsque ad legitimam, sed id quod vere fuit donatum aut relictũ vni ex liberis primi matrimonij illi videlicet cui minus: & ita non debet attendi ad quantũ ascẽderet legitima dictarum filiarum & earum cuiuslibet, sed quãtum fuerit in veritate donatum vel relictum predictis filiab[us] & illi cui minus per dictam quondam Claudetam. vnde cum non reliquerit illi nisi tres florenos. non videtur potuisse plus donare aut relinquere dicto tardini eius secundo viro.

¶ Ad secundum dico & respondeo quod super hoc est difficul
4 tas an illud plus donatum aut relictum dicto tardini secũdo
viro debeat insolidum ei auferri & totum applicari liberis primi matrimonij, an vero debeat inter eosdem tardini & liberos in viriles portiones diuidi ita quod dict[us] tardini vltra & preter valorem trium florenorum habeat octauam partem residui & totum residuum habeant liberi super qua doct. varia scripserunt & obmissa opinionum recitatione videtur quod plus donatum vel relictum debeat insolidũ applicari liberis primi matrimonij dicta. l. hac edictali. §. si vero. vbi dicitur quod pro nõ dato & pro nõ scripto habeant & idem dicitur in dicto. §. optime. ibi, & inter eos solos &c. pro qua sententia pro nũc sufficiat remisisse ad ea que ponit Philipp. de corne. consilio quadragesimoquarto, exordiente, plurimum dubia est &c. in primo volumine. vbi pro hac parte multa inducit & refert al[ia]s se consultum respõdisse & vidisse ab alijs sua tempestate preclaris doc. ita etiam consulendo fuisse responsum & qui referebant etiam alios doctores magne authoritatis idem consuluisse & inter ceteros Flori. de sancto petro de bononia impugnando decisionem Cy. & Bal. in dicta. l. hac edictali & dicendo quod loquuntur sine ratione & contra expressam literã. dicta. l. hac edictali. &. §. optime. & idem etiam consuluit Philip. de corne. cõsilio quinquagesimo primo exordiente, viso suprascripto testamento &c. in quarto volumine.

¶ Epitome.

¶ Vsufructuaria vxor eadẽ nouercaque a marito relicta, siue in omnibus bonis, siue in quibusdã, que tamen liberis testatoris essent necessaria ad victum, contenta esse debet victu & vestitu: in quibus & habitatio continetur cum preeminentia in domo ipsius testatoris: nisi alibi sumptibus heredũ malit degere. Pinguius autem est hoc legatum, quam victus: quoniam hic de fructibus propria authoritate capiet. V. F.

¶ De vsu. & vsufr. Consi. lxxxv.

Ponitur in facto quod dudum de anno scilicet dñi. M. cccc xc viij. & die. xxij. mẽsis Augusti honorabilis quõdã vir Joannes de grangia mercator auenionẽsis fecit & condidit eius vltimum & nuncupatiuum testamentum in quo inter cetera heredes vniuersales instituit & nominauit honestas mulieres Ysabelam Mariam & Joannam eius filias naturales & legitimas ex primo matrimonio susceptas honestam vero mulierẽ dominam Joãnam thomasse eius quondam vxorem reliquit vsufructuariam rectricem & gubernatricem omnium & quorumcunque bonorum suorum ipsius testatoris mobilium & immobilium per ipsum tam in ciuitate auenionensi & eius territorio, quam in locorum territorio grauisonis acquisitorum a tempore quo contraxerunt matrimonium cum dicta Joanna eius secũda vxore ac etiam tinalis per Jacobum de grangia eiusdem testatoris quõdam patrem acquisiti tantum quantum eadem Joãna staret in viduitate & teneret vitam vidualem sub nomine eiusdem testatoris qui permanens in voluntate huiusmodi vita functus est superstitibus predictis filiabus heredibus institutis & que paterne hereditati se immiscuerunt.

¶ Quesitum est quid propter dictum legatũ habere debeat dicta domina Joanna: an scilicet plenum vsumfructum predictorum bonorum, an vero solum & duntaxat preeminẽtiam in domo testatoris & alimenta. Ad quod respondeo quod si dictus testator reliquisset eandem Joãnam dominam & vsufructuariam bonorum suorum: tũc quicquid esset de rigore iuris & de stricta verborum significatione hoc tamen certum esset quod de consuetudine obtenta in curia vulgari ipsa no deberet habere plenum vsumfructum sed alimenta & preeminentiam in domo, prout habere consueuerat viuente predicto testatore ei[us] marito per id quod notat glo. & doct. communiter in aut. hoc locum, C. si secun. nup. mulie. Bart. in. l. titia cum testa. §. titia cum nuberet. ff. de legatis secundo. Bartolus in consilio quadragesimosecundo exordiente, Petrus matheol. Joan. and. in addi. Spec. tit. de pigno. §. sequitur videre. in additione incipiente, si vsusfructus debebatur. & Franc. de aret. exordiente presupponitur in facto &c. & Joan. ferra. in sua praci. ti. forma libelli ad petẽdum dominium. super verbo, donec vitam duxerit vidualem, versic. postremo queritur. sed quia non fuit sic loquutus dictus testator nec eandem Joãnam relinquit dominam & vsufructuariam, sed duntaxat vsufructuariam ac rectricem & gubernatricẽ bonorum predictorum: nos nõ sumus in terminis dicte consuetudinis. Quo fit vt nõ videatur quod illa debeat huic casui adaptari postquam cessant verba, per id quod habetur in. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. in. l. quarta. §. totiens. ff. de dã. infec. in. l. si seruum quis. §. non dicit. ff. de acquiren. heredi. in. l. prima. §. loquit. ff. de aqua quoti. & esti. & in. l. ita autem. cum simili. ff. de administra. tutor. & quod ponit Paul. de cast. consilio quarto. & Roma. consilio quadringentesimo quadragesimosecundo. & hanc sententiam scilicet quod isto casu non sit locus consuetudini predicte, sed debeat hẽre dicta Joanna plenum vsumfructum bonorum predictorum: intelligo deducta legitima videtur tenere Bal. in. l. si pater. C. de vsufru. in. l. finali. C. de indi. viduita. tollen. in. l. cum ij. §. si in annos. ff. de transactio. Bal. & Sali. in dicta authent. hoc locum. vbi etiam Albe. & odofre. C. si secun. nup. se. muli. & Specu. titulo, qui filij sint legitimi. versiculo, quid si quis ita in testamento. ad quod facit. l. vxori mee. ff. de vsufr. leg. Sed contrariam opinionem tenuit Bart. in. l. titia. §. finali. col. ij. versiculo, & eodẽ modo puto. ff. de lega. ij. & in. l. sicut in annos. ff. qui mod. vsusfruct. amitta. Joan. and. in addi. Specu. titu. de pignor. §. sequitur. versic. porro. & Joannes pet. de ferra. in loco superius allegato. Franc. de aret. in dicto cõsilio quadragesimo. vbi eleganter Paul. de castr. consilio quadringentesimo septuagesimo secundo exordiente, dubiũ de quo queritur. col. prima. in nouis. Paul. de montepi. in repetitione dicti. §. titia cum nuberet. char. septima. col. tertia. versi. sexto limita &c. ibi, contrariam in terminis consulẽdo tenuit &c. & dominus Jas. may. in dicta. l. cum ij. §. si in annos. vbi etiam dicit se al[ia]s pro hac parte consuluisse in ciuitate papie. Et ita fuisse iudicatum. & puto quod si hic aliud non obstaret: possemus adherere huic opinioni tanquam bene fundate, vt patet ex rationib[us] inductis per fran. de are. in. d. cõsi. sed hic sunt duo alia que vidẽtur obstare predictis heredibus & facere pro dicta Johãna scilicet quod ipsa habere debeat plenum vsumfructum non solum alimenta & preeminentiam in domo deducta vt dixi legitima in qua grauari non potuerunt dicte heredes. aut. nouissima. C. de inoffi. testa. Primum quidem est quia doctores volentes quod vxor duntaxat debeat habere alimenta & preeminentiam in domo eo casu quo liberi testatoris fuerint heredes instituti vidẽtur loqui de liberis qui scilicet nõ solũ sunt liberi testatoris sed etiã vxoris non aũt in liberis alterius matrimonij vt in casu nostro prefata Joanna relicta vsufructuaria nõ est mater sed nouerca heredum. & ita iste sunt heredes filie alterius matrimonij propter quod non videtur consuetudo predicta: habere locum in hoc casu. quod etiam voluit Bal. in. d. aut. hoc locum. col. ij. vbi dicit quod ratio cõsuetudinis est fauor liberorum illi[us] matrimonij: vnde secundum eum secus esset si esset heres extraneus vel filius alterius matrimonij. & idem tenuit fran. de crema. in singularibus suis singulari. viij. exordiente, quid si maritus &c. ibi quid si sint filij sed non eiusdem matrimonij. & ange. are. in suo tracta. de test. super verbo. item reliquit. d. N. eius vxorẽ dominã vsufructuariam &c. col. tertia. sed cõtrarium sensit Bal. consilio ducentesimo vndecimo, exordiente, testator ita dicit. versiculo, porro si ex primo matrimonio essent liberi &c. in tertia parte & pro hac opinione bene facit: quia ratio quare filijs eiusdem matrimonij relicta matre vsufructuaria habeat priuilegium, vt non habeat mater nisi alimenta & preeminentiam in domo: sumitur ex coniecturata mente ipsius patris defuncti: quia non presumitur quod velit vxorem habere vsumfructum & filios quodammodo mendicare et fame perire aut. de trien. & semis. §. prohibens. & quod ponit Franc. de aret. in dicto consilio quadragesimo. col. ij. versic. in contrarium facit &c. ibi, Quoniam interpretatio illa ista autem ratio ita sibi locum vẽdicat in nouerca sicut in matre. Esset enim iniquum quod nouerca haberet vsumfructum & ipsius priuigni filij autem testatoris ea viuente quodammodo mendicarent nec presumendum est testatorem hoc voluisse arg. l. cum auus. ff. de condi. & demonstra. & l. cum acutissimi. C. de fi.

deicommiss. ⁊ vt videtur minus presumēdum est p̄rem hoc voluisse quando reliquit nouercam vsufructuariam ꝙ̄ matrem, quia potius debet pater confidere de pietate matris ad liberos ne mendicent aut fame pereant ꝙ̄ de nouerca que vt plurimum solet adire priuignos. De materno amore ponit.l. fi. circa principium.C.de cura.furio.⁊ si quis dicat quod non de materno sed de paterno amore loquatur. De quo dicit.l.illa ꝙ nullus illum vincat puto ꝙ et idipsum de amore materno dici debeat ⁊ hinc dicit enim Ysayas nūquid obliuiscetur mulier infantuli sui vt non misereatur filio vteri sui ꝙ̄uis scriptura dicat, filij diligite parentes vestros non tamen dicit parentes amate filios vestros,sed dicit,parētes nolite ad iracundiā prouocare filios vestros:sciens ꝙ parētes amant filios ita vt precepto opus non esset ⁊ hoc videmus in parentibus non solum rationalibus,hoc est in hominibus sed etiam in bestijs ⁊ feris prout egregie ponit beatus Ambrosius in sexto libro hexame.c.cui ante med. De odijs vero nouercalibus etiam aliquid ponit beatus Ambrosius qui loquens de ferijs dicit illa nescire odia nouercalia. Preterea cōmuniter accedit qđ nouerce odio habeant priuignos. Ac communiter autem accidentibus est bonum argumentum per id quod notat gloss.in l.prima.§.de arbi.Facit.l.ꝙ si nolit.§. qui assidua.ff.de edili. edict.⁊.l.si prius.cum simili.ff.de aqua plu.arcen.videtur igitur ꝙ non solum eo casu quo vxor eademq; liberorum mater relicta est vsufructuaria liberis ipsis heredibus institutis debeat ipsa mater habere vsumfructum sed ꝙ etiam idem sit de nouerca relicta vsufructuaria quod etiam voluit Paulus de montepi in dicto.§.ticia cum nuberet.charta nona, col.quarta,versi.ex istis remanebunt.expedite questiones Bartoli ⁊c. qui pro hoc inducit tria bona fundamenta que profecto mihi multum placent:ita vt putem istud primum obiectum nō obstare predictis heredibus nec sufragari dicte Joanni.

¶ Secundum quod videtur obstare est,quia in casu nostro dicta Joanna non fuit relicta vsufructuaria omnium bonorum sed duntaxat bonorum mobilium ⁊ immobilium ⁊ sic non iurium ⁊ actionum que faciunt tertium genus.l.a diuo.pio.§.in venditione.ff.de re.iudi.⁊.l.quam tiberius.ff.de pecul. nec reliquit eam vsufructuariam omnium bonorum suorum mobilium ⁊ immobilium:sed illorum duntaxat que ipse testator in locis ⁊ territorijs superius mentionatis acquisiuerat a tempore matrimonij inter eum ⁊ dictam Joannam contracti ⁊ cuiusdam tinalis acquisiti per Jacobum de grangia eius quondam patrem reliquit igitur ipsam vsufructuariam non omniū bonorum suorum sed certorum particularium bonorū. Quo casu non videtur esse locus dicte cōsuetudini ⁊ hoc videtur voluisse Bar.in dicto.§.fi.col.secunda,ibi.sed si relinquat vsumfructum alicuius fundi.Et ne fiat vis quia dicit alicuius fundi non fundorum.dico ꝙ Bal.in dicta.l.fi.versiculo,⁊ circa p̄dicta.ibi.si autem reliquit vsumfructum aliquarū rerum singularium voluit quod idem sit etiam si reliquerit vsumfructū plurium rerum ⁊ idem videtur voluisse dominus Bartholomeus soci.cons.ducentesimo decimo.exordiente,satis anceps fui in hac consultatione ⁊c.in secunda parte.


¶ Preterea possent esse magna iura ⁊ multe actiones p̄ magnis creditis,possent insuper esse bona mobilia ⁊ immobilia ad ipsum testatorem aliunde peruenta vel per eum acquisita ante matrimonium vel etiam post testamentum vel existētia extra loca ⁊ territoria predicta propter quod viderentur cessare motiua supra mentionata ⁊ que eleganter inducit Francis. de are.in dicto consilio quadragesimo. propter quod subsisto nisi iura actiones ⁊ bona proxime mētionata essent pauca vel modica ita ⁊ veraciter censeretur idem testator dictam Joannam vsufructuariam vel omnium vel fere omnium bonorum suorum tunc enim quia mortua predicta adhuc sibi locum vēdicaret videtur ꝙ idem sit iudicandum ac si reliquisset vsufructuariam omnium bonorum.arg.l.illud.ff.ad leg.acqui. ⁊.c. translato de consti.⁊ fuit de mēte domini Bartholomei soci. in dicto consilio .ccx.⁊ per hec patet respōsio ad primum quesitum.

¶ Venio ad secundum pro cuius solutione premitto ꝙ appellatione alimentorum venit etiā habitatio.l.lega.ff.de alimen.lega.⁊ alia multa de quibus per Barto.in suo tracta.de alimen. Premitto insuper ꝙ legatum alimentorum qđ iuxta interpretationem consuetudinis censetur relinqui per illa verba relinquo vxorem dominam ⁊ vsufructuariam vel relinquo vxorem vsufructuariam bonorum ⁊c.vel lego vxori vsumfructum videtur esse pinguius quam sit simplex legatum alimentorum ⁊ participat aliquid de legato vsufruct⁹ vel vsus ⁊ aliquid de simplici legato alimentorum pro eo quia videtur posse sua propria authoritate capere de fructibus ⁊ rebus hereditarijs vsq; ad quantitatem sibi necessariam ad victum ⁊ vestitum ad instar fructuarij prout tenuit Marti.silua.quē refert ⁊ sequitur Joan.an.in addi.specu.qui fil. sint legiti. §.primo. versiculo; quid scitis.Fran.de are.in dicto consilio quadragesimo.col.tertia,versi.fatendum tamen Alex.de imo.multos referens in.l.nemo potest.col.sexta,versi.idem si dixisset testator,relinquo vxorem ⁊c.ff.de legatis primo.propter quod videtur eam non posse expelli a domo habitationis dicti quondam testatoris si dicat se velle in ea habitare non dico tamen ꝙ pro sua habitatione si ampla est debeat aut possit totam occupare in damnum heredum etsi posset iudici ad se conferendum ad aliam domum sumptibus heredum concedēdam vel ꝙ data sibi annua pensione pro habitatione faceret residentiam in domo sumptibus post ꝙ̄ domum habet:esset bonum.certum est enim,ꝙ dicti heredes habent sibi prouidere de domo pro habitatione in qua possit competenter ⁊ honeste morari: per id quod no.Bal.in.l.in annalibus circa fi.C.de legat. Et ideo consulo predictis heredibus ꝙ cum ea tractent si facere possint,ꝙ mediante pensione sibi dandam vel conductione alterius domus in qua minus onerentur vel grauentur contenta sit discedere a domo heredum.Que dixerim ⁊c.

¶ Epitome.

¶ Donaui sine clausulis dominium transferentibus:sed multo ante patiente me donataria possederat:dominium videtur translatum.Sed si eadem bona ipsi donatarie minori ⁊ cōsentienti ⁊ eius viro iterum donem: nihil deperit donatarie minori,nihilq; eius viro ex hac donatione acquiritur. V. 5.

¶ De dona. ¶ Consi.lxxxvi.



Quilibet est regulariter moderator ⁊ arbiter rei sue.l.in re mandata.C.manda.l.dudum.de contrahen emptio. ⁊ vendi.l.polla.de ijs qui. vt indig. ⁊.c. de ijs ad si.de exul.facit.l.nemo exterus.C.de iude. Et est adeo quilibet moderator ⁊ arbiter rei sue vt ēt possit ea abuti.l.sz ⁊ si lege.§. consuluit.ff.de peti. here.⁊ hec maxime p̄cedunt in donatione in quo est pro ratione voluntas.l.j.cū suis simi.ff.de don.pro quibus videri potest Ang.cōsi.clxxxi. exordiente,visis instrumentis ⁊c.col.iiij.ver.ijs p̄missis. Quo fit vt honesta mulier Anthoneta sabaterie que dudū scz anno incarnationis dn̄ice.M.cccclxxxiij.omnia bona sua mobilia ⁊ immobilia presentia ⁊ futura ac etiā iura ⁊ actiones sibi cōpetentes ⁊ competentia quibusdam sibi reseruatis ⁊ retentis ⁊ certis pactis donasse legitur,donatione que fit ⁊ fieri dicit inter viuos honeste mulieri marite germane ipsius Anthonete ⁊ probi quondam viri petri germani filie cōi naturali ⁊ legitime hoc facere potuerit cui donationi non obstitit nec obstat dominicale statutū prouincie quo caueri dicitur donationes inter viuos non valere nisi fiant cum solennitate de qua ibi tū quia statutum huiusmodi loquitur in donatione simplici p̄ut patet ex tenore illius ⁊ maxime ibi quoad donationes simplices inter viuos faciēdas ⁊c.⁊ ibi hac ipsa cōsuetudine nostra declarātes ꝙ al's ⁊ aliter facta donatio hm̄oi simplex ⁊ inter viuos de bonis ⁊c. Huiusmodi autem non fuit nec est donatio predicta sed fuit ⁊ est donatio ob causam scilicet alimentorum ⁊ victus eidem Anthonete ꝙ̄diu viueret prestādorum ⁊ ita non fuit proprie donatio simplex per id quod habetur in l.aquilius regulus.⁊ quod ibi doc.ff.de dona.⁊ Alex.de imo. consilio.xl.exordiente,super primo dubio.col.v.ver. circa tertium quesitum in volumine tum ⁊ quia dicta donatio fuit iurata ⁊ sic debuit seruari etiam si in ea non interuenerit solēnitas que requiritur a statuto attento ꝙ illa requirebatur tempore donationis ⁊ non post vide que scripsi in cōsilio pro nobili vrbano de verra.in.xij.volu.Nō ergo obstat donationi predicte ꝙ in ea non fuerit obseruata solennitas predicti statuti.

¶ Et quamuis in instrumento donationis p̄dicte nō legātur fuisse apposite alique clausule trāslatiue dominij ⁊ possessiōis aut saltem possessionis ⁊ q̄ hēant vim traditionis vtpote clausula retētionis vsusfruct⁹ cōstituti cōstitutiōis p̄carij vl' alia equibus p̄ do:.in.l.traditionibus.C.de pac. in.l.licet.C. de acquiren.possess.in.l.possideri.in principio.ff.eo.titul.in secū do de cōsuetudine hoc tamen non nocet pro eo quia vt audio

dicta marita bona predicta tenuit et possedit vidente et scien- te prefata Anthoneta matre et donatrice et hoc antequam ea dã Anthoneta bona predicta donauerit eidẽ marite et Ber- trando pontij eiusdem marite primo viro et ita censetur dicta marita potior in iure non solum ratione donationis preceden tis sed etiam ratione possessionis prius tradite vel vere vel in terpretatiue propter scientiam et patientiam eiusdem Antho nete hec probantur. in. l. quotiens. prope fi. ibi cum et si ex cau- sa donationis. C. de rei uen. et. l. secunda. C. de acquirend. poss. et si opponatur quod dicta secunda donatio facta dictis Bertrã do et marite eidem marite preiudicauerit quoad partẽ dicto Bertrando donatam pro eo quia ipsa marita fuit presens et tacuit et ita videtur consentijsse. Dico et respondeo quod hoc nõ obstat multis causis et rationibus quorum vna sola sum pro nunc contentus scilicet quod tempore huiuscemodi secunde donationis eadem marita adhuc esset minor viginti quinque annis et sic etiam expresse bona sua immobilia que seruando seruari poterant alienare non poterat. l. non solum et multis alijs iurib. C. de predijs mino. et. ff. de re. eo. qui sub tute. vel cur. sunt iuncta. l. lex que tutores. C. de admi. tuto. quod si ita est imo quia ita est non est eadem marita censenda tacite alie nasse dimidiam partem bonorum antea sibi per dictam An- thonetam donatorum. Et ita mihi ꝛc.

¶ Epitome.

¶ Domum donaui retento vsufructu, quem in testamento legaui. sorore eadem quod donataria herede instituta. Respon- sum est vxorem meam nihil ex illo percepturam. U. F.

¶ De lega. Consi. lxxxvij.

Ponitur in facto quod nobilis et honorabilis quondam vir Joãnes rolerij ciuitatis Cistericẽsis dedit et donauit donatione pura mera simplici ac irreuocabi- li que fit et fieri dicitur inter viuos nobili et honeste mulieri peyrone eius sorori tunc presenti stipulãti so- lenniter et recipienti quandam supplus Joannis domum cũ suis pertinentijs et iuribus sibijpsi donatori reseruato et reten to vsufructu quodque idem nobilis Joannes conuenit permi sit et iurauit donationem huiusmodi et contenta in instrumen to super ea confecto, tenere attendere et obseruare et contra ea non venire insuper etiam ponitur in facto quod successu tem poris dictus nobilis Joannes fecit et condidit eius vltimum et nuncupatiuum testamentum in quo inter cetera heredem vniuersalem solum et insolidum instituit et nominauit dictã nobilem peyronam eius sororem et nobili Anthonie eius vxo- ri legauit et reliquit vsumfructũ dicte domus. Quodque hac sumpta occasione pendet lis per et inter dictam nobilem An- thoniam legatariam et prefatam peyronam donatariam di- cte domus et vniuersalem heredem dicti quondã nobilis Joã nis. Quesitum est quid iuris an scilicet dicta nobilis Peyro na teneatur ad prestationem seu traditionẽ dicte domus aut estimationis illius. Ad quod respondeo breuiter et succincte quod licet super hoc multa verba possent effundi. Tamẽ cõclu- siue loquendo dicta nobilis Anthonia petere non potest do mum predictam seu illius estimationem: pro eo quia cũ tem pore facti testamenti idem Joannes esset domus predicte vsufructuarius et nullum aliud ius in domo huiusmodi habe ret ipse censetur legasse et duntaxat eidem Anthonie reliquis se vsumfructũ eiusdẽ domus, non autem proprietatem quã vis ille finire deberet per mortem eiusdẽ Joãnis et propterea consequenter non valeat legatum. l. vxor patrui et quod ibi gl. Jason maynus Cy. Albe. Bar. Bal. Seli. Paulus de cast. et Alexander de imola. C. de lega. Bartolus in. l. isto. versicu. vltimo pono ꝛc. ibi quandoque ille qui habet vsumfructum le gat simplicem rem. ff. de vsufruct. lega. et quod notant docto res in. l. quod in rerum. ff. de legatis primo. Proquo facit quod not. Bal. et Angel. in. l. dotalem. ff. de test. mili. et post eos do minus Jason maynus in dicta. l. quod in rerum. §. primo, vbi voluit quod si maritus leget vxori fundum dotalem intelligitur solum legare ius et dominium quod tẽpore constantis matrimo nij habet in eo non autem estimationem dicti fundi quia ius seu dominium huiusmodi finiri debeat et resolui seu reuer ti ad vxorem vel heredes per id quod habetur in. l. in rebus. in principio. C. de iur. dot. et quod no. Bal. in. l. dotis. C. solu. matri. et Angelus consi. centesimõ nonagesimosecundo. exor diente. in themate predicto iam consului. col. ij. versi. super ter tio dico. Facit etiam pro hoc quod notat Bartolus in dicta l. sticho. et in allegata. l. vxor patrui. vbi voluit quod si aliquis habens in emphyteusim res ecclesie quas emphyteusis per mortem illius finiri debet dictas res alteri leget aut relinquat nihil debebitur legatario. Et quidem non res ipse quia illas legare non potuit nec etiam estimatio quia videtur solum le gasse ius emphyteuticum quod habebat licet morte finiri de beret. l. vxor patrui et in allegata. l. quod in rerum. §. primo, cũ multis concordantijs inductis per Alexandrum de imolã in dicta. l. vxor patrui. Quia igitur per mortem dicti quondam nobilis Joannis finiri deberet predictus vsufructus ipse ni- hilominus videtur legasse aut reliquisse duntaxat predictũ vsumfructum et ita ex legato huiusmodi nihil debetur eidẽ nobili Anthonie. Et sic sumus in casu in quo in dubio potius inducitur legati seu relicti nullitas quam presumatur heres gra uatus quod facit ad limitationem regule que habet quod in du bio actus sic debet interpretari seu capi vt magis valeat quã pereat. l. quotiens. ff. de reb. dub. l. quotiens. ff. de verbo. obl. et. l. si quando. in principio. ff. de legatis primo. quasi cẽseatur maior presumptio quod testator noluerit grauare heredem quam cu rare de validitate actus vt sic vna presumptio aliam tollat. l. diuus. ff. de in integr. resti.

¶ Epitome.

¶ Donatio quamuis simplex et pura a cõtrahẽtibus vocata sit: iudicabitur tamen potius ob causam, si donantes in ea pro spexerint, vt donatarius ipsis domum et alimenta prestet. Nã nec semper venditio est quod eo nomine a contrahẽtibus fuit appellatum. U. F.

¶ De verb. signi. Consi. lxxxviij.

Quilibet est modera- tor et arbiter rei sue. l. in re mandata. C. mãda. l. dudum. C. de contrah. emp. et vendi. l. polla. C. de his quib. vt indig. et. c. de his. ad fi. de se pul. facit in ratione sui. l. generaliter. §. fi. et. l. hac edicta. §. fi. C. de secun. nup. quod etiam voluit ang. consi. clxxxi. exordiente visis instrumentis predictis col. iiij. versic. his ita premissis venio ad decisionem quesiti. Et est adeo quis moderator et arbiter sue rei etiam vt possit ea abuti. l. sed et si lege. §. consuluit. ff. de pet. here. no. Ja. rebuf. in. l. j. C. de fun. patri. lib. xj. iniquum enim est ingenuis hominibus li beram rerum suarum administrationem auferri. l. non vsque adeo. in fi. ff. si quis a paren. fuer. manu. et iustum est vnicuique sua committere. l. nemo exterus. C. de inde. quo fit vt licuerit prouido viro Johannem de petra loci de agonto bona sua do nare honesto iuueni Janueto Rostagni cum pactis et conuẽ tionibus de quibus in instrumento donationis huiusmodi et quam donationem huiusmodi seruare tebet et illam non po test impugnare dictus Johannes donator et quidem non ex eo capite in quo pretenditur quod tempore donationis huius modi fuerit et sit incompos mẽtis seu mentecaptus quoniam vt audio et verum esse suppono ille erat prudens et discretus quod etiam colligitur ex pactis et conuentionibus de quibus in instrumento donationis et maxime pro eo quod voluit dictum Jannetum donatariũ obligari et teneri ad alẽdum vestiendum et nutriendum seipsum et vxorem quamdiu viuent in hoc facto vo luit preterea eundem iannetum obligari et teneri ad prouiden dum sibi et dicte vxori de vna domo sufficienti et omnibus alimentis et alijs eisdem necessarijs quamdiu viuerent in humanis et hoc in casum in quem non possent simul stare aut rema nere cum eodem Jannetο verum quia de hac materia que facti est plenius disputabunt partes predicte.

¶ Non etiam potest donatio huiusmodi impugnari ex capite non obseruate solennitatis pretensi statuti prouincie quo fieri prohibetur seu facte annullantur donationes inter viuos ni si in eis interuenerit seu obseruata extiterit solẽnitas de qua ibi, tum quia donatio hmõi facta nõ est in terra prouincie et sic inter ra illustrissimi do. sabaudie. his ergo attentis verbis eiusdem pretensi statuti illud trahi non debet ad hanc donationem ex pore factam extra prouinciam.

¶ Cum ⁊ quia statutum predictum loquitur in donatione simplici prout patet ex tenore illius ⁊ non solũ in vno loco sed in multis ⁊ maxime ibi quoad donationes simplices inter viuos faciendas ⁊c. ⁊ ibi hac ipsa constitutione declarantes qđ al's ⁊ aliter facta donatio huiusmodi simplex ⁊ inter viuos de bonis ⁊c. huiusmodi autem non fuit nec est donatio predicta simplex sed fuit ⁊ est donatio ob causam scilicet alimentorũ ⁊ aliorũ necessariorum eidẽ Jo. donatori ⁊ sue vxori ꝙdiu vixerunt prestandorum vel in domo habitationis ⁊ cum ipso donatario vel in alia domo per eum conducẽda iuxta formã conuentionis ⁊ pacti ⁊ ita non fuit proprie donatio per id qđ habetur in. l. aquilius regulus. ⁊ quod ibi doctores. ff. de donat. ⁊ Alexander de imola consilio quadragesimo. exordiẽte, super primo dubio ⁊c. collatione quinta. versic. circa tertium quesitum. Cui dicto non obstat ꝙ in instrumento dicte donationis dictum extiterit ꝙ dictus donator donauerit donatione pura mera rata grata valida libera firma simplici ⁊c. qꝛ illa verba non faciunt eam non esse ob causam quãdo specialis causa est postea expressa que concernit commodũ ipsius donantis vt in casu nostro ⁊ ita concludit Oldra. consilio. v. exordiente, titius dedit duobus coniugibus ⁊c. per dictam. l. aquilius regulus. pro quo facit quia licet contrahentes contractum locationis appellent contractum venditionis nõ tamen per hoc est contractus vẽditionis ⁊ emptionis. l. insulã. ff. de prescrip. verb. l. si olei. ⁊ quod ibi glossa. C. de locatio. l. si vno. in principio. ff. eo. titu. ⁊. c. constitut⁹. cum suis simili. de religio. domi. stat ergo id quod predixi scilicet quod dicta donatio non fuerit simplex sed ob causam. Quo fit vt ei adaptari non possint verba predicti statuti ergo nec dispositio illius l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accus. l. iiij. §. totiẽs. ff. de dã. infe. l. prima. §. loquitur. ff. de aq. quotiꝫ esti. l. si seruum quis. §. non dix. t. ff. de acquir. heredi. ⁊. l. ita autem. cum suis simil. ff. de admini. tuto. quod etiam voluit Rom. cõsilio quadringentesimo quadragesimosecundo. exordiente, vt decisionem accipiat presens consultatio ⁊ in alijs multis. ⁊ And. barba. consilio vicesimoprimo. col. quarta, in prima parte, ⁊ domin⁹ Bartholomeus socinus cõsilio quinquagesimooctauo, in prima parte. Ex quibus cõcludo quod donatio predicta valuit ⁊ valet nec potuit aut potest ex causis parte dicti Joannis donatoris pretensi impugnari. Et ita ⁊c.

¶ Epitome.

¶ Succedunt mihi auus ⁊ auia materni in dimidia parte, ⁊ auia sola paterna pro alia dimidia bonorũ tã per me quesitorum, ꝙ ex parte patris vel ex parte matris ad me deuolutorũ sine vlla distinctione. Dos autem filie ad patrẽ mortua filia reuertitur, a quo profecta est: nisi filie supersit maritus ⁊ ex eo liberi, ad quos matris dotem consuetudo defert.

Communia de success. Consi. lxxxix.



Ad quesita parte prouidi viri trophini de blesijs dico ⁊ respõdeo breuiter ⁊ succincte prout infra. Et primo ad primum: quia ipse ⁊ honesta mulier Joanna eius vxor au⁹ ⁊ auia materni Claudie bayote ⁊ alaysia auia paterna eidem Claudie successerũt in bonis aliunde quesitis ꝙ ex linea paterna vel materna eiusdẽ Claudie si que talia senlit acquisita hẽbat dicti scꝫ trophin⁹ ⁊ Joãna pro dimidia parte ⁊ prefata alayeta ꝑ alia dimidia pte. authent. defuncto. C. ad tertull. ⁊ in corpore vnde sumitur quo vero ad bona que ad dictam Claudiam peruenerant ex linea paterna ⁊ ex linea materna sunt opiniones, quidam enim vt Bart. ⁊ seq. voluerunt quod in bonis quesitis ex linea paterna succedant auus ⁊ auia paterni ⁊ in bonis quesitis ex linea materna materni: ⁊ sic quod in casu nostro succedant eidem Claudie dicti trophimus ⁊ Joanna in bonis ex linea materna ad eandem peruentis, ⁊ quod in bonis ad eam peruentis ex linea paterna succedat dicta alayeta. hoc enim not. Bart. tem. vbi dicit de hoc esse casum. C. de bo. que liber. ⁊ idem videtur sentire Ange. in dicto. §. si autem. ⁊ Joannes de imo. in. l. post dotem. in vltimis verbis. ff. solu. matr. dicens quod pater prefertur matri in bonis peruentis a patre vel a linea paterna per dictam. l. quod scitis. Similiter Paulus de ca. in dicta. l. quod scitis vltimo loco ponit intellectum Barto. ⁊ non impugnat propter quod videtur illi adherere. Et pro hoc intellectu videtur facere quod al's in simili dicitur scilicet quod fratres consanguinei preferuntur vterinis in bonis prouentis a patre ⁊ vterini preferuntur consanguineis in bonis maternis. l. de emancipatis. C. de leg. here. Et quod not. glossa in. d. authen. itaq ⁊ hoc vltimum dictum communiter tenetur. dicit etiam Roma. in dicta. l. post dotem. quod licet opinio Barto. non probetur per dictam. l. quod scitis. §. si autem. illa tamen est satis substentabilis. Sed contrariã opinionem scilicet ꝙ aui ⁊ auie tam paterni ꝙ materni succedãt nepoti ⁊ nepti in omnibus bonis vndecũq quesitis hoc est tẽ paternis ꝙ maternis ⁊ alijs Paterni scilicet pro dimidia parte tenent multi scilicet Bal. in dicta authẽ. defuncto. col. ij. vel circa. versiculo, quero vtrum pater preferatur matri ⁊c. Sali. in, d. authen. itaq ⁊ Philip. de corne. in dicta. l. qđ scitis. §. si autem. ⁊ plenius consilio ducentesimo sexagesimo quinto. exordiente, circa istum articulum ⁊c. in quarto volumine. qui allegant ⁊ inducũt pro hac parte multa bona ⁊ magna fundamenta ⁊ respondent fundamentis Bart. ⁊ signanter dicto. §. si autem. ⁊ maxime Philip. de corne. in dicto cõsilio. Et hec opinio sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis. videtur mihi verior ⁊ sic ꝙ dicti trophim⁹ ⁊ Joanna debeãt succedere eidẽ Claudie pro dimidia ⁊ ꝑfata alayeta pro alia dimidia parte dicta aut. defuncto. ⁊ in corpore vnde sumitur. Et per hec patet rñsio ad primũ ⁊ secũdũ quesita.

¶ Ad tertiũ dico ⁊ respondeo ꝙ cum Claudius bayoti maritus honeste quondam mulieris peyrone de blesijs filie quõdam dicti trophini ab humanis decesserit superstite dicta peyrona ⁊ deinde obierit ipsa peyrona sibi superuiuẽte dicto trophimo eius patre dos per eundem trophimum constituta debuit ad eundem reuerti. l. ex patre profecta. C. solu. matri. Huic dicto non obstat consuetudo de qua loquitur glossa et doct. in dicta. l. dos a patre profecta. ⁊ in dicta. l. post dotem. quia illa procedit quando filiafamilias moritur in matrimonio ⁊ sic superstitib⁹ marito liberis cõmunibus ⁊ patre ipsi⁹ filie: tunc enim consuetudo illa aufert dotem patri filie, ⁊ confert eam liberis huius filie: ⁊ ob hoc nõ reuertitur ad patrem filie: sed remanet penes patrem liberorum. Sed in casu nostro dicta peyrona nõ est mortua in matrimonio sed post mortem dicti bayoti eius quondam mariti ⁊ sic non habet locum dicta consuetudo quod etiam voluit Bartolus in dicta. l. post dotem. vbi etiam Ange. col. xvj. versi. secundo limita, ⁊ Bal. in. l. si. C. commu. vtri. iudi. Uerum quia dicta dos seu id qđ de ea fuerat solutum debuit reddi ⁊ solui per dictã Claudiã filiam ⁊ heredem vniuersalem dicti quõdam bayoti ⁊ cui succedunt dicti trophimus Joanna ⁊ Alayeta dicta videlicet alayeta pro dimidia parte ⁊ prefati trophimus ⁊ Joanna pro alia dimidia parte actio eidem trophimo competens contra dictum Claudium pro repetẽdo eo quod de dicta dote soluerat confusa est pro quarta parte pro qua eidem Claudie successit ⁊ sic illam quartam partem petere non potest. Alias vero partes petere potest duas scilicet a dicta alayeta ⁊ vnam a prefata Joanna. l. debitori. C. de pact. ⁊. l. si ab eo. ⁊ quod ibi gl. C. de nego. gest. et si dict⁹ trophimus soluerit. d. bayoti de dote predicta florenos triginta quinq actio confusa est pro quarta parte vt predixi et sic pro octo florenis et nouem grossis Poterit autem peterea a dicta Joãna vxore sua octo florenos et octo grossos et a prefata Alayeta florenos decem ⁊ septem et sex grossos. Et ita ⁊c.

1 ☞ Donatio immensa vsq ad legitimas rescinditur.

2 Collatio fit per eum qui se immiscuit hereditati: al's si contentus est donatione non conferet.

3 Quittarunt due filie dote contente mortua vna ante patrem, liberi petent portionem non obstante quittantia altera filia que patri superuixit nihil petet propter quittantiam nisi cum dispensatione iuramenti supplementum legitime quando in ea vltra dimidiam lesa est.

¶ Epitome.

¶ Hec ita coniũcta sunt, vt distingui, nisi repetitis numeris nequiuerint. U. F.

¶ De heredita. actio. Consi. xc.



Ad euidẽtiam dicendorũ premitto ꝙ cũ nobili ⁊ honorabili quondã viro Jacobo de orseria supfuerint sex liberi primi gradus scꝫ nobiles Claudius ipsius Johan. Yolaus bastaysia ⁊ agnes ⁊ sex nepotes seu felezeni ex nobili ⁊ honorabili quõdã muliere Jo. Orsena.

Orseria eiusdem quondã nobilis Iacobi filia naturali & legitima predefuncta bonorum omnium legitima fuit semis seu dimidia pars bonorũ d. quõdam Iac. bonorum scilicet q̃ superfuerũt deducto ere alieno & funeris impensa, authentica de trien. et semis. §. primo, colla. tertia, & transumptiue in aut. nouissima. C. de inoffic. testa. iuncta. l. papinianus. §. quarta autẽ. ff. eo. ti. Et sic si prout ponit in casu, bona eiusdem quondam nobilis Iacobi valuerunt quindecim mille florenis legitima predictorum sex liberorum primi gradus & sex nepotum ex Ioãna predefuncta ascendebat ad summam septem milium et quingentorum florenorum que erat diuidenda in septem partes & cuilibet ex liberis primi gradus assignanda vna pars & dictis sex nepotibus dictam nobilem Ioannonam eorum quõdã matrem repñsentãtibus alia septima pars per id qd habet in dicta authenti. nouissima. iuncto eo quod ibi not. Sali. q. vj. & post eum domi. Iason max. charta vltima col. ij. versic. vltra Bar. queritur & est necessaria questio & Paul. de cast. consilio. cclxxvij. in principio, & intelligo quod dicti liberi deberent habere illam non solum habito respectu ad bona que habuit dictus quondam iacobus tempore eius mortis sed etiam ad bona donata nobili Claudio eius filio tempore matrimonij per & inter eundem nobilem Claudiũ de orseria & Agnete de sancto Marcello contracti & hoc pro eo quia in donatiõe huiusmodi & que facta legit de dimidia parte bonorũ dictus nobilis Iacobus excessit modum legitimi. aut. vnde & si parẽs. C. C. de inoffi. testa & in corpore vnde sumitur & quod not. docto. & maxime Salice. in. l. q. x. C. de inoffi. dona. Premitto preterea quod donatio predicta facta scilicet dicto nobili Claudio nõ videtur fuisse vera & propria donatio propter nuptias illas videlicet de qua & cuius natura habet in. §. est & aliud. instit. de dona. in. l. si constante. l. penul. §. sancimus. l. fi. §. si igitur. & aut. dos data. & multis alijs iuribus illius titu. C. de dona. ante nup. & que solet fieri mulieri in recompensan. dotis et pro illius securitate seu pro quasi pignore dicta. l. si constante. in prin. & quod ibi doct. maxime Sali. in. d. l. penult. §. sancimus. ibi quasi antipherna & de qua habetur in. c. nuper. in fin. & qd ibi glo. & docto. de dona. inter virum & vxorem cuius etiã causas post Petr. Abba. Anto. & Ioan. andr. colligit Pano. in c. fina. col. iij. de dona. inter virum & vxorem fateor tamen donationem huiusmodi videri esse factam contemplatione matrimonij & nuptiarum contractarum per & inter dictum nobilem Claudium de orseria per nobilem Agnetem de sancto Marcello quod ex eo apparet quia incontinenti contracto dicto matrimonio & priusq̃ diuerteretur ad alios actus idem nobilis Iacobus fecit donationem predictam qui etiam in donando hoc expressit scilicet quod donabat contemplatione matrimonij & sic mens eius fuit clara et per verba opportune declarata a quorum propterea significatione non est recedendum. l. j. §. is qui nauem. ff. de exer. acti. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. iij. & l. labeo. §. idem tubero. ff. de supel. lega.

¶ Quibus presuppositis venio ad quesita. & primo ad primũ cui respondeo quatenus inibi queritur de donatione facta dicto Claudio, quod illa valuit: etiam si pro tũc existebat in patria potestate dicti nobilis Iacobi donatoris. Pro eo quia vt dixi illa facta est cõtemplatione matrimonij, seu propter ipsum matrimonium & nuptias que fortasse aliàs sequute non extitissent exemplo donationis propter nuptias proprie dicte: que scilicet fit mulieri pro securitate sue dotis. arg. l. pomponius. philadelphus. ff. famil. hercisciun. & eorum que notat glossa & doctores in. l. secũda C. de inoffi. dona. Non enim fuit simplex donatio. Et sic non obstitit validitati illius dicta. l. secunda. & l. donationes quas parentes. C. de dona. inter virum & vxorem. sed vt iam dixi, fuit donatio propter matrimonium, cui multa debentur. c. si quis acceperit. xxxiij. questione. j. C. continebatur. de spon. & c. finali de re. iudi. & sic ob causam. Preterea donatio simplex & inter viuos facta per patrem filio in ipsius patria potestate existenti firmatur iuramento secundũ Baldum in. l. finali. C. de vsuca. pro donat. quod etiam sentit idem Baldus in. l. si donatione. C. de colla. & consilio tricentesimo sexagesimoquinto in tertia parte. Alexander de imola in dicta. l. si donatione. col. v. versiculo, vtrum autem donatio & Alexander de imola consilio octauo in secundo volumine. & cõsilio vicesimo in tertio volumine. & alij in alijs locis. & hec est communis opinio. Nec etiam videtur potuisse impugnari ex capite defectus insinuationis, postq̃ vt dixi illa fuit iurata. Pro quo remisisse sufficiat ad id quod notat Alexãder de imola in. l. nemo potest. ff. de legatis primo. & consilio quarto, col. duodecima, in primo volumine, & alij in multis alijs locis quos non refero: & hec etiam magis videtur opinio communis.

¶ Quo vero ad id quod super eodem dubio queritur de donatione facta dicte nobili agneti eiusdem Iacobi donatoris, dico quod etiam illa valuit: quia quilibet est regulariter moderator & arbiter rei sue. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahen. emptio. & venditio. l. possa. C. de his qu. vt indig. & c. de his. ad finem. de sepul. & quod notat Angelus consilio centesimo octuagesimoprimo exordiente, visis instrumẽtis. & presertim valuit ratione iuramẽti in ea interpositi. c. cũ contingat. cum suis simili. de iureiuran. Dico tamen quod quia idem quondam nobilis Iacobus excessiue, seu immense donauit & non reseruauit alijs eius liberis tam primi quam secũdi graduum dicte donationes debuerint rescindi, quo ad hoc vt dicti alij liberi habeant legitimam que vt dixi ascendebat pro quolibet ex liberis primi gradus ad septimam partem dictorum septem millium & quingentorum florenorum & pro liberis dicte quondam Ioãnone ad aliam septimam partem. dicta authentica, vnde & si parens. C. de inoffi. testa. & in corpore vnde sumitur & alijs iuribus superius allegatis. Et per hec patet responsio ad primum & secundum quesitum.

¶ Ad tertium dico & respondeo cũ vt supponitur in facto dicta, quondam nobilis Iohanna ab humanis decessit superstite dicto nobili Iacobo eius quondã patre quitãtia per eã facta non nocuit nec nocet dictis eius liberis quominus potuerint & possint ab intestato succedere dicto quondam nobili Iacobo eorum auo vna cum suis auunculis & materteris. l. si ex paternis. §. fi. ff. de bon. liber. l. si quis filio exheredato. circa principiũ. ff. de iniust. rup. & irri. testi. Pro quo facit: quia renũtiatio seu quictantia facta per dictam quõdam Iohannonã videtur habere tacitam conditionem si scilicet successio eidẽ deferretur & ideo si illa tacita conditio non euenit quictantia habetur pro non facta sicut dicimus in stipulatiõe pure facta nouand. obligationem conditionalem: quia stipulatio habet tacitam conditionem, scilicet si euenit conditio obligationis nouande. & ideo si illa conditio defficiat stipulatio habetur pro non facta. l. quotiens. ad fi. ff. de noua. & ista est communis opinio scribentium in. l. pactum quod dotale. C. de pac. in. l. pactum. C. de colla. & in. l. qui superstitis. ff. de acquiren. heredi. quam etiam sequitur Alexander de imola consilio septuagesimoquinto, exordiente, visis & diligẽter prospectis &c. col. penultima in primo volumine, & cano. in. c. quamuis pactũ. vbi Hiero. na. charta septima col. quarta vsi. in eadẽ gl. in fine de pact. in sexto. Fateor quod richardus de sali. & Bartholomeus eius nepos senserunt contrarium in dicta. l. pactum quod dotal. C. de pact. & hoc in casu nostro scilicet quando nepotes volunt succedere cum auunculis & materteris quia cũ tũc nepotes necessario habeãt venire ex persona matris quittantiam & iuramentum matris nocent etiam eius liberis sed huic eorum opinioni & rationibus ricardi & Bartho. bene respondet Io. de Imo. & alij post eum in. d. l. qui superstitis. & Alex. de Imo. in d. l. pactũ qd dotale col. iiij. C. de colla. & hec communis opinio a qua propterea non est in iudicãdo vel consulendo discedendum. l. j. versi. crebrior apud veteres opinio. ff. de off. questo. c. nouimus. & qd ibi Antho. de butri. de verbo. sig. & c. in iudicijs. iij. q. iij. & qd no. hosti. Io. An. & alij in. c. j. de consti. possunt igitur liberi dicte quondam nobilis Iohannone dicto eorum quondam auo vna cum prefatis eorum auunculis & materteris. quo vero ad dictam violantem que etiam quittauit cum iuramento existimo quod obstãte quittantiam ipsam succedere non possit per ea que habentur in c. quamuis pactum. & quod ibi docto de pact. in vj. & quod no. docto. in. l. pactũ quod dotali. C. de colla. verum quia dos vt ponitur in casu pro & nomine ipsius cõstituta & promissa seu dari cõuẽta & iocalibus & indumẽtis nõ ascẽdit nisi ad florenos quadringentos & sexaginta & sic fuit ipsa nobilis violans lesa vltra dimidiam iusti pretij supposito valore bonorum de quo in casu et secundum quem legitima sua ascẽdebat ad summam mille septuaginta vnius flor. & quatuor grossorum & vltra saluo errore calculi, & sic non obstante iuramento quod solum respexe [illegible] eã maiorẽ per id quod no. gl. & doct. in. l. ij. C. de rescin. vendi. & in. c. penult. de empti. & vendit. videtur dicta violans habere beneficium. d. l. penulti. postq̃ vt supponit in facto tẽpore facte quittãtie erat minor vigintiquinq̃ annis. Fuit enim ipsa nobilis violans circumuenta ac decepta & enormiter lesa habito respectu ad valorem eius legitime [illegible]

opportune certificata. Debuit enim certificari non solum de quantitate dotis pro ea constitute, sed etiam de valore legitime debite in bonis paternis quod qꝛ nõ est factum, non est toleranda hec enormis lesio per id quod no. Joannes de imol. in dicto. c. quamuis pactum. & plenius Franc. de are. in dicta. l. qui superstitis. col. sexta, post Bar. consi., octuagesimooctauo col. secunda. dico igitur ꝙ non obstante quittantia, possit petere supplementum & alias agere supra mentem. dicta. l. ij. C. de rescinden. ven. nec est eidem violanti opus obtinere dispensationem iuri; qꝛ illud videtur solum eam reputasse maiorem & sic eã exclusisse a beneficio restitutionis in integrũ, iuxta ea q̃ habentur in aut. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. Et per hoc patet responsio ad tertiũ quartũ & quintũ quesita.

Non est dubium quin Ioannes manderi conceptus procreatus et natus ex gabriela de molẽdino tempore matrimonij antea cõtracti per & inter probũ quondam virum Petrum manderi & dictam Gabrielem presumatur fuisse filius naturalis & legitimus eorundam Petri manderi & Gabriele etiam si probaretur qḋ Bertrandus barralli haberet eo tempore turpem consuetudinem cum dicta Gabriela vel cũ ea adulteraretur: & hec est presumptio fauore matrimonij per id quod notat Panorm. in. c. trãsmisse. qui filij sint legiti. c. accedens. de purga. cano & in. c. per tuas. de probat. Benedic. capra. consilio secundo exordiente, fuit quidam ciuis &c. col. quarta. alias incipit viso & cõsiderato prefato puncto. col. prima. pro quo solet allegari. l. miles. §. defuncto. C. de adulter. Quod intelligo secũdum Benedictum capra. si tempore conceptionis seu procreationis dicti Ioãnis prefata gabriela cohabitabat dicto Petro mãderi qḋ etiam voluit Angel. in. l. septimo mense. ff. de sta. homi. Panormi. in. c. per tuas. de probat. Bald. in. l. si vicinis. C. de nup. & in. l. filium. C. de his qui sunt sui vel alie. iur. vbi dicit ꝙ potius presumitur possibile honestum quam possibile inhonestũ vt probatur in dicta. l. filium. in tertio responso. & in dicta. l. miles. §. defuncto. Quinimo dico plus ꝙ si tempore conceptionis seu procreationis prefata gabriela nõ cohabitasset dicto Petro sed in alia domo & seorsum ab eo, si tamen patebat liber accessus, adhuc presumeretur dictus Ioannes filius dicti quondã Petri etiam si eo tempore turpem consuetudinem cũ ea habuisset Bertrandus baralli per id quod post Iacobum de raue. not. Cyn. in dicta. l. si vicinis. vbi querit Cyn. quid si maritus habens vxorem adulteram eam a se sine iudicio ecclesie repulerit, & illa sic repulsa accesserit ad lupanaria vbi tẽporis successu accidit quod illa mulier peperit. & dicit Cy. post Iacobũ de raue. quod partus iudicandus est legitimus: quia possibile est quod ille natus extiterit de matrimonio postq̄ etiam maritus ire poterat ad lupanaria vel ad locum in quo inhabitabat vxor & etiam cognoscere. Et vt dicunt Iacobus de raue. & Cy. & post eum alij ꝙ presumptio est pro filio scilicet ꝙ sit legitimus. Et idẽ voluit And. barb. cõsi. quiquagesimooctauo exordiente, sapienter dicit Psalmista celebris. Prope est dominus inuocantibus eum &c. vbi loquẽs de muliere adultera cohabitãte sacerdoti & seorsum ab habitatione viri dicit ꝙ partus interim conceptus sit iudicandus legitimus si tamen marito huius adultere patebat liber accessus ad omnem eius voluntatem. Stat enim hoc casu illa regula quod potius presumatur honestum possibile quam possibile inhonestũ. d. §. defuncto & l. filiũ allegat barba. alia fundamẽta q̄ possunt ibi videri: vnde nemini dubiũ. quin dictus Ioannes nauderi procreatus & susceptus ex dicta Gabriela durante matrimonio inter eam & dictum petrum nauderi presumi debeat & iudicari filius legitimus eiusdem quondam petri: non autem bastardus aut filius adulterinus dicti bertrandi barrali etiam si probaretur ꝙ eo tempore idem barrali adulterabat cum dicta Gabriela & hoc maxime procedit q2 vt audio tempore conceptionis & procreatiõis huius Ioannis eadem gabriela cohabitabat dicto quondam petro eius marito & q2 etiam ipse petrus & Gabriela eundẽ Ioannẽ nutrierũt & tractauerũt vt & tãq̄ eorũ filiũ naturalem & legitimũ & hoc tandiu quandiu dixit ipse Petrus nec noceret huic Ioanni quominus debeat reputari filius legitimus dicti quondam petri etiam si dicta Gabriela aliquando ꝙ dixisset nõ esset filius legitimus dicti quõdã petri sed bastardus adulterinus filius dicti bertrandi barrali quia quo ad hoc non erat sibi credendum: & ideo dicit Cy. & post eũ alij in d. l. si vicinis. ꝙ stultus fuit quidam rex qui ad dictum matris renũtiauit regno vt pote nõ filium regis. narrat eniz ꝙ cũ dña Regina mater sua vetula timeret d morte traxit eũ ad partẽ & dixit ei: licet fueritis cõceptus & natus in matrimonio nullũ tñ ius habetis in regno q2 non estis filius regis. & ille rex renũciauit regno. qḋ secundum Cy. & alios fatuissimum. quia nec matri nec patri debet credere filius sed debet se & conscientiam suam informare secundum legẽ: q2 non debet esse quis clementior lege: aut. de indi. §. oportet. lex indicat filiũ eum qui constante matrimonio natus est nisi probetur absentia vel infirmitas seu impotentia generandi. d. l. filium. ex quibus infero ꝙ donatio quaz fecisse dicitur dictus bertrãdus barrali ipsi Ioanni lauderi d media pte bonorũ suorũ & institutio de eo facta pro tertia parte de alia media parte non possunt impugnari tanq̄ donatio facta filio adulterino vel instituto facta de filio adulterino quia vt dixi ille presumit legitimatus & sic nõ obstat aut. qḃ mo. na. effi. sui. §. si. colla. vij. & trãsumptiue in aut. licet patri. ad fi. C. de natur. lib. & sic hoc non nocet eidem Ioanni sed sibi noceret si posset probari ꝙ dictus bertrandus crederet esse filium suum adulterinum & hoc operaret error dicti bertrandi barrali propter quem errorem viderentur vitiari & donatio & testamentum quatenus concernit dictum Ioannez & quidem quad donationem probatur per id qḋ habetur in. l.

eum hic status. §. si quis sponsam. in fi. ff. de dona. inter virum ꝛ vxor. quem text. reputat singularem Bald. in. l. eam quam. col. mihi. vij. C. de fideicommi. idem tenet Bal. in. l. nec apud. C. de heredi. instituend. Romanus in. l. si cum dotem. §. finali. ff. solu. matri. ꝛ in. l. si donatione. C. de collati. ꝛ Alexander de imola in. l. si pater tuus. circa principium. C. de heredi. instituen. qui volunt ꝙ error in cõtractibus vitiet. Et idem est in vltima voluntate: pro quo allegasse sufficiat dictam. l. si pater. ꝛ. l. nec apud. ꝛ quod ibi doct. ꝛ. d. l. eam quam. circa finem. et ꝛ quod ibi dominus Iason col. secunda. ꝛ col. nona. ꝛ alij scribentes. Angelus consilio octuagesimonono exordiente, visis ꝛ inspectis omnibus statutis. col. quinta. versi. contrarium dico. scilicet quod dicta institutio sit nulla ꝛc. Et Benedictus capra, in dicto consilio secundo col. decima. al's. vj. versicul. dicendum est quod cum dictus Petrus instituerit dictum Alexandrum. ubi plene. ꝛ hoc vt predixi operatur error qui secundum scribentes fuit in causa finali ꝛc. quo errore potuit idem Bertrandus induci ad donandum dicto Ioãni ꝛ eum pro parte heredem instituendum si filium suum existimabat, al's sibi non donaturus vel eum instituturus si putasset illum esse filiũ legitimum dicti Petri mãdeti. Sed vt dixi ista estimatio seu credulitas esset probanda per aduersarios quia ei qui dicit ꝛc. l. ei qui. ff. de proba. ꝛ. l. actor. C. eodem titulo. ꝛ. l. si quis. C. de fabricen. libro vndecimo. nec sufficeret probare quod tempore conceptionis seu procreationis dicti Ioannis prefatus barali habebat turpem consuetudinem ad dictam gabrielam et cum ea adulterabatur: quia vt predixi hoc non obstante presumitur ꝛ presumi debet idẽ Ioãnes filius legitimus dicti mandeti nõ adulterinus dicti barali. Et sic diceremus eũdem barali aliud presumpsisse credidisse aut estimasse, scilicet qꝺ imo idem Ioannes esset filius suus. nos diceremus eum errasse in iure q error nõ p̃sumitur ꝑ eo qꝛ omnes p̃sumũt' scire leges. c. primo. de constitu. ꝛ. l. leges. cum suis simili. C. de legi. ꝛ sic alleganti hũc errorem hoc est credulitatem incumberet probatio nec multum ad rem facit ꝙ dicitur dictum Ioannem fuisse nuncupatum Ioannam barali ꝛ non mandeti ꝛ a vulgo tẽtum ꝛ reputatum filium dicti barali. Quoniam respondeo qꝺ verbalis reputatio que fit ex sola denominatione parum regulariter operatur. l. imperator. §. penultimo. ff. ad municipa. l. si non remunerandi. §. cum quidam. ff. manda. Parũ ẽm ꝑsunt verbo folia narcisci ꝛ basilides. j. q. j. Preterea apparet ex p̃dictis ꝙ reputatio ꝛ nominatio huiusmodi fuerũt erronee cũ de iure presumeretur ꝛ iudicandus esset filius alterius ꝛ non dicti barali etiam si verum esset ꝙ idem barali fuisset tempore conceptionis dicti Ioannis cum matre fornicatus, quanto magis si hoc factum non fuerit ꝛ ꝙ fuisse factum non probabitur per feminam. c. multi. circa fi. versi. nam ꝛ si nominatio. ij. q. j. c. si quis. ꝛ. c. nullum. xxx. q. v. nec videtur eidem Ioanni nocere ꝙ dictus barali post cõtractum matrimonium cum dicta Gabriela eundem Ioannem tractauerit tã͡q filium: quia istud potuit fieri contemplatione matris quam in vxorem duxerat. quamuis enim nouerce non consueuerint diligere priuignos suos, hoc est liberos maritorum ex vxoribus p̃defunctis videmus tamen sepissime ꝙ victrici soleãt amare liberos suarum vxorum progenitos ex viris predefunctis ꝛ illos bene tractare ꝛ in cibis ꝛ in vestimentis, ꝛ prout faciũt de proprijs. nõ igitur presumendus est ipse barali propter hunc tractatum ꝛ alimentatione credidisse dictum Ioannem esse filium suum, ꝛ maxime cum vt ponitur in casu ipse dicatur eum educasse nutriuisse ꝛ tractasse vt ꝛ tã͡q filium proprium legitimum ꝛ naturalem. non autem credẽdum est ꝙ ipse barali crediderit dictum Ioannem subscriptum ex gabriela durãte matrimonio inter eam ꝛ dictum quondam mandeti esse proprium ꝛ legitimum filium: quia hoc est impossibile postquam gabriela habebat maritum ꝛ sic ex alio viro non poterat concipere filios nisi adulterinos. supponere igitur ꝙ idem barali cederet dictũ Ioannem esse proprium eius filium naturalem ꝛ legitimum esset eum dicere nimium bestiale. ꝛ tamen vt ponitur in facto ipse eum vt talem educauit nutriuit ꝛ tractauit. Ergo hec nõ arguunt vel inferunt dictam credulitatem. Ex premissis patet quid responderi debeat ad. l. nemo. §. qui frater. ꝛ quod ibi glossa ꝛ doctores. ff. de heredi. instituen. qꝛ in casu nostro idẽ barali sciuit aut sciuisse presumitur dictum Ioannem non esse filium suum. ꝛ quidem non legitimum: quia hoc est impossibile. non etiam adulterinum quia ille presumendus erat filius legitimus dicti mandeti ꝛ hoc presumptione iuris contra qꝺ non censetur idem barali errasse ꝛ signanter cum hoc non sit ius dubium nec doctores varient quinimo passim dicant presumptionem esse pro filio quod sit legitimus. Ex his presuppositis scilicet ꝙ dictus barali non crediderit eundem Ioannẽ esse filium suum, restat concludendum ꝙ idem barali potuerit eidem donare mediã partem omnium bonorum suorum pro eo quia quilibet est moderator ꝛ arbiter rei sue etiam quoad hoc vt ea possit abuti. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahen. emptio. ꝛ vendi. l. pollo. C. de his quib. vt indig. ꝛ. c. de his. ad fi. de sepul. iuncta. l. sed ꝛ si lege. §. consuluit. ff. de petit. hered. facit. l. nemo exterus. C. de iude. Et hoc maxime procedit in donatione in qua est pro ratione volũtas. l. prima. ff. de donat. Pro quibus videri potest Angel. consilio centesimo octuagesimo exordiente, visis instrumentis. col. quarta. versic. his premissis. potuit etiam idem barali eundem Ioannem heredem suum instituere in tertia parte reliquorum eius bonorum quia vt dicit Bald. in. l. prima. ff. de condi. insti. vltima voluntas non exigit causam. ꝛ vt dicit Ioannes de imola in. l. ex ea scriptura. §. ex his verbis, circa fi. ff. de testamentis. cum loquimur de vltima voluntate sumus in materia permissoria in suo genere. iuxta. l. j. ff. ad leg. falcid. ꝛ in qua debet posse disponens seu testator omne id quod non reperitur sibi expresse prohibitum. ar. l. necnon. §. sed quod eis. ff. ex quib. causis maio. facit. l. j. de sacrosan. eccle. c. vltima voluntas. xiij. q. ij. ꝛ auc. de nup. §. disponat testator. col. quarta, nisi forte quis dicat quod due filie naturales ꝛ legitime quas idẽ barali habebat eum impedierint ꝛ fecerint quominus posset tantum donare ꝛ tantum relinquere dicto Ioanni, sed hoc non videtur obstare pro eo quia nõ videbatur idem barali astringi donare aut relinquere dictis eius filiabus vltra legitimam earũ que erat tertia pars deducto ere alieno ꝛ funeris impensa. pro quo allegasse sufficiat authent. de trien. ꝛ semis. §. primo. coll. tertia. ꝛ transumptiue in authentica nouissima. C. de inoffic. testamento. iuncta. l. papinianus. §. quarta autem. quam tertiam habere videtur in vim institutionis hereditarie de eis facte. ꝛ si min9 haberẽt dicta tertia p͞te possent agere ad supplementum vt sic habeant illam integram. Que dixerim ꝛc.

1 ☞ Principis assertioni ꝛ relationi quantum sit deferendũ.
2 Antiquitas ad probandum quantopere valeat.
3 Donatio Constantini imperatoris pape Syluestro facta fuit ideo valida, antidoralis.
4 Massiliensis ciuitatis laudes quedam.
5 Presumptio non est in precibus quem esse obreptione visum.

¶ Epitome

¶ Massilienses etiam bona habentes in loco de penis immunes sunt a talhijs ꝛ vectigalibus: q͞uis priuati aliqui Massilienses interdum illic ea prestiterint nisi forte hoc fecissent spatio triginta annorum. A. S.

¶ De munici. ꝛ orig. Consi. xcix.

Multa sunt et que apparent ex processu cepti ꝛ aliquandiu ventilato per ꝛ inter sindicos ꝛ vniuersitatem loci de penis actores ex vna parte ꝛ spectabiles viros dominos consules ꝛ venerabilem vniuersitatem ciuitatis massilie ꝛ quosdam illius particulares reos ex alia. Ex quibus concluditur ꝛ apparet vniuersitatem ꝛ homines predictos fuisse ꝛ esse exemptos immunes ꝛ liberos a prestatione seu solutione talhiarum earum maxime quas prefati de penis ab eadem vniuersitate Massiliensi seu particularib9 illius extorquere moliuntur pretextu ꝛ ad causam bonorum per eosdem Massiliẽses possessorum ꝛ sitorum in loco aut territorio de penis. Et primo quidem concessio seu donatio quã eisdem ciuitati ꝛ ciuibus Massiliensibus factam fuisse refert recolende memorie illustrissima domina Maria pro tempore regina Sicilie prouincie ꝛ folqualquerij comitissa per recolende memorie illustrissimum dominum eius quondam consortẽ ꝛ de qua dicit ꝛ asserit se veridice fuisse informatam ꝛ per quã vt refert eadem domina Maria dictus illustrissimus eius cõsors in partibus regi Sicilie existens de gratia speciali ꝛ proprio motu sue viue vocis oraculo fecit predictam Massiliensem ciuitatem ac ciues illius ꝛ ipsorum bona immunes fran

cos & liberos ab antiquis pedagijs vectigalib' viaticis & impositionibus quibuscunq; in terris & locis domanij fieri & sol
1 iti consuetis. Cuius † relationi seu assertioni videtur credendum. Tum quia principissa, & quia super assertione seu relatione huiusmodi fundatur litere laudationis, approbationis et confirmationis per eam factarum. arg. cle. prime. de probati. que videtur habere locum non solum in summo pontifice, sed etiam in imperatore vt voluit Angelus consilio tercentesimo decimonono exordiente, serenissimus princeps &c. circa principium. habet etiam locum in rege vt voluit Bartolus in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, figura. ad finem. & Baldus in. c. cum a nobis. col. prima. de testi. Et idem in alio principe non recognoscete superiorem, vt voluit Joannes de ana. consilio centesimo vigesimooctauo exordiente, in questione que vertitur inter Andream. vbi dicit q arg. dicte clemen. prime idem dici possit in imperatore quod in papa ibi dicitur. & idem in alio habente iura imperialia & non recognoscente superiore arg. c. per venerabilem. qui filij sint legiti. Et eius quod notat Innocentius in. c. cum. P. tabellio. de fid. instru. Et pro hoc facit quia imperator potest hoc scilicet q vni credatur alteri concedere. c. quicunq;. versiculo, nec alius audiatur cum testimonio episcopi &c. xj. q. i. per quem text. dicit Romanus singulari ducentesimo sexagesimoquinto qd communitas non recognoscens superiorem, vt florentia potest statuere vt testimonio vnius episcopi vel marchionis quelibet causa decidi possit. Et q̃uis illud. c. quicunq;. hodie intelligat in papa al's censetur correctum per dictum. c. cum a nobis. secundum Innocentium: ibi tamen non apparet illud esse correctum ex eo quod imperator non potuerit concedere. & sic istud fortius est in eo vel in alio habente iura imperij cuiusmodi sunt illi qui in terris suis non recognoscunt superiorem prout hactenus fuerunt illustres do. comites prouincie & falcalquerij vt refert Oldrad. consilio nonagesimooctauo exordiente, factum tale est. quedam vniuersitas seu sindici eius. Et ita videtur reges potuisse in terris suis quicquid potest imperator in imperio, per id quod notat Bartolus in. l. infamem. in fine. ff. de publ. iudicijs. & in multis alijs locis. Alexander de imol. in. l. acta. §. primo. ff. de re iud. & cōsilio trigesimo in quinto volumine. Et alij in multis locis. Preterea dicta assertio seu relatio facta est anno domini millesimo tricentesimo octuagesimoquinto,
2 & die vicesima mensis Augusti, & sic de tempore antiquo † diu est preterito & excedente centum annos. & propterea antiquo per id quod finaliter notat Innocentius in. c. veniens. de verborum significatio. Et notat Speculator in titulo de probat. §. primo. versiculo, valet etiam. & ver. & not. & Joañes de imo. in. c. veniens. de testi. & in. l. secunda. §. idem labeo. ff. de aqua pluuia. arcen. In antiquis vero illa que esset al's semiplena probatio & minor adhuc obtinet vicem plene probationis sicut videmus in fama per quam probatur dominium antiquum. no. Innocentius in. c. veniens. Baldus in authent. quas actiones. col. vltima. C. de sacrosanc. eccle. in. l. cum super. C. de rei vendi. Alexander de imola consilio decimoquinto in principio in quinto volumine. Et alij in alijs locis. Probāt etiam plene verba enuntiatiua posita in priuilegijs antiquis & in instrumentis. vt notat glossa in. c. si papa. de regu. iur. in sexto. & in. c. cum olim. de censi. in dicta cle. prima. de probat. Alexander de imola consilio centesimo octuagesimoseptimo. col. secūda. in secundo volumine. & quod de vtroq; ponit Franciscus de are. consilio trigesimosexto exordiente, presupponitur in facto &c. col. secunda. versi. sed in istis dominijs antiquis. & consilio quadragesimosecundo exordiente, viso consilio elegantissimo precedentis domini consultoris.

¶ Preterea dicta quondam illustrissima domina Maria baiulla & tutrix illustrissimi domini Ludouici regis &c. ac comitis prouincie & forcalquerij nō solum asseruit & retulit factam fuisse predictis Massiliensibus concessionē superius mentionatā sed etiam se dicens de ea veridice informatam laudauit & confirmauit & nihilominus de certa eius sciētia speciali gratia & authoritate baiule: qua in ea parte fungebatur dictorū vniuersitatis & ciuium exigentibus, incolis ex deliberatione sibi assistentis concilij concessit eosdem ciues & vniuersitatem & bona eorum quecunq; imperpetuum de plenitudine regie potestatis immunes francos & liberos ab antiquis pedagijs vectigalibus viaticijs & impositionibus quibuscunq; in terris & locis domanij fieri cōsuetis seu ex tunc imposterum quomodolibet fiendis in dictis comitatibus prouincie & falcalquerij. qd videt potuisse facere. Tū authoritate baiule sibi concessa & pro qua presumitur attenta illius antiquitate. Tū & quia baiula & tutrix dicti domini Ludouici eius filij regis & comitis. Et propterea cum hoc conueniret persone eiusdem domini Ludouici. c. primo. de donati. donare potuit secūdum Innocentium Joannem and. Guil. Philip. de fran. & alios in. c. grandi. de supplē. negl. prel. pro quo dicto est bonus text. in. l. cum plures. §. penultimo. & in. l. seq. in principio. ff. de admini. tuto. & in. l. prima. §. primo. ff. de tute. & rationi. distrahē. quod maxime procedit & procedere debet in hoc casu in quo non fuit donatio simplex sed remuneratoria & propter multa & grandia merita & seruitia per dictos Massilienses impensa & que mentionantur & specificantur in predictis literis. nō fuit igitur mera donatio sed ob causam & propter remuneratione l. aquilius regulus. & quod ibi scribentes de dona. Et ita precesserat obligatio antidoralis, cuius sunt multi effectus collecti per dominum Jas. in. l. ex hoc iure. col. vndecima. versic. secunda principalis est obligatio &c. ff. de iusti. & iu. & in. l. si nō sortem. §. libertus. col. quarta. ff. de conditio. indebi. Et hec donatio remuneratoria longe facilius conceditur & permittitur administratoribus & officialibus, quam vera donatio, prout dici solet vel per omnes vel fere omnes in illa vulgata que
3 stione † an donatio facta Syluestro pape p constantinum imperatorem valuerit & de qua in locis vulgatis & notorijs: q2 vt multi dicunt illa fuit potius remuneratio pro eo quia constātinus fuit liberatus a lepra & instructus in fide catholica. Nec opponat aliquis quod de meritis & seruitijs huiusmodi non appareat. Tum quia dicta merita & seruitia fuerunt in literis predictis specificata: quo casu videtur esse credendum de meritis per id quod notat Bald. in. l. illud. col. quarta. vers. quarto quero &c. ibi in dubio distingue. C. de sacrosan. eccl. & in. §. si donatione. col. prima. vbi etiam Jasico. de mithi. & alij. C. de coll. Bart. in. l. si forte. ff. de castren. pecu. & multi doct. in. l. per diuersas. C. manda. & hoc procedit quando donatio fit inter personas non prohibitas, prout in casu in quo non prohibebatur prefata domina maria baiula & tutrix &c. donare subditis vt dixi. Tum & quia assertio huiusmodi fuit de antiquo & est de grandibus & magnis seruitijs que non potuerunt in diebus illis non esse notoria & que prefata domina Maria sic profuse non tamen generaliter & confuse, sed specifice verisimiliter nō explicasset nisi ita se hūisset veritas. nec puto q do. massilieses voluissent talia mēdacia in p̄dictis lris exp̄mi & q̄ eorū vicinis potuissent esse in risum imo derisum nisi expressa vera extitissent & cōtinue eis obijci quod hec vera non essent sed cō
4 ficta. adijcio q † massiliensis ciuitas antiquissima est condita scilicet per forenses grecos tempore Sedechie regis iude & a qua, prout scribunt antiqui, vsum vite cultioris & agrorum cultus et vrbes menibus cingere galli didicerunt que etiam de fidei integritate & gestis magnificis optima habet testimonia ab antiquis scriptoribus, de quibus satis erit vnum commemorasse tulium scilicet in secundo de officijs. ti. de vi & magnitudine fortune. Js enim exclamans & detestans factum Caij cesaris sic inquit: secutus est qui in causa impia victoria etiam fediore non solum singulorum ciuium bona publicaret sed vniuersas prouincias regionesq; vno calamitatis genere comprehenderet, & fabiungit itaq; vexatis & perditis exteris nationibus ad exemplum amissi imperij importari triumpho Massiliam vidimus ex ea vrbe triumphari: sine qua nunq̄ miseri imperatores ex transalpinis bellis nunq̄ triumpharunt De illius fidei integritate & gestis laudandis etiam aliquid dicitur in literis emanatis magnifico quondam viro domino georgio de marlio milite dictorum comitatuum pro tempore senescallo concessis sub presentia plurimorū d̄n̄orū officialium & aliorum subditorum concessit anno domini millesimo tricentesimooctuagesimooctauo, & die quarta mensis Maij continentibus infeudatione3 loci castri & territorij de Penis insertis folio ij.

¶ Insuper etiam pro eisde3 vniuersitate & particularibus facit confirmatio priuilegij seu priuilegiorum predictorum quaz fuisse factam per dictum illustrissimum do. ludouicum verisimiliter credit: q2 vt apparet ex tenore literarū eiusdē & parte vniuersitatis & ciuium predictorum ab eo obtentarum, & in hac causa productarum, & insertarum folio. xxiiij. fuit eidem ludouico supplicatio oblata in qua facta narratione de priuilegijs antedictis & eis concessis per dictam do. mariam & de subsecuta confirmatione facta per ipsum do. ludouicum supplicarunt sup tūc occurrentibus sibi remedialiter prouideri. nō enim est
5 verisimile † q ipsi in eoru3 precibus confirmatione p eū fuisse factā expressissent nisi res ita se habuisset: q2 alias obrepsissent principi. ff. ad leg. cor. de falsis. quod non est presumendum. l.

merito cum suis simili .ff. pro socio.

¶ Preterea non solum eisdem massiliensibus ꝛ iuxta petita prouidit idem illustrissimus princeps ꝛ quidem ex delibera-tione assistentis sibi consilij sed etiam causam huiuscemodi prouisionis subiunxit: quia scilicet sibi constitit de priuilegijs ꝛ indultis predictis ꝛ per relationem factam in suo sibi assistēte consilio ꝛ coram eo. non enim subest causa vel ratio propter quam eidem domino principi hoc asserenti credi non debeat ꝛ signanter quia poterat priuilegia de quibus eisdem vniuersitati ꝛ ciuibus de nouo concedere si concessa nō extitissent cū non tenderent ad magnam vel enormem lesionem dictorum comitatuum pro quo allegasse sufficiat .c. abbate. de re iudic. ꝛ quod notant doctores in .c. intellecto. de iureiu. Dy. ꝛ Bar. in .l. prohibere. §. sane. ff. quod vi aut clam.

¶ Etiam pro dictis vniuersitate ꝛ particularibus faciunt litere recolende memorie illustrissimi domini Renati concesse anno domini millesimo quadringentesimo trigesimonono, et die quinta mensis Julij inserte folio vigesimooctauo. Ex quibus videtur fore ꝛ esse declarandum vniuersitatem ꝛ homines predictos ꝛ eorum bona fuisse fore ꝛ esse francos liberos ꝛ immunes a prestatione talhie ꝛ faciende per eos contributionis in talhia ꝛc. Non obstat quod aliqui particulares habentes ꝛ possidentes bona in loco aut territorio de penis aliquando pro bonis huiusmodi ibi contribuerunt in talhia ꝛ soluerunt vt ceteri: quoniam respondeo ꝙ cum priuilegium seu priuilegia predicta fuerint concessa ciuitati seu vniuersitati ꝛ ciuibus Massiliensibus dici nō debet quod per solutiones huiusmodi fuerit eidem priuilegijs derogatum: quia illi particulares non potuerunt eisdem derogare, nec eisdem renuntiare in preiudicium ciuitatis .c. cum omnes. de constitu. ꝛ quod notat Andreas de barru. in .l. prima. C. de his qui spon. nume. suscipi. libro decimo. vbi decidit de immunitate vectigalium cōcessa a rege apulie ianuensibus ꝛ pisanis quod per solutionem vectigalium factam ab aliquibus de populo etiam voluntarijs non intelligitur preiudicatum priuilegio in preiudicium populi. hoc dictum commemorat ꝛ sequitur dominus Jason maynus in .l. finali col. penul. versiculo notabiliter limita ꝛc. ibi. Et per hoc infertur. ff. de constitu. princip. ꝛ dominus Felinus in .c. cū accessissent. col. decimaquarta, versiculo, tertio limita ꝛc. ibi. Et per hoc etiam inferri potest quod si singulares de populo eodem titulo. Et puto quod non solum preiudicauerūt pdicte ciuitati ꝛ alijs ciuibus dicti particulares qui aliquando soluerunt talhijs sed nec sibi preiudiciū attulerunt quo ad hoc vt in posterum soluere tenerentur nisi forte solutiones huiusmodi continuassent per triginta annos iuxta id quod habetur in .c. accedentibus. ꝛ .c. de terra. de priuile. ꝛ qd no. Jacobus rebuf. in dicta .l. prima. C. de his qui spon. mune. suscip.

Summarium.

1 ¶ Legitimandi non sunt filij adulterini sine clausula derogatoria.
2 Adulterini filij infensiores ꝛ odiosiores sunt iure ꝙ ex seruis progeniti.
3 Citari debet is qui leditur visurus legitimari eum per quam lesio imminet, nisi sit pater qui legitimari petat: ꝛ an ꝛ quādo rescriptum requirat citationem.
4 Argumentum a contrario sensu in rescriptis quomodo considerandum.
5 Clausula ex certa scientia, locum quando ꝛ in quibus non habeat.
6 Remedium .l. si. C. de edi. di. Adr. tol. executiuum est: contra quod non admittuntur exceptiones altiorem indaginem requirentes.
7 Mortuus saisit seu apprehendit viuum, hoc est, continuatur possessio de mortuo in viuum, an ꝛ quando locum habeat, et quonampacto intelligatur.
8 Legitimatio retrotrahitur: fallit quando alteri preiudicat, aut nocet

¶ Epitome.

¶ Legitimatio tua cū non recte processerit ꝛ facta fuerit post ius alteri iam quesitum, quomodo ad bona in quibus ille substitutus est peruenire potes?

¶ De naturali. liberis. Consi. c.



Uedam pretēsa legitimatio quam a recolende memorie serenissimo domino nostro Carolo frācorum rege obtinuisse pretendit nobilis gregorius assertus filius nobilis ꝛ potentis quondam viri domini Claudij de petra gorda eidē gregorio non suffragatur necnocet nobili ꝛ generoso virolardito de mareta quominus debuerit ꝛ debeat in vi substitutiōis dudū facte p nobilē ꝛ potētē quōdā virū dominū Hugonē petra gorda de nobili eyglina eius filia naturali ꝛ legitima ꝛ suis liberis masculis. Tum quia legitimatio huiusmodi videtur fuisse ꝛ esse subreptitia vel obreptitia ꝛ per subreptionem vel obreptionem obtenta pro eo quia tempore legitimationis huiusmodi idem gregorius se dixit ꝛ asseruit fuisse filium naturalē dicti quondam domini Claudij qui tamen etiam si ex eodem quondam domino Claudio ꝛ delphina merline solutis procreatus extitisset non tamen potuit proprie ꝛ vere dici filius naturalis dicti domini Claudij sed potius filius spurius per ea que alias scripsi in primo meo consilio exordiente, presupposito temp. re testamenti ꝛc. §. tertio sibi obstare videtur. vers. quia licet communis sermo. que nō repeto cum possint ibi videri. Tum quia vt audio tempore conceptionis dicti nobilis Claudij ꝛ ante tempus huiusmodi dicta delphina erat ꝛ fuerat nupta alteri. quo fit vt in dubio presumatur fauore matrimonij quod idem Claudius fuerit ꝛ sit filius legitimus dicte merline ꝛ eius mariti non filius naturalis vel adulterinus eorum domini Claudij ꝛ merline per iura ꝛ rationes ꝛ doctores ꝛ authoritates quas induxi in alio consilio exordiente, ad euidentiam dicendorum in respondendo ad septimum quesitum seu dubium quas etiam non repeto. Et isto casu non valuisset institutio ꝛ substitutio de eo facta per dictum dominum Claudium propter errorem qui fuit in causa finali vt etiam alias scripsi per .l. si pater. ꝛ .l. nec apud. C. de hered. instituē. ꝛ .l. eā quā. C. de fideicommis. ꝛ quod vtrobiꝗ scribētes ꝛ si posset aliquo mō pbari vel ostendi ꝙ ille gregorius esset filius dictorū dn̄i Claudij

Claudij ⁊ merline ille esset adulterinus ⁊ nõ naturalis propter
quod esset dicta pretensa legitimatio subreptitia ⁊ obreptitia
pro eo quia fuisset expressa falsa qualitas ⁊ que ei nõ inerat sci
licet quod fuisset dicti domini Claudij filius naturalis et taci
ta vera qualitas sclʒ quod fuisset filius adulterinus ꝑdicti do
mini Claudij que viciauerunt dictam pretensam legitimatio
nem ⁊ signanter subiectio siue taciturnitas vltime qualitatis
que inerat: quia cum sic fuisset idem Gregorius filius adulte-
rinus debuit in rescripto legitimationis hoc exprimi scilicet
1 quod procreatus extiterit ex adulterio pro eo quia † filij adul-
terini sunt multum exosi iuribus, ⁊ qui non sunt per rescriptuʒ
legitimandi nisi cuʒ clausula derogatoria aut. quib. mod. na.
effi. legi. §. si. colatione. vj. ⁊ in aut. quib⁹ mod. nat. effi. sui. §.
vltima siquidem pars. colatio. vij. Et hoc pro eo quia preces-
sit lex derogatoria voluntatis principis qui attestatur se nol-
le tales legitimare quos etiam intantum prosequitur quod
nolit filios appellari. d. autentica quib. mo. nat. effi. sui. §. si.
de talibus enim iuribus derogatorijs voluntatis facienda est
mentio expressa. c. nonnulli. de rescrip. ⁊ hoc tenet specu. vt re-
fert Joannes Andreas in capitulo primo de exces. prel. in. vj.
⁊ Cy. in. l. prima. C. quan. imp. int̃ pupil. ⁊ vidu. Suppressio er
go seu taciturnitas coitus adulterini ex quo fuisset ideʒ Gre-
gorius susceptus induxisset subreptioneʒ nec suffexisset expres
sio dicti coitus sed etiam apponenda erat clausula derogato
ria ad dicta iura vt probatur in eis pro eo quia princeps non
solet sine difficultate legitimare adulterinos quinimo repellit
preces ꝑ illis oblatas quia vtriusq; testamenti pagina ⁊ vtrũ
que ius detestantur talem prolẽ. d. §. vltima si quidem pars. ⁊
capitulo per venerabilem. ad finem qui filij sint legi. ⁊ qđ speci
es spuritatis sit exprimenda, voluit oldradus consilio. cente-
simo nonagesimosexto Baldus in dicta lege, eam quam. col-
la. xxiij. vel circa. versiculo, vel pone quidam erat ex adulterio
⁊ incestu. C. de fideicomissis. Petrus de Ancarano consilio
quadringentesimo vigesimo octauo, exordiente, circa primum
quesitum. in prin. ⁊ Andreas Barbatias consilio. ix. exordi-
ente, illud in medium referam ⁊c. columna prima, qui ad hoc
etiam inducit elegans consilium excelentissimi doctoris bene
dic. de plumbi. exordiens, pro declaratione predictorum est
primo videndum vbi etiam accidentia facti fuit quod quidaʒ
fecerat legitimari suos filios naturales natos ex serua nec in
legitimatione mentionem fecerat qualiter ex serua nati exti-
terant in quo consuluit dictus doctor quod legitimatio huius
modi erat viciosa ⁊ cẽseri debebat subreptitia ⁊ nullius mo-
menti. ⁊ mouebaẗ ex lege prima. ff. de nata resti. vbi restitutio
natalium per principem concessa redditur nulla si tacuerit se
natum ex ancilla. ⁊ quia si hoc esset expressum non fuisset forte
legitimat⁹. Quod si ita est ĩ dicto casu multo fortius vel saltẽ
non minus debet esse in casu nostro: quia non minus imo pro
2 fecto plus sunt filij adulterini exosi † iuribus quam suscepti
ex ancillis seu mulieribus seruis. Cum igitur in dicta pretensa
legitimatione non fuit facta mentio de specie spurietatis, sclʒ
quod ex adulterino amplexu procreatus extitisset idem Gre-
gorius sed potius contrarium quatenus in ea expressum est
eum fuisse procreatum ex dictis domino Claudio ⁊ Delphi-
na merline tunc solutis non valuit dicta pretẽsa legitimatio
⁊ eo vel maxime vel saltem: quia in ea non fuit posita clausula
derrogatoria intelligo specialis per quam clare appareat di-
ctum quõdam serenissimum dominum Charolum voluisse eũ
dem Gregorium legitimare ⁊ legitimasse etiam si fuisset fili-
us adulterinus, sed solum fuerunt posite clausule generales q̃
in hoc casu non sufficiunt Cum etiaʒ non suffragaẗ ipsa pretẽ
sa legitimatio predicto Gregorio nec nocet dicto nobili Lar-
3 dito pro eo quia † cum idem Larditus esset substitutus ⁊ per
substitutionem inuitatus ad successionem ⁊ bona dicti quon-
dam domini Hugonis, debuit idem nobilis Larditus citari
visurus eundem Gregorium legitimari: quia in vnoquoque
actu ex quo q̃s ledi põt. citãdus est is q ledi põt. l. de vnoquo-
que. ff. đ re iudicata. lege nã ita diuus. ff. de adopt. Et quasi in
terminis in. l. ij. lege penultima. ⁊ lege finali. ff. de naturalibus
restitu. Pro eo quia legitimatio videtur esse quedam restitu-
tio natalium prout illa quamuis non sit illa de qua loquitur
ille titulus ideo videtur quod in dicta legitimatione fuerit
citandus dictus nobilis Larditus propter spem successionis,
non quidem dicti domini Claudij sed dicti domini Hugonis
non dicto domino Claudio erat in vim substitutionis succes-
surus. lege coheredi. §. cum filie. ff. de vulgari et pupillari. ⁊
hoc tenuit Marti. sili. ⁊ Bartho. de capa, vt refert Anthon-
nius de butr. in dicto capitulo per venerabilem. ⁊ idem sen-
tit Jacobus de beloui. in dicta authẽtica, quibus modis na
turales efficiuntur legitimi. prout refert Panormitanus in
dicto capitulo per venerabilem. pro quo facit quod notat Ja
cobus de aretio, in dicta. l. nam ita diuus. vbi circa questionẽ
que fieri solet, an rescriptum requirat citationem, distinguit
quod aut est rescriptum ad litem: ⁊ nõ requirit citationem ⁊c.
aut ad aliquid obtinẽdum: ⁊ tũc aut nullum ledit aut parum:
⁊ nemo est citandus. l. quotiens. C. de precibus imperatori
offeren. ⁊. l. prima. §. merito. ⁊. §. si quis a principe. ff. ne quid
in loco publico. Aut multum ledit: ⁊ tunc citandus est qui
leditur. dicta. l. secunda. ff. de nata. restituendis. ⁊. l. nam ita
diuus. non autem alij. l. cum adoptio. ff. de adoptionibus.
Cum igitur dictus nobilis Larditus videretur multum ledi
per dictam legitimationem si ⁊ quatenus potuisset sibi preiu
diciũ afferri in dicta substitutione ille erat citandus cũ preiu
dicium hmõi magnũ fuisset vt experientia patet quod etiam
voluit Petrus de Ancharano in dicto consilio quadringen
tesimo vigesimo octauo. pro quo inter cetera allegat quod cuʒ
tempore legitimationis mortuus esset testator substituens, ⁊
sic substituto est in bonis testatoris ius quesitum salteʒ in spe
si scilicet grauatus decedat sine liberis ⁊c. non potest graua-
tus ius fideicommissi subuertere per talem legimationeʒ filij
spurij, ⁊ vt dixi in casu nostri adulterini: esset enim ista vt ipse
ait quedam species alienationis rerum fideicommissi seu resti
tutioni suppositarum: cum per ipsam legitimationeʒ res hu-
iusmodi in alterum deuolueretur quã testator disposuerit con
tra id quod habetur in authentica res que. C. communia de
lega. Preterea dictus serenissimus dñs princeps non videẗ
fuisse huius intentionis vt auferret ius tertio quesitum. cap.
quamuis. capitulo, si parte. de rescriptis. in. vj. ⁊ dicta. l. pri-
ma. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publico. pro hoc etiã
specialiter adducit idem doctor id quod notat Joannes An-
dreas in capitulo, sine culpa. de regulis iuris. in sexto, in mer-
curia. in scđa principe. questione, vbi determinat ꝙ legitima-
tio etiam per sequens matrimonium non aufert spem succes-
sionis quã habet quis in bonis nondum defuncti ordine pri-
mogeniture. multominus ergo istam aufert in bonis iam de-
functi si ipsa legitimatio perueniat: vt in casu nostro in quo
ad dictam substitutionem non agitur de bonis dicti quõdam
Claudij pretensi patris huius Gregorij, ⁊ qui voluit legitima
tionem illius obtineri: sed de bonis dicti quondam domini
Hugonis. facit. l. vnũ ex familia. ff. de legatis secundo. Ad-
ducit etiam quod notat Bartolus ⁊ post eum Baldus in. l.
Gallus. §. ⁊ quid si tantum. ff. de liberis ⁊ posthumis. ⁊ Jaco-
bus de Aretio, in lege vltima. ff. de natalibus restituen-
dis. vbi tenet quod ad hoc vt legitimatus succedat, requiri-
tur citatio ⁊ consensus agnatorum quibus ius successionis
adimitur ⁊ aufertur pro legitimatione quod intelligit de suc-
cessione in alijs bonis quam patris preces porrigentis: quia
quemadmodum ille posset de bonis suis disponere ⁊ facere
vel per testamentariam dispositionem. vel alias quod propin
quiores ⁊ proximiores in illis non succederent, aut successio-
nem apprehenderent exceptis forte filijs naturalibus ⁊ legi-
timis quoad legitimam: ita ⁊ potest preces porrigere pro ob-
tinẽda legitimatione filiorum naturalium vel spuriorum non
citatis nec conuocatis aut appellatis illis proximioribus. ⁊
ita videtur intelligendus Fredericus de senis, consilio quin-
quagesimoseptimo, exordiente, videẗ mihi in priuilegio ⁊c. ⁊
doctores in dicto. §. ⁊ quid si tantum. quatenus inibi sentiunt
⁊ iudicant quod pater possit legitimare filium imo pro legi-
timatione illius obtinenda ⁊ impetranda preces offerre ⁊ il-
lam obtinere non vocatis nec citatis illis qui erant successu-
ri aut debeant succedere in illa successione, vel saltem ita spe-
rabant ⁊c. ⁊ hoc pro eo quia illorum spes non est in considera-
tione, per id quod not. Bartolus ⁊ plurimi doctores in. l. post
emancipationem. ff. de libera. legata. cum pater aliter dispo-
nendo possit illam spem ⁊ expectationem future successionis
frustrare: sed nos non sumus in hoc casu quia idem dominus
Claudius non poterat per testamentariam dispositionem,
vel alias disponere de bonis dicti quondam domini Hugo-
nis ad eum peruentis ⁊ spectantis in preiudicium substitu-
tionis sibi facte de dicta nobili Explina ⁊ eius liberis mascu
lis ⁊ de dicto nobili Lardito nec facere quominus eodem do
mino Claudio decedente sine filijs vel liberis naturalibus.

⁊ legitimis inuitaretur per substitutionem predictam dictus
nobilis Larditus postquam substitutio conditionaliter de eo
facta fuit purificata ⁊ purificationem nō impediunt superexi
stentiam venerabilis ⁊ religiosi quondam viri domini Gas-
pardi de petra Gorda canonici regularis causis ⁊ rationibus
al's per me scriptis, quas non repeto cum videri possint. Qui-
bus addo quod cum dictus quondam do. Hugo testator in
d. testamēto prius inuitauerit ⁊ substituerit nobilez odonem
de Petragorda quam dictum dominum Gaspardum ⁊ pro-
pterea videatur eū plus dilexisse per eum quod habetur in. l.
pius. ff. de conditionibus ⁊ demonstrationibus, non cum ve-
rissimile quod ipse voluerit bona in vim substitutionis ad euz
peruenire eo tempore quo Jam esset factus religiosus vel ꝑ
preter eius superexistentiam dictum nobilem do. Eyglinam re-
pelli cum ipso dicto nobili Odoni peramplius dilecto sub-
stituerit nō solum eo casu quo ipse ab humanis decederet sine
liberis masculis vel liberi eius masculi decederent sine liberis
masculis sed etiam eo casu quo ipse nobilis odo. fuisset ordine
collocatus ⁊ proffessus ⁊ ita voluit quod eidez odoni professo
ordinem aufferretur eiusdem testatoris successio ⁊ restitueret
sequenti gradui nisi esset alteri ius quesitum multo fortius vel
non minus censetur hec voluisse de dicto domino Gaspardo
si tempore euenientis conditionis esset collocatus in ordine ⁊
professus videtur igitur quod per mortem dicti domini Clau
dij sine liberis naturalibus ⁊ legitimis vita functi substitutio
predicta sibi locum vendicauerit in personā dicti nobilis Lar
diti: quia conditio substitutionis fuit in eo purificata ⁊ cui nō
nocuit dicta pretensa legitimatio postea subsecuta: quia illa
non potuit retro trahi vt tolleret ius quesitū eidem nobili Lar
dito per ea que scribūt multi docto. in. d. l. galus. §. ⁊ quid si tā
tum quod etiā voluit prefatus strenuissimus do. princeps in
rescripto dicte pretense legitimationis vbi dummō de eorum
processerit voluntate ⁊ nisi alteri iam forte ius quesitum. ⁊ qđ
ibi dicitur de iureiurando alteri quesito videtur fore intelli-
gendum non solum de iure quesito in re sed etiam de iure que
sito ad rem, ar. eius quod de iure quesito ad rem ex electione,
vel patroni presentatione not. do. Egid. de belamera decisio-
ne. clxvij. exord. per illa verba alteri ius quesitum per do. Feli.
in. c. causam. col. penul. versi. clausula anteferri non preiudicat
de rescript. ¶ Preterea cum dictus quondam domi. Hugo
fuerit homo generosus ac nobilis potens ⁊ miles presumen-
dum est qđ voluerit spurios quantumcunq; legitimatos ad
suam hereditatem admitti, per id qđ ponit Angel. in quadā
sua disputatione exordiēte, nobilis quidam genere ⁊c. ⁊ Ang.
consi. lxxxvij. exordiente, visis codicillis. col. iij. versi. vndeci-
mo probat ⁊c. in. ij. volu. ⁊ consi. lxxvij. exordiente, considera-
tis his que in themate narrantur. col. viij. in. i. vol. consi. xxv.
exordiente, circa primum dubium. col. iij. in eodem volu. ⁊ sic
huic Gregorio etiam obstat dicta clausula rescripti superius
mentionata: ibi, dummodo de eoruz processerit voluntate. qꝛ
vt dixi presumptio ꝙ dictus do. testator voluerit ad talē pro-
lem etiam legitimatam eius hereditatem deferri, ⁊ cōsequen-
ter nec hoc censetur voluisse idem serenissimus princeps ar-
4 guendo a contrario sensu † dicte clausule qđ fieri licet. l. si pro
curatorem. §. si ignorantes. cum ibi not. per gl. ff. manda. ⁊ qđ
per illum text. voluit Ange. Areti. in. §. preterea etiam. el. ij.
col. xiij. vel circa. versic. tertio bene not. ⁊c. institu. de except. ⁊
Bal. consi. cciij. exord. verba primi priuilegij in prima parte.
Tum etiam non videtur legitimatio huiuscemodi suffragari
predicto Gregorio, nec nocere dicto nobili Lardito pro eo qꝛ
in ea non est facta mentio de testamento dicti quondam do.
Hugonis, nec ꝙ per testamentum huiusmodi esset idem no-
bilis larditus substitutus, ⁊ in vim substitutionis sibi delata
successio, qđ tamen erat fiendum per id qđ not. Paul. de cast.
in dicta. l. Gallus. §. ⁊ quid si tantum. col. vij. versi. si vero legi
timatio. cui nō obstat quod dictus quondam dominus Clau
dius voluerit legitimationē dicti Gregorij obtineri a princi-
pe. Quoniam respondeo ꝙ ipse hoc ordinare non poterat in
preiudicium substituti ⁊ in euersionē vniuersalis fideicōmissi.
5 Etiam non obstat † clausula ex certa scientia in literis dicte
legitimationis apposita. Quoniam respondeo quod vt dicit
Baldus in. l. fin. col. ij. C. sententiam rescindi non posse. ⁊ do.
prepos. in capit. cum inter. col. iij. de exceptionibus. illa nihil
operatur nisi in his quibus princeps presumitur habere certā
scientiam sicut sunt illa que consistunt in iure idem in ipsis le-
gibus. Non autem operatur in eis que princeps presumitur
ignorare sicut sunt facta commertia ⁊ bone consuetudines, ⁊
idem videtur quoad hoc de clausula de plenitudine potesta-
tis: quia princeps non censetur velle anteferre ius tertij ⁊ sic

gnanter quando est incognita sibi. Tum etiam non suffraga-
tur dicta pretensa legitimatio prefato Gregorio nec nocet di
cto nobili Lardito quoad bona de quibus contenditur in qui
bus non videtur ipse Gregorius posse succedere etiam si illa
cessarent pro eo quia illa sunt feudalia in quibus propterea
non posset succedere etiam si fuisset naturalis ⁊ opportune le-
gitimat[illegible] ost ꝙ non reperitur specifice seu nominatim legi-
timatus vt etiam possit succedere in bonis etiam feudalibus
per id quod habetur in capit. naturales. iuncto eo qđ ibi not.
gloss. ⁊ doctores titulo. si de feu. fuerit controuersia. inter do-
minum ⁊ agnatum. ⁊ quod scđm intellectum notat Joannes
Andreas in capit. lator. qui filij sint legitimi. Et per hoc pa-
tet responsio ad primum quesitum.
¶ Ad secundum dico ⁊ respondeo ꝙ cum vt dixi super primo
quesito dicta pretensa legitimatio non videretur valuisse: sed
fuisse ⁊ esse nulla non valuit, nec valet substitutio vel institu-
tio facta de eodem Gregorio, qđ etiam superius ⁊ alijs meis
allegationibus dixi ⁊ al's scripsi, ⁊ ita non videtur ipse Grego
rius posse succedere in illis bonis seu quartis de quibus po-
tuit idem dominus Claudius quondam disponere ⁊ testari,
⁊ hoc maxime procederet: quia tempore conceptionis illius
erat dicta Delphina alteri nupta qui aliquando cum ea con-
uersaretur, vel cui ad eam pateret liber accessus.
¶ Ad vltimum dico ⁊ respondeo ꝙ super hoc erit attenden-
da petitio quam facit idem Gregorius pro obtinenda missio
ne in possessione. ⁊ si forte petat se mitti in possessionem predi-
ctorum bonorum in vim legis fina. C. de edicto diui adriani
tollen. hic aduertēdū an erit, an hoc fieri petet, tanq̄ preten-
sus vniuersalis fideicommissarius dicto domino Gaspardo
substitutus vel tanq̄ pretensus heres vniuersalis institutus
per dictum dominum Claudium. Et si veniret primo modo
non est audiendus quoad hoc vt possit gaudere beneficio. l. fi.
nisi edoceret de aditione hereditatis dicti quondam Claudij
facta vel per monasterium ⁊c. vel per dictum dominum Ga-
spardum de authoritate illius, iuxta ea que al's scripsi oppor-
teret etiam edocere de verbali restitutione hereditatis: quia
remedium dicte. l. fina. non datur vniuersali fideicommissario
antequā sibi fuerit facta verbalis restitutio secundum docto
res qui ita intelligunt glossam in dicta l. fina. si vero esset fa-
cta verbalis restitutio, vel etiam si veniret tanquā pretensus
heres vniuersalis institutus per dictum dominum Claudius
poterit sibi opponi de ijs que scripsi in allegationibus ijs die
bus factis. in versic. venio ad tertium quesitum ⁊ etiam pote-
rit opponi de ijs que superius dixi per que detegitur nullitas le-
gitimationis, ⁊ si que proponerentur in facto per que preten-
deretur quod dictus Gregorius fuerit filius legitimus dicte
Delphine ⁊ cuiusdam Paygesi vel ꝙ tempore conceptionis
dicta Delphina esset nupta ⁊ ꝙ propterea dictus Gregorius
non fuerit naturalis, sed adulterinus expediret quod dictus
nobilis Larditus offerret se illa probaturum incontinenti vel
infra breuem terminum arbitrio iudicis statuendum, pro eo
6 † quia remedium dicte legis finalis est executiuum in quo
propterea non admittuntur exceptiones altiorem indagines
requirentes: secus autem quando opponens se offert, vt pre-
dixi. pro quibus allegasse sufficiat. l. q̄uis. ⁊ quod ibi scriben-
tes. C. de edicto diui adriani tollendo. notat Bartolus in. l. si
is a quo. in principio. ff. vt in possessio. legatorum. Alexander
de imola in. l. ille a quo. §. si de testamento. col. iij. ff. ad trebel-
lianum. Bartolus ⁊ doctores in. l. quarta. §. condemnatum.
ff. de re iudicata. ⁊ Angelus Aretinus in. §. in bonefidei. col.
vj. vel circa, versicu. aduertas tamen quod licet talis exceptio
dicatur requirere ⁊c. institutа, de actionibus. vbi vero idem
Gregorius intentaret possessorium retinende forte iuxta gal-
7 lie consuetudinem: qua † cauetur quod mortuus saysit viuū:
tunc etiam posset opponi de predictis hoc est de defectibus.
seu vicijs legitimationis. Preterea aut ipse dicet se saysitum
per dictum dominum Gaspardum aut per prefatum quondā
dominum Claudium. primum dicere non poterit, tum quia
substitutus per fideicommissum non dicitur succedere graua-
to: sed grauanti. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulgari. ⁊ pupil.
substi. Tum etiam quia prefatus nobilis Larditus eundem
Gregorium preuenit in apprehensione possessionis predicto-
rum bonorum ⁊ non solum post mortem prefati domini Ga-
spardi: sed etiam in eius vita. non igitur dici potest quod pos-
sessio dicti quondam domini Gaspardi fuerit continuata in
in dictum Gregorium pro quo allegasse sufficiat notat͛ per
Raphaelem cumanum in. l. pomponius. §. quesitū. per illum
textum. ff. de acquirenda possessione. ⁊ quod post eum voluit
Alexander de imola, consilio octuagesimosecundo, exordien.
visa

visa facti narratione. columna. ij. in. ij. volumine. & do. Iason may. in. l. si forori. columna. j. C. de iure deli. quatenus voluit quod stāte statuto vel decreto quo cauetur quod possessio defuncti ipso iure continuet in heredem habeat locum idem statutum seu decretum, & intelligi debeat nisi incōtinēti mortuo possessore possessio fuisset per alium apprehensa etiam nō pōt dici secūdum scz quod dictis do. Claudius sayxinier predictū Gregorium tum qz per alios & ante eum fuit apprehēsa possessio primo. s. p predictum dominum Gaspardum: & secundo per dictum nobilem Karditum. Tum & qz cum tempore mortis eēt spurius: & propterea incapax hereditatis dicti quondā domini Claudij non potuit in eum continuari possessio. nec dici potest quod propter dictam pretensam legitimationem haberi debeat pinde ac si ab initio nat⁹ fuisset legitimus. Quin
k respondeo quod † licet legitimatio retrotrahatur in ijs que sunt fauorabili legitimato & nō preiudicant alteri: nō tamen in ijs que preiudicant, secundum cōem doctrinā doctorum in d. l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu.

¶ Epitome.

¶ Pactum quod non tenear venditori meo euictionem seu litem ex ea significare, et quod ipse nihilominus etiā ad sumptus teneatur, validum seruandumq3 est. A. F.

¶ De pact. inter empt. & vendi. Consi. cj.



doct. in dictis locis loquũtur in vero prothocolo seu matrice
⁊ originali scriptura cuiusmod nõ ꝓsumit fuisse scriptura de
qua supra sz potius ꝯrium scz quod non sit originalis scriptu
ra sz illa extensa a qua extrac extiterint dicta duo instr̃a eiusdẽ
tenoris quorum altero vsus est idem do. preceptor qui se habe
re pretendit dictam pretensam schedã ⁊ ita visus est illud ap-
probare per ea que scribuntur in. c. cum venerabilis. de excep.
per doctores ⁊ Bartoluz in. l. post legatum. C. de ijs quibus
vt indignis.
¶ Ad quartuz in quo commemoratur. oppositio facta per di
ctum do. preceptorem scz qd lz ipsa spolia euenerint ⁊ mortui
fuerint ipsi qui dicta mẽbra tenebant sub responsione ipsuz q
preceptor seu eius procur̃es spolia. hmõi leuauerint ⁊ mẽbra
predicta alijs arrendauerint durãte tpe arrendamenti dict⁹
petrus vioni ⁊ forte alij per eum associati non se opposuerunt
sz tacuerunt ⁊ permiserunt illa leuari ⁊ recuperari, dico ⁊ respõ
deo qd hec non obstant sed potius demonstrant ⁊ ostendunt
eundem do. preceptorem contrauenisse conuentis ⁊ promissis
et que vt pote fidefrago sibi prodesse non debent, sed potius
nocere non obstan. illa pretensa taciturnitate que non nocet:
tum quia idem do. ꝑeptor eẽt eidem vioni efficaciter obliga-
tus sciebat ius suum sibi saluum fore ⁊ propterea euz posse cõ
pellere in vim dicti arrendamẽti q̃diu vnerat idem preceptor
velle opponere cũ inquietaretur sub inquietatione ꝑterijdare
conqueri prout ⁊ nunc se opponit tum ⁊ quia nemo presumit
iactare suuz. l. cum de indebit. ff. de proba. ⁊ q̃diu superest alia
presumptio nunq̃, decurẽdum est ad presumptiones donatio
nis. l. si cum aurum. ff. de solu. qd etiam voluit Ange. consilio
nonagesimo.
¶ Ad quintuz dico ⁊ respondeo quod hic non est reccurrẽduz
ad coniecturas, cum vt predixi verba dicti arrẽdamẽti fuerint
⁊ sint adeo generalia vt comprehenderint ⁊ apprehendant ẽt
spolia ⁊ vt etiaz iã dixi ꝓsumendũ est propter dictorũ verborũ gene-

generaliter quod ipsi de illis cogitauerint & senserint saltem generaliter quia voces sunt earum que sunt in anima passionū note, vt dicit Aristoteles in primo periermnias, pro quo est optimus textus in. l. labeo. §. idem tubero. C. de seruit. lega. et quod ponit beatus August. in extra de trinitate. c. septimo & in decimoquarto libro. c. septimo post medium. Et Lactantius in libro de ira Dei. c. decimoquarto, in principio. Et saltē certum est vt etiam dixi q si de illis non cogitauerit idem do. Franciscus idem parum prudenter egit: cum verba fuerint generalissima. non enim debuit sic decipi idem vioni. sed est qd eidem domino preceptori imputetur qui vidit instrumentum arrendamenti & eo visus est. Cauendum est enim ne dum effuso sermone quis sese iactet in presens incidat sui periculum. l. finali ad fi. de dote promis. vbi dicit Angelus perusinus dicere q nemo debet effundere verba sua vt capra suos paternostres posteriores. Debet enim attendere dominus preceptor q nisi arrendamentum fuisset ita conceptum idem vioni non arrendasset eo pretio quo &c. volebat enim habere omnem cōmoditatem censuum, redditu um & aliorum predictorum: nec obstat illa pretensa lesio quam dicit se incursurum seu substenturum idem dominus preceptor si & spolia & alia predicta cōprehendātur seu veniant in dicto arrendamento. Quoniam
8 respondeo q † quādo aliquid se habet ad lucrum & ad dānum licet casualiter contingat damnum: non propterea dicitur per hoc ledi etiam si esset minor: nec competere sibi restitutio in integrum. l. si ea lege. C. de vsu. l. si pater puelle. C. de inoffici. testa. & est optimus textus in. l. de fideicommisso. & quod ibi communiter scribentes. C. de transac. quem textum reputat singularem Bald. in. l. cum archimedorā. C. vt in posse. lega. ad quod facit id quod voluit Oldra. consilio ducentesimo septimo exordiente, vniuersis pñtes literas inspecturis. Paul' de cast. & moder. in dicta. l. de fideicommiss. & alij in alijs locis in illa questione qua querūt quid si aliquis emerit ab ecclesia pro tricentis ducatis redditus cuiusdam fundi ecclesiastici p tempore eius vite & postea contingat eum tāto tpe viuere qd fructus qui per eum percipiuntur ascendāt ad mille ducatos in qua respondent communiter hunc contractum valere & qd iste emptor non tenetur in foro conscientie tāq̄ sit lucrum vsurarium pro eo quia econtra potuit ipse mori primo anno et sic pactum fuit iustum quia habuit se ad lucrum & ad damnum c. in ciuitate. de vsu. ergo ita debet esse in proposito in quo fuit incertum an aliqua spolia obuenirent vel nō. Non ergo debet attendi etiam si ea que obuenerint sint magni precij seu valoris. Possunt & alia pro hac parte allegari sed quia premissa videntur sufficere ego, vlterius non insisto. Que omnia &c.

1 ☞ Constitutio facilius mutatur q̄ regula.
2 Ecclesiasticorum bonorum immobilium alienatio an & quando solennitatem non requirat.
3 Restitutio in integrum intra quadriennium tantum leso cōuentui iacobitarum datur: sed & interdum intra quadraginta annos, pro quantitate scilicet lesionis.

¶ Epitome.

¶ Donata sibi vel relicta cōuentus iacobitarum alienare potest sine solennitatibus: q̄uis ex priuilegio illa sibi retinere p mittatur. V. F.

¶ De sacrosanc. eccle. Consi. cix.


PRo solutiōe eorum de quibus queritur parte nobilis & honorabilis viri Jacobi clementis & heredum nobilis quondam viri Bartholomei clementis, existimo fore inquirēdum an ordo predicatorum sit incapax bonorum mobilium & successionum &c. ipsius originali regula vel ex constitutionibus super quo articulo dicit Philippus de fran. in. c. vnico. §. confirmatos. col. j. de religi. domi. in sexto. dicit quod & predicatores & minores sunt mendicantes ex regula & ordine affirmans quod etiam hoc tenet glossa in. §. confirmatos super verbo, professio. pro quo allegat dictum. §. & c. quorundam. de elec. & c. fi. de pact. vbi dicit probari quod minores predicatores & heremite sunt mendicātes ex ordine. & ita secundum eum tenet glo. in dicto. §. confirmatos. super verbo, solido. in glos. iij. in dicto. c. finali. & in clemē. vt professores. super verbo, quoslibet de regulari. vbi etiā hoc tenere videtur Pau. de lyaza. super verbo, ordinis. dicit enim quod ex sui fundatione & institutione predicatores minores heremite & carmelite dicuntur mendicantes. sed contrarium scilicet quod nō ex ordine seu regula sint fratres predicatores mendicantes sed ex suis constitutionibus tenuerūt multi. Et quidem Joannes andreas in. c. fine. de regulari. frede. cōsilio duodecimo exordiente, fratres predicatores. & consilio ducentesimo sexagesimo quinto exordiente, quando remittetis hoc sero librum declarate hunc passum. vbi etiam Joannes de paglis. in. c. in presentia. super verbo, minor. versicu. quid si quis ingrediatur monasterium. de probat. vbi etiam Anthonius de butri. col. septima. versiculo, idē frede. &c. in predicatoribus & idem tenent ibi doctores communiter & Baldus in. l. cum acutissimi. C. de fideicommis. & in multis alijs locis ibi relatis per Alexandrum de imola in additi. Anthonius de butri. in c. minus praua. de exces. prela. Petrus de ancha. consilio quinquagesimoquinto. Joannes de imola in. l. prima collat. nona, versiculo, aut iste est ingressus ordinem predicatorum. ff. de testa. Alexander de imola consilio octuagesimooctauo exordiēte, eximie domine vicarie. in secūdo volumine. Et hec videtur esse communior opinio contra quem esset forte difficillimum obtinere, quamuis non sit negandum quod glossa est maxime authoritatis. pro quo allegasse sufficiat id quod not. dominus Felinus in. c. primo, col. penultima, versiculo, secūdo limita. de constitut. Andreas barba. consilio nono. col. nona. in secunda parte. & Anthonius corce. in suis singularib' in verbo, legitima. col. quarta quod vel maxime vel saltem procedit secundū Jacobum butri. in. l. vnica. C. qui pro sua iuri. iudi. dar. dari ve pos. quando habet famosum docto. idipsum opinantē. et glo. seq. vt in casu in quo Paulus de lya. & Philipp. de fran. hoc ipsum tenent. Et quidem multum refert an ex regula vel ex constitutionibus sint mendicātes & incapaces bonorū immobilium & successionum pro eo quia omnis constitutio de sui natura est retractabilis & mutabilis secundum temporis & cōditionum mutationem quibus debet conformari. c. non debet. de cōsangui. & affin. clemētina prima. §. hec sancta. de summa trinitate. c. si peccauerit. xxiij. questione. iij. & c. erit autē quarta distinc. & c. necesse. cum suis simili. xix. distin. quod et voluit Paulus de bacha. in dicta clemen. vt professores. sup
1 vbo ordinis. de reg. iur. nō sic † aūt dicēdū est de regula qr illa secundū omnes longe difficilius immutat. Uex siue dicam' ordinē fratrum predicatorum esse mendicantē siue ex regula siue ex constitutionibus videt q de iure fratres predicatores non possunt succedere vel capere bona immobilia & perpetua vt illa sibi retineant, sed vt vendant & precium in suas necessitates conuertant. hoc enim tenet specu. tit. de statu monacho. §. j. ver. queritur. C y. in. l. deo nobis. ad fi. C. de episco. & cle. hoc etiam communiter tenēt doc. in d. c. in presentia. de pba. quo solent allegare glo. in d. c. j. super verbo domum de religi. do. in. vj. secūdū quā in facto cōsuluit do. cardi. flor. cō. lxvi. exordiē testatuto ciuitatis &c. circa fi. & cōsi. cū. exord. sup facto testamēto quodā pegrini &c. idē voluit bal. i auč. si q̄ mulier. col. iij. C. de sacrosan. eccle. & id. l. cū acutissimi. col. ij. vsi. secus si esset frater pdicator &c. Bar. in. l. apud iulianū. §. si. ff. de lega. j. ex qbus infertur ad primum quesitum q cūcōuentus fratrū predicatorum loci tarasconis heres institutus per venerabilē quondam virum do. ludouicum clementis regium secretarium non posset de iure retinere bona hereditaria per dictum clementis sibi relicta, sed teneretur illa alienare potuit ipse conuentus bona huiusmodi vēdere dictis nobilibus bartholomeo & Jacobo nec opus erat ad validitatē venditionis seu remissionis et cessionis bonoꝝ hmōi q in alienatiōe hmōi fuerit obseruata canonica solennitas: nec q occurrerit alter ex casibus in quibus licite fieri potest alienatio rerū immobiliū ecclesie qr iura prohibentia fieri alienationē rerū huiusmodi
2 nisi in altero † ex casib' hmōi & nisi obseruata canonica solēnitate loquunt in rebus seu in immobilibus bonis ecclesiarū alienari prohibitis. vt videri potest in. c. fine exceptione. xij. q. ij. c. nulli. de reb. eccle non alie. & in multis iuribus illius tituli. in c. hoc consultissimo eo. tit. in. vj. cuiusmodi non erat bona per dictum conuentum tarasconis alienata, cum vt dixi de iure cōmuni illa retinere non posset sed vendere teneretur et q alienatione bonorum huiusmodi non requiratur solennitas canonica tenuit guil. de cug. in auč. hoc ius porrectum, de sacrosan eccle. & post eum Bal. in auč. si qua mulier. col. ij. versi. sed modo restat questio. ibi, sed ibi ponamus. & in auč. hoc ius porrectū col. penul. versi. adde post omnia ista. C. de sacrosan. eccle. & vtrobiq ponit bal. bonas rationes quas non transcribo. idem fuit de mente Bal. in c. cum causa col. ij. de re iudi. & do. feli. in d. c. in presentia cart. penul. col. iiij. versi. tertio suas in tali

vendītione nō requirit solennitas.⁊ hoc intelligo nisi haberēt priuilegium quo fortasse possent nō solum succedere vel capere ⁊ retinere,sed etiam prohibentur alienare.quod nō vidi.verum est tamen quod Albericus in aut.ingressi.col.iiij.versic.audiui a fratribus predicatoribus.C.de sacrosan.eccle.refert audiuisse ab eisdem fratribus quod super hoc habebat rescriptum apostolicum.⁊ quod Archidiaconus recitat se vidisse formam rescripti do.Clementis quarti,vbi est talis conclusio. Nos itaq; vestris supplicationib⁹ benignis annuentes authoritate apostolica declaramus quod vos in temporalibus bonis in quibus succederetis licite possitis succedere ⁊ bonorū ipsorum possessionē apprehendere ac libere vēdere bona ipsa eorumq; pecuniam in vtilitatem vestram conuertere prout videbitur,sed quamuis p huiusmodi priuilegium cōcedatur facultas succedendi:non tamen prohibetur alienatio bonorum: sed potius conceditur facultas illa libere alienandi ⁊ vendendi:quod fieri posse non videretur si pro faciēda alienatione huiusmodi opus esset interuenire alterum ex casibus ⁊ nihilominus in alienatione obseruare ecclesiasticam solennitatem pro quo allegasse sufficiat id quod notat Panormitanus in.c.de multa.col.prima,versiculo,no.ibi libere conferat.de preben.⁊ Baldus in.l.dudum.versiculo,tertio not.C.de contrahenda emptio.⁊ vendit.vbi no.illum nō habere liberum arbitrium qui non habet ipsum simpliciter sed modo contracto prout ibi exemplificat idem Baldus.Et si sint alia priuilegia apostolica illa essent videnda ⁊ tenor illorum inspiciendus.arg.l.ad pbationem.ibi quem tenor adiuuat.C.de probati.l.sancimus.versiculo,placiti tenor.de fideiuss.l.fideiussor magistratuū.§.pro aurelio.versiculo,lecta subscriptione.ff.eodē titulo.c.porro.c.recepimus.cum suis simili.de priuileg.⁊ de istis priuilegijs tenentur ipsi fratres facere fidem postq̄ vel ex regula vel ex eorum constitutionibus apostolica authoritate confirmatis sunt incapaces bonorum immobilium successionum ⁊ perpetuorum reddituum.super quo etiam aduertendum est quod vt audio conuentus fratrum predicatorū hoc est domini priores ⁊ fratres singulorum conuentuum solent talia bona alienare sine authoritate superiorum vtpote prouincialium ⁊ generalis,⁊ quod nō solet interuenire tractatus ille de quo in.d.c.sine exceptione.xij.questione.ij.super quo poterunt se informare dicti nobiles Jacob⁹ ⁊ heredes.Et per hec patet responsio ad primum ⁊ secundum.

Ad tertium non possum opportune respōdere pro eo quia nescio quantum valerent bona dicti quondam domini Ludouici detracto ere alieno ⁊ legatis per eum relictis illis scilicet que soluturus erat dictus conuentus si non cessisset ⁊ remisisset bona ⁊ hereditatē prefatis Bartholomeo ⁊ Jacobo.Adijcio

3 † quod si omnibus deductis comperiretur cōuentus fuisse lesus non in modico pro quo etiam ab initio non fuisset datum remedium restitutionis in integrum.Sed in multo citra tamen dimidium iusti pretij complent ab initio ⁊ vsq; ad quadriennium a tempore alienationis predictorum bonorum remedium restitutionis in integrum sed per lapsum illius prescriptum est aduersus remedium huiusmodi nisi causa rationabilis propter quā agere ⁊ experiri non potuisset superesset iuxta ea que habentur ⁊ scribuntur per glossam ⁊ docto.in.c.primo de in integrum resti.in.c.primo.eodem titulo,in sexto.⁊ in clementina prima,eodem titulo,Si vero fuisset dictus conuētus lesus vltra dimidiam iusti pretij competijsset ⁊ adhuc competeret remedium.l.secunda.C.de rescinden.vendi.⁊.c.penultimo de emptio.⁊ venditio.quia nōdum preterierunt quadraginta anni a tempore dicte alienationis qui exiguntur ad cōplementum prescriptionis contra ecclesiam ⁊c.

Ad quartum dico ⁊ respondeo ꝙ licet quōdam dictus dominus Ludouicus haberet matrem ⁊ fratres potuit nihilominus instituere alium heredem:quia vnusquisq; est moderator ⁊ arbiter rei sue.l.in re mandata.cum alijs vulgaribus.C.mandati.Et hoc maxime procedit in vltima voluntate.l.prima.C.de sacrosanc.eccle.⁊.c.vltima voluntas.xiij.q.ij.Tenebatur tamen relinquere dicte eius matri trientem,hoc est tertiam partem dictorum suorum bonorum,eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno ⁊ funeris impensa,quia quemadmodum aucta est legitima liberorum ita ⁊ legitima parentum vt scribunt doctores in authent.nouissima.C.de inoffic.testa.Et licet eidem domino Ludouico superfuerint duo fratres,forte vtrinq; coniuncti:tamen legitima dicte matris non fuit tertia pars trientis,sed triens integer.Que dixerim ⁊c.

1 Licētia propria authoritate rem vel legatam vel alienatam capiendi,potest a testatore vel alienante parti concedi.
2 Contradictor legitimus an sit allegās possessionem de presenti:⁊ an missionem alterius impedire possit.
3 Exceptio,dolo facit ⁊c.locū habet in possessorijs adipiscende.
4 Legatarius totam hereditatem an ⁊ quando adimat hered.qui contra iussum testantis legatarium lite exagitat.
5 Prohibere possum ne quis domum meam ingrediatur:cum inuentarium in ea conficiendum per procuratorem expedire queat.
6 Falcidia an ⁊ quando detrahenda: ⁊ quando per testatorem censeatur prohibita.
7 Inuentarij vis,vt heres ad es alienum non teneatur:⁊ ecōtrario,⁊ nu.seq.⁊ qualiter creditoribus sit a lege prospectum.
9 Presumptio est bona ⁊ supellectilem ad maritum pertinere,⁊ vxorem nihil habere proprij.
10 Legitime,trebellianice,⁊ falcidie ratio in liberis testatoris,qualis.
11 Fructus qui ⁊ quando legatario debeantur.

Epitome.

Nihil impedit quin legatarius,cui id ita testator permisit,rem legatam ppria possit authoritate capere cū fructibus,deductis ⁊ seruatis deducendis ⁊ seruandis.A.F.

Commu.de lega.⁊ fideicommiss. Consi.cx.



Visio casu exordiente Guilielm⁹ Vernilhoni ⁊c.parte honeste mulieris clementie relicte dicti quondam Gulielmi Verni.mihi exhibitis ⁊ dubijs ex casu hmōi subtiliter elicitis,dico ⁊ respōdeo breuiter ⁊ succincte ad aliqua ex dubijs hmōi prout infra,sub correctione tamen cuiuslibet domini melius sentiētis,⁊ salua pleniore deliberatione.Cum opportunitas mihi pro nūc non occurrat ad plenius deliberandum.

Et primo pro responsione ad primum quesitum premitto,

1 ꝙ † cum prefatus quondam Guilielmus testator dicte clemētie eius relicte plenam licentiam,facultatem ⁊ potestatem cōcesserit:vt sine curie ⁊ heredum suorū licentia bona sibi legata reciperet ⁊ leuaret,potuit ipsa Clemētia bona huiusmodi ppria eius authoritate impune occupare ⁊ capere.l.titia cum testa.§.primo,secundum vnam lecturam,⁊ quod ibi Bartol.⁊ doctores.ff.de lega.secundo.no.Baldus Salicetus Alexāder de imola ⁊ doctores in.l.non est dubium.C.de lega.⁊ Bar.in repeti.c.Raynaldus.versiculo,quero cum glo.in verbo,petendo.pro quo secundum eum Barb.vbi supra potest adduci optima ratio,scilicet quia in contractu potest contrahens dare licentiam capiendi rem propria authoritate.l.creditores.C.de pigno.Ergo idē erit in vltima volūtate.Hoc pmisso dico ⁊ respondeo ad dictum primum quesitum,quod si ipsa Clementia bona huiusmodi seu eorum possessionem apprehēderit,prout audio fecisse ⁊ presertim eorum que existunt in domo,ipsa poterit impedire missionem in possessionem eorundem bono

2 rum.Tum quia † contradictor allegans possessionē de presenti,est legitimus contradictor ad impediendum missionem fieri,⁊ ipsam factam effectum sortiri:siue ipse fuerit citatus,siue non:quia sua interest ne apprehendatur.Ideo admittitur in distincte pro suo interesse,vt notat Paulus de ca.⁊ post eum Alexan.de imo.in.l.finali.C.de edict.diui adri.tollen.Ang.aret.in.§.quadrupli.versiculo,quid si compareret contradictor per insti.de acti.Tū quia cū ipsa Clementia parata sit incontinēti docere de iure suo,imo cum iam per exhibitionem instrumenti testamenti dicti quondam Gulielmi de huiusmodi iure appareat,sitq; etiam parata,vt audio,docere de possessione

3 predictorum bonorum:obstat heredi petenti † se mitti in possessionem exceptio,dolo facit qui quod restituturus est petit.Nec enim exceptio habet locum in possessorijs adipiscende possessionis,vt notat glossa ⁊ doctores in.l.secunda.⁊ dicta.l.finali.C.de edic.diui adr.tollen.Bartolus ⁊ doctores in.l.si de vi.ff.de iudi.⁊ Dy.in.c.qui ad agendum.de regu.iur.in.vj.rediguntur.ff.quo.legat.Bartolus ⁊ doctores in.l.

4 Ad secundum dico ⁊ respondeo quod cum † testator predictus

dictu⁊ inſtitutionem heredum pro nō facta habuerit, ⁊ ipſam
Clementiam ſibi heredem inſtituerit, ſi ſuper legatis mobili-
bus aut eorum altero in iudicio, aut extra mouerentur per he
redes contra ipſam Clementiam, lis, queſtio, ſeu cōtrouerſia.
Franciſcus verdilhoni heres incurrit ipſo iure penam priua-
tionis hereditatis dicti quondam Gulielmi. vt notat Bald.
in. l. prima. C. de his que pene nomi. Veruntamen quia Bald.
habet Barto. contrarium, ⁊ alios magis communiter in. l. pa
terfamilias. ff. de heredi. inſtituend. ⁊ Alexander de imola in
l. in ſubſtitutione. ff. de vulga. ⁊ pupilla. ⁊ quia etiam prefata
Clementia, quam in caſu de quo ſupra dictus Gulielmus te
ſtator heredem inſtituit, nō curat habere hereditatem: ſed po
tius vult tueri defendere ⁊ habere legata ſibi dimiſſa, mihi vi
detur pro nunc quod non ſit ſtendum impedimentum quomi-
nus etiam bona ſibi legata inuentariſentur.
Ad tertium dico ⁊ reſpondeo, ſub correctione ⁊ ſalua deli-
5 beratione de quibus ſupra, quod † cum inuētarium de quo ibi
fieri poſſit per prefatum Franciſcum aut procuratorē ſufficien
ter inſtructum. l. finali. §. ſi autem a locis. C. de iur. deliberan.
nec multum videatur intereſſe eiuſdem Franciſci an inuenta-
rium huiuſmodi fiet per eum aut procuratorem inſtructum: ꝓ
hibere poſſit eadem Clementia dictum Frāciſcū ne ingredia
tur domum de qua ibi. ar. l. lex cornelia, in principio. ⁊ l. is qui
in domum. ff. de iniur.
6 Ad quartum dico ⁊ reſpōdeo, quod vbi † legata excedunt
dodrantem, hoc eſt tres quartas partes bonorum teſtatoris,
poteſt heres faciens inuentarium regulariter detrahere falci
diam. l. prima. ff. ad legem falcidiam. l. in imponenda. ⁊ l. irri-
tum. cum ſuis ſimilibus. C. eodem titulo. Et ſic puto dictum
Franciſcum heredem poſſe de predictis legatis detrahere fal
cidiam, non obſtante illa clauſula qua caueri legitur quod ca
ſu quo ſuper premiſſis ſeu eorum altero in iudicio vel extra per
heredes ſuos lis, petitio, queſtio ſeu controuerſia mouerentur
eo caſu inſtitutio eorundem heredum pro nō facta haberetur.
Tum quia quatenus verba huiuſmodi concernunt aut con-
cernere poſſunt motionem ſeu uſcitationem litis, petitionis,
queſtionis ſeu controuerſie, illa nihil diſponunt: cum illa pro
lata extiterint cōditionaliter. l. ſi quis ſub cōditione. ff. ſi quis
omiſ. cau. teſta. Tum ⁊ quia vbi verba huiuſmodi al's diſpo-
nerent: quia tamen non videtur ſingulariter prohibita detra-
ctio falcidie nō impediretur, nec impediri deberet dictus Frā
ciſcus heres detrahere falcidiam, etiam ſi al's verba huiuſmo
di viderentur importare in genere vel in ſpecie prohibitionem
detractionis falcidie, per id quod voluit Angelus in authen.
de here. ⁊ fal. §. ſi vero expreſſum. coll. prima. ⁊ Barb. in dicto
c. Raynaldus. verſiculo, no. ibi contra voluntatem. vbi ex his
que ibi concludit poſt longam diſceptationem videtur dicere
quod ad hoc vt cēſeatur falcidie detractio prohibita, requirit
quod teſtator expreſſe dicat ſe nō velle eius heredem detrahe
re falcidiam, ⁊ quod verba etiam al's inferentia prohibitio-
nem non ſufficiunt quaſi ſatiſfactum non exiſtat forme legis
tradite. in dicto. §. ſi vero expreſſum. Et per hoc patet reſpon
ſio ad quintum queſitum: quo queritur an propter verba ſupe
rius mentionata videatur prohibita detractio falcidie. Quo
niam prout dixi ⁊ dico, cum verba huiuſmodi ſint prolata cō
ditionaliter, ⁊ non diſpoſitiue non videtur per ea facta prohi
bitio: ⁊ vbi prolata eſſent diſpoſitiue, quia tamen per ea detra
ctio hmōi nō ꝓhiberet̄ expꝛſſum expꝛſſione videlicet qua opus
eſt illa non ſufficeret ad impediendum detractionem.
7 Ad ſextum queſitum reſpondeo, quod † cum vt exiſtimo
prefatus quondam Gulielmus heres pro triēte ſeu tertia par
te prouidi quondam viri Joānis verdilhoni eius patris, bo
nis ⁊ hereditati huiuſmodi pro dicto triente ſe immiſcuerit ſi
ne beneficio inuentarij: ipſe Gulielmus tenetur ad ſolutionē
tertie partis debitorum per eundem Joannem patrem cōtra
ctorum. l. pacto. C. de nego. geſt. l. prima. ⁊ ſecunda cum ſuis ſi
milibus. C. de here. acti. iuncta dicta. l. finali. §. ſin vero poſt-
quam. C. de iu. deliberan. Et hanc tertiam partem tenebitur
idem Franciſcus ex perſona eiuſdem Gulielmi teſtatoris, niſi
inuentarium conficiat. Si vero inuentarium legitimum ⁊ in
fra tempus debitum conficiat non tenebitur vltra vires here
ditarias, dicta. l. finali. C. de iu. deliberan.
Ad ſeptimū dico ⁊ reſpōdeo, quod cum dictus quondam
Gulielmus ſe immiſcuerit paterne hereditati, ⁊ factus maior
quatuordecim annis, ⁊ ſic non in pupillari etate ſed poſtea de
ceſſerit: prefatus Franciſcus non poteſt in vim ſubſtitutionis
facte per dictum quondam Joannem ſuccedere niſi in bonis
prefati quondam Joannis, ⁊ non in bonis acquiſitis per ipſum
quondam Gulielmum: quia per ſubſtitutionem fideicommiſ
ſariam ſucceditur primo teſtatori non herede grauato. l. co
heredi. §. cum filie. vbi de hoc eſt caſus, ⁊ quod ibi per docto.
ff. de vulga. ⁊ pupilla.
8 Ad octauum dico ⁊ reſpondeo, vt prediximus, quod † niſi pre
fatus Franciſcus inuentarium legitime conficiat, ipſe tenebi
tur inſolidum ex perſona dicti quondam Gulielmi ad ſolutio
nem tertie partis debitorum predicti quondam Joannis. Si
vero inuentarium legitime conficiat, nō tenebitur vltra vires
hereditarias: ſed eo caſu poterunt legatarij eiuſdem Guliel-
mi conueniri per creditores competentibus actionibus, qua-
tenus reperiantur poſſeſſores bonorum eorundem quondam
Joannis ⁊ Gulielmi.
9 Ad nonū dico ⁊ reſpōdeo, quod † ſi domus de qua ibi, erat
domus dotalis prefate Clementie, ⁊ ſic erat domus dicti quō
dam Gulielmi. l. doce ancillam. C. de rei vendic. bona inibi ex
iſtentia preſumerentur fuiſſe dicti Gulielmi, per id quod ha-
betur in. l. ob maritorum. ⁊ quod ibi per doctores. C. ne vxor
pro marito. quod procedit non ſolum in caſu predicto, ſed etiā
ſi prefati Gulielmus ⁊ Clementia indifferenter habitaſſent
dictam domum, vt notat Baldus in dicta. l. ob maritorum.
Joannes de imola Romanus ⁊ Alexander de imola in. l. qui
iure. ff. de acquirend. poſſeſſio. Dicūt enim quod in dubio pre
ſumendum eſt pro marito cum vxor non preſumatur habere
proprium. l. quinta. ff. de dona. inter virum ⁊ vxorem. ⁊ l. etiā.
C. eodem titulo. Quamuis Angelus in dicta. l. qui iure. cen-
ſiſſe videatur quod niſi ex coniecturis appareat ad quem ipſo
rum res ſpectent vel pertineant, preſumi debeant eorum quili
bet pro dimidia parte poſſidere: pro quo allegat Bald. in. l. ſi
duo. ff. vti poſ. volens forteſſe allegare notata per Bartolum
in dicta. l. ſi duo. in principio, in vltima col. Sed non diſcedo a
priore dicto: propter quod conſiderandum eſſe que bona ſunt
ibi, ⁊ que mercantie: ⁊ an prius quam matrimonium contra-
heretur inter ipſos Gulielmum ⁊ Clementiam, eadem Clemē
tia haberet tales mercantias vel bona.
10 Ad decimum dico ⁊ reſpondeo. ꝙ † etiam preſuppoſito ꝙ
prefatus franciſcus cenſeretur ſubſtitutus ⁊ inuitatus per fi-
deicommiſſum: potuit tamen idem Guilielmus diſponere de
legitima ſibi debita in bonis dicti quondam Joannis eius
patris: in qua grauari non potuit. l. omnimodo. ⁊ l. quoniam in
prioribus, cum ſuis ſimili. C. de inoffi. teſta. Et hec legitima
erat terra pars eius quod erat habiturus ab inteſtato. ſi item
quondam Joannes inteſtatus deceſſiſſet ſi non erant plures
liberi ꝙ quatuor. Si vero erant plures legitima fuit ſemis ſeu
dimidia pars eius quod erat habiturus ab inteſtato. Po-
tuit etiam diſponere de trebellianica que erat quarta pars re-
ſidui bonorum, in quibus idem quondam Guilielmus extitit
inſtitutus, iuxta theoricam gloſſ. in. c. raynaldus, ſuper verbo
licet ipſas, de teſta. ⁊ Joan. de Jmol. in. l. coheredi. §. cum fi-
lie, ſupra allega. ⁊ bal. in. l. ꝙꝙ. C. ad le. falci. quam quartam
idem quondam Joannes prohibere non potuit. l. iubemus, ⁊
quod ibi per docto. C. ad trebel. not. docto. in l. marcellus in
princip. ff. eo. tit. Et ſi iſte due quarte fuerint exhauſte legatis
poterit facto inuentario legitimo idem franciſcus detrahere
falcidiam: vt ſic habeat iura hereditario quartam partem ta-
quartarum huiuſmodi, ꝙ etiam aliorum bonorum per eum
acquiſitorum reliqua vero bona prefati quondam Joannis
veniunt ⁊ venire debent ad eundem franciſcū iure ſubſtitutio
nis, ⁊ ſine onere legatorium factorum per dictum quondam
Gulielmum: ꝙuis peruenerint cum onere debitorum et lega
torum, ſi que erant prefati quondam Joannis. l. filiuſfami-
lias. §. diui. ff. de lega. j.
11 Ad vndecimum dico ⁊ reſpondeo quo ad † fructus vinee
⁊ prati legatorum ſi qui erant pendentes in eiſdem tempore
mortis dicti quondam Gulielmi, ꝙ ipſa clementia potuit ⁊
poteſt capere fructus huiuſmodi ſua propria autoritate cum
licentiam habeat capiendi res ipſas a prefato teſtatore: qui
vt prediximus illā dare potuit. Quod aut̄ eum iſti fructus ad eam ꝑ
tineant, non eſt dubium: pro eo quia fructus pendentes ſunt
pars fundi. l. fructus pendentes. ⁊ quod ibi gloſſ. ⁊ docto. ff. de
rei vendica. ⁊ l. cū filius. §. dominus. ff. de lega. ij. quo vero ad
fructus aliorum prediorum ſeu poſſeſſionum, dico ꝙ cum idem
teſtator in ſuo teſtamento condito non quidam iſto anno,
ſed anno milleſimo quadringenteſimooctuageſimoſexto Et
xxix. menſis Auguſti legauerit vſufructus ſeu rectius loquen
do fructus illius anni tunc pendentes: fructus pēdentes hoc
anno ⁊ tempore mortis eiuſdem teſtatoris. non debentur pre
fate Clementie. l. ſi ita eſſet. ⁊ quod ibi Bartolus. ff. de auro ⁊


argento,leg.l.si stipulatus.§.cum stipulamur.l.si a colono.ff. de verborum obligationibus.⁊.l.iulianus respondit.§.finali. ff.de lega.tertio.not.glossa in.l.si ita scripsisset.ff.de legatis secundo.

1 ☞ Apoche perscribētem recognite ⁊ confessate an ⁊ quā do probent.
2 Notarius instrumentum conficere non debet non mandante parte,⁊ illud debet coram partibus recitare.nu.4.
3 Confessio qualiter fieri debeat:⁊ est quasi contractus.⁊ numero.7.
5 Reuelationes pte absente ⁊ sine iuramento facte non pbant.
6 Testi primo neganti,postea confitenti non creditur:nisi subījciat causam sue variationis.
8 Liber rationum nihil probat in fauorem scribentis.⁊ an semper locum habeat.
9 Scripto defuncti cur facilius credatur,quam scripto viuētis.
10 Iuramentum suppletorium qualiter per iudicem deferēdum,⁊ quam conditionem habeat.
11 Fatalia currūt appellanti,nisi saltem bis interpellet iudicem vt causam expediat.
12 Subreptitie vel obreptitie impetrata non valent.

¶ Epitome.

¶ Apocha iudicialiter recognita ⁊ confessata fidem facit cō tra se debere cōfitentem:si vero extraiudicialiter absente parte fiat non probat. V. F.

¶ De Apochis. Consi.cxi.

1 Um due† apoche pte probi viri Mathei Jaquemeti in hac causa pducte,vna videlicet de summa sexdecim florenorum,⁊ alia de summa viginti sex florenorum ⁊ sex grossorum, que scripte ⁊ subscripte seu signate asserūtur manu honorabilis viri Pauleti de plano apothecarij montilij ademarij,per eundem recognite ⁊ confessate extiterint:ille plene probant contra eum.l.publia. in fine.ff.de posi.notat Bartolus in.l.admonendi. versiculo, circa primam.scilicet circa apocham ⁊c.ff.de iureiuran.⁊ in.l. scripturas.C.qui potio.in pign.habe.⁊ Panormitanus in.c. secundo,versiculo,circa primam speciem formo ⁊c.de iureiur. ⁊ intelligende sunt apoche predicte loqui de diuersis summis, ita vt vna censeatur contineri vel comprehendi in reliquā.l. quinquaginta.⁊ quod ibi per Flor.ff.de probati.pro quo facit quod plenissime voluit Alexander de imola cōsilio mihi quarto exordiēte,circa primum quesitum.in principio.Super quo articulo quia reperio alias fuisse plenissime scriptum, vlterius non insisto. Probatur igitur per dictas duas apochas prefatum Mattheum Jaquemeti eidē de plano soluisse ab vna parte summam predictam sexdecim florenorum; ⁊ ab alia parte viginti sex florenos cum dimidio qui in vniuerso ascendūt ad summam quadraginta duorum florenorum ⁊ sex grossorū. Preterea ⁊ per aliam apochā de qua nulla vertitur difficultas,probatur solutio decem florenorum. Et sic in vniuerso pfatus Jaquemeti probat per dictas tres apochas ex aduerso recognitas se soluisse de debito quinquaginta trium florenorum summam quinquaginta duorum florenorum cum dimidio.Quo fit vt male egerit ⁊ agat idē Pauletus de plano.

¶ Cui nō obstāt qdā ptēse litere testimoniales pte dci Pauleti in hac cā pducte. Tū qz cū ille facte extiterint nō quidē in forma publici instrumēti,⁊ sic in forma authētica,sed in forma cuiusdā attestatiōis ille nō pbat:queadmodū nec probaret idem notarius si sub presentia iudicis verbo affirmaret et diceret se recepisse notā contentionem ⁊ confessionem de qua ibi continentem.Tum quia non apparet huiusmodi testimoniales literas seu pretensam notam fuisse per prefatum notarium ad postulationem prefatorum Pauleti ⁊ Matthei receptum,sed duntaxat ad pretensam requisitionem dicti Pauleti de plano:quod fieri nō potuit:quia vbi agitur de facto vel actu qui procedit ⁊ substantiam suam capit ex consensu partium,vt sunt pacta,cōtractus ⁊ alia huiusmodi: tunc ad hoc vt scriptura de facto seu actu huiusmodi cōfecta fidem faciat seu probet,opus est quod illa facta extiterit ad mandatum eorum omnium quorum consensus in illo actu requiritur.l.contractus.in principio.C.de fide instrumentorum. notat Joannes andreae in additionibus Speculatoris titulo de instru. edi.§.postquam,versiculo,item nunquid ⁊c.in additi.incipiē te,hanc materiam plenius ⁊ apertius ⁊c.vbi subiungit pro regula dari posse,quod quorum consensus in aliquo actu requiritur ipsorum voluntas in scriptura probatoria requiratur:ad quod facit.l.in hac.C.de donati.⁊.l.secunda.in fine.C. de relat.Et si aliter scripserit notarius,non probabit inter eos talis scriptura.authent.de tabellio.in principio.⁊.§.primo.⁊ qd ibi not.Et quamuis Panormitanus aliquando aliter senserit:captata tamē opportunitate latius inuestigādum arbitratur ipsam opinionē Joānis andree fore veriorem.Mouetur: quia si iudex non recipit probationē contra aliquem nisi prius eo citato ⁊ admonito.c.secundo.de test.⁊.l.si quando.C.eodē
2 titulo.fortius† notarius non debet de facto alicuius conficere instrumentum ad preiudicium illius eo non mandante:hoc voluit Panormitanus in.c.primo,versiculo,sed nouissime captata ⁊c.de fide instrumētorum.Si enim aduersarius sibi velit probationem conseruare,agat alijs iuris remedijs,de quibus idem Panormitanus in.c.significauit.⁊.c.albericus de testi.⁊.l.dissolute.C.de condit.ex le. Et hanc opinionē refert idem Panormitanus in.c.primo se reperisse sentire Bartol. in.l.seruus communis.ff.de stipula.seruo.Et dicit tenere Joannem andream tam in criminali quam in ciuili actu,in regu
3 la semel malus,de regulis iuris in sexto.in mercur.Quod† autem confessio ⁊ actus qui procedit ⁊ substantiam suam capit ex consensu confitentis,⁊ eius cuius fauore admittitur confessio,satis apparet ex ijs que notat Salicetus in.l.generaliter. versiculo,si vero est facta extra iudicium ⁊c.C.de non numer. pecu.vbi post dominum Richardum ⁊ eius patruum dicit, quod verba docto.dicentium quod confessionem factam extra iudicium parte presente valet ⁊ probat,intelligi debent cū sano intellectu:ita videlicet vt confessio facta cum causa parte presente ita demū valeat ⁊ probet,quando est facta ad eius instantiam ⁊ requisitionem,vel ea acceptante in presentia confitentis ⁊ acceptationem audientis,⁊ nō relatantis:alias dicūt ipsi patruus ⁊ nepos confessionem huiusmodi non valere.Cuius dicti ea subditur ratio:quia per confessionem quasi cōtrahitur.l.de etate.§.qui interrogatus.ff.de interroga.actio.sed in quasi contractu requiritur consensus.l.obligationum substantia.§.primo ⁊ secundo.ff.de actio.⁊ obligati.qui est simul assensus.l.ex cōsensu.ff.eodem titulo. Facit ad premissa quod notat Salicetus in.l.iubemus.C.de libe.cau.⁊ in.l.prima.C.
4 de confes.Tum etiam† non probant dicte pretense litere testimoniales:quia illa pretensa confessio de qua ibi non reperitur nec apparet recitata coram partibus.l.fideicommissi.ff.de lega.tertio.quod voluit Joannes andreas in additioni.Speculatoris.titulo de instrumen.edi.§.ostēso.versiculo,illud in addi.magna.⁊ idem notat Anthonius de but.in.c.cum.P.tabellio.de fide instrumentorum.quamuis Panormitanus ibi distinxerit ⁊ distinguendo aliter senserit in actibus in quibus scriptura fuit solum ad facultatem probandi:dicens eo casu se non putare necessarium quod notarius legat protocolum coram partibus ⁊ testibus.motus rationibus de quib9 ibi. vbi etiam refert quod idem videtur sentire Barto.in.l.gallus.§. idem credendum.ff.de libe.⁊ posthumis. quod tamen ex verbis Bartoli non videtur clare colligi. Preterea presupposito quod dicte pretense litere testimoniales probarent:ille tamen nihil faciunt ad factum:quia illa pretensa prima apocha, de qua in ipsis literis testimonialib9,⁊ quam seu summam in ea mentionatam,fuit idem Jaquemeti,vt inibi pretenditur,cō fessus comprehendi in dicta secunda apocha,de qua dicitur esse factus processus,non mentitur de summa sexdecim florenorum cum dimidio.dicta vero prima apocha in processu producta non est de dicta summa sexdecim florenorum. Ad quā propterea tāquam ad diuersam ex alia non infertur.l.inter stipulantem,§.sacram.versiculo,sed hec dissimilia ⁊c.ff.de verborum obligationibus.⁊.l.papinianus.exuli.ff.de minori.

¶ Etiam non obstat prefato Mattheo Jaquemeti quedā pretense reuelationes facte,vt ex aduerso pretenditur per Joānem durtaiso,Claudium chatonis alias duroni,Gulielmi ariasij ⁊ dominum Petrum gaui.Tum quia de illis nō costat.nō enim

enim creditur pretense scripture illius domini Petri, vtpote
5 priuate scripture. Tum † ⁊ quia reuelationes huiusmodi facte
extiterunt, si ⁊ quatenus de eis constet, absente eodem Jaque
meti, ⁊ per nõ iuratos: ⁊ sic non probant. dicta. l. si quando. C.
de testi. c. in nomine domini. ⁊. c. tuis. de questio.
¶ Etiam nec obstant depositiones prefatorũ Joannis oria
sij ⁊ Claudij durani. super nono ⁊ decimo articulis schedule
exordietis, ex processu inter Pauletũ ⁊c. quia, prout apparet
6 ex actis curie loci auripili in hac cã pductis. Cũ † imbi tra
cti fuissent in causam criminalem, ⁊ iurati respondissent, ⁊ re
spondendo prius negassent contenta inquisitione fore vera,
postea ex interuallo confessi extiterunt omnia inibi contenta
esse vera: ⁊ sic incurrerunt periuriũ: ⁊ non solum in casu de quo
ibi, vbi videlicet responderunt de veritate: sed etiam si respon
dissent de credulitate: nisi causam allegassent quare potius tẽ
pore prime responsionis non crederent contenta esse vera, quã
tempore secunde, per id quod notat Baldus in. l. de tutela. C.
de in integr. resti. mino. Paulus de castro ⁊ Romanus in. l.
qui bona. §. si quis stipulatus. ff. de damno infecto. pro quo al
le. Specul. in titulo deposito. §. finali. versiculo, item si ponẽs
⁊c. facit quod notat glossa in. c. finali. super verbo, iusta causa.
de iureiuran. in sexto. idem tenet Gemi. in. c. primo, de confes.
in sexto. referens Gaspa. de garde. ita consuluisse cõsilio quar
to in rubrica, de confes. quod etiam videtur sensisse in dicta. l.
tutela, ⁊ non solum hoc, sed etiam quod sic varians debeat p
bare causam, propter quam nunc credit contrariũ. Que si pro
cedant in eo qui primo responderat per verbum credit. mul
to fortius, aut saltem non minus procedere debẽt in eo qui ne
gauerat, ⁊ postea confitetur: maxime in casu nostro, vbi cum
de facto proprio ⁊ recenti interrogarentur p̃fati Oriasij ⁊ Du
roni, non presumuntur ignorasse. l. fina. cum suis similibus. ff.
pro suo. Non est igitur eis credendum, vtpote periuris tempo
re productionis ⁊ lati per eos testimonij. c. testimonium. de te
sti. Etiam nec ipsi, nec prefatus Guilielmus apparẽt contestes
7 ⁊ vbi viderentur contestes, ⁊ cessarent predicta: adhuc ille † p̃
tense confessiones, quas fecisse pretenditur prefatus Jaque
meti in eorum presentia eidem Jaquemeti non obessent, vtpo
te, facte parte absente secundum communem opinionem do
ctorum, de qua in. c. si cautio. de fide instrumentorum. ⁊. c. fin.
de cõfes. ⁊. in dicta. l. generaliter. Dictus etiam Guilielmus
non deponit de aliqua pretensa confessione: sed de quibusdam
pretensis ⁊ remotis indicijs: que quia plene nõ probantur, nul
8 lum pariunt effectum. Preterea † nec etiam obstat quidam
pretẽsus liber rationum dicti Pauleti: quia ille nihil probat
in fauorem ipsius. l. exemplo. C. de probatio. qd voluit Bart.
in. l. nuda. ff. de donatio. ⁊ dicta. l. admonendi. de iureiuran.
Et idem videtur tenere Antho. de butri. in. c. secundo, de fide
instrumentorum. Nõ enim potest plus operari scriptura vni9
hominis, quam illius vox viua. sed vna vox non potest induce
re probationem etiam semiplenam: cum quis nõ admittatur
in testimoniũ pro se decima quarta questione secunda, in prin
cipio. ⁊. c. nullus. quarta questione tertia. Non obstat limita
tio quam posuit Bartolus in dicta. l. admonendi. de scriptu
ra defuncti qui fuit bon9 homo ⁊c. quam dicit facere aliquã
presumptionem: ita vt cum alijs adminiculis probet. l. ratio
nes. C. de probationibus. in eo quod dicit solas rationes non
probare ⁊c. quia hic non est sermo de libro rationum defuncti,
sed adhuc viuentis, ⁊ ad quem trahi non debet dictum Bar
toli etiam si probaretur idem Pauletus bonus vir ⁊ legalis
mercator. Et cur tã varie, videtur posse responderi per ea que
notat Baldus in. l. comparationes. versi. sed illa cautela non
9 cadit. ⁊c. C. de fide instru. ⁊ in. d. l. ratiões. C. de pba. in † qbus
locis sentit Bal. ideo maiorem fidem dandam mortuis quam
viuentibus: quia mortui corrumpi nõ possunt, viui autem sic.
Et ita voluit Matth. mathe. vt refert Baldus in dicta. l. ra
tiones. Et sic videtur quod dictum Panormitani in dicto. c.
scripta. col. quarta. versiculo, nec esset malum dicere, quod etiã
pro viuente ⁊c. non procedat. Et maxime cum dicta secunda
apocha manu sua scripta, signata, ⁊ debitori expedita aliud cõ
tineat. Nõ videtur igitur idem Pauletus de plano in aliquo
releuatus ex eo quia se probasse pretendit esse bonum virũ ⁊c.
¶ Ex quibus omnibus videtur quod nõ male processerit do
minus vicesenescallus si eidem Pauleto iuramentum nõ de
tulerit in supplementum pretense plenioris probationis erro
ris per eum allegati. vel eius quod asseruit dictam primã apo
dixam, seu summam in ea mentionatam comprehensam exti
10 tisse in secunda, vtpote nihil validum probanti: ⁊ † econtra vi
detur idem dominus vicesenescallus eque ⁊ iuste processisse
in eo quod iuramentum huiusmodi detulit prefato Jaqueti:
quod facere potuit ex suo officio etiam non petẽti. vt in dicta
l. admonendi. versiculo, solent. ff. de iureiuran. Quia iudex po
test supplere ex sibi notis ex instantia iudicij ⁊ ex agitatis in
ea, l. ampliorem. §. secundo. C. de appel. ⁊. l. secunda in fine. et
quod ibi notat. C. de tempo. appella. Et quod iudex ex suo of
ficio hoc iuramentum deferre possit, tenuit Salice. in. l. in bo
nefidei. versiculo, quarto quero, vsq ad quod tempus ⁊c. ibi.
tertium autem scilicet quod iudex ⁊c. C. de re. credi. Nec puto
quod idem dominus senescallus tempore delationis intende
ret deferre iuramentum litis decisorium: quamuis dicto Ja
quemeti ante ⁊ circa initiũ cause delatum extitisset: quia hoc
facere non poterit. Cum enim iusiurandum defertur, inest con
ditio, si statim iuretur. l. non erit. §. si neq. ⁊ quod ibi Bartol.
Alexander de imola ⁊ doctores. ff. de iureiuran. Et ideo ex
interuallo iurari non potest, nisi tempore delationis acceptatũ
extitisset. dicta. §. si neq. ⁊. l. iusiurãdum ⁊ ad pecunias. §. pri
mo. Et quod vtrobiq Bartolus ⁊ doctores. ff. de iureiuran.
vt igitur declaratio de qua supra potius valeat quam pereat,
censendum est dictum dominum vicesenescallum detulisse iu
ramentum suppletorium: quod facere potuit ⁊ etiam debuit,
si tamen aliquo supplemento opus erat: prout nõ videtur op9
fuisse, per predicta. Male igitur processit egregius vir domi
nus iudex appellationum ⁊ nullitatum totius delphinatus
in deferendo iuramentum dicto Pauleto de plano, ⁊ deinde
reuocando sententiam siue delationem dicti domini vicesene
scalli de iuramento nunc prestito per eundem Pauletum ei
dem concedendo precisis de summa petita.
¶ Preterea dicta eius sententia videtur esse nulla, tãquam
lata post desertionem pretense appellationis: ⁊ sic eo tempore
quo iudex esse desierat. cle. si appellationem. de appella. Fuit
enim dictus Pauletus seu eius procurator multũ negligens
11 circa illius prosequutionem prout colligitur ex actis. † Quo fit
vt etiã illi appellãti, qui in causa appellationis in primo fatali
concludi obtinuit, currat tempus, ⁊ deferatur appellatio, nisi
saltem bis interpellauerit iudicem vt causam expediret, vt not.
Bal. ⁊ sali. in aut. item si appellatione. C. de tempo. appel. Et
idem sali. in. l. fi. §. illud. C. eo. ti. Alex. de Jmol. in. l. de pupil
lo. §. si quis ipsi pretori. ff. de noui ope. nũtia. ⁊ consilio. lxx. in
tertio volu. Cui obiectioni non obstat releuatio a lapsu fa
talium, quem fecisse dicitur illustris dominus gubernator del
phinatus, seu hoc magnificum delphinale parlamentum: quia
illa (si de ea constet) impetrata extitit per veri suppresionem.
Quamuis enim impetrans in supplicatione expresserit non
fuisse petitum diffiniri infra primum fatale: tacuit tamen q
nec infra secundum et hoc causante grandi negligentia dicti
12 pauleti appellãtis, seu eius procuratoris. ⁊ sic † reuelatio nõ va
luit, vtpote per surreptionem vel obreptionem obtenta. c. ad
aure. ⁊. c. audientiam, el. ij. ⁊ quod ibi p doc. de rescrip. Que pro
cedunt non solũ in rescriptis ad beneficia ecclesiastica: sed etiã
in priuilegijs et alijs beneficijs principum, secundum Panor
post alios in dicto ca. ad audientiam. pro quo facit. l. i. ff. de
nata. resti. ⁊. l. ⁊ si non cognitio. C. si contra ius vel vti. publi. ⁊
quod ibi notatur ⁊ ita communiter. secundum Panor. vbi su
pra tenent docto. facit etiam ad hoc quod not. Jnnoc. in. c. cũ
dilecta. de rescript. ⁊ quod not. panor. i. c. quod super his. col. i.
de fi. instru. vbi not. q litere surreptitie super voti absolutione
sunt ipso iure nulle pro quo allegat. c. nouit. iuncta glo. fi. de his
que fi. a prela. ⁊ subiungit pro hoc facere, quia negari non po
test quin in aliquo litere huiusmodi sint gratiose: ergo irrite, in
tercedente surreptione. c. i. et. ij. de filijs presby. in. vi. que om
nia dixerim sub benigna supportatione huius mag. ⁊c. par
lamenti.

1 ☞ Commissum esse predium, ob eius deteriorationem, an ⁊
quando dicatur.
2 Qui requirit quandam possessionem hereditariam, declarari
cecidisse in commissum. Et dominium vtile, fuisse ⁊ esse cum
directo, consolidatum ⁊ vnitum requirit.
3 Propter euulsionem arborum oliuarum, in quodam agro vi
nee excrescentium: dicitur vineam fuisse deterioratam.
4 Et ideo ex hoc solo capite debet vinea declarari, cecidisse in
commissum.
5 Emphiteote arbores d p̃dio inscio domino excellere, an liceat.
et an propterea ad interesse teneatur.

6 Paucorum arborum euulsio, ad expulsionem ⁊ deiectionem emphiteote sufficit.
7 Et vbi non sufficeret saltem euellentes possunt conueniri pro interesse ratione deteriorationis.
8 Clausula, ⁊ alias ius ⁊ iustitiam ⁊c. in libello apposita quante virtutis sit.
9 Vis ⁊ efficacia horum verborum. Et alias ius ⁊ iustitiam ⁊c. appositorum in libello est tanta quod propterea videatur intentata omnis actio ⁊ omne remedium competens ⁊ resultans ex narratis.
10 Iudex ex officio, de interesse partium informare se potest ⁊ de illo iudicare.
11 Sententia manifestum errorem continens, non valet.
12 Potest agi contra illos, qui fructus in vinea excretos a trib⁹ annis sine licentia domini collegerunt nec soluerunt quartonum. Et ex hoc capite debet vinea declarari commissa.
13 Probare emphyteutam oportet se canonem ⁊ alia debita soluisse.
14 Releuationes per non iuratos ⁊ parte non vocata facte nihil probant.
15 Pretensa consuetudo in nullo releuat cum non probatur.
16 Et quando probaretur non propterea infertur quin emphyteute debeāt probare se satisfecisse de quaternis per testes vel alio modo etiam aliter quam per iuramentum.

¶ Epitome.

¶ Fundus quem emphyteuta deteriorem facit nec pro eo canonem soluit cadit in commissum: aut saltem ob clausulas generales iudex fundi euersorem condemnat ad interesse.

¶ De iur. emph. Consi. cxij.



PRopter duo coniūctim ⁊ diuisim egisse reperitur honestus iuuenis, licet pauper, Ioannes pocheroni, contra ⁊ aduersus honorabiles viros Mondonum ⁊ Peregrinum de gigōdassio, scilicet propter
1 deteriorationē † vinee, in actis cause plenius mētionate, ⁊ pro eo quia vineam huiusmodi a certo tempore citra cum ipsius licentia non vindemiarunt, oliuas non collegerunt, nec quartam partem fructuum inibi excretorum ex integro soluerunt
2 Ex quibus declarari petijt cognosci ⁊ † declarari vineā huiusmodi cecidisse in commissum ⁊ dominium vtile fuisse ⁊ esse cum directo consolidatum ⁊ vnitum: ⁊ ipsos de gigondassio condemnari ad dimittendum ⁊c. ⁊ al's in ⁊ super premissis debitam ⁊ celerem iustitiam sibi fidei ⁊ ministrari. Cuius intentio videtur fuisse legitime iustificata. Et primo quidem quo ad deteriorationem: quoniam, vt apparet ex depositionibus testium parte eiusdem pocheroni in hac causa productorum ⁊ examinatorum super octauo articulo libelli prefati pocheroni idem pocheroni iustificauit ⁊ probauit euulsionem ⁊ transpor
3 tum multarum arborum oliuarū † in predicta vinea excretarum: propter quarum euulsionem ⁊ transportum non finit arbores fructificare: ⁊ propterea fuerit dicta vinea multum deteriorata, debuerunt ⁊ debent dicti de gigōdassio ab eadem expelli, vt notat Baldus in authētica qui rem. vbi etiam Paulus de castro. C. de sacrosanctis eccles. ⁊ Ioannes de imola in. l. diuortio. §. si fundum. ff. soluto matrimonio. ⁊ Iason in. l. secunda. versiculo, quadragesimosecundo quero. collatione trigesimaoctaua. C. de iure emphyteutico. Et idem voluit Constan. de bar. in suo tractatu iur. do. §. vndecimo. Quo fit vt ex
4 hoc † solo capite debuerit vinea antedicta declarari cecidisse in commissum. Cui non obstat si fortasse opponat, quod in dicto libello propositum extiterit, quod nouē arbores oliue euul
5 se † extiterant, ⁊ quod de tot probatum non fuerit. Quoniam dico quod in dicto libello idem pocheroni protestatus extiterit quod se astringere non intendebat oneri superflue ⁊ non ne
6 cessarie probationi. Si igitur † paucorum arborum euulsio ad expulsionem emphyteute sufficiat, predicta deductio eidē
7 pocheroni obesse nō debet. Preterea † vbi euulsio huiusmodi ad expulsionem nō sufficeret, prout sufficere videtur, per predicta: illud saltem certum est ⁊ euidens, quod prefatis de gigondassio nō licuerit dictas oliuas euellere: vt voluit Dynus ⁊ post eum Bartolus ⁊ doctores in dicta. l. diuortio. §. si fundum. ff. soluto matrimonio. Quod enim de marito dicitur in dicto. §. si fundum. idipsum de emphyteuta iudicat. l. in fraudem. §. conductor. ff. de iu. fi. l. forma. §. si vites. ff. de censibus. ⁊ l. si ita. §. finali. ff. de vsu ⁊ habi. Quo fit vt saltem ratione facte deteriorationis potuerint prefati de gigondassio p ipsum pocheroni conueniri pro interesse, vt satis colligitur ex mente doctorum in dicto. §. si fundum. Et ita expresse voluit Paulus de castro in dicta authentica, qui rē. ⁊ Baldus in. l. prima. versiculo, modo dubium. C. de iure emphyteutico. Cui rationi non opponant aduersarij, quod in dicto libello conclusum extiterit super declaratione commissi. Quoniam dico ⁊ respō
8 deo, quod licet hoc verum extitat: fuit † tamen subiuncta clausula. Et al's ius ⁊ iustitiam ⁊c. Cuius tanta est vis ⁊ efficacia,
9 quod propter eam videatur intentata omnis actio ⁊ omne † remedium competens ⁊ resultans ex narratis. c. secundo. et quod ibi per doctores, de ordi. cogni. notat Ioannes calde. et Anthonius de but. in. c. examinata. de iudi. Panormitanus in. c. primo. versiculo, sed quero quod si in libello ⁊c. de lit. contestatio. Angelus aretinus in. §. primo. versiculo, sed vnum p perpetuo tene menti ⁊c. insti. de actio. ⁊ clarius insti. de exceptio. super rubrica secunda, versiculo, duodecimo videndum est an illa clausula ⁊c. de qua clausula multas ponit remissiōes Alexander de imola in. l. petens. col. secunda. C. de pactis. Presupposito ergo citra preiudicium veritatis, quod ex probatis parte dicti pocheroni non potuisset vel de iure debuisset idem pocheroni obtinere super commisso. Debuissent tamen dicti de gigondassio condemnari ad interesse eiusdem pocheroni, tam ratione deteriorationis dicte vinee emphyteutice: quam etiam propter quartonum fructuum oliuarum, quem erat ex arboribus huiusmodi annis singulis percepturus. Non igitur
10 debuerunt ipsi de gigondassio ab impetitis absolui. Nisi † fortasse quis dixerit, quod de valore interesse huiusmodi non apparuerit. Sed nec istud obstat. Quoniam dico ⁊ respondeo, quod postquam constitit egregio viro domino iudici maiori ordinario, eosdem de gigondassio teneri ad interesse, ⁊ per exhibitionem processus cause huius de hoc cōstet hodie egregio viro domino iudici subrogato: ille potuit ⁊ iste potest ex suo officio se super estimatione ⁊ valore informare, ⁊ secūdum quod reperisset vel reperiet eosdem de gigondassio in estimatione condemnare, vt eleganter voluit Bartolus cum quo trāsit Angelus in. l. si quod ex pamphila. in fine. ff. de legatis secundo. l. semper. §. hoc interdicto. ff. quod vi aut clam. notat Angelus aretinus. §. primo. versiculo, si autem vis etiam petere fructus, vel ibi, ⁊ probando quod fructus percepit, instit. de actionibus. ⁊. §. si quis agens, versiculo, primo per declarationem iudicis. eodem titulo. ⁊ Alexander de imola consilio mihi centesimo trigesimotertio exordiente, viso processu cause vertentis ⁊c. in fine in primo volumine, ad quod facit qd voluit Bartolus in. l. prima. C. de sententijs, que pro eo quod interest. Super obiectibus autem per dictos de gigondassio in hac causa oblatis non insisto: pro eo quia illi probati nō apparent. Non enim probantur ille pretense sententie, cum in forma probatorum producte non extiterint, ⁊ quia nō apparet de processibus super quibus ille promulgate extiterint. Ille etiā
11 † si de illis ex processu appareret essent nulle propter errorem in eis expssum, in eo quod in eis dicit iudex, sibi constiti de delicto per relationem vnius: quam certum est esse probationem insufficientem. l. iusiurandum. C. de testibus. ⁊ capitulo, tum literis. eodem titulo. Et ita non potuit dicto iudici cōstare predictam relationem.
¶ Preterea egit prefatus pocheroni ex eo quod dicti de gi
12 gondassio fructus in vinea † excretos cum sua licentia a tribus annis non collegerunt nec quartonum soluerūt. Ex quo capite cum ipsi de gigondassio non probauerint contrarium, debuit vinea predicta declarari commissa. l. secunda. ⁊ quod ibi per gloss. ⁊ doctores. C. de iure emphyteutico. notat glossa ⁊ doctores in capitulo, potuit. de locatio. Quod procedit etiam si prefati de gigondassio sufficienter probassent se soluisse partem dicti quartoni, vt voluit per multas elegantes rationes Oldradus consilio mihi septuagesimo exordiente, de rigore iuris ⁊c. quod etiam post eum, quamuis de ipso mentionem non faciat, voluit Ioannes andreas in additionibus Speculatoris titulo, de locatio. §. nunc aliqua. versiculo, tricentimo queritur ⁊c. in additione exordiente, dic quod superiori

1 riori &c. Et Iason in dicta. l. secunda. versiculo, decimosex
3 to quero. C. de iure emphyteutico. Quod † autem ipsi de gigondassio probare debuerint se soluisse, tenuit glossa et post eam omnes doctores in dicta. l. secunda.
14 Quo vero ad quasdam pretensas reuelationes † factas, vt pretenditur per quosdam, in eis nominatos, dico quod illa non obstant: nec probãt aliquid de intentione dictorum de gigondassio. Tum quia de illis non constat: tum quia ille facte sunt per non iuratos, & etiam parte non vocata. Pro quibus facit capitulum, cuis. & capitulum, in nomine domini. de testibus. & l. si quãdo. C. eodem titulo. Etiã
15 preterea † consuetudo parte dictorum de gigondassio allegata in nullo eos releuat. Tũ quia illa nõ probatur, tum
16 quia si illa probaret, † nõ propterea infertur quin debuerint emphyteute probare se satisfecisse de quartonis, per testes, vel alio modo, etiam aliter quam per iuramentũ. Quibus rationibus legibus ac canonibus imprimis probatur quod predium cadit in commissum, ob eius deterioratione. Et quod qui requirit quãdam possessionem hereditariam declarari cecidisse in commissum: requirit etiam dominiũ vtile, fuisse & esse cum directo consolidatum & vnitum. Deciditur etiam quod paucorum arborum euulsio sufficit ad expulsionem & deiectionem emphyteute. Aut saltem euellentes condemnãdi sunt ratione deteriorationis ad interesse Et quod potest agi cõtra illos qui fructus in vinea excretos sine cõsensu domini collegerunt, nisi soluerint quartonum. Et in summa resoluitur quod si emphyteuta deteriorem faciat fundum, nisi pro eo canonem soluerit, cadit in commissum: aut ad minus condemnatur ad interesse quod vis & efficacia horum verborum & alia ius & iustitiam &c. que solent & debent apponi in libellis, est tanta quod propterea intentatur omnis actio & omne remedium competens & resultans ex narratis. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sententis.

1 ☞ Substitutio facta sub distinctione & alternatione tẽporum, comprehendit duas substitutiones, scilicet pupillarem expressam, & fideicommissariam.
2 Substitutio pupillaris: est tante efficacie, vt in vim ipsius succedatur in omnibus bonis vndecunque quesitis.
3 Iurium correctio est euitanda.
4 Caduca substitutio, non transmitti potest, ad alium quam ad substitutum.
5 Substitutio facta de suis, non est effecta caduca: pro eo quia illi videntur principaliter & expresse substituti, sicut et extranei.
6 Feudum concessum a principe, alicui & liberis eius, non potest transmitti in preiudicium liberorum.
7 Pater etiam si vellet, non posset filios priuare feudo, quãdo fuerunt expresse nominati in concessione: quia non habent ab eo, sed a principe, vel ab illo qui concessit.
8 Prohibita detractio trebellianice non censetur: nisi eo casu quo substitutio sibi locum vendicat.
9 Quamuis prohibitum fuit trebellianicam detrahi, eo casu quo substitutio sibi locum vendicauerit in personam extranei: non tamen videtur prohibita, eo casu quo sibi locũ vendicaret in personam suorum.
10 Uxor secundi matrimonij que nõ est grauata per testamẽtum de restituẽdo liberis primi matrimonij testatoris ipsa tenetur fructus per eam perceptos: sibi imputare in trebellianicam seu in diminutionem illius.

¶ Epitome.

¶ Substitutiones pupillares & fideicommissarie, comprehenduntur in substitutione conditionaliter facta, cum cõditione & alternatione temporum; Et si fuerit facta de suis non efficitur caduca, quia illi videntur principaliter & expresse substituti, potius quam extranei: nec potest transmitti in preiudicium suorum seu liberorum. Et ideo licet prohibitum sit trebellianicam detrahi, quando substitutio sibi locum vendicat, in personam extranei: non tamen prohibetur, si in personam suorum sibi locum vendicat.

¶ Consi. cxiii.



Udum de anno domini videlicet millesimo quadringentesimo sexagesimosexto, & die nona mẽsis Ianuarij, nobilis quondam & potens vir Honoratus vir de aurasono, dominus cadaueti, fecit & condidit suum vltimum & nuncupatiuum testamentum, sufficienti testium numero & alijs de iure requisitis fulcitum & roboratum: in quo heredem vniuersalem instituit & nominauit nobilem Claudiam eius filiam naturalem & legitimam in pupillari etate constitutam: cui si in pupillari etate vel alias quandocunque sine liberis ex suo corpore procreatis moriretur, instituit & substituit magnificam dominam Margaretam dominam de riperijs supradictus testatoris sororem, & liberos suos si haberet tempore mortis sue. Dicte vero domine Margarete, si sine liberis ex suo corpore procreatis moriretur substituit nobilem & generosum virum Petrum de aurasono eiusdem testatoris fratrem, & suos. Voluit preterea casu quo substitutio facta de dicta domina Margareta sibi locum vendicaret in eadem: secunda facta in persona dicti petri sui fratris, quod ipsa domina pro trebellianica seu alio iure nihil retinere posset, sed omnino prefatam hereditatem prefato eius fratri restitueret: & quod adueniente substitutione de dicta domina facta ipse reciperet bona sub inuentario & sub eodem illa postea restitueret adueniente substitutione.

¶ Successu vero temporis idem, nobilis Honoratus permanens in voluntate huiusmodi ab humanis decessit, superstite et sibi superuiuente dicta nobili Claudia: que ministerio eius tutoris bonis et hereditati dicti qoondam nobilis honoratti se immiscuit et pro herede se gessit deinde ipsa nobilis Claudia ad huc existens in pupillari etate vita functa est et decessit, superstitibus dicta domina Margareta eius amita sibi vt premissum est substituta, et nobili & generosa muliere domina Catherina eiusdem Claudie matre Qua mortua prefata domina Margareta eius hereditatem adiuit, et possessionem bonorum eiusdem quondam Claudie et dicti testatoris tenuit et possedit, et illa nunc tenet et possidet.

¶ Dictus vero nobilis petrus de auriasono, frater prefati testatoris, vita functus est et decessit superstite et sibi superuiuente nobili domina eius filia.

¶ Quesitum est quo iure dicta domina Margareta successerit prefate quondam nobili Claudie eius nepti.

¶ Secundo quesitum est, si contingeret dictam dominã de riperijs sine liberis ex suo corpore procreatis decedere superstite dicta domina aurasoni, an substitutio superius mẽtionata, facta videlicet de dicto nobili petro de aurasono & suis, sibi locum vendicaret in personam eiusdem domine.

¶ Tertio quesitũ est an heres dicte domine de riperijs posset casu predicto detrahere quartam trebellianicam de huiusmodi fideicommisso: an ve teneretur ex integro eidem domine aurasoni restituere bona & hereditatem dictorum testatoris & Claudie.

¶ Uiso casu superius narrato, & dubijs ex eo elicitis, dico & respondeo ad dubia huiusmodi prout infra, sub correctione tamen cuiuslibet domini melius sententis. Et primo
1 ad primum dico, quod † cũ substitutio facta dicte nobili Claudie de prefata domina Margareta, sub distinctiõe & alternatiõe temporũ ibi fuerunt due substitutiones, scilicet pupillaris expressa et fideicommissaria. vt not. gloss. magna in ii. quam ibi sequitur Bar. & docto. in. l. precibus. C. de impube. & alijs substitu. Bald. in. l. ex tribus. versi. sed hic quero quando testator &c. C. de inofficioso testamento. Et in. l. iã hoc iure. §. finali. digestis, de vulgari & pupillari. Ioannes de imola in capitulo, Raynutius. in materia compendiose substitutionis. versiculo, & ideo considera quod an facta fuit cum distictione &c. de testamentis. & in. l. centurio. in materia compendiose. ff. de vulgari. Ioannes andreas et Lanfran. in capitulo, si pater. de testamẽtis in sexto. Quo
2 fit vt cum † prefata quondam Claudia in pupillari etate decesserit, ipsa, domina Margareta eidẽ successerit in vim pupillaris substitutionis in omnibus bonis vndecunque

quesitis.l.sed etsi plures.§. ad substitutos.ff. de vulgari.
etiam exclusa dicta quondam domina Claudia eius ma-
tre dicta.l.precibus.l.papinianus.§.sed nec impuberis.ff.
de inofficioso testamento.in capitulo primo,de testamen-
tis in sexto.notant doctores in dicta.l.centurio. in mate-
ria pupillaris substitutionis.ꝛ Joannes de imola in dicto
capitulo,Raynutius.de testamentis. quod procedit non
solum de iure antiquo,sed etiam hodie: non obstante.l.hu
manitatis.C.de impuberum.ꝛ aliis substitutio. vbi habe
tur quod per exemplarem substitutionem a patre factam
non potest mater excludi.Quia respondeo quod illa lex lo
quitur in exemplari substitutione,in qua hoc statutum est
hic autem sumus in materia expresse pupillaris. In qua
non reperitur correctum id quod habetur in dicta.l.preci-
bus.ꝛ.§.sed nec impuberis.ꝛ aliis iuribus superius allega
3 tis.Quo fit vt cum † iurium correctio sit euitanda.l. preci
pimus.ad finem.C.de appellationibus.ꝛ capitulo,cum ex
pediat.cum similibus.de electionibus in sexto.possit ma-
ter etiam hodie excludi,per iura superius allegata.Et ita
voluit Joannes de imola,vbi supra post Dynum in loco
ibi allegato. pro quo dicit esse casum in dicto capitulo,si
pater.vbi in fine hoc tenuit etiam Lanfran.

¶ Venio ad secundum quesitum: super quo dico, quod
4 † licet substitutio facta de dicto quondam nobili Petro
facta fuerit caduca in personam ipsius,pro eo quia viuēte
dicta domina de riperiis,ꝛ sic pendente conditione deces-
sit.l.prima.§.sin autem sub conditione.C.de caducis tollen
dis.nec substitutionem huiusmodi transmiserit,nec trans-
mittere potuerit ad dictam dominam auraysoni eius filiā
dicta.l.sed ꝛ si plures. in principio.ꝛ.l.qui habebat.ff.de
vulga.ꝛ.l.si pluribus.ff.de suis.ꝛ legitim.tamen substitu-
5 tio facta de suis † non est effecta caduca,pro eo quia illi vi
dentur principaliter et expresse substituti,sicut ꝛ ipse Pe-
trus.Quamuis igitur ipse Petrus decesserit:non tamen
debet excludi dicta domina Auraysoni: que est de suis in
primo gradu.Quinimo exclusio dicti nobilis Petri est in
clusio huius domine Auraysoni.l.gallus.§. quidam recte
ꝛ quod ibi notatur.ꝛ.§.ꝛ quid si tantū.ff.de liberis ꝛ post-
humis.Non enim venit ipsa domina Auraysoni ex perso-
na prefati quondam Petri eius patris,sed ex persona pro
pria,ꝛ vigore substitutionis facte de ipsa, sub appellatione
6 suorum:sicut † dici solet quando princeps concedit feu-
dum titio ꝛ liberis eius.Nam mortuo titio vocantur libe
ri ex persona propria,ꝛ non ex persona patris. Et hinc est
7 quod † pater etiam si vellet non posset eos priuare feudo:
quia non habent ab eo,sed a principe. postquam fuerunt
expresse nominati in concessione.vt notat Bartolus in.l.
vt iusiurādum.§.si liberi.ff.de ope.libertorum. Si ergo in
casu nostro,in quo sui fuerunt expresse inuitati: nec mors
eiusdem Petri vt predixi, sibi nocet,imo viam ei aperit:
que si Petrus viueret ꝛ quandiu viueret videretur preclu
sa:quia Petrus ꝛ primo inuitatus eidem videretur obsta
re,qui non obstabit.pro quo facit.l.peto.§. fratre.ff. de le-
gatis secundo.Concludo igitur quod si contingat dictam
dominam de riperiis sine liberis decedere superstite ea-
dem domina de aurayson o substitutio predicta sibi locum
vendicauit in personam ipsius.

¶ Veniens ad solutionem tertii quesiti premitto quod li
cet tam secundum opinionem glosse in.§.sed quia stipula
tiones. institutioni de fideicommissar. hereditati. ꝛ in
authentica,de heredibus ꝛ falcidia.§. si vero expressum.
collatione prima.ꝛ Odofredus Jacobus de aretio Pe-
trus Cynus ꝛ doctores magis communiter in authenti-
ca,sed cum testator.C.ad legem falcidiam.Bartolus ꝛ do
ctores magis communiter in.l. marcellus. in principio.ff.
ad trebellianicum.quam secundum constitutiones regias
8 prohiberi possit detractio quarte trebellianice: puto † ta-
men quod cum dictus nobilis Honoratus testator eam
detrahi non prohibuerit nisi eo casu quo substitutio predi
cta sibi locum vendicauit in personam dicti quondam no
bilis Petri poterit non obstante prohibitione huiusmo-
di detrahi trebellianica: quia ipsa substitutio sibi locum
non vendicauit in personam Petri, sed in personam dicte
domine auraysoni eius filie: que licet, vt predixi, censeatur
inuitata per verbum,ꝛ suos: prefatus tamen Honoratus
censetur habuisse maiorem dilectionem ad ipsum quondā
nobilem petrum eius fratrem, quam ad dictam dominam
Auraysoni eius neptem, et sic magis remotam, propter
ordinem charitatis. Vide aliquid per Bartolum in di-
cta lege, gallus. paragrapho. quidam recte. digestis
de liberis ꝛ posthumis. Quo fit vt quamuis idem quondā
Honoratus fauore eiusdem Petri prohibuerit trebelliani
9 cam † detrahi eo casu quo substitutio sibi locum vendica-
uit in personam Petri: non tamen videatur eandem pro-
hibuisse eo casu quo sibi locum vēdicaret in psonā suorum:
quēmadmodū nec per substitutionē factam de petro cense
rentur inuitati vel substituti sui,per id quod notat glossa
in lege prima codice,de iis qui ante apertas tabulas. Pu-
10 to † tamen quod cum prefata domina de riperiis de resti-
tuendo grauata non fuerit de liberis primi gradus prefati
testatoris,sed eius soror,ipsa tenetur fructus per eam per-
ceptos sibi imputare in trebellianicam,seu in diminutionē
illius: lege mulier.paregrapho alia causa digestis ad tre-
bellianum. notat glossa ꝛ doctores in lege,in fideicommis-
sariam,in principio eodē titulo.Ex quibus satis liquido ac
appertissime constat,et apparet,quod pupillares ꝛ fideico
missarie substitutiones comprehenduntur sub conditio-
nali substitutione,facta cum temporum conditione ꝛ alter
natione.Et quod etiam si fuerit facta de suis non efficitur
caduca pro eo quia illi videntur ꝛ censentur substituti prin
cipaliter ꝛ expresse potius quam extranei.Ex his etiam satis
superque probatum est clarissimis authorum doctorum ꝛ
legistarum rationibus ꝛ decisionibus quod ea que cōcessa
sunt a principe alicui ꝛ liberis eius,non possunt transmit-
ti in preiudicium liberorum.Et quod quamuis prohibitum
sit trebellianicam detrahi,quando substitutio sibi locum
vendicat in personam extranei.Non tamen videtur prohi-
bita eo casu quo sibi locum vendicaret in personam suorum.
Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini me
lius sentientis.

¶ Epitome.

¶ Donauit vxor bona que viro in dotē constituerat alii
cuidam: post mortem mulieris donatarius a viro recte bo
na petet ob iuramentum quamuis per constitutionem pre
carii non potuerit in illum nec dominium nec possessio trās
ferri. V. F.

¶ De dona. Consi.cxv.



Uo obstare viden-
tur donationem inter viuos quam de di-
midia parte omnium bonorum suorū mo-
bilium ꝛ immobilium ac iurium ꝛ actio-
num presentium tunc ꝛ futurorum fecisse
dicitur honesta quondam mulier Maria gradiue pro tem
pore vxor Nicodi trolheti prouido viro Joanni berteti et
hoc de anno domini millesimo quadringentesimo octua-
gesimo. Primum est statutum prouinciale quo fieri prohi
bentur simplices donationes inter viuos excedentes valo
rem decem florenorum nisi obseruetur solennitas de qua in
eo que nō fuit obseruata in donatione sed puto quod cum
donatio predicta fuerit iurata statutum predictum eidem
nō obstat pro quo causa bz cuitatis remisisse sufficiat ad ea
que scribit Alexander de imola consilio centesimo vicesi-
moquinto exordiente,visis ꝛ consideratis statutis ꝛc.col.
penultima,in primo volumine.ꝛ consilio tertio,col.penulti
ma in secundo volumine.secundum quod eidem donatio-
ni obstare videtur quia bona quorum dimidiam partem di
cta Maria donauit fuerant antea per eam in dotem dicto
Nicodi constituta ꝛ vt puto expedita ꝛ tradita saltem quo
ad presentia ꝛ propterea facta dotalia ꝛ ita non videbātur
posse per eandem Mariam donari.l.si predium.C.de iure
dotium.ꝛ.l.constante.C.de donatio.ꝛ quod notat Joan-
nes de imola in repetitione.c.cū contingat. in secundo mē
bro. versiculo,nunc restat quid contra quando mulier alie-
nat de iureiurando,sed huic potest respōdere quod cum do
natio predicta fuerit iurata illa valuit quoad preiudicium
mulieris,vt sic post matrimonium solutum cogeretur ipsa
vel eius heredes ipsam obseruare secundum Joānem de
imola qui hoc notat vt supra dicens quod hoc casu serua-
ri potest glo. in dicta.l.si constante. ꝛ opinio Cyni Baldi
ꝛ Saliceti in dicta.l.si predium. Puto igitur sequendo
hanc opinionem quod donatio predicta valuerit ꝛ quod
in vim illius potuerit ꝛ possit dictus donatarius agere et
experiri contra prefatum Nicodum quis se dicit heredem
herede m

dicte quondam Marie. Non tamen puto quod propter clausulam constituti de qua in instrumento donationis predicte fuerit possessio vel dominium in eundem donatarium translata seu translatum. Et quidem non possessio: quia ad hoc quod per constitutum vel constitutionẽ precarij transferatur possessio vel dominium in eum cuius nomine quis se constituit possidere vel precario nomine possidere: opus est quod possideat tempore constituti seu cõstitutionis precarij. id quod notat Angelus in. l. secunda. prope finem. C. de acquirenda possessione. pro quo allegat. l. quamuis. §. si conductor. & ibi etiam de hoc per doctores. ff. eodem titulo. Albericus in. l. i. C. de donationibus. Angel. Areti. in. §. actionum. in materia emptionis & venditionis. insti. de actio. & Andreas bar. cõsilio quadragesimoprimo col. sexta in prima parte. Certum est autem durante matrimonio vir est dominus rei dotalis & illam possidet, non vxor, propter quod mihi videtur quod supplicatio parte dicti Berteti porrecta & presentata magnifico prouincie parlamẽto sit immutanda, & quod in ea concludatur ad traditionem faciendam contra dictum Nicodum si heres est dicte quõdam Marie super quo se informet idem donatarius: quia si non esset heres: esset cogitandum de alio remedio.

Summarium.

1 Protestatio acquisitionem possessionis impedire potest et quid efficiat: & vnde dicatur.
2 Sequestratio possessorem sua possessione priuare non censetur.
3 Feriato die lata sententia nulla non impedit quin iudices apellationum ex eisdem actis cognoscant.
4 Autoritate propria nocuum riuo molendini nostri instrumentum rumpere an & quando liceat.
5 Credi an debeat Judici vel notario asserentib' sibi aliqd esse conmissum.
6 Possessio seu quasi iuriũ incorporalium sine scientia & patientia aduersarij non queritur.
7 Probatio dubia probantem non releuat.

Epitome.

Aque deriuande iure non te spoliaui, si cum me inscio illam e riuo meo haurires, impedimenta tua ego propria authoritate fregi. age igitur mecum petitorio, si ius hauriende tibi esse sentias. A. F.

De seruitu. & aqua. Consilium. cxv.



Tiam si possesio alicui ablata in vim sentẽtie nulle esset restituenda: illi cui ablata extitit postquam snia huiusmodi pronũtiata extitisset esset nulla, per id quod voluit Innocentius in capitulo ex insuma tione, super verbo, restitutioni & qd ibi per Antoniũ de Butrio in quarto nota, vel etiam presupposito quod etiam ante omnia restitui debeat ille qui autoritate ac licẽtia & dereto iudicis inualido spoliatus extitit lege, meminerint. & quod ibi Angelus codice vnde vi, & capitulo conquerente. de restitutione spoliatorum non propterea videretur nec videt nobilis vir Anton ius Langerij reintegrandus ad pretensam possessionem seu quasi recipiendi & ducẽdi aquam in loco & per locum parte ipsius in eius pretenso libello latius mentionatum. Tum qr non apparet in vim snie late per magnificum virum dominum Aymericum de aurea prouincie cancellarium, & in ea causa conmissarium, vel post sententiam huiusmodi, quod dicta pretensa possessio seu quasi eidem Langerij ablata extiterit: de quo tamen ad obtinendam ex eo capite restitutionem huiusmodi pretense possessionis apparere oporteret, per id quod notat Innocentius in capitulo, cum contingat. de officio delegati. & capitulo, ceterum. de iudicijs. Bartolus in. l. prima, in principio, versicu. venio ad causam. ff. de edendo. Alexander de imola in. l. si ita stipulatus sit titi'. §. chrisogon'. columna octaua. de verborum obligationi. & Petrus de Ancharano, consilio mihi sexagesimo exordiente, in causa que vertitur inter Philippum &c. & Panormitanus in capitulo, conquestus. columna secunda. de foro competenti. pro quo allegat Alexander in dicto. §. chrisogon' habebat. in princip. ff. de instito. Tũ & quia vt apparet ex sententia dicti domini Cancellarij, illa lata extitit per modum prouisionis, & citra preiudicium iuris partium, tam in possessorio, quam etiam in petitorio, quinimmo & citra preiudicium future cognitionis illius cause, que pro tunc pendere dicebatur coram egregio domino iudice digne: per quam & verba in sententia seu ordinatione huiusmodi inserta satis apparet de mente dicti domini cancellarij: que fuit quod per ordinationes huiusmodi, nec dicto nobili Lãgerij, nec nobili & generoso viro thadeo de Baschio eius aduersario afferretur preiudicium in petitorio aut possessorio: quod sufficere debuit & sufficit ad hoc, vt dici non possit prefatus Langerij per dictã ordinationem spoliatus, nec prefatus de Baschio possessionem alcquisiuisse: quia, prout notatur in capitulo pontifices,
1 septima questione prima. † protestatio potens est acquisitionem possessionis impedire. est enim protestatio future mentis ante testatio seu testificatio. vnde in casu, quẽ protestans in sui protestatione excludit, non est animus nec dispositio protestantis. l. si quis in principio testamen-
2 ti. ff. de legatis tertio. Pro quo facit: quia † si in dubio iudex per sequestrationem a se factam non censeatur priuare possessorem, per id quod notat Bartolus & post eum doctores magis communiter in. l. interesse puto. ff. de acquirenda possessione. Canoniste in capitulo examinata, de iudicijs. & doctores in. l. prima. C. de prohibita sequestratio. pecunie. multo fortius censendus est idem dominus cancellarius, qui etiam hoc expressit, noluisse spoliare prefatum haugerij, si & quatenus possedisset, prout tamen non possidebat, vt postea dicetur. Male igitur & ex causa impertinente & non vera petijt & petit prefatus Langerij se reintegrari in dicta pretensa possessione seu quasi recipiendi & ducendi aquam in vallato & per vallatum superius
3 mentionatum. Quibus addo, quod licet † sententia dicti domini cancellarij nulla extiterit, pro eo quia lata pretenditur die feriato: videtur tamen quod eminens regium consilium potuerit & de iure debuerit ex eisdem actis iterum iudicare, & iudicando prouidere citra preiudicium &c. prout idem dominus consiliarius prouiderat, per id quod notat Bartolus in. l. si expressum. versiculo, quero dicitur hic &c. & quod ibi gloss. ff. de appellationibus. & glossa & doctores in. l. si vt proponis. C. quomodo & quãdo iudex. iuncta theorica, de qua per Paulum de castro, consilio suo. v. exordiente, causa que vertitur coram dominio vicario &c. Ex quibus dictis puto optime defendendum posse processum & ordinationem dicti domini cancellarij. Quod si ita est: imo quia ita mihi esse videtur, fuit idem nobilis de Baschio per dictum eminens consilium grauatus & oppressus: pro eo quia iuxta parte eius coram eodem eminenti consilio postulata non fuit iterato ex eisdem actis iudicatum.

Preterea nec puto quod etiam vbi prefatus Langerij se reintegrari postulasset in dicta pretensa sua possessione seu quasi ex capite pretense spoliationis facte per dictum
4 nobilem de Baschio, hoc fieri debuisset. Tũ † quia cum per receptionem & ductionem aque in dicto suo pretenso libello latius mentionatam fieret preiudicium, et idem de Baschio in dicto suo molendino & vsu aque huiusmodi contra liberum cursum non quidem in publico, sed in priuato redderetur incommodatus, quod fieri non debebat, per ea que notat Bartolus in. l. quo minus. versiculo tertio quero. & in versiculo duodecimo quero. ibi. item ex hoc quod ille locus est & cetera. ff. de fluminibus. potuit prefatus de Baschio etiam propria authoritate sibi prouidere, ac prouidendo rumpere &c. per id quod notat Bartolus in l. j. §. hoc interdicto. versic. secũdo prodest. ff. de i ti. actuque priuato. Angelus Areti. in. §. eque. in fine. insti. de actio.

Petrus de ancharano, Anthonius de Butrio, & Panor
mitanus in capitulo primo, de immunitate ecclesie, vbi ple
nissime per Panormitanum. Et quamuis Innocentius
& quidam alij ibi sentiant contrarium: tamen multi, prout
etiam refert ibi idem Innocentius tenuerunt ante eum
istam partem. quod videtur firmari fortioribus rationi-
bus, quas non sequor, vt prolixitatem euitem: & quia ad peri-
tissimos & preceptores est mihi sermo. Quod autem eidem
nobili de Baschio inferretur damnum, satis patet ex de-
positionibus testium in hac causa productorum, & non so-
lum testium eiusdem nobilis de Baschio: sed etiam aliquo-
rum ex testibus parte dicti Langerij in hac causa produ-
ctis. Non obstat quedam pretensa relatio facta, vt ex ad-
uerso pretenditur, per quosdam Anthonium contilhi de
bayonis, & Jacobum Gebelini de Bargema moneri-
os: de qua constare pretenditur mandato vere inserto. fo-
lio vigesimo. Tum quia non apparet de pretensa arbitra-
ria aut arbitratoria potestate nobilium virorum Alziarij
amairici domini de Salagono, & Jacobi de monte forti
pretensorum arbitrorum arbitratorum &c. Tum & quia si
constaret aut legitime appareret eosdem nobiles de Salā
gono & de monte forti aliquando electos extitisse per prefa
tos de baschio & laugerij: illorum tamen facultas expirauerat
rat tempore facte dicte pretense relationis: quinimo & cō-
missionis per eos facte prefatis monerijs, si de illa appareret,
vt apparere poterit si aliquādo fides fiat de pretenso com-
promisso. Quod procedit non solum si non fuerit compro-
missum prorogatum: sed etiam si prorogatum extitisset:
5 quia vtrunque tempus preterierat. Tum etiam quia † non
apparet de pretensa commissione facta per dictos arbitros
&c. predictis monerijs: nec est eis de ea credendū argumē-
to eius quod habetur de iudice delegato in capitulo cum
in iure peritus, de offi. dele. & de notario, cui asserenti esse si
bi aliquid delegatum vel cōmissum non solum non credi-
tur: sed nec crederetur instrumento per eum confecto de cō
missione huiusmodi, vt colligitur ex his que notat Hostien
sis & post eum Joannes Andreas & canoniste cōmuniter
in capitulo quoniam contra falsam. de probationibus. Jo
annes Andreas in regula, cum quid vna via, de regulis iu-
ris, in sexto in Mercuriali. Baldus in lege iurisiurandi. C.
de testi. & in lege, iudices, codice de fide instrumentorum. et
Salicetus in authentica apud eloquentissimum, eodem ti-
tulo: quamuis Bartolus contra senserit in lege ex senten-
tia. ff. de testamen. tute.

¶ Quia etiā idem nobilis Laugerij nō potuerit nec pos-
sit cum iuris effectu petere se reintegrari in dicta sua pre-
tēsa possessione seu quasi, apparet ex hoc: quia licet existimet
se satis probasse quod dictam aquam certo tempore duxe-
rit postquam egressa est & exijt molendinum dicti nobilis
de Vaschio: non tamen probauit quod hoc fecerit vidente
vel sciente eosdem de vachio. Quo fit vt dici non possit pro
6 basse se fuisse in possessione &c. quia † ad possessionem seu
quasi iurium incorporalium querendam opus est scientia
& patientia aduersarij. lege prima & secunda. codice de ser-
uitutibus & aqua. notat Baldus in dicta lege secūda ver-
siculo quarto opponitur &c. idē notat Bartolus Baldus
& doctores in lege quoties, la secunda, & per illam legem.
digestis de seruit. huiusmodi dicta illa assignatur ratio per
doctores vbi supra: quia quasi possessio incorporalium pro
cedit ex patientia dicta lege quoties: quam habere non di
citur qui nescit, vt Baldus in dicta lege secunda. Non est
igitur prefatus Laugerij reintegrandus: quia non probat
se possedisse seu quasi, & per cōsequens nec spoliatum. l. ma-
numissis. digestis de institutionibus & substit. & l. decem.
digestis de verborum obligationibus. quorum tamen v-
trumque necessarium existebat ad victoriam obtinendam
capitulo, olim causam, de restitutione spoliatorum. & capi-
tulo causam que, qui filij sint legitimi. facit capitulo con-
sultationibus & ibi hoc notat gl. & doctores de offi. deleg.
Nec sibi persuadeat prefatus Laugerij sibi profuisse aut pro
desse illum pretensum titulum, quem se habere pretendit
a Claudio esmiolis: quia etiam presupposito quod idem
esmiolis titulum huiusmodi concedere potuisset, prout cre
ditur: non potuisse saltem in preiudicium dicti nobilis de
valchio. Quoque pretensum ius concessum non esset reso-
lutum, ostendetur. Illud tamen certum est quod cum pre-
fatus Laugerij nō probauerit tempus concessionis huius-
modi. & sic an illa facta extiterit post litem ceptam vel ante
eam, an vero etiam post illam pretensam possessionē seu quasi
prout dicit extitisse: Et sic fuerit pretensum: & sic preten-
sa probatio concessionis huiusmodi dubia & incerta. Illa
non debet eūdem Laugerij releuare capitulo in presentia
& quod ibi doctores de probationibus Baldus & alexan-
der de Imola in lege inter stipulantem paragrapho si sti-
chum. digestis, de verborum obligatio. Super quo vlteri
us non insisto. Que omnia dixerim sub correctione magni
ficorum dominorum meorum huius cause iudicium.

¶ Summarium.

1 ¶ Episcopus erga subditos esse debet vt pater erga fi-
lios.
2 Rationes qui semel reddidit amplius reddere non tene-
tur.
3 Obreptitie & subreptitie impetrata quomodo viribus ca-
reant.
4 Negatiuam probare tenetur qui se fundat super ea.
5 Probare contra se nemo tenetur.

¶ Epitome.

¶ Summatur vt in secundo notabili. A. 5.

¶ De ratiociniis operum publicorum & patribus ciuiū.

Consilium cxvi.


Etiam si verum esset
quod reuerendus in Christo pater domi-
ni Valentinensis episcopus, pro eo quia
& episcopus & dominus temporalis ciui-
tatis Valentie esse pretenditur, censeri
1 deberet, † tanquam pater eiusdem ciuitatis & ciuium: & sic se
habere debere apud eos sicut pater erga filios. l. finali in fi.
C. de debi. ciuitatum. libro vndecimo. authentica. de ar-
mis. §. si quis vero. & quod ibi glossa & Bartolus collatio-
ne sexta, authentica, iusiurandum quod presta. §. deuotos
autem. colla. secunda. & capitulo, cum apostolus. de censi-
tis. notat glossa in capitulo, contingat. el primo. de senten-
tia excommunicatio. & propterea prima facie videatur di-
cendum eundem dominum episcopū potuisse & posse com-
pellere, aut cogi & compelli postulare honorabiles viros
Raymundum de Glandone, Maretum Reuerij, Hie-
ronymum de columberia, & alios particulares predicte ci-
uitatis olim syndicos & receptores, ac etiam heredes olim
syndicorum & receptorum emolumentorum, indictorum, &
tributorum, seu prouentuum cōmunium eiusdem ciuita-
tis, vt reddant rationem & computum eorum administra-
tionis & recepte: pro quo allegant aliqui in argumen. ea
que habentur in dicta. l. finali, in fine. C. de debi. ciuitatum.
l. finali. C. de administratione reipubli. libro vndecimo. & l.
secunda. C. de iure fisci. libro decimo. Allegant preterea
quod ad eum videtur spectare tuitio & defensio simplicium
se non valentium defendere, authentica, vt ij qui obligan.
se habet per. res mino. §. finali. collatione sexta. notat glos.
in capitulo, quorum vices. distinctione, sexagesima octaua
& quia etiam domini interest subiectos habere locupletes,
vt si opus sit melius valeant eidem subuenire. Sed his
non obstantibus puto contrarium esse verius in hoc casu,
& quod idem dominus episcopus non potuerit, nec possit
in vim pretensi rescripti per eum impetrati compellere aut
cōpelli postulare prefatos de Glandone, Reynerij, & alios
ad reddendum computum & rationem antedictas. Tum
quia, vt ponitur in facto, prefati de Glandone & alij post
finitas eorum administrationes, rationem, & computum
reddiderunt, deque reliquis, si que extiterint, tēpore reddite
rationis satisfactionē impenderint, & quictantiā seu apo-
chā de soluto & administratione predicta ab auditoribus, & ijs
2 ad quos facere pertinet, habuerūt & reportauerūt. Nō † igit
sunt ipsi de Glandone reynerij & alij vlterius super his mole-
standi.

standi. l. semel. vbi etiam per illum textum hoc notat Angel.
C. de apoch. publicis. libro primo, ꝛ. l. secunda, ad finem. C. de
quadriennali prescriptione. per quam hoc voluit Cumanus
consilio centesimoseptuagesimooctauo, exordiente, thesaura-
rius incantauit ꝛc. Ad quod etiam facit tenor eiusdem re-
scripti: quo mandatur pretensos olim receptores emolumen-
torum ꝛc. cogi ꝛ compelli ad exhibendum computum ꝛ ratio
nem. Et non quidē mandatur omnes olim receptores ad hoc
cogi: sed eos qui rationem ꝛ computum non reddiderant.
Quo fit vt secus senserit serenissimus dominus noster Del-
phinus huius rescripti concessor: quoad eos qui rationem ꝛ
computum reddiderant auditoribus ꝛ aliis ad quos perti-
net. l. cum pretor. ꝛ quod ibi notat cum suis similibus. ff. de iu
diciis. Tum ꝛ quia, vt deducitur in articulis parte honora-
bilium virorum dominorum syndicorum predicte ciuitatis ꝛ
prefatorum de Claudone, Reynerii ꝛ aliorum particularium
ꝛ cetera. in causa offerendis dictum pretensum rescriptum
3 fuit ꝛ † est multipliciter surreptitiū ꝛ obreptitium: ꝛ sic taci-
ta veritate ꝛ expressa falsitate per ipsum dominum episcopum
impetratum. Quo fit vt carere debeat impetratis lege ꝛ si le-
gibus. C. si contra ius vel vti. pub. capitulo, ceterum. ꝛ capitu
lo, ex parte. de rescriptis. que iura maxime procedūt ꝛ procede
re debent in hoc casu: cum in dicto pretenso rescripto. ꝛ per il-
lud idē dominus episcopus multa obtinuerit, que vel omnino
non obtinuisset, vel saltem ꝛ sine dubio longe difficilius illa
ab eodem serenissimo domino nostro delphino impetrasset, si
vel falsitas expressa, aut tacita veritas non fuisset. non enim
pretendādum est quod vbi idem dominus episcopus in dicto
eius rescripto exposuisset ꝛ narrasset prefatos de glādone ꝛ ali-
os olim receptores emolumentorum ꝛc. emolumēta huiusmo
di cōuertisse ꝛ expendisse ad honorem, vtilitatem, fortificatio-
nem, defensionem, ꝛ preseruationem predicte ciuitatis ꝛ toti-
us communitatis eiusdem, ꝛ alias pro defensione libertatum
ꝛ prosequutione aliorum plurimorum negotiorū dietim emer
gentium ꝛ euenire solitorum prefate ciuitati: ꝛ alias iuxta for
mam antique concessionis iuris ꝛ facultatis imponendi ꝛ le-
uandi emolumenta, indicta, ꝛ prouentus ꝛc. vel alias vbi ex-
posuisset eosdem de Glandone, raynerii ꝛ alios, emolumenta
indicta, ꝛ prouentus huiusmodi exposuisse ꝛ cōuertisse in sup-
portationibus onerum incumbentium ꝛ necessariorum reipu
blice eiusdem ciuitatis, quod que ipsi iuxta antiquissimas ob
seruantias predicte ciuitatis rationes ꝛ computa reddiderant
auditoribus, ꝛ aliis ad quos computa ꝛ rationes huiusmodi
examinare ꝛ audire spectabat ꝛ pertinebat, insuper ꝛ quod
ipsi de reliquis si que remanserant, satisfactionem plenariam
predicte ciuitati impenderent, ꝛ apocham seu confessionem
de recepto habuerant: non est inquam putandum quod idem
serenissimus princeps precepisset ꝛ mandasset precipi ꝛ iniun-
gi eisdem de glandone, raynerii ꝛ aliis, vt cōputa ꝛ rationes
redderent, ꝛ in casu oppositionis emolumenta, indicta, ꝛ pro-
uentus predictos in manibus iustitie deponerent. his enim,
scilicet quod qui semel rationem reddidit, ꝛ de debito satisfe-
cit compellatur iterum rationē reddere, ꝛ de legitime soluto
facere depositū, resistit ius commune. Ergo vel non omnino,
vel non de facili obtinuisset idem dominus episcopus id qd
pretenditur obtinuisse. Et ita carere debet impetratis, iuxta
ea que habentur per text. ꝛ doctores in capitulo super lite-
ris. de rescrip. Non igitur debēt prefati de Glandione. Ray-
nerii, et alii compelli ad exhibendum ꝛ reddendum rationes
ꝛ computa.

Preterea vbi essemus in casu, in quo alias prefatus domi-
nus episcopus posset experiri ꝛ agere pro computis ꝛ rationi-
bus reddendis: qr tamen ipse in primis eius articulis dicit ꝛ
pretendit eosdem de glandone, raynerii, ꝛ alios nō implicuis-
se denarios per eosdē receptos in vsus, ad quos denarii hu-
iusmodi ordinati extiterunt, nec in reparationes ꝛ fortificatio
nes eosdem conuerterunt: sed aliter de ipsis denariis prout
voluerunt fecerunt pluresque abusus atque fraudes ꝛ dece-
ptiones in actione ꝛ administratione denariorum huiusmodi
4 cōmiserunt: deberet ipse † dominus episcopus ad victoriam
per eum obtinendam probare illam negatiuam: cuius proba-
tio regulariter incumbit ei qui se fundat super ea, vt not. Bar
tolus per multa iura in. l. hoc iure, digestis de verborum
obligationibus. Pro quo secundum Alexander de imola, vbi
est optimus textus. facit lex penultima paragrapho, doce-
re. ꝛ quod ibi Bartolus ꝛ doctores digestis, ne quis eum q
in ius voca. est. ꝛ capitulo primo, ꝛ quod ibi Geminianus de
confes. in sexto. idem notat Joannes Andreas in regula infa-
mibus, ꝛ in regula, sine possessione, de regulis iuris in sexto, in
mercuriali. ꝛ Innocentius in capitulo, cum in iure. de officio
delegati. ꝛ multi in aliis locis: notat per alexandrum de imo
la in dicta lege, hoc iure. Etiam cum idem dominus episco-
pus alleget fraudes ꝛ deceptiones, ipse debet illas probare le-
ge, quoties. paragrapho, si dolo. ꝛ quod ibi notat digestis de
probationibus. ꝛ lege, dolum. codice de dolo. Nec puto quod
pro iustificatione huiusmodi pretensarum fraudum ꝛ dece-
ptionum debeāt īdem de Glandone ꝛ reynerii cogi exhibere
5 rationes ꝛ computa: quia † nemo contra se cogitur testes pro
ducere. lege, nimis graue. codice, de testibus. Et ad obtinen-
dum exhibitionem rationum ꝛ computorum predictorum, vel
victoriā in hac causa sufficit vidisse ꝛ visitasse muros, turres,
menia, clausuras, ꝛ alia loca predicte ciuitati: etiam si illa ap-
paruissent vel apparerēt ruinosa, ꝛ in multis eorum partibus
indiguisse ꝛ indigere reparatione. Tum quia ꝛc. hoc non pre-
tenditur quin in locis illis, vel in aliis locis eiusdem ciuitatis
facte fuerint reparationes ꝛ expense. Tum ꝛ quia non solum
in illis, sed etiam (vt predixi) in aliis concernentibus hono-
rem, vtilitatem ꝛ cetera. Et etiam in supportationibus one-
rum incumbentium ꝛc. Potuerunt prefati receptores expo-
nere denarios iuxta formam concessionis facultatis impo-
nendi ꝛ leuandi emolumenta tributa ꝛ prouentus predictos,
ꝛ iuxta tenorem confirmationis suarum libertatum. Quo fit
vt quamuis denarios huiusmodi, aut partem eorum, non ex-
pendissent in reparationibus ꝛ fortificationibus predictis: dū
tamen in aliis permissis expenderint, sufficiat presertim cum
secundum libertates predicte ciuitatis consueuerunt syndici
ꝛ consiliarii libere exigere ꝛ administrare emolumenta ꝛ alia
predicta, vt cauetur in instrumento libertatum. Habent igi-
tur quandam prerogatiuam absolutam, ꝛ dominium super
exactione ꝛ administratione dictorum emolumentorum ꝛc. l.
procurator cui generaliter libera. ff. de curatorib. l. iusiuran-
dum. quod ex conuentione. §. finali. ff. de iureiurando. ꝛ capi-
tulo, cum nobis olim. in fine, de electionibus. hoc voluit Ol-
dradus consilio centesimo septuagesimoquarto, exordiente,
grauamina, que fratribus ordinum ꝛc. versiculo queritur mo
do que iuris ꝛc. Baldus etiam in quodam suo consilio exor-
diente, Sictalus in suo testamento ꝛc. dicit, quod aduerbium
libere, plenitudinem potestatis habet, pro quo allegat capitu
lum, de multa. de prebendis. Super quo vlterius non insisto,
nec decreui insistendum, donec clauso processu. Que omnia
dixerim sub correctione cuiuslibet melius sentientis.

Summarium.

1 ☞ Statutum etiam per verba preteriti vel presentis tem-
poris conceptum ad futura porrigitur.
2 Matutinis orationibus sacerdotes interesse debere iuris cō-
munis est.
3 Ecclesie appellatio an ꝛ quando coherentes capellas ꝛ edifi-
cia complectatur.
4 Actiones ex statutis descēdentes stricti iuris sunt: sunt enim
condictiones ex lege.
5 Lex vel statutum an ꝛ quando per non vsum vel contrarium
vsum tollantur.
6 Distributiones an ꝛ quando presbyteris non assistentibus
diuinis officiis sint dande.
7 Absentes vel presentes qui ꝛ quando dicātur quo ad officia
diuina.
8 Chorarii alicuius ecclesie Canonicis subsunt, ꝛ quamuis vo
cem non habeant in capitulo, an ad illud vocari debeant.
9 Communis res pluribus vt singulis an per omnes simul tra-
ctanda sit.
10 Cause immediate quā mediate maior respectu

Epitome.

Canonici contra Chorarios ecclesie Valentinensis his
absentibus aut renitentibus statutum condere non possunt:
presertim si in eo seruetur inequalitas in adeundis officiis ma
tutinis. V. F.

¶ De episcopis ⁊ clericis. Consi. cxviij.



Super casu mihi ex-
hibito parte venerabilium virorum domi-
norum Chorariorum ecclesie Valentinen-
sis, ⁊ dubijs ex casu huiusmodi subtiliter eli-
citis, dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte
ad dubia huiusmodi prout ecce, sub correctione tamen cuiusli
bet domini melius sentientis. Et primo ad primum dubium,
in quo presupposito tenore antiqui statuti eiusdem ecclesie
exordientis, Item statutum est quod nullus sacerdos in dicta
ecclesia celebret ⁊ cetera. queritur an ipsum predictum statu-
tum, quatenus ibi loquitur de celebratione missarum, intelli-
gi debeat, tam quoad missas dici ordinatas vel fundatas
ante huiusmodi statutum; quam etiam quoad eas que postea
fundate vel dici ordinate extiterūt. Respondeo quod de om-
nibus intelligendum est. Et quidem de antea fundatis non
est dubium: sed quod etiam intelligatur de postea fundatis,
1 probat † ex eo ꝙ lex vel statutū, vt pote existēs in viridi obser-
uantia, semper loquit etiā si loquat p verba tēporis presentis
lege prima. ff. de conditioni. exhibē. ⁊ lege, arriani. C. de here.
notat Bartolus in lege, si ita esset, columna prima. ff. de au
ro ⁊ argento lega. ⁊ in lege, omnes populi, in sexta questione
principali, versiculo quid de tempore ⁊c. ⁊ quod ibi per alios
ff. de iusti. ⁊ iure. Petr. de ancha. in repeti. capituli canonum
statuta, in materia extensionis statutorum, versiculo vltimum
mēbrum fuit si statutum prolatum est per verba preteriti vel
presentis temporis ⁊c. de constitutionibus. Joānes de imola
post Anthoniū de Butrio in clementina finali. de rescript. q
oēs per iura predicta notāt, ꝙ dispositio legis vel statuti, etiā
si vtatur verbis presentis tēporis vel preteriti, regulariter ex-
tenditur ad futura. ex quo inferunt Bartolus in dicta lege,
omnes populi. ⁊ Petr. de ancharano vbi supra, quod si statu-
to caueatur quod quicumque est vel fuit obligatus per publi
cum instrumentum possit personaliter capi. et detineri. hoc
habet locum etiam in eo qui post statutum incidit in obliga-
tionem. Etiam ex predictis infert Joannes de imola in di-
cta clementina finali, quod si statutum dictat, quod instrumē
ta in quibus est confessio garentesie habeāt paratā exequutio
nem, vel quod instrumēta de quibus soluta est gabella habe-
ant paratam exequutionem: intelligitur statutum huiusmodi
etiam de instrumentis que post statutum confecta extiterunt.
Quorum omnium illa est ratio: quia statutum vel lex non so-
lum loquuta sunt quando cōdebantur: sed etiam hodie loquun-
tur. Et ideo statutum, ex cuius verbis ortum est hoc dubium,
etiam hodie loquitur, ⁊ habetur quo ad illas missas per inde
ac si hodie conditum extitisset. ideo autem dixi superius regu
lariter: quia fallit in casibus, quos non prosequor, pro eo quia
non expedit.

¶ Venio ad secundum ⁊ tertium: pro quorum faciliore solu-
tione premitto, quod nec dictum antiquum statutum, nec no-
uum dictat, quod domini canonici, chorarij, ⁊ alij beneficiati
predicte ecclesie intersint ⁊ interesse debeant matutinis, si
2 hoc † enim facerent essent conformis dispositioni iuris com-
munis. capitulo finali. nonagesimasecunda distinctione. ⁊ ca-
pitulo, Eleutherius. distinctio. nonagesimaprima. notat In-
nocentius ⁊ doctores in capitulo primo, de celebratione mis-
sarum. sed dictum antiquum statutum dictat, quod nullus sa
cerdos in dicta Valentinēsi ecclesia celebret nisi fuerit in ma-
tutinis. per nouum vero declarant, ⁊ quatenus opus est de no
uo statuunt domini capitulantes, quod nomine ecclesie com-
prehense sint ⁊ comprehendantur capelle circum circa eccle-
siam, ⁊ infra capitulum ecclesie. que sunt de contiguis edifi-
cijs, existentes ⁊ fundate ita quod celebrantes in capellis di-
cto antiquo statuto sint ligati.

3 ¶ Preterea premitto videndum, an † appellatione ecclesie
veniant capelle predicte, que videlicet existant infra capitulū
predicte ecclesie, vel extra ipsam, ⁊ circum circa eādem eccle-
siam in cōtiguis edificijs. super quo prima facie videtur quod
sic, per capitulum, si ciuitas. §. ratione. de sentētia excōmuni.
in sexto. vbi habetur quod si ecclesia sit interdicto supposita,
non solum in eadem ecclesia, sed nec in capella, nec in cemite-
rio ipsius eidem ecclesie contiguis potest celebrari. quod ideo
esse videtur: quia appellatione ecclesie comprehenditur capel-
la. Et hoc expresse notat geminianus in dicto, §. ratione Pro
quo facit decisio rote mihi centesima nonagesima septima
exordiens habens gratiam in certa ecclesia ⁊c. vbi decidunt
domini quod habens gratiam in certa ecclesia potest acce-
ptare beneficium vacans et situatum in cemiterij ambitu, vel
capellis contiguis illi ecclesie cuius illam reddunt rationem:
quia pars illius ecclesie sunt. Pro quo allegat dictum capitu
lum si ciuitas. sed contrarium videtur sensisse Baldus per di-
ctum capitulum si ciuitas, in c. cum omnes. columna secunda
de cōstitutionibus. vbi notat quod licet aliquid sit annexum:
non tamen est illud idem: sicut cemiterium annexum ecclesie,
non tamen est ecclesia. Et claustrum est annexum domui: ⁊
tamen non est domus. Et pertinentie ciuitatis sunt annexe
ciuitati: ⁊ tamen non sunt ciuitas, nec membrum eius integra
le, sed coherentiale. Et pro hoc videtur bene facere dictum
capitulum si ciuitas. in verbo hoc tamen casu ⁊c. in principio
dicti. §. ratione quoqꝫ simili. Ex quibus videtur colligi, quod
licet propter rationem de qua ibi, scilicet ne vilipendi valeat
sententia interdicti, ciuitate, castro, villa, aut ecclesia ecclesia-
stico suppositis interdicto, illorum suburbia ⁊ continentia edi
ficia ⁊ capella ⁊ cemiterium ecclesie cōtigue censeantur eidem
interdicto supposite, ⁊ sic censeantur quasi eorum partes. secus
tamen videtur esse regulariter, ⁊ de propria eorum significa-
tione, vt etiam dicitur in dicto capitulo si ciuitas. versiculo,
nam licet predicta. Et hinc est, quod papa ibi ⁊ in dicto casu
propter predictam rationem dicit, expedire interpretationem
fieri latiorem quoad hec vocabula, ciuitatis, ville, ⁊ castri. Et
postea subiungebat, ratione quoqꝫ simul ⁊c. in quo satis vide
tur innuere, quod licet propter latiorem interpretationem vo
cabuli ecclesia, etiam in casu predicto, ⁊ propter rationem que
tedictam, fieri expediat latiorem interpretationē eiusdem vo-
cabuli. secus tamen videtur esse secundum propriam significa
tionem eiusdem, secundum quam videtur debere intelligi in
statuto predicto: quia in statutis non est a propria verborum
significatione recedendum, nisi appareat mens loquentis in
oppositum. l. quicquid astringende. ff. de verborum obligatio
nibus. l. constitutionibus. ⁊ quod ibi Dynus. ff. ad municipa
lem. notat Bartolus in dicta. l. omnes populi. in illa principa
li questione. vbi tractat an statutum recipiat interpretationē.
4 verba † enim statutorum sunt stricti iuris, per argumentum
effectus ad causam. quevis enim actio procedens ex aliquo
talis censetur quale id ipsum a quo procedit. vnde non cogno
scuntur contractus bonefidei a contractibus scripti iuris nisi
quoad actiones descēdentes ex eis. §. actionum. instituta de
actioni. pro quo. l. cuius effectus. ⁊ quod ibi glosa. ff. de regu-
lis iuris. constat autem quod actio procedens a statuto quo-
cumque nouo est condictio ex lege. l. si postulauerit. §. vltimo.
⁊. l. sequenti. ff. de adulterijs. et. l. prima. ff. de conditione ex
lege. sed condictio ex lege est stricti iuris: quia non enume-
ratur inter actiones bonefidei: ergo ⁊ statutum, a quo nascitur
tale erit. in ijs autem que stricti iuris sunt, non fit ampliatio
verborum: sed nisi palam dictum sit, pro omisso haberi debet,
dicta lege, quicquid astringēde. Et ita videt interpretari con-
suetudo ⁊ longissima obseruantia: secundum quas non obstan
te dicto authentico statuto, etiam illi qui in matutinis non
fuerunt, nec sibi dispensari obtinuerunt, celebrauerunt missas
in predictis capellis. Minime ergo ⁊c. ⁊. l. minime. ⁊. l. si de in
terpretatione. cum suis similibus. ff. de legibus. Preterea
presupposito quod de propria significatione appellatione ec-
clesie comprehenderentur etiam capellanie superius mentio-
nate, que scilicet existunt infra capitulum, vel extra ecclesiam
in cōtiguis edificijs: ⁊ propterea videretur dictum antiquum
statutum ab initio comprehendisse etiam capellas huiusmo-
di: quia tamen illud quo ad eas non reperitur receptum, nec
aliquando obseruatum, ⁊ per tempus de cuius contrario, aut
initio hominum memoria non existit, illud non ligabat: per
id quod notant Cardinalis florentinus Joannes de imola,
⁊ Panormitanus in capitulo primo, de treuga ⁊ pace. vbi
volunt quod quando statutum fit a superiore, ⁊ non recipi-
tur a subditis, imo obseruatur contrarium, ⁊ hoc fit scien-
te ⁊ patiente superiore qui fecit statutum: ad tollendum tale
statutum, quod non liget, sufficit simplex vsus contrarius: pro
quo allegantur multa fundamenta: que ibi possunt videri. Et
secundum hoc consuluit Fraciscus de aretio consilio suo vn-
decimo exordiente, procedendum est breuiter in declaratione
huius difficultatis ⁊c. insuper esto quod dictū antiquum sta-
tutum aliquando obseruatum extiterit, etiam quoad capel-
5 las superius mentionatas: quia † tamen, vt predixi, illud
non fuit obseruatū a tanto tēpore ꝙ de eius initio aut contra
rio hominum memoria non existit, sed fuit eius contrarium
obserua-

obseruatum: illud fuit per non vsum illius & vsum contrarium sublatum & abrogatum. quia licet lex aut statutum non tollatur per dissuetudinem, vel simplicem non vsum statuti siue legis: tamen tollitur per illius non vsum habentem implicitum vel annexum vsum contrarium, vt not. Joan. Andreas in capitulo, Joannes. in quarta oppositione. & post eum dominus Joannes de imola, Panormitanus & doctores in capitulo primo, de clerico coniugato. & idem sensit Bartolus in proemio ffo rum. §. & antea &c. Nicolaus de Mathaerellis, Cynus & doctores in, l. secunda. C. que sit longa consuetudo. canoniste in capitulo finali. de consuetudinibus. & Jacobus de beluiso, authentica, de heredibus & falcidiis. in principio, colla. j. dictum itaque antiquum statutum, vel pro eo quia ad capellas predictas se non extendebat, vel quia ab initio receptum non extitit, vel qz per illius non vsum habentem implicitum vsum contrarium extitit abrogatum & sublatum. eosdē dominos chorarios non obligabat. Et ita eis non obest preteā declaratio, quam nouissime fecisse pretenduntur domini capitulantes.

6 ¶ Premitto † insuper qd licet quotidiane distributiões nō debeantur nisi presentibus, & qui diuinis intersunt officiis. c. decetero. de cleri. non residen. capitulo licet. de prebē. & quod vtrobiq; per Joannem de imola. & modernos, & capitulo primo de cleri. non residen. in. vj. vbi etiam damnata est consuetudo, per quam inductum extiterat oppositum: que damnatio non solum derogat cōsuetudini antea inducte: sed etiam tunc future, vt notat Bartolus Cardinalis florē. Joānes de imo. & doctores magis cōmuniter in multis locis Alexander de imola in lege, si mihi & tibi, paragrapho ilegatis. ff. de leg. primo. qui multos refert: & dicit hanc partem esse veriorem: tamē pōt cōsuetudine induci, q; qui alteri ex officiis seu oris canonicis interest & diuinis officiis perinde habeat totam quotidianam distributionem, ac si omnibus horis illius diei interfuisset, secūdum glosam in clemētina, vt ij qui &c. super verbo, certis. quam ibi sequitur Cardinalis floren. Et quamuis guil. & Zenze. senserint ibi contrarium: tutius tamen est secundum Joannem de imola tenere id quod dicit glo. per dictam cle. vt ij qui. que simpliciter loquitur. contraria vero per Guilielmum & de Zenzel. allegata, sunt secundum Joānem de imola generalia, & non multum nos stringunt. Ad propositum puto quod quia Glo. predicta habet istos solennes defensores, deberet pro ea iudicari, iuxta doctrinam Jacobi Butrigarij in lege prima. C. qui pro sua iuri. iudi. da. valuit itaque & valet consuetudo dicte valentinensis ecclesie, per quā datur & dari consueuit per tēpus, de cuius initio memoria non existit, Dominis Canonicis, chorariis, & aliis habituatis eiusdem ecclesie, libra vulgo. dicta ad petram, dum tamen interfuerint alteri ex sequentibus diuinis officiis, scilz vel matutinis, aut misse maioris, vel mortuorum, vel etiam in vesperis. ¶ Qui-

7 bus premissis, dico & respondeo ad predicta † primum & secundum quesita quod dictum nouum statutum non videtur voluisse aut valere. Tum quia factum non vocatis prefatis do. Chorariis: quorū intererat & interest, vt pote qui nō obstante dicto antiquo statuto celebrāt & celebrare consueuerint ab antiquissimis temporibus in capellis predictis, etiam si non interfuerint matutinis: & qui etiam ex eo solo quod alteri ex dictis diuinis officiis intersint, debent habere & habere consueuerūt a predictis temporibus & citra dictā integram librā quorum vtrumque eisdem interdicitur per dictum nouum statutum non tolerabile: quod fieri non potuit, nec de iure debuit. lege obseruare, & lege obseruationum forme. C. de decu. lege. x. capitulo, quod sicut. capitulo, venerabilem. de elec. capitulo primo de can. poi. & propter. & lege, nam ita diuus. ff. de adopt. pro quo facit quod voluit Bartolus in lege qd maior. ff. ad municipa. Et ita sentit glo. in capitulo, cum omnes. de Constitutionib⁹. Et quamuis aliqui doctores ibi sentiant q; absentes non sint regulariter vocandi: non tamen dicūt quod presentes vocari vel requiri non debeant: quinimo dicunt eos requirendos. intelliguntur autem absentes, prout notat Anthonius de butrio in dicto capitulo, cum omnes. secundum naturam actus: vt si negotium tangat ecclesiam, absentes dicantur qui non sunt in ciuitate vel dioceci. per oppositū igitur presentes dicuntur qui sunt in eadem ciuitate vel dioceci. domini. ergo chorariī, qui erant in ciuitate tempore facti dicti pretensi statuti, citari vel requiri debuerunt: quemadmodum citari & requiri debuerunt singuli do. canonici tunc ibi existentes. Nisi forte quis dicat, quod secus est in his: secus in il-

8 lis: pro eo quia † domini chorarij subiiciuntur canonicis: & sic possunt canonici contra eos etiam non requisitos statuere. canonici vero non subiiciuntur canonicis: & sic non possunt canonici statuere contra presentes canonicos non requisitos. Sed istud non valet: quia quemadmodum in illa ecclesia valentina, quam audio esse exemptam a iurisdictione reuerendi in christo patris & do. valentinensis episcopi, vnus canonicus nō subiicitur alteri canonico, sed capitulo, apud quod est iurisdictio, per id quod notat Innocen. Baldus Antonius de Butrio, Panormitanus & doctores in capitulo, irrefragabili. §. exces sus. de officio ordinarij, ita nec domini chorarij subiiciuntur vni Canonico, vel etiam pluribus sed capitulo. Quemadmodum ergo capitulum predictum statuere nō potuit contra canonicum presentem & irrequisitum, sibi tamen subditum: ita nec potuit statuere contra dominos chorarios saltem presentes: quorum tamen nullus apparet requisitus. Et sic dictum pretensum statutum non valuit: pro quo facit quia, vt notat Anthonius de butrio, in dicto capitulo, cum omnes. colum. secunda, statutum non preiudicat tertio, nec aliis: quemadmodum sententia, nec pactum.

¶ Nec opponat aliquis, quod cum domini Chorarij in capitulo vocem nō habeant, vocari non debuerunt. Quoniam respondeo, & fateor quod vbi tractantur actus capitulares vel negotia solum capitulum vel canonicos concernentia, vocandi non sunt domini Chorarij. Super his cum potest capitulum statuere, iuxta notata per glossā in capitulo secundo. de verborum significatione. in sexto. Sed in casu nostro non solum agebatur actus capitularis, aut negotium concernens capitulum, & canonicos: sed etiam agebatur actus cōcernens prefatos chorarios, & eis longe amplius preiudiciabilis, quā capitulo, aut canonicis. Et sic (vt premissum est) non valuit. Tum & quia in statuto huiusmodi non est seruata equalitas, in eo quod domini capitulantes passim & indistincte abstulerunt maiori chorario illius ecclesie facultatem dispensandi siue interfuerit in matutinis, siue non: & illam reseruarunt dominis dignitatibus personalibus, & simplicibus canonicis: & sic sibi, secundum ordinem de quo ibi. Et non solum facultatem huiusmodi esse voluerunt apud illum antiquiorem, qui matutinis interfuisset: sed etiam voluit eam esse apud antiquiorem, & non apud maiorem chorarium, etiam si matutinas decantasset. in quo notatur disparitas & inequalitas non modica que debet viciare statutum. dicto capitulo, cum omnes. de facili enim dispensabit canonic⁹. maxime qui matutinis non interfuerit, cum canonicis eiusdem ecclesie & forte difficilius cum chorariis ad quos per vel equalis respectus non habetur. Tum & quia dicti domini capitulantes, quatenus censerentur voluisse quod illi domini chorarij, qui habent capellas infra claustrum vel prope ecclesiam in contiguis edificiis, & earum rectores existunt, in eis non celebrant missas per fundatores dici ordinatas, diebus quibus non interfuissent matutinis non solum non de re communi pluribus vt vniuersis: sed nec de re communi pluribus vt singulis: sed de ppriis beneficiis dictorum Chorariorum, & in quibus nullam communionem habebant, nec habent ipsi domini capitulantes, quoad eorum prouentus, emolumenta, aut redditus. Quod eis facere non licuit: & maxime ipsis chorariis non vocatis.

9 Quia † si regulariter hoc fieri non possit etiam per maiorem partem sociorum de rebus communibus pluribus, vt singulis, vt notat gloss. Innocentius & doctores in dicto capitulo, cum omnes. l. per fundum. cum suis similibus. ff. de seruitutibus rusticorum prediorum. multo fortius hoc fieri non potest per eos qui in rebus huiusmodi nullam habent communionem. Et sic statuendo videntur prefati domini capitulantes statuisse, non quidem vniuersaliter: quia canonici multas capellas ibi habent & habere possunt: sed contra personas priuatas: hoc est contra inibi beneficiatos: quod non licet. l. si priuatus. ff. qui & a quibus. & l. toties. & quod ibi Bartolus. ff. de pollicitationibus.

¶ Preterea dictum statutum etiam habet disparitatem in aliquo: quia vltra & preter missas dici solitas ex fundatione dictarum capellarum sunt alie multe singulis diebus dici solite, adeo quod alique ex his dici consueuerunt per dominos Chorarios. Maius est igitur grauamen inflictum ipsis dominis Chorariis, quam dominis canonicis. quo fit vt etiam hac ratione fuerit predictum statutum iniquum, & ita nullum aut saltem reuocandum, per notata per doctores in dicto capitulo, cum omnes.

¶ Postremo hoc statutum, vt pote prohibens diuinum ser-
uitium, videtur irrationabile ꝛ iniquum. non enim vt predixi
precipit statutum hoc, accedi ad matutinas, nec punit non in-
teressentes in illis: ſʒ punit eos qui cū non interfuerint in ma-
tutinis, celebrāt in capellis p̄dictis, ꝛ sic immediata rō seu cā
propter quam punit contrauenientes in perditione libre illius
dicti, non est nō interessentia in matutinis: sed celebratio mis-
sarum: quasi hec celebratio sit delictum, prout nō est. ꝛ quam-
uis dicatur aut simulent in dicto statuto quod id fiat ne serui-
10 tium diuinum defraudetur: tamen † hec causa immediata
magis inspicienda est, quam illa mediata et remota. Quini-
mo causa immediata est illa que attendi debet. l. socium. ff.
pro socio. et. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulgari et pupil
lari. notat glosa in. l. si mulier. ff. re. amo. non remota: quia cau
sa remota recipitur a proxima secundum naturam proxime re
cipientis, vt notat Baldus in. dicto. c. cum omnes. collatione
vij. pro quo allegat glosam i dicta. l. si mulier. Et nil mirum si
hec considerantur, etsi in his sit vis facienda: quia si omnes pu
nirentur propter nō interessentiam matutinis, hic seruaretur
equalitas. Sed quia simpliciter non puniuntur illi qui non in
terfuerunt et missas celebrant in capellis, a qua celebratione
facile abstinere poterunt dicti domini Canonici vt pote qui
nec ibi habent beneficia, nec habere possunt, et qui non nisi
raro solēt inibi celebrare: est inequalitas. Poterunt igitur ip
si domini Canonici impune non accedere ad matutinas: quia
non interessentia in illis non ponitur, nec abstinere a celebra-
tione missarum: a qua etiam antea abstinebant. Taceo quod
etiam sibi prouiderunt de dispēsatore, et facultatem dispen-
sandi abstulerunt maiori chorario. Et sic nō per omnia recte
imo salua eorum reuerentia inique ꝛ sic vel nulliter, vel retra-
ctabiliter processerunt, et sunt transgressi antiquam consuetu
dinem predicte ecclesie, contra. c. i ijs. distinctione vndecima
quod fieri non debuit. Et ita mihi videtur, vt predixi, Sub
correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Procurator eiusq; heredes domino eiusq; heredibus
qd̄ recepit reddere tenetur quamuis dominus receptionem
ratam habuerit nec multo temporis interuallo petierit.
2 Remissio debiti silentio vt facta videatur tria requiruntur.
3 Confessio de recepto per procuratorem facta numerationem
non probat, nec constituenti preiudicat.
4 Alternatiua incertitudinem parit: et quid quādo inter perso-
nas et res ponitur disiunctiua quando pro coniuncta accipia
tur.

¶ Epitome.

¶ Procuratoris mei gesta si rata semel habuerim, non pos-
sum postea retractare. U. F.

¶ De procurato. Consi. cxix.



R Ato quod si proba-
retur venerabilem quondam virum domi-
num Jacobum clauerij habuissē et recepis-
se procuratorio nomine vel alias pro et no-
mine magnifice quondam domine Aloysie
filie illustris domini Johannis cossa, ab heredibus magnifici
domini Francisci de sancto seuerino, summam librarum dua-
rum millium nongentarum et viginti sex solidorum, quatuor
1 et vnius denarij: idem † dominus Jacobus, si viueret, alio-
quin eius heredes tenerentur ad solutionē summe huiusmo-
di faciendā prefate domine Aloysie, si viueret: alioquin eius
heredibus. l. ij. ff. de negotijs gestis. l. idē que. §. i. ij. ꝛ. ij. ꝛ. l. ex
mandato. ff. mandati. et. l. qui proprio. §. procurator vt in ce-
teris. ꝛ quod ibi gl. ff. de procura. nec putarem eo casu ꝙ pro-
pter ratificationem, ꝛ confessionē quas fecisse legitur prefa-
ta magnifica domina Aloysia, vel etiam ex eo quia post ratifi
cationem et confessionem huiusmodi eadem domina Aloy-
sia, vel sui heredes, de summa predicta nihil reperiuntur petijs
se a prefato domino Jacobo vel suis heredibus, censeri debe-
ret dicta domina Aloysia confessa extitisse se habuisse et rece
pisse ab eodem domino Jacobo summam predictam. Et qui
dem non per ratificationem vel confessionem superius men-
tionatis: quia ille facte non fuerunt ad fines liberandum di-
ctum dominum Jacobum ab actione mandati, qua teneba-
tur aut teneri poterat dicte domine Aloysie: sed ad fines con
firmandi confessionē quam fecerat idem dominus Jacobus:
ꝛ vt idem dominus Jacobus liberaretur a promissione p eū
facta deratificari et approbari faciendo confessionem per eū
factam. Nō igitur debuerunt ratificatio ꝛ confessio predicte
facte per dictam Aloysiam operari liberationem dicti domi-
ni Jacobi ab actione mandati: quia actus agentium non ope
rātur vltra eorum primariam vel saltem secundariā intentio-
nem. lege, nō omnis. in princi. ꝛ quod ibi Alexander de imola
ꝛ doctores. ff. si certum petatur. ꝛ lege, obligationum substan
tia. ff. de acti. ꝛ obligationibus. notat Bal. in lege si absentis.
in secunda oppo. codice eodem titulo. Non etiam ex eo quia
prefati domina Aloysia vel heres reperiunt petijsse vsq; nunc
2 a dicto domino Jacobo vel eius heredibus: qr † ad hoc vt
inducat remissio de qua in lege procula. ff. de proba. tria sunt
necessaria primo enim requiritur cursus longi temporis: secun
do coniunctio sanguinis inter creditorem ꝛ debitorem: tertio
calculatio rationis superius facta inter eos, absque eo quod
de illo debito quod refricatur in dubium facta fuerit mētio,
vt notat glos. ꝛ Bartolus in lege libertis quos. §. j. ff. de ali-
mentis ꝛ cibarijs legatis. Bartolus Baldus ꝛ Salicetus in
dicta lege procula. Bartolus ꝛ alij in lege, que dotis. ff. solu-
to matrimonio. Hec procederent, vt dixi, si appareret prefa-
tum quondam dominum Jacobum summam de qua supra
recepisse: quod intelligo alias quam per confessionem, de qua
supra: quia non puto quod per confessionem huiusmodi pro-
betur sibi facta numeratio eiusdem summe, per id quod notat
Joannes Andreas in additione Speculatoris, titulo de te-
stamentis. §. primo. versiculo, sed pone egi, ꝛc. in additionib.
incipiente, huic versiculo, ꝛc. ibi, hec que dicit author ꝛ que
predixi ꝛc. Bartolus in. l. secunda in fine. ꝛ post eum Baldus
ꝛ Alexander de imola. ff. si certum petatur. Bartolus in. l. si
debitorem. ff. de noua. Anthonius de butrio, ꝛ Panormita-
nus in capitulo, si cautio. de fide instrumentorum. Angelus
in. l. secunda. §. finali. C. de quadriennali prescriptione. Roma
nus in. l. predia. ff. de acquirenda possessione. Panormitanus
in capitulo, cum olim. el primo. de officio delegati. ꝛ Bald.
in. l. nō abstulit. C. de donationibus. Ex quorum omnium di-
ctis illud colligitur ꝛ habetur, quod procurator constitutus
ad mutuo recipiendum pecuniam, vel ad exigendum ꝛ recipi
endum pecunias a debitoribus, constituenti non preiudicat
si confiteatur recepisse pecuniam, nisi aliter appareat de rece-
3 ptione huiusmodi: quod ideo procedit, quia † confessio pro-
curatoris non probat numerationem. Pro quo facit. l. prima
§. si mutuum. ff. si quid in fraudem patronatus. ꝛ dicta. l. si de-
bitorem. ff. de noua. Etiam alia ratione non probatur predi-
ctam confessionem numeratio summe huiusmodi fuisse facta
dicto domino Jacobo: quia verba in illa posita, que attenden
da sunt capitulo. in memoriam. distinctione. decimanona ca-
pitulo, in ijs. de priuilegijs. capitulo, si papa. eodem titulo. in
sexto. notat glossa in capitu. si romanorum. super verbo mem-
branas. distinctione vigesimanona. ꝛ in capitulo si enim, ibi
Item vbi ait ecce ego Paulus ꝛc. vigesimaoctaua questio-
ne prima, hoc non sonant. Dicitur enim in huiusmodi preten
sa confessione, quod dictus dominus Jacobus procuratorio
nomine, seu prefata domina Aloysia, seu alius vel alij eiusdē
domine Aloysie nomine, recepit ꝛ habuit seu receperunt ꝛ
habuerunt a dictis cessionarijs ꝛc. per que verba apparet ꝙ
non precise ꝛ absolute idem dominus Jacobus confessus est
se habuisse ꝛ recepisse dictam summam: sed dicit quod ipse seu
dicta domina, seu alius vel alij ꝛc. ꝛ sic alternatiue: propter il-
lam dictionem seu, que licet in vltimis voluntatibus ꝛ fauore
legati accipiatur pro coniuncta. l. si quis ita. ꝛ quod ibi Bar-
tolus. ff. de auro ꝛ argento legato. tamen in alijs dispositioni-
bus accipitur disiunctiue, sicut dictio ait. l. prima. §. sublata.
ff. ad trebellianum. l. generali. C. de sacrosanctis ecclesijs. ꝛ. §.
ad certum tempus. institu. qui dari tutores possunt. notat
Bartolus in dicta. l. si quis ita. versiculo, in alijs vero dispo-
sitionibus ꝛc. ꝛ idem videtur sentire in. l. si is qui ducenta. §.
vtrum. in sexta oppositione in fine. ff. de rebus dubijs. Ad ve-
ritatem autem alternatiue sufficit alteram partē esse veram.
l. si quis ita stipulatus fuerit decem aureos, versiculo, at si sic.
ff. de verborum obligationi. not. glossa in clementina prima.
super verbo ait. de rebus ecclesijs non alienan. ꝛ Bart. in d. l.
si is qui

si is qui duce ita. §. verum. ff. de rebus dubijs. Ad veritatem igitur illius confessionis facte predictu do. Jacob. sufficiebat ꝙ vel ipse, vel dicta domina Aloysia, vel alius seu alij summam predictam recepissent. Et sic non precise de se dicit. hinc
4 † dici solet quod alternatio parit incertitudinē. l. pretor edixit. §. quod autem pretor. ꝛ quod ibi gloss. ff. de iniurijs. l. certum. in principio. ff. de confessis. ꝛ. l. item si seruus. ff. de stipulatione seruorum.
Sed fortasse opponet aliquis, quod quamuis predicta procedant in disiunctiua seu alternatiua inter res posita: secus tū est in alternatiua posita inter personas: quia tūc accipitur pro coniuncta. l. cum quidam. ꝛ quod ibi Cy. ꝛ docto. C. de verbo. signi. not. Bar. ꝛ docto. in. d. l. item si seruus. §. fi. quem ibi sentit idem Bar. post Cy. in. d. l. cum quidam. in fi. esse hodie correctum. Et ita videtur confessio dicti Domini Jacobi exponenda copulatiue, ꝛ censenda quo ad iuris effectum perinde ac si in ea dictum esset, quod idem do. Jacobus confessus est se procuratorio nomine dicte do. Aloysie, ac ipsam do. Aloysiā, ꝛ alium seu alios pro ea recepisse ꝛc. Et in consequentiā dicet opponens eundem do. Jacobum censeri debere confessum se recepisse fortasse quartam partem arg. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duo. re. stipu. ad quod respōdeo sub correctione cuiuslibet melius sentientis, quod dicta. l. cum quidā. non obstat qr illa, sm Cy. et doct. loquit in alternatiua seu disiūctiua posita inter psonas honoratas: quod ideo ita in ea statuit, ne ratiōe incertitudinis vitiet: dispositio, put in. d. l. itē si seruus hic aūt nō fuit posita dicta alternatiua inter psonas honoratas. Nō eñ ibi agebat vt aliqd quereret prefatis do. Jacobo, aut illi alij vel illis alijs quem vel quos fatebatur recepisse pro ꝛ nomine ꝛc. dicta etiam confessio vitiari non poterat ratione incertitudinis: pro eo quia idem do. Jacobus promisit illam ratificari ꝛ approbari faceret per dictam Dominaꝫ Aloysiam: qd ꝛ factum est; ꝛ cui nocuit confessio ratificata, sine summa per eam recepta extitisset vel per alium vt illam post ea petere nō valuerit ab illis dominis de sancto seuerino cessionarijs. Et sic dicta. l. non obstat. Etiam nec obstat. l. si ex toto. §. si ita scriptum. ff. de leg. j. ꝛ. l. ille aut ille. in primo. ff. de lega. iij. Ex quibus colligitur quod licet alternatiua posita iter personas grauatas vel oneratas propriam naturam retineat ꝛ sic remaneat in vim disiunctiue: quelibet tamen ex personis huiusmodi. videtur obligari insolidū, quod si est ita: videtur prefatū dominum Jacobum confessum extitisse ꝛ se ꝛ illam dominā Aloysiam ꝛ illum alium seu alios pro ꝛ nomine ꝛc. ꝛ quemlibet eorundem insolidum recepisse illam summam. Quoniam respōdeo quod alternatiua, de qua supra, non est disposita inter personas grauatas. Non enim illa confessione agebatur de grauando vel onerando in aliquo dictum do. Jacobum, seu illum alium vel illos quos confitebatur recepisse pro ꝛ nomine ꝛc. sed solum quo ad hoc agebatur de grauando dictā do. Aloysiam, ꝛ etiam obligando ad non petendum imposterum summam ꝛc. Preterea cum ipsa do. Aloysia non solum ratificauerit confessionem superius mentionatam: sed etiam prout dicitur in instrumēto similem confessionem fecerit mutatis mutandis, hoc est confessa extiterit se ipsam seu dictum do. Jacobum eius procuratorem, seu alium vel alios habuisse ꝛ recepisse illam summam ꝛc. dicta ratio non obesset heredibus dicti do. Jacobi: sed potius eis prodesset ꝛ noceret pfate do. Aloysie, seu eius heredibus, ꝛ eosdem heredes repelleret ꝛ repellere deberet ne summam, quam ipsa Aloysia confessa fuit recepisse, possent repetere ab heredibus dicti do. Jacobi. Et si inspiciatur tenor instrūi ratificationis ex illo potius colligitur eādem dominaꝫ aloysiam summam predictam recepisse, quam alium, presertim ex sequentibus in eiusdem ratificatione contentis, inclusis tamen omnibus solutionib⁹ per ipsā do. Aloysiam receptis ꝛ habitis a factoribus soluentibus eidem dn̄e Aloysie ex cōmissione nobilis gentilis de molara, cōmissarij ad hoc deputati per illustrissimum dominum ducem mediolani, ꝛ vigore literarum ducalium: ꝛ etiā inclusis omnibus interatis pro gaudimento ꝛc. Etiam pro hoc facit, quia licet in instrumento cessionis ꝛ ɔfessionis factarū per dictū do. dictū extiterit ꝓuidēdo. Jacob⁹ teneretur cessiōe huiusmodi ꝛ cōtentain ea facere ratificari infra duos mēses tūc proxime futuros: alioquin ꝙ cessio ꝛ promissio in ea descriptiuꝫ forēt nulla si placeret eidem de sancto seuerino: nichil tamen ibi dicitur de restitutione illius summe cōfessate in eum casum in quem contigisse cessionem ꝛ promissionem huiusmodi annullari in qō tamen verisimiliter factuꝫ fuisset. Concludendo igitur dico et respondeo summam predictam peti, non posse per heredes dicte domine Aloysie ab heredibus dicti domini Jacobi. Et ita mihi videtur, sub correctione cuiuslibet melius sentientis.

1 Incertitudo seu impersonalitas quā vocat lex parte debitoris alius operatur, quam ex parte creditoris. ꝛ nu. seq.
2 Relatio sequentium ad precedentia an ꝛ quando fiat.
3 Dotare filiam ꝛ nepotem patris ꝛ aui est.
4 Juramentum facit vt alteri per alterum actio queratur, ꝛ cōtractum cui lex non assistit firmat: non illum cui lex resistit. et numero. 7.
5 Et an ꝛ quando etiam heredem efficiat.
6 Pater filio fauore nuptiarum recte donat, ꝛ a filia pro dote ꝛ constituenda recte conuenitur.
7 Heres est vitiorum ꝛ virtutuꝫ sui predecessoris successor adeo vt nec ei patrocinetur dolus autoris.
8 Minor lesus aduersus quietantiam ꝛ remissionem a se factaꝫ, an ꝛ quando restituendus.
9 Nuptias secundas contrahentium virorum ꝛ feminarum pene communes perditionis proprietatis bonorum habitorū ꝛc.
10 Promissio de aliqd faciendo an ꝛ quādo promittētē obliget.

Epitome.

Pactum vxorem ducentis patris de constituendo filie ex eo matrimonio nasciture mille in dotem vsque adeo valet, vt recta via ex eo possit filia postea agere: nec illi nocet renuntiatio bonorum que sibi deberi ignorabat. A. F.

De pactis. Consi. cxx.



Ridem de anno domini, millesimo quadringētesimo trigesimo septimo. Et de mense februarij: fuit matrimonium per verba de futuro contractum, ꝛ post ea successu temporis per verba de presēti, ꝛ deinde carnali copula consummatum per ꝛ inter nobileꝫ ꝛ Generosum virum Petrum de Castellario, filium naturalē ꝛ legitimum nobilis ꝛ potentis viri Domini Guilhelmi de Castellario militis ex vna parte, ꝛ nobilem ꝛ Generosam Domicellam ysabellam filiam nobilis ꝛ potentis viri Amedei Berlionis, domini vichiani, ꝛ de Salussio.

Cuius matrimonij cōteplatiōe, ꝛ pro onerib⁹ illius facili⁹ supportandis, prefatus nobilis Amedeus, seu pro eo ꝛ eius nomine Domini domnamus textoris, Bertrandus d vio, ac nobiles Antonius de vio, Guilielmus Gastonis, ꝛ pontius Rostagni procuratores eiusdem Amedei, dederunt, constituerunt ꝛ assignauerunt in dotem ꝛ pro dote dicte nobilis Ysabellis, prefato Petro de Castellario tunc presenti ꝛc. Mille ꝛ ducentos florenos auri, tales, ꝛ talis valoris ꝙ quibꝫ dictorū florenorū valeret quatuordecim grosis monete pape seu regie, certis terminis tūc expsse eiusdē nobilis Petro exsoluēdos. Huius autē matrimonij cōteplatione ꝛ fauore ꝛ vt facilius suū sortiretur effectum, prefati nobiles Guilhermus ꝛ Petrus de Castellario dederunt ꝛ constituerunt donatione propter nuptias ꝛ in augumentum dotis ipsius Ysabellis eundeꝫ Ysabellis, licet tunc absenti, ꝛ Notarijs tanquam personis publicis presentibus stipulantib⁹ ꝛ recipientib⁹ nomine ꝛ ad opus eiusdem ysabelis ꝛ suorum heredum ꝛ successorum, summā videlicet tricentorum florenorum auri valoris superius expre fati: de quibus eadem Ysabellis possit disponere ad omnimodem eius voluntatem tam in vita quam in morte ita quod eadeꝫ Ysabellis summam huiusmodi super bonis eorumdem nobilium Guilhelmi ꝛ petri ex integro exigere valeret, predicta eius dote per eosdem donatores expacta vel non excommunicata in toto vel in parte.

Quib⁹ peractis pfat⁹ domin⁹ Guilielmus cōteplatiōe dicti tunc futuri, matrimonij, ꝛ vt melius deduceretur ad effectuꝫ, dedit ꝛ donauit donatione pura, simplici, ꝛ irreuocabili, que fit inter viuos dicto Petro eius filio tunc presenti ꝛc. presentibus ꝛ fieri consentientibus nobilibus Anthonio ꝛ Beraione etiam filijs dicti domini Guilielmi ꝛ fratribus dicti Petri donatarij alteram ex hereditatibus ac bonis ꝛ rebus existentib⁹, vna videlicet apud sanctū Bonetū de exchenanie, ꝛ

alia apud altam ripam, illam videlicet quam dictus Petrus eligere ⁊ habere mallet, vna cum iuribus, pertinentiis ⁊ dependentiis ex eadem. Aliam vero hereditatem siue bona. Idem dominus Gulielmus sibi reseruauit. Preterea etiam reseruauit vsumfructum regimen ⁊ administrationem hereditatis donate ad sui ipsius ⁊ domina Beatrisie eius consortis vitam cum, cum quibusdam aliis reseruationibus.

¶ Preterea actum fuit ⁊ conuentum inter prefatos contrahentes, ꝙ si liberi masculi vnus vel plures ex dicto matrimonio nascerentur, primogenitus ex eis, habilis tamen, succederet ⁊ succedere deberet in medietate bonorum dicti nobilis Petri, illorum videlicet que extarent tempore mortis: ⁊ nisi idem primogenitus habilis existeret, succederet secundogenitus ⁊c. Fuit etiam de pacto concordatum ⁊ conuentum inter partes predictas, ꝙ si ex matrimonio predicto tantum nasceretur vna filia, illa haberet ⁊ sibi constitueretur dos domini in matrimonio collocaretur in tanta ⁊ simili quantitate ⁊ summa pecunie, sicuti constituta erat pro dicta Ysabelle. Et si due aut plures nascerentur, ꝙ dum maritarentur eisdem constituerentur ⁊ assignarētur dotes per dictam nobilem Petram seu eius heredem iuxta facultatem ⁊ possibilitatem bonorum ⁊ rerum eiusdem nobilis Petri vel suorum heredum, que omnia fuerunt per dictas partes, quatenus eas ⁊ quālibet eorundem concernebant, iuramēto confirmata. Ex dicto autem matrimonio nulli sunt suscepti masculi: sed dumtaxat vna filia Claudia nomine: que dicte nobili Ysabelli eius matri successit. Successu vero tēporis, de anno videlicet domini 1441. Et de mense Iunii, prefata nobilis Ysabellis presens humiliter requisito dicto nobili Amedeo eius patre, tunc presente, sibiq; licentiam, consensum, ⁊ authoritatem quoad sequentia ⁊ alia in instrumento super his confecto latius mentionata prebente ⁊ concedente, dedit ⁊ donauit donatione causa mortis dicto Petro de Castelliano, tunc presenti ⁊ pro se ⁊ suis stipulanti tanq̄ bene merito atq; condigno pro seruitiis eidem donati per ipsum Petrum in sua infirmitate, que longa fuit, impensis, dictos tricentos florenos in augmentum predicte eius dotis sibi donatis: ac etiam centum florenos per eundez patrem maritum a prefato nobili amedeo de dote sua receptos: insuper ⁊ alios tricentos florenos de florenis in contractu dicti eorum matrimonii in dotem constitutis: soluendos tamen hos tricentos florenos post mortē dicti nobilis Amedei eius patris per solutiones annuas in constitutione dotis predicte expressas ⁊ ordinatas. Alia vero omnia eius bona alteri non donata donauit donatione causa mortis dicte nobilis Claudie eius filie vbi tamen non apparet ꝙ aliquis donationem huiusmodi pro ipsa Claudia acceptauerit. Successiue autem de anno videlicet domini 1453. fuit contractū matrimonium per verba de futuro, ⁊ postea per verba de presenti, ⁊ deinde carnali copula consummatum per ⁊ inter nobilem virum Robertum de gramon ex vna parte, ⁊ dictam nobilez Claudiam, prefata Ysabelle eius matre antea defuncta, ex altera. Cuius matrimonii contēplatione ipsa nobilis Claudia maior xii. annis, de licētia ⁊ authoritate dicti nobilis Petri eius patris, vt asseruit, dedit ⁊ constituit in dotem ⁊ pro dote sui ipsius dicto nobili Roberto eius tūc sponso futuro presenti ⁊ recipienti bona inibi declarata. Et primo quidem dotem dicte nobilis Ysabellis datam ⁊ constitutam per dictum quondam nobilem Amedeum berlionis in contractu matrimonii de quo supra in principio: que dos assertione eiusdem Petri erat de mille ⁊ ducentis florenis auri. Item etiā constituit ⁊ assignauit certa alia bona seu iura ad eandem peruenta de bonis nobilium quondam Gillete eius auie materne ⁊ Ludouice eius auuncule seu mater. ¶ Preterea prefatus nobilis Petrus de castelliario augmentando dotem dicte nobilis Claudie eidem Claudie tunc presenti ⁊ recipienti pro se ⁊ suis contemplatione matrimonii huiusmodi dedit ⁊ donauit donatione pura, simplici ⁊ irreuocabili que fit ⁊ fieri dicitur inter viuos, quadringentos florenos monete, per eum soluendos dicto nobili Roberto solutionibus declaratis in instrumento super his confecto. Dedit insuper ⁊ remisit ipsi nobili Claudie presenti ⁊ recipienti pro se ⁊ suis in augmentū dotis eiusdem omnia bona ipsi nobili Petro donata ⁊ legata, tam per dictam Ysabellem de dicta sua dote dictorum mille ⁊ ducentorū florenorū auri, ⁊ de aliis bonis eidē Ysabelli spectantibus super bonis que fuerunt dictarum quondam nobilium Gillete ⁊ Ludouice, quā predictum quondam nobilem Amedeū berlionis de certis seruitiis ⁊ redditibus quos percipiebat idem Amedeus in locis ⁊ mandamentis de Charpel ⁊ castri duplicis. Et fuit actum inter partes predictas, quod mediātibus promissis donatis ⁊ remissis per ipsum nobilem Petrum dicte nobili Claudie, ipsa teneretur ⁊ deberet quietare eidē Petro vel suis bona paterna, excepta legali escheuta: quam idem Petrus dicte Claudie filie reseruauit.

¶ Successiue anno incarnationis dominice M. ccccliii. Et die prima mensis Martii: dicta nobilis Claudia de ⁊ cum authoritate ⁊ licentia dicti nobilis Roberti eius viri quictauit ⁊ remisit prefato nobili Petro eius patri, tunc presenti ⁊ pro se ⁊ suis stipulanti omnia ⁊ singula iura eidem tunc cōpetentia ⁊ cōpetitura in omnibus bonis suis paternis, quibuscunq; substitutionibus, institutionibus, legatis, ⁊ aliis escheutis, ac dote predicta saluis ⁊ retentis. Et iurauit ipsa nobilis Claudia ad sancta Dei euangelia quictantiam ⁊ remissionem huiusmodi ratas ⁊ gratas habere, ⁊ non contrauenire. Presupponitur preterea ꝙ tempore contracti matrimonii inter prefatos nobiles Robertum ⁊ Claudium dictus nobilis Petrus de castellario habebat scdam vxorem, ⁊ ꝙ tam tempore huiusmodi, quā tempore quictationis ⁊ remissionis postea factarum per eandem Claudiam, ipsa Claudia ignorabat pactum de quo supra pactum videlicet tempore matrimonii contracti inter dictos nobiles Petrum ⁊ Ysabellam de constituendis mille ⁊ ducentis florenis auri in dotem pro filia ex illo matrimonio nascitura, si vnica filia nasceretur. Et facto superius satis prolixe enarrato oriuntur sequentia dubia.

¶ Primum an pactum de quo supra, ⁊ quod factum legitimo in instrumento sponsalium dudum cōtractorum per ⁊ inter prefatos nobiles Petrum de Castellario ⁊ Ysabelle, valuerit ⁊ valeat. ¶ Secundum, presupposito ꝙ valuerit, an remissio ⁊ quittantia superius mentionate, ⁊ facte per prefatā Claudiam dicto Petro eius patri, eidem nobili Claudie obstent, quominus petere possit summam predictam mille ⁊ ducentorum florenorum auri insolidum aut in parte.

¶ Tertium, presupposito quod remissio ⁊ quittantia huiusmodi eidem nobili Claudie non obstarent quominus posset experiri ⁊ agere contra heredes dicti quondam nobilis Petri, qui asseritur mortuus, pro dictis mille ⁊ ducentis florenis auri insolidum aut pro parte: ipsa Claudia possit petere hanc summam insolidum aut pro parte sibi dari ⁊ exsolui: an vero primo petere debeat illam, vel partem illius cōstitui ⁊ assignari.

¶ Viso casu predicto ⁊ dubiis ex eodē elicitis dico ⁊ respondeo ad dubia huiusmodi prout sequitur, sub correctione tamē cuiuslibet domini melius sentientis. ¶ Veniens ad primum dico ⁊ respondeo ꝙ dubium hoc oriri videtur ex eo q2 in pacto, de quo supra, non videtur expressa persona, per quam deberet constitui, ⁊ dari dos predicta mille ⁊ ducentorum flore-
1 norum auri, ⁊ ita † videtur ꝙ ratione impersonalitatis ex parte debitoris, de quo non apparet, dictum pactum fuerit nullum, aut. si quando, ⁊ qd ibi Bal. ⁊ doct. C. de constit. pecunia. Quis impersonalitas ex parte creditoris non vitiet. l. stipulatio ista habere licere. §. si quis ita. ff. de verbo. oblig. ⁊ qd not. Bal. in. l. si absentis. ad fi. C. si cert. peta. Sed hec non obstāt. Tum q2 si totus tenor capituli seu pacti superius mentionati legatur diligenter, prout fieri debet. l. inciuile. ⁊ ꝙ ibi Bal. ⁊ docto. ff. de legi. clare apparebit conuentum extitisse dotem hanc debere cōstitui per dictū nobilem Petrum: habet enim capitulum predictum seu partim exordiens, si vero nasceretur vna filia ⁊ duas partes. In prima paciscunt contrahentes qd ⁊ quantum constitui deberet pro vnica filia, si vnica dumtaxat ex matrimonio predicto nasceretur: quod ⁊ quantum constitui deberet si due filie aut plures nascerentur. Et in pede huius secunde partis capituli adiecta sunt hec verba, dictū
2 Petrum seu eius heredem ⁊c. que † verba debent referri non solum ad dictam scdam partem capituli: sed etiam ad primaz. l. si idem cum eodem. §. fi. ⁊ qd ibi docto. ff. de iurisdict. omni. iudi. c. ii. requiris. ⁊ qd ibi doct. de appel. de quo Bald. in. l. i. C. de libe. prete. vel exhereda. ⁊ Bar. in. l. talis scriptura. ff. de lega. i. Et istud est consonum rationi ⁊ iuri, per quod obligat ⁊ tenetur pater constituere dotem pro filia. l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum. hoc enim est paternum officium. l. fi. C. de do. promis. Tum ⁊ quia presupposito ꝙ in pacto predicto fuisset impersonalitas ex parte debitoris, prout non fuit: illa tamen non deberet vitiare dictum pactum: ⁊ hoc propter specialem fauorem dotis, secundum Baldum nouel. in. l. Caius. ff. solu. matri. ⁊ in suo tractatu de iu. do. in. vi. parte, in. xxii. specialit. vbi etiam refert Paul. de castr. hoc notanter voluisse in d. l. Caius. Et secundū hoc cēseretur obligatus vel ipse Petrus, vt predixi, vel ipse ⁊ prefatus quondam nobilis eius pater, qui fuerunt de contrahentibus, ⁊ promiserunt etiam cum iuramēto seruare ⁊ attendere omnia cōuenta quatenus eos ⁊ quemlibet eorundem concernebant, inter que conuenta fuit illud
3 pactum de quo supra. Ad † auum autem patruum ⁊ patrem spectat

spectare dotare neptē ꝛ filiā: ꝛ qdē ꝙ ad pſem, pbatū est iam p. l. q liberos. ff. de ri. nup. ꝛ d. l. ii. C. d do. pmiſ. ꝙ vero ad auū p̄mū ſpectet dotare neptē, pbaf in. l. tiō. §. fi. ff. de in rē v. l. iulian⁹. §. ſz ſi fili⁹. ff. ad macedonianū. ꝛ. l. dedit. ꝛ qđ ibi Bal. ff. de colla. bono. Et ita not. Bar. ꝛ Sali. in. d. l. fi. C. de do. p mif. Nec opponat aliquis pactū pdictum alia ratione nō valuisse, ex eo vcȝ q̄ nec notari⁹, nec ali⁹, q h facere potuerit repe rit ſtipulat⁹ p dicta nobili filia. Et ſi q ſint q h feciſſe videaſ illi ſunt dicti pſeñ pcuratores pfati quondā nobilis Am. dei berlionis: cū qb⁹ gueſtiōes ꝛ pacta inita extiterūt. Mȳ. aūt nō videt potuiſſe ſtipulari dotē gſtitui p filia. d. l. ſtipulatio iſta.

4 §. alteri. cū ſuis ſimili. ff. de v. b. obliga. Quoniā reſpōdeo † qđ hoc nō obſtat: q̄ licet regularit alteri p alterū ſtipulātem nō acqraf actio. d. §. alteri: tñ hoc fallit quādo interuenit iuramētū q iuramētū videf eſſe pſtitū deo. c. debitores: de Iure iuran. q ſupplet pſētiā abſētis. l. ppandū. §. ſinaūt re⁹. i ver. dei pſen tia. C. de indi. qđ maxime pcedit ꝛ pcedere debet in hoc caſu in quo ſtipulatio facta p alterū nō ideo alſ ſine iuramēto eſſet nulla, qñ p legē reprobata: ſz p eo q̄ lex eidē nō aſſiſtit. hoc eñ caſu firmaf Ict⁹ iuro, p ea q̄ voluit Bar. ꝛ doct. poſt eū in. l. ſi g⁹ p eo. in. vj. mēbro. ꝛ ibi Jo. de imol. ſub mēbro octauo. de iureiur. Pro quo facit qđ not. gl. in. c. quoties cordis oculus. j. q. vij. ꝛ Spec. tit. de leg. §. nūc oſtendendū. verſic. viceſimo quarto: ibi. hoc quoq; notandū. Et ꝙ alteri p alterū interueniēte iuro acqraf actio, not. Antho. de butr. ꝛ Panor. in pe mio decre. ꝛ Alex. de imol. multos referēs in. d. §. alteri. Et h dȝ ſeruari, ēt ſi de iure ciuili caueref oppoſitū, q̄ (vt dīt Hoſt. ꝛ cōiter alij in. c. queadmodū. de iureiu. in agēdis ſeu negotiis nr̄is ſi ſit qd ſpirituale, nō debem⁹ attēdere diſpōnē iuris ciuilis: cū nō ſpectet ad forū ſuū. c. venerabilē. de elec. Sȝ debem⁹ attēdere legē canonicā: qđ etiā not. Jo. de imol. in repeti. c. cū gtingat. in. ij. col. Et ideo videm⁹ ꝙ id qđ habef in. l. nō dubiū. C. de legi. correctū eſt p. c. q̄uis pactū. de pact. in. vi. ꝛ p dictū. c. cū gtigat. p quo facit, q̄ vbi tractaf de peccato, ſemp ſtandum eſt iuri canonico in omni foro, vt not. in. c. poſſeſſor. de regu. iu. in vj. ꝛ in. c. fi. de preſcript. ꝛ p legiſtas in. l. priuile

5 gia. C. de ſacroſanct. eccle. Et nō ſolum † potuerūt in vim pacti hmōi, ꝛ ppter iurm p eoſdem pſtitū cōueniri pfati do. Gulielm⁹ de caſtellario ꝛ nobilis Petr⁹ eius filius, vel ſaltē ideȝ nobilis Petr⁹: ſȝ etiā heredes. q (vt pdixi) pactū pdictū firmatum eſt iuro. Et ſic quoad eius efficaciā trāſiuit ꝯ heredes p id qđ not. Bal. in auē. ſacramēta puberū. in fi. ꝛ qđ ibi p Salice. ꝛ doct. c. ſi aduer. vendi. q̄ lȝ iurm quoad vinculū periurij ſit pſonale, vt not. Inn. in. c. veritatis. de iureiu. tñ quoad vinculum tpale ꝛ validitatē ꝛ efficaciā Ict⁹ vel obligationis cenſetur reale, ꝛ afficit heredē in eis q̄ ſui natura tranſibilia ſunt ad heredē, vt not. doc. in d. auē. ſacramēta puberū, ꝛ Bal. in. l.

6 gnaliter. C. de iureiuran. ꝛ in. l. ij. C. de reſcin. vēdi. Sed † forte opponet aliqs, ꝙ obligatio deſcēdens ex pacto pdicto, ſi que oriri vel naſci debuiſſet, futura erat inter patrē ꝛ filiā in ipſius poteſtate exiſtente, vel inter neptē ꝛ auū: q vr̄ fieri nō potuiſſe p id qđ hr̄ in. l. ij. cū ſuis ſimili. C. de inoff. dona. Sȝ hoc nō obſtat, q̄ lȝ inter pſem ꝛ filiāfamilias regulariter nō valeat donatio in pfectitijs, nec Ict⁹. d. l. ij. hoc tñ fallit fauore dotis ꝛ donationis ppter nuptias. l. pōponius philadelph⁹. ff. famil. hercif. not. gl. ꝛ doct. in d. l. ij. Et intantū valuit fauor dotis, vt etiā ſine pr̄na pmiſſione poſſit idē pr̄ gueniri p dote conſtituenda. l. q liberos. ff. de ritu nupt. ſuperius allegata. ꝛ p dote cōſtituenda pōt eſſe iudiciū inter patrē ꝛ filiā q̄uis regulariter contra. l. lis nulla. ff. de iudi. ꝛ. d. l. q liberos. ¶ Ad ſcdm q̄ſitū dico ꝛ rñdeo, ꝙ cū nec añ tpē qttācie ꝛ remiſſionis inibi mentionatarū, nec tēpore earundē, pfata nobilis Claudia habuerit notitiā de pacto ſuperius mētionato, ipſa non eſt cenſenda quittaſſe vel remiſiſſe actionē ex illo ſibi queſitā: q̄ ad id quod ignorabat ipſa nobilis Claudia nō videref poſſe referri quittantia: ꝛ remiſſio hmōi, vt pote de quib⁹ nō vr̄ nec videri pōt cogitatū. l. cū aquiliana. ff. de tranſact. Pro quo facit, q̄ remittere eſt donare. l. cōtra iuris. in fi. ff. de pact. ignorans vero nō donat. l. nec ignorās. C. de dona. ergo ꝛc. Et ita no. Bar. in l. aurelius. §. Caius. verſ. quinto qro. ibi. ad cās autē ꝛc. ff. de libera. lega. ꝙ ſaltē debuit ꝛ dȝ pcedere in hoc caſu, ne dici poſſit ꝙ dolus patrocinatus extiterit dicto nobili Petro ſcienti ſe conueniſſe ꝛ pactū celebraſſe de ſumma de qua ſupra: qui eidem patrocinari nō debuit. l. tres fratres. ꝛ qđ ibi Bal. in. iiij.

7 nota. ff. de pact. Et queadmodū † ipſi Petro patrocinari nō debuit: ita nec patrocinari dȝ eius heredi, q eius pſonā repreſentat, quinimmo fingif eadē pſona cū eodem. aut. de iureiur. a moriente preſtito. in pnc. col. vj. ꝛ eſt ſucceſſor vitiorū ꝛ culpe eiuſdē quondā Petri. l. cū heres. ff. de diuer. ꝛ tēporal. preſcrip. Nec opponat mihi aliqs, ꝙ ſaltem rōne iuri valuerit, pro q̄ iurm facit rē valere omni eo meliore mō quo valere pōt. l. cū pr̄. §. filius matrē. ff. de lega. ij. Et ſic videf ꝙ rōne iuramenti debeāt quittantia ꝛ remiſſio antedicte referri etiā ad incognita p dictā nobilem Claudiā. Quā rñdeo ꝙ iurm obligationum nō extēdit ſiue auget: ſȝ ei manēte intra ſuos limites addit religionis vinculū, vt voluit Oldr. gſi. mihi. clxxxvij. exordiente, cū mulier donatrix ꝛc. cuius dictū refert Bal. l. fi. in. f. not. C. de nō nu. pecu. vbi dīt ꝙ iurm nihil addit vltra gſenſuȝ niſi religionis vinculū. Non igif operaf iurm vt quittantia ꝛ remiſſio ſe extendāt ad incognita: que ſine iuro hmōi ſe nō extendiſſent. Et p hoc bene facit. d. l. fi. cū ſuis ſimi. C. de nō nu. pecu. nihil ergo obſtiterūt neq; obſtant quictantia ꝛ remiſſio antedicte, quominus potuerit pfat⁹ quondā nobilis Petrus ꝛ poſſit nūc eius heres gueniri ad cām dicti pacti: queadmodum cōueniri potuiſſet ꝛ poſſet ſi ille facte nō eēnt. Preterea

8 vbi obſtitiſſent ꝛ obſtare deberent de iure: q̄ † tñ pfata nobilis Claudia tpe quictācie ꝛ remiſſionis hmōi erat minor viginti quinq; annis, ipſa rōne enormiſſime leſionis poſſet petere reſcindi quittāciā ꝛ remiſſionē pdictas, p id qđ not. gl. Bar ꝛ doct. magis cōiter in. l. ij. C. de reſcin. ven. gl. ꝛ doct. in. l. penul. de emp. ꝛ vēdi. Antho. de butr. ꝛ Jo. de imol. in. c. cū contingat. de iureiur. ꝙ ſaltē pcedit ſi nō fuerit renuntiatū dicte l. ij. Quod videre nō potui, p eo q̄ copie quittātie ꝛ remiſſionis predictarū mihi miſſa nō eſt ad plenū extenſe: ppter ꝙ ſup hoc vlterius nō inſiſto. Puto aūt ꝙ cū idem quondā nobilis Petr⁹ tpe Ict i mrimonij p verba de futuro inter pſetos nobiles Petrū de Gramō ꝛ Claudiā cōſtituerit in dotē ꝛ p dote eiuſdē Claudie florenos quadringētos nō poſſit eius heredes coueniri ad cōſtituendū vel ſoluendū dictos mille ꝛ ducētos florenos auri vltra ꝛ preter dictos quadringentos: ſȝ dumtaxat poſſunt gueniri ad cōſtituendū vel ſoluendū id qđ deeſt in quadringētis de mille ꝛ ducentis: ꝛ ſic octingentos, ꝛ id ꝙ minus valeret quadringēti floreni cōſtituti p dictū quondam nobile Petrū dicto nobili Roberto, quā quadringēti floreni auri. Quo vero ad illos quadringētos florenos cā mortis donatos eidē nobili Petro p dictā Yſabellā, ꝛ quos idē Petr⁹ aſſerit donaſſe dicte nobili Claudie eius filie, dico ꝙ illi non debent diminuere ſummā gſtituendā vel debitā ad cām dicti pacti: p eo q̄ cū mortua pfata Yſabelle idē Petr. conuolauit ad ſcđa vota, ipſe priuat⁹ eſt ppꝛietate ſumme ſeu debiti hmōi p id qđ not. Azo, in ſumme tit. de ſecū. nup. §. itē queciq;. gl. Bar. ꝛ doct. in. l. femine. §. illud. C. eo. tit. ꝛ. §. penul. verſi. quecunq;. ꝛ Mathe. mathesi. in ſuo tractatu ſucceſſionū ab inteſtato in. ij. mēbro principali. verſi. ſcđo caſu qñ nos loquimur in pre ꝛc. Oldr. gſi. mihi. lxxv. exord. qdā habuit vxorē ex qua duos habuit filios ꝛc. ꝛ Franc. de are. gſi. mihi lxxij. exordię. preſupponit in facto ꝙ quedā dña ꝛc. Ex quoꝝ dictis colligif cōcluſio, ꝙ pene introducte ꝯ mulieres binubas locū ſibi vendicant ꝯ viros binubos. Pro qua gcluſione ſolet allegari. l. generaliter. C. de ſecun. nupt. aut. de nupt. §. ſi vero expectet. colla. iiij. pro qua eſt tex. in auē. de nō eligen. ſecun. nube. §. q vero binubos. Queadmodū ergo prefata quondā nobilis Yſabellis priuata extitiſſet reb⁹ ſibi donatis p dictū quōdam nobileȝ Petrū de Caſtellario, ſi q̄ ſibi donata extitiſſet, ꝛ ipſa poſt mortē eiuſdem Petri ad ſecūdas nuptias guolaſſet. d. l. femine. cū ſuis ſimil. C. de ſecun. nupt. ita priuari debuit idem quondā Petr⁹ ppꝛietate dictoꝝ quadringentoꝝ florenoꝝ ppter tranſitū ad ſecunda vota. Et ſic gſtitutio ſiue aſſignatio p eū facta de florenis quadringentis ſibi donatis ꝛc. vt pote facta de nō ſuis, nō debuit eundē releuare. ¶ Venio ad tertium dubiū: ſup quo dico illud ex eo naſci ꝛ oriri, q̄ vr̄ ꝙ aliud eſt pmiſſionē facere de gſtituēdo ſummā predictā mille ꝛ ducentoꝝ florenoꝝ auri, aliud eū ſummā hmōi gſtituere: queadmodū aliud eſt vendere, ꝛ aliud eſt pactū de vendendo. l. j. ꝛ ꝙ ibi Jacob. de butr. ꝛ Ange. c. de pac. pigno. gl. in. l. bonefidei. ff. de eo qđ cer. loco. ꝛ Alex. de imol. in. l. iulianus. §. offerri. ff. de act. empti. ꝛ in. l. iuriſgentiū. in pnc. col. iiij. verſi. itē adde inquantū iuxta pdicta ꝛc. ff. de pact. Bar. in. l. ſingularia. ff. ſi cer. peta. Pau. de caſtr. gſi. mihi. xl. exor. tria q̄ faciūt p dicto Guilielmo ꝛc. ꝛ Franc. de are. gſi. mihi. lxxviij. exord. diligēter animaduerſis hiis q̄ in pſēto ꝛc. Pro q̄ bene facit, q̄ aliud eſt renūtiare beneficio, aliud eſt pactum de renūtiādo, clemē. j. de renūciatione. Aliud eſt etiā donatio, ꝛ aliud pactū de donādo vt vr̄ ſentire Jo. fabri. in. §. alie. inſtit. de dona. Ex qbus illud ſeq vr̄. ꝙ illi mille ꝛ ducēti floreni nō fuerūt gſtituti, qđ q; vt conſtituti peti nō pñt: ſed peti debeāt vt gſtituanf. Econtra vero opponitur de eo quod habetur in. l. dominus teſtamento. ff. de condict. indebiti. ꝛ in clementi. auditor. de reſcriptis. p q̄ iura. Jo. an. in addi. ſpec. tit. de obli. ꝛ ſolu. in rub. in pma col. ſingularit dicit, ꝙ ille q pmiſit ſe obligaturū ad decē, pōt

statim ad decē cōueniri absq; alia obligatione: Et hoc cā circuit⁹ euitādi. qđ dictū refert idē Jo. an. albe. gali. idipm videtur sētire Alex. de imo. in. l. cū fund⁹. §. seruum. ff. si cer. peta. vbi dicit hoc dictū si pbet mēti tenēdū. Scōm φ videt φ dicta nobilis Claudia possit recta via experiri ⁊ agere, p dictis mille ⁊ ducētis florenis auri: sz nō p eo φ supest deductis illis quadrigētis florenis p ea ɔstitutꝫ dicto quodā nobili roberto. ⁊ hec pars mihi vr̄ p nūc eligēda, pp̄ter circuitū euitādū: sub correctione tamen cuiuslibet domini melius sentientis, vt predixi, ⁊ salua pleniore deliberatione.

1 ☞ Substitutio cū cōditione, si sine liberis, qđ importet, ⁊ de legitime ⁊ trebellianice detractione.
2 Testator: heredis rem an ⁊ quando legare possit.
3 Turbam vel molestiam non infert qui iure permittēte agit. ⁊ nu. seq.
4 Inuentarij cōfectio an inhiberi possit. de cautione ab vsufructuario prestanda.
5 Excusetur a pena qui causam habet contrauenīendi.
6 Legatarius authoritate ppria legatū an ⁊ qñ accipere possit.
7 Usufructuarius omnium bonorū ad es alienum an teneatur.
8 Fructus qui ⁊ quando in legitimā sint imputandi: an ⁊ quando sunt fideicommissario restituendi.

¶ Epitome.

¶ Trebellianicā ⁊ legitimaꝫ detrahunt liberi facti maiores, qb⁹ adhuc impuberib⁹ substitutū erat: cū illa substitutio versa sit in fideicommissariā. Plane si vsusfructus omniū bonorꝫ legat⁹ sit vsufructuari⁹ p modo hereditatis ad onera eris alieni tenebit. A. F.

¶ Ad senatusc. trebel. Consi. cxxi.



Viso casu mihi exhibito parte nobilis ⁊ honorabilis viri magrī Petri delphini iunioris: ⁊ dubijs ex casu hmōi elicitis, dico ⁊ respōdeo ad dubia hmōi. prout īfra Sub correctione tñ cuiuslꝫ dñi melius sentiētis. Et pmo veniens ad solutionē pmi Premitto illud esse certissimū, φ cū nobiles quōdā viri Petr⁹ dephini senior ⁊ Carol⁹ ffes, heredes vniuesales ⁊ filij nobilis quōdā viri mgrī Jo. delphini regij secretarij, vita functi sunt ⁊ decesserint sine liberis masculis, substitutio facta illis sub ɔditiōe sine liberis masculis decederēt, sibi locū vēdicauit in psonis dicti nobilis Petri iunioris ⁊ venerabilis ⁊ religiosi viri do. Bartholomei
1 bertini substitutorū. Uerū† qz dicti nobiles Petr⁹ ⁊ Carol⁹ vita fūcti sūt, ⁊ decesserūt facti maiores xiiij. annis, potuerunt ipsi ō fideicōmisso ab eidē relicto ðtrahere duas quartas, quartā videlicet debitā iure nature, ⁊ quartā trebellianicā, secūdū magis cōmunē opinionē doct. tā iuris canonici, φ ciuilis: de qua p glo. Bar. ⁊ docto. in. l. papinian⁹. §. meminisse. ff. ð inoffi. testa. p gl. in. l. φφ. C. ad legē fal. p cano. in. c. raynutius, de test. quā opinionē obseruari audio in Prouincia. Et sic nō in sisto. legitima vero cuiuslꝫ si nō erāt tpe mortis pfati quondā magistri nobilis Jo. nisi dicti quatuor liberi sint triens ei⁹ φ glꝫ habitur⁹ erat ab itestato. Si vero erāt plures: legitima fuit semis seu dimidia pars. auth. nouissima. C. de inoffi. testa. ⁊ hoc deducto ere alieno ⁊ funeris impēsa: p eo qz nō est quota hereditatis, sed bonorū dicta. l. papinianus. §. qm̄ quarta. ff. ð inoff. testa. not. Bar. ⁊ docto. in. l. ex facto. la grande. ff. de here. insti. que pmo detrahit, ⁊ deinde trebellianica que est quarta pars residui vt not. gl. in. c. raynald⁹. sup v̄bo licet ipsas nō exp̄sserit. de testa. ⁊ Joā. de imol. in. l. coheredi. §. cū filie. ff. de vulga. ⁊ pupil. Et de his duab⁹ quartis potuerūt dicti nobiles Petr⁹ senior ⁊ Carol⁹ disponere. Et sic in his duab⁹ quartis successit dicto nobili Carolo pfat⁹ nobilis Petr⁹ iunior. Et q̄d ad istas n̄ dubitat qn legatū vsusfruct⁹ factū honeste mulieris Aymarete relicte eiusdē Caroli valuerit ⁊ valeat. Sꝫ q̄ritr i p̄dicto dubio, vtrū legatū hmōi ēt se extēdat ad residuū. hꝫ est ad id qđ in vi substitutiōis supius mētiōate restitui debebat pfatis nobili Petro iuniori ⁊ do. Batholomeo. cui dubio rn̄deo φ etiā quaten⁹ hoc ɔcernit quotam ⁊ portionē eiusdeꝫ nobilis Petri, debet vsusfruct⁹ pfate aymarete: qz quēadmo
2 dū † testator legare potest rē heredis. l. vnū ex familia. §. si rē. ⁊ qđ ibi Bar. ff. de lega. ij. vel rem a se heredi debitā. d. l. vnuꝫ ex familia. §. sꝫ si vno. ⁊ qđ ibi Bar. ⁊ totam rem quā cōmuniꝫ habet cū herede. l. cū fili⁹. §. do. ff. de lega. ij. ita videt posse legare extraneo vsufructū rei heredis a se heredi debite, reguelā, nō debet cui qđ plus est licet. ff. ð regu. iu. ⁊ regula, cui licet cū suis simili. co. ti. in. vj. in. d. l. iiij. ff. de vsufructu. ⁊. l. que de tota. ff. de rei vēdicat. Quo vero ad quotā ⁊ portionem cōcernentē dictū do. Bartholomeū, ⁊ q̄ tpe ɔditi testamēti eisdem do. ɔditionalit debebat, Quis sit maius dubiū: puto tñ φ legatū vsufruct⁹ ad hanc portionē nō se extēdat, p ea q̄ habent in. l. vxor patrui. C. de lega. l. qđ in rerū. §. si vsumfructū. l. si domus. §. si. ff. de lega. j. ⁊. c. pastoralis. de dona. p quo bene facit qđ hr̄ in d. l. vnū ex familia. §. sꝫ si vno. ⁊. §. si duos. p quos tex. Bar. in eadē. l. §. si rem. dicit φ si testator leget rē, quā p parte debet heredi. est p pte heredis. Fateor φ si dictus quōdā carol⁹ mihi habuisset i bonis quoꝝ legauit vsūfructū pfate aymarete, sibi deberet vsusfruct⁹ oīm horū bonorū. Et si illū redimere non posset idē Petr⁹ iunior, ipse teneret ad estimationē etiā si idē quōdā nobilis Carolus putasset bona hmōi esse sua arg. l. cū alienā rē. cū suis simili. C. de leg. Sꝫ cū in casu nr̄o haberet partē irreuocabilit, ⁊ partē deberet heredi ⁊ alteri substituto, cēsēd⁹ est in dubio solū legasse vsumfructū ei⁹ partis de qua disponere poterat, ⁊ partis heredi debite. d. l. si domus. §. si. ⁊. c. pastoralis. superius allegatis. ¶ Ad secundū dubiū dico ⁊ rn̄deo imprimis. φ p ea de quib⁹ ibi nō vr̄ dict⁹ nobilis Petrus turbā nouisse vel fecisse eidē Aymarete: qz (vt dicit Paul. de castr. consi. cclxxix. ex ordiē. in cā ex forciū ⁊c. turbare
3 † dr̄ q nō pmittit colere, arare, vel seminare, vel fruct⁹ recolligere. l. vi facit. ff. de vi ⁊ vi arma. φ nō fecit idē nobilis Petr. Preterea esto φ verbū turba, idipm importaret φ verbū molestia: adhuc nō diceret idē nobilis Petr⁹ turbasse aut molestasse pfatā Aymaretā: qz (vt dt Bal. in. l. j. col. iiij. versi. item quero si testōr ⁊c. C. de hꝪ que pe. nomi. prohibitionē factā de nō molestando intelligit dictū, φ malo mō ⁊ aīo nō molestet: qz φ malo aīo nō fit nullā penā meret. l. si seruū. §. ait pretor. ⁊ quod ibi gl. sup verbo nō videri. ff. de acq. here. p talem enim prohibitionē p̄hibet molestia que fit de facto, nō illa q̄ fit de iure: p quo bene facit qđ voluit gl. in. c. p illorū. de prebē. dicens φ si in literis papalib⁹ dicat amoto quolibet ɔdictore, intelligit de cōtradictore de facto, nō autē de iure. Et ita etiā not. barba. in sua Joānina fo. lxij. Etiā nec vr̄ idē nobilis Petrus mouisse questionē p̄hibitā. Et quidē nō in eo φ fraternā hereditatē adiuit cū beneficio inuētarij, ⁊ illū facere tētauit ⁊ tentat: qz istud est de iure pmissum. immo ⁊ p legē cōsultū. l. fi. C. de iure delibe. nec pōt impediri p creditores vel legatarios, vt not. Bal. ⁊ doc. in. d. l. fi. §. cū igit. Et saltē non dꝫ impediri p dictā Aymaretā: cū hec sint profutura eidē nobili Petro, ⁊ dicte Aymonete nō noceāt, arg. l. ij. §. itē varus. ff. de aqua plu. arcen. facit qđ not. Jac. rebuf. ⁊ Jo. de platea in. l. defensionis. C. de iure fisci. libi. x. Quinimmo est φ ipsemet sibi imputet q p nouo beneficio vetus elegit grauamē. d. l. fi. §. finautem hoc aliqs. C. de iure delibe. Predicta pcedūt, cū dictus
4 quōdā Carolus hec inhibuisse nō appareat: qui † nec forte, vt pote introducta fauore heredis, inhibere nō poterat, per id qđ cōiter not. doct. in. l. j. C. de vsufruct. ⁊ in. c. fi. de pigno. vbi voluit cautionem de vtendo fruēdo arbitrio boni viri ⁊c. ideo vsufructuarios p testōrem remitti nō posse: qz illa ɔcernit fauorem heredis. ⁊ φuis assignant alie rationes. doc. tñ sentire vident, ⁊ maxime Jo. de imol. in. c. fi. φ quelibet sufficeret. ergo a simili vr̄ dicendū, φ testōr p̄hibere nō valeat eius hereditatē cū inuētarij beneficio adiri, ⁊ inuentariū de eius bonis cōfici. Esset igit talis inhibitio iniusta: ⁊ sic ei nō parendum. Nisi forte dixerit aliqs, φ p̄hibitio hmōi etiā cōcernere posset fauorē testōris, ne vꝫ detegat eius paupras. Sup quo nō insisto. Etiā nec vr̄ idē nobilis Petr⁹ monisse questionē p̄hibitam, pp̄ter quā meruerit incurrere pditionē p̄hibitam ⁊c. Tum qz illa quōdā Caroli, p eo qz petēt prestari cautionē ⁊c. Tum qz illa nō apparet, nec censet p̄hibita: pro quo facit notabile dictum Bal. in d. l. j. C. de vsufructu. vbi voluit, φ si in instrō cōstōnis vsufruct⁹ dictū sit, φ p̄prietari⁹ pmisit vsufructuario nō inferre questionē vel molestiā aliquā: poterit hoc nō obstāte petere p̄prietarius pfatari satisdationē: qz verba p̄dicta intelligūtur, nisi questio oriat ex natura eiusdē cōtract⁹. l. quero. §. inter locatorē. ff. loca. ⁊. l. vēditiones. ff. de verb. obliga. idem voluit barba. in sua Joānina. fol. lxij. vbi etiā refert voluisse Joā. de imol. in. l. paterfamilias. ff. de here. instit. φ lꝫ testōr grauauerit heredē de restituēdo fideicōmissum, ⁊ de nō molestādo fideicōmissum, Poterit nihilominus ab eo exigere quartā trebellianicam: quia propter hoc non dicitur eum molestare. Tum ⁊ qz, si illa cēseret p̄hibita, dici posset φ illa inhiberi nō potuit vt p̄dixi, ⁊ not. docto. in. d. l. j. C. de vsufruct. ⁊. c. fi. de pigno. et hoc maxime pcedere debet quoad ea bona que vsu ɔsumuntur, ⁊ in quorū quasi vsufructu cautio est de substantia hmōi. vsufruct⁹, fm Bar. ⁊ docto. magis cōmunit in dicta. l. j. fuisset igit mādatū iniustū, ⁊ sic illi nō parēdū p ea que notāt doc. in. d. l. j. C. de hꝪ q̄ pe. nomi. pp̄terea etiā puto. φ ibi prefatus nobilis Petr⁹ peteret declarari an vsufruct⁹ p̄dict⁹, vel illi⁹ estimatio debeat in quota ⁊ portione dicti do. Bartholomei nō pp̄terea incurreret penā p̄dictam etiam si hoc faciēdo vi videtur

mouere questionē phibitā: q: rationabiliter potuit, & pōt idē Petr⁹ dubitare sup hō articulo, & pcedere, vt pdixi, vsufructū quote hmōi vel estimationem nō deberi. Et sic videret excu-
5 sari a pena: q: iusta causa cōtrauenieńdi excusat ab omni pena, tam legali, vt not. in c. j. de elect. in vi. in nouel. q̄ cōuētiōali & arbitrali, iuxta not. p Bar. post dyn. in eo q petūr Laudūm reduci ad arbitriū boni viri, in. l. q rome. §. duo fres. ff. de vbo. obliga. & in. l. iulianus. ff. de cōdit. indebi. & p Jo. an. in addi. Spec. ti. de arbi. §. fi. col. penul. in addi. q̄ incipit i regula, scięti &c. ¶ Ad tertiū dico & respondeo q, vt refert Barba. in loco pre allegato, Bar. in sua ātiqua lectura, quā fecit perusij in. l. j. vel scda. C. cōmunia de lega. dicit, q si testator in testamēto dixerit, lego titio fundū, & ei vim fieri phibeo, ne sibi fiat molestia: videt ppt hec vba dedisse legatario potestatē legatū capiēdi ppria authoritate, ad qd allegat. l. pmisceri. §. species. ff. de acquir. posses. Etiam roma. i suis singularib⁹ ppe pncipiū, post tres chartas, dicit se in casu de facto habuisse Floretie, & ita obtinuisse, allegādo dictū Bal. ō quo supra. Sz licet Bal. fuerit nō contēnēde aut parue autoritatis in negotijs decidēdis quādo nō habet contradictorē, vt dicit Pau. de ca. 2si. cxxiij. ouordi. viso puncto & dubij s &c. & Barba. in sua Joānina, fo. lxvj. vl. p certo licet autori. Bal. &c. tn̄ in casu pdicto Roman⁹ videt sēsisse zrariū, vidi q Bal. vbi supra male dixerit: paruipēdit em̄ iudicē q ppt dictū Bal. sic iudicauit. Et q̄uis nihil aliud allegēt: tn̄ Barba. vbi supra cōtra Bal. multa allegat: & int cetera dictū eiusdē Bal. i dicta. l. j. vl. itē quero si testator. C. ō hijs q̄ pe. nomi. & dictū eiusdē i dicta. l. j. C. ō vsufruc. supi⁹ allegata. & dictū Jo. ō Jmo. i dicta. l. pr̄familias. & glo. ibi p illorū opinione etiā supi⁹ allegata. Et q nō licuerit eidē Aymarete dicta sua authoritate hoc facere: certū est, p eo q: vt ponit in casu nōdū erat adita hereditas: aū cuius aditionē nec quoad obliga. & quoad petitionē cedit dies vsufruct⁹ legati. l. j. §. in nouissimo. versi. excepto. C. de cadu. tol. & l. si pure. ff. qn̄ dies lega. Et post aditam hereditatē et non licuisset, nisi cautione prestita. isto puto tn̄ q ppter dictā immixtionez fruct⁹ fuerit loc⁹. l. nō est dubiū. C. de lega. q: illa. l. intelligit in occupatione q̄ fit post aditā hereditatē & apprehēsam possessionē p heredē: q nō fuit hic: imo aū vtrunq, vt colligit ex facto. ¶ Ad quartū rn̄deo & dico pfatā Aymaretā n̄ teneri ad onera: de qb⁹ ibi: q: es alienū nō sequit fundū. l. j. §. si heres. ff. ad trebel. & l. fi. in fi. ff. de vsufruc. lega. p q̄ iura Bar. in. d. l. fi. determinat vsufructuariū rex certax, cuiusmodi est hec Aymareta nō teneri ad onus eris alieni. Et q̄uis Bart. ibi, ver. q̄ro qd si alicui legat vsufruct⁹ oim bonox &c. senserit 2riū in vsufructuario oim bonox: doct. tn̄ magis cōiter tenēt 2 Bar. sup quo tn̄ articulo, vtpote nō necessario non insisto. ¶ Venio ad quintū: sup q̄ dico q illud vr̄ esse aliquantulū obscur, p eo q inibi dr̄ fruct⁹ fuisse pēdētes & coactos tpe mortę dicti quōdā
8 Caroli: q̄ non videm posse simul stare: nisi intelligam⁹ aliquos fuisse tūc collectos alios adhuc pēdētes. Et † quoad coactos seu recollectos ex pdijs pprijs dicti quōdā Caroli tpe ei⁹ mortis, dico q illox estimatio reddēda erit finito vsufructu: q: illi nō sunt iudicādi vt fruct⁹, sz vt reliquū prīmoniū eiusdē quondam Caroli, vt hinc dr̄ Jac. butr. in. d. l. iubem⁹. C. ad trebel. quē sequunt Ange. & Alex. de imol. in. l. cēturio. ff. de vulga. & pupil. & idē Angel. in. d. l. papinian⁹. §. vn̄ si qs. ff. de inoff. test. l. in fideicōmissariā. in prin. ff. ad trebel. & fuit de mēte Bal. in l. scim⁹. in pn. C. de inoffi. testa. q tales fruct⁹ pn̄t filio dari in supplemētū legitime, vel imputari in legitimā, quasi existētes de prīmonio &c. Quo vero ad fruct⁹ natos tpe mortis eiusdē quōdā Caroli, & adhuc pēdētes tpe mortis, vr̄ dicēdū q ēt illi eēnt restituēdi: p eo q: fruct⁹ pēdētes sunt pars fundi. l. in. l. falcidia placuit. ff. ad legē falci. & l. fructus pēdētes. ff. de rei vēdica. Et sic queadmodū pdia veniēt restituenda post finitū vsumfructū: ita & dicti fructus, seu illox estimatio: al's fundi, quox pars erāt fruct⁹ pēdētes, nō restituerent integri: p quo (vt mihi vr̄) bn̄ facit qd voluit Bal. in. d. l. scim⁹. Salic. in. l. iubem⁹. C. ad trebel. & Alex. in. d. l. in fideicōmissariā. qui oēs dicūt nō solū fruct⁹ collectos tpe mortis testōris posse imputari in legitimā vel trebellianicā liberis primi gradus: sz etiaz pēdētes. Et hoc nō est nisi q: queadmodū primi: ita & isti sunt de substātia seu reb⁹ testōris. Et pdicta videnē etiā eē de mēte Pau. de cast. in. d. l. in fideicōmissariā. q etiā voluit ibi, & post eū Alex. de imol. q queadmodū fruct⁹ recollecti tpe mortis testōris debēt p heredē grauatū restitui fideicōmissario: ita & fruct⁹ p testōrē sati, & tpe ei⁹ mortis pēdētes: q: illi sunt pars fundi, & res hereditarie, ac cura & diligētia testōris, nō heredis grauati, esse pducti. Et iō dr̄ Paul. de Castr. q in his fructib⁹ nō pcedit. d. l. i fideicōmissariā. Quo vero ad fruct⁹ recollectos ex pdijs dotalib⁹ nō fui informat⁹, an a pluribus annis & integris durauerit mr̄imoniū, vel nō: & an fundi dotales fuerit traditi pleni, aut vacui. habita em̄ eox informatiōe poterit videri qd iuris in. l. fruct⁹. & qd ibi p doc. ff. sol. matri. ¶ Venio ad sextū: sup quo dico, q vbi bona dicti quondā Caroli existentia in Aquēsi ciuitate & eius territorio, & in alijs locis in legato eiusdem Aymarete plenius mētionatis, legata extitissent eidē Aymarete: tūc posset dubitari, an fructus de qb⁹ in q̄sito ptinerēt Aymarete. Quo casu solet distingui, an heredes fuerint in mora aū aditā hereditatē, vel nō: item & an fruct⁹ fuerint siti p testōrem. de q̄ materia habet in. l. herēni⁹ modestinus. la. j. & qd ibi flo. ff. de vsur. in. l. si qs bonorū. & l. si tibi homo. §. cū seruus. & q vtrobiq Alex. de imol. & doct. ff. de lega. j. & in. l. j. & l. fi. & q vtrobiq p Bal. & doct. C. de vsur. & fruct. lega. Sz iste nō vr̄ casus nr̄: q: hic nō sunt legata bona: sz vsufruct⁹ bonox, hoc est ius pcipiēdi fruct⁹. Puto tn̄ (vt dixi in alio q̄sito) q pēdentes tpe mortis Caroli, & postea pcepti p Aymaretā, nō cesserūt eius lucro: p eo q: illi debebātur. Quo vero ad alios q tpe mortis nati vel pēdētes nō erāt, sed postea vel nati vel sati extiterunt, putarem aliud dicendum. ¶ Ad septimū dico & rn̄deo, q si hereditas dicti magistri Caroli legantis vltra dodrātē exhausta extiterit: pōt falcidia detrahi tā de legato pdicti vsufruct⁹, q̄ de alijs. verūtn̄ q: verba phibitionis de nō mouēdo turbā vel questionē eidē Aymarete sup pceptione fructuū, vel al's quouismodo, sunt multum ample zcepta: nō puto eē cōsonū q dict⁹ nobilis Petrus illā detrahere enitat ō dicto vsufructu: q̄uis p eo faciat q dixi in rn̄dendo ad primū quesitū, & allegādo gl. in. d. c. p illorū. de pben. Bal. in. l. j. versi. itē q̄ro. C. de hijs q̄ pe. nomi. & in l. j. C. de vsufructu. & Barba. in sua Joānina. c. Raynaldus.

¶ Epitome.

¶ Probatio testium indefinita non equipollet vniuersali: actorem q sic probantem iactura cause & expensarum onerat: q̄uis reus nihil prestiterit. V. F.

¶ De proba. Consi. cxxvij.



Ctore non probante reus, etiā si nihil prestiterit, venit & est absoluendus. l. q accusare. C. de edē. l. fi. C. de rei vendi. l. 2 negātes. C. de act. & oblig. §. cōmodum. instit. de interdic. & c. j. vt eccle. benefi. Quo fit vt cū venerabilis vir economus fratrū minorū ordinis sancti Frācisci de insula nihil prorsus validū pbauerit in qbusdā causis p ipm olim motis, & pendentib⁹ indecisis inter eum ex vna parte, ac egregios & venerabiles viros dn̄os canonicos, beneficiatos, & curatos collegiate ecclie eiusdez loci de insula ex altera, de & sup inhumatione corporū seu cadauerū & reliquiax quōdā virorū Joannis Bernardi, al's de grace, & magistri Cassini aniq saratherij debuerint & debeāt p iura pdicta pfati do. canonici, beneficiati & curati ab impetitis parte eiusdē economi absolui: & ipse econom⁹ in expen̄. p eosdē substātis 2dēnari. l. pperandū. §. sin autē alterutra. C. de iudi. c. finē litib⁹. de do. & 2tu. & l. q solidū. §. etiā. ff. de lega. ij. debent em̄ expēse ratione victorie, vt pbat in pdictis iurib⁹, & not. doct. in. l. sancim⁹. C. de iudi. & in. l. nō ignorat. C. de fruct. & lit. expen. Preterea etiā venerabile capl̄m dicte collegiate ecclesie loci pdicti de insula, seu eius economus, ac egregij & venerabiles viri dn̄i Arnaldus & Guilielmus de soletto, Bertrādus Caroli, & Guilielmus de forcalquerio, canonici eiusdē ecclesie, Michael gendonis, & Carolus de podio alto, ipsius ecclesie beneficiati, veniunt & sunt absoluendi ab impetitis parte dicti economi p̄dictorū frm̄ minox in alia cā īter partes pdictas & quōdā alios mota, & pēdēte idecisa de & sup humatione corporis seu cadaueris & reliqarū honeste quōdā mulieris Anthonete, vxoris Anthonij Lōbardi cui⁹ dicti illa assignat, & sufficit ratio: q: nihil apparet pbatū cōtra eos, debent igit absolui, etiā si nihil pstiterint, h̄ est pro se pbauerint: & dict⁹ economus quatenus causa hec illos tāgit vel zcernit, 2dēnari in expensis. d. l. q accusare. l. pperādū. §. fine aūt alterutra. & alijs iurib⁹ supius allegatis. Nec opponat aliqs p nō nulli ex testib⁹ parte eiusdē ycōneti i hac cā pductis deposuerint pbri vel clerici seculares ecclesie vel loci pdicti de insula portauerūt corp⁹ siue cadauer dicte quōdā Anthonete dictā ecclesiā insulanā & ipsuz ibi inhumauerūt qm̄ respōdeo q nec pfatum capitulū nec dicti do. canonici vel beneficiati supra prime mētionati fuerūt p hmōi ptēsos testes nominati & ita eorū ptēsa depositio quaten⁹ illos cōcernit remanet obscura & dubia: & sic nō releuat pducētē. c. in psentia. de pba. not. doc. in. l. int stipulātem. §. si stichū. ff. ō vbo. obli. indefinita etiā ppositio a teste plata nō eqpollet vniuersali, vt not. imo. & pa nor. in. c. auditis. col. iiij. ō pscrip. cui⁹ dicti illa redditur ratio

ꝑ paruꝛ. ꝙ dictū testis ds concludere necessario, ⁊ non ꝑsumptiue, dicto. c. in ꝑsentia. ⁊. l. que natales. C. de ꝓba. ⁊. l. nō hoc C. vnde cogna. ⁊ ita voluit alex. de imol. ꝯſ. cx. exordiēte. visis acutissimis dubitationibꝰ Facit ꝓpmissis ꝙ not. pe. de anch. ⁊ Jo. de Jmo. in. c. quanto. de his que fi. a p̄la. vbi dicūt, ꝙ si in instrō dicat monachi ꝯstituerūt talē sindicū, nō ꝑ hoc ꝓbatur legitima ꝯstitutio sindici sclꝫ ꝙ fuerit ꝯstitutꝰ ab omnibꝰ, vel a maiore parte: qꝛ ille sermo, seu illa indefinita ꝓpositio, syndicū ꝯstituerūt ⁊c. potuit verificari in duobꝰ tātū. l. inter illam, ī fi. ff. de vbo. signi. ⁊ l. l. libertas. §. fi. ff. de manumis. testa. idē not. Bar. in. l. curiales. C. de p̄di. curia. li. x. Non igitur ex illa ꝑtensa depositione quorūdā testiū deponētiū seculares eccle. vel loci p̄dicti de insulla portauerūt corpus ad ipsam ecclesiā, ⁊ illud inibi inhumarunt, seq̄t ꝙ omnes p̄bri vel omnes clerici hoc fecerint. qꝛ depositio indefinita posset verificari in duobꝰ, vt p̄dixi possent ⁊ alie multe rationes ꝑ istis dominis allegari ⁊ adduci, sed hec pro nunc sufficiant.

1 ☞ Disiunctiua subordinationem personarū quando denotet: ordo quomodo attendendꝰ, vbi naturaliter cadit in vbis. aut in personis, aut propter nomen collectiuum.
2 Grauare an ⁊ quando non honoratum quis possit.
3 Repudiando fideicommissum an ⁊ quando pater filio loco faciat, non obstante decursa prescriptione.
4 Presumptio predilectionis pro proximioribus stat.

¶ Epitome.

¶ Quando liberorum liberi sunt positi tantum ī conditione, quia honorati ⁊ positi in dispositione non cēsentur, grauari nō potuerunt. V. F.

¶ De instit. ⁊ substi. Consil. cxxiiij.

DUdum fuit in humanis magnificus quondam ⁊ potens vir dominus Falco de ponteues miles dominus castrorū cotignaci, Bargeme, ⁊ plurium aliorum: qui pridem, de annno domini. 1334. ⁊ de mense Junij. fecit ⁊ condidit eius vltimum ⁊ nuncupatiuum testamentum: in quo inter cetera heredes vniuersales fecit ⁊ instituit. Nobiles ⁊ generosos viros Jo. ⁊ Fulquetū eiꝰ filios naturales ⁊ legitimos. dictū videlicet Jo. in dicto castro cotignaci, ac etiā castris Carcerū, Artignosci, tabernaꝝ, ⁊ multis alijs: ⁊ p̄fatū fulq̄tū in dicto castro Bargenie, ⁊ etiā in castro broneses, ⁊ ī alijs bonis, rebꝰ ⁊ iuribꝰ inibi pleniꝰ mētiōatis. dicto aūt nobili Jo. de pōteues, si ipsum quādocunq; filio seu filijs ex suo corpore matrimonialiter ⁊ legitime ꝓcreatis post eum remanētibꝰ decedere ꝯtingeret, substituit filiū vel filios eiusdē Jo. iuxta voluntatē ipsius Jo. si vero filiū seu filios nō haberet, sꝫ tm̄ filias vnaꝫ vel plures viuētes post eū, dicto Jo. eo casu substituit dictū nobilē Fulq̄tū, si viueret post eū: voluitq; idē testator ꝙ eo casu ille filie p̄fati nobilis Jo. post eū remanētes matrimonio collocarent̄ cū certis dotibꝰ. dicto vero notabili Fulq̄to, si eū quādocūq; decedē cōtigeret filio seu filijs ex suo corpore matrimonialiter ⁊ legitime ꝓcreatis post eū remanētibꝰ, substituit filiū vel filios eiusdē Fulqueti, iuxta suā ipsius Fulqueti voluntatē. ⁊ si filiū aut filios nō haberet, sꝫ tm̄ filias vnā vel plures post eū remanētes, eo casu ipsi Fulqueto substituit Raymūdetū de agōto, filiū eiusdē testōris, si post eū Fulquetū viueret, ⁊ nō intrasset religionē vel ordinem sancti Joānis Hierosolimitani. voluit p̄terea eo casu, ꝙ eiusdē Fulqueti filie cū ꝯpetētibꝰ pecuniarū dotibꝰ collocarent̄. Dicto vero Raymundeto qn̄docunq; decederet, vel intraret religionē. ⁊ liberos masculos ex se legitime ꝓcreatos nō haberet, substituit p̄fatū Joannē de pōteues eiusdē testōris filiū, si superuiueret: aꝉs liberos eiusdē Joānis masculos. Et si dictos ambos filios, Joannē videlicet ⁊ Fulquetū, eorumve alterum altero nō superstite qn̄cunq; decedere contingeret sine liberis masculis ex eorū seu alteriꝰ ipsoꝝ corporibꝰ legitime ꝓcreatis rogauit ꝑ fideicōmissuꝫ p̄fatos Joānē ⁊ Fulquetū, ꝙ eo casu bona ⁊ hereditates iādictas eorūdē Joānes ⁊ Fulqueti restituerēt ⁊ q̄libet eoꝝ restitueret dicto Raymūdeto de agonto, suo filio, si post eos viueret. sic ꝙ idē Raymūdetus in hꝰ casu esset ⁊ remaneret in bonis ⁊ hereditatibꝰ eorūdem Joānis ⁊ Fulqueti. ⁊ cuiuslꝫ ipsoꝝ substitutꝰ: si tñ dictū ordinem sancti Joānis Hierosolomitani seu religionem nō intrasset. Voluit p̄terea idē testōr, ꝙ si p̄fati Joānes ⁊ Fulquetꝰ dicto casu filiꝰ haberēt, aut eis vel eorū alteri filie superessent, ille cū pecuniarū dotibꝰ collocarent̄ in mr̄imonijs. ⁊c. Dictis vero substitutionibꝰ ⁊ dispositionibꝰ superiꝰ proxime mētionatis subiecit idē dn̄s testōr clausulā ꝓxime sequētē, ⁊ sub forma ⁊ serie verborū in ea positorū, ita ꝙ supstitibꝰ aut supstiti dictorū filiorū ⁊ heredum eoꝝ vel eoꝝ liberis vel alijs seu alijs posthumo vel posthumis masculis filio seu filijs ex ventre dicte vxoris mee nasciturо seu nascituris, si quē seu quos eū habere ꝯtingeret, vel eorū liberis masculis, si quos haberēt ⁊ viuerent post eos, vel liberis ipsoꝝ liberoꝝ ⁊ omniū alioꝝ ⁊ ex eis legitime descēdentiū dicta bona ⁊ hereditas seu hereditates iādicte debeāt iure plenissimo ꝑtinere. Et post pauca idē dn̄s testōr apposuit hanc clausulā. Si vero ꝯtingeret oēs filios meos seu liberos meos supius nominatos qn̄docūq; decedere sine libero seu liberis ex eoꝝ seu alteriꝰ ipsoꝝ corporibꝰ legitime ꝓcreatis sine natis, eisdē heredē substituo Ysnardū de pōteues, nepotē meū dn̄m dicti castri, ⁊ ipsius legitimos liberos masculos. Est verū ꝙ p̄fatus magnificꝰ do. testōr añ substōnē ⁊ substōnes superius mētionatas ī dicto testō, heredes sibi instituit ī certis quātitatibꝰ ⁊ summis siue rebꝰ, p̄fatū nobilē Raymūdetū, ac nobiles Margaretā ⁊ Raybaudetaꝫ eius filias naturales ⁊ legitimas, ac etiā posthumā ⁊ posthumas posthumūq; ⁊ pohumos, si quos nasci ꝯtingeret ex magnifica dn̄a Galburgia eius vxore, qbꝰ eos ⁊ quēlibet eorūdē ꝯtētos eē voluit. q dn̄s testōr ꝑmanēs in volūtate hmōi ab humanis decessit, nō relictis aliqbꝰ posthumis, nec vxore ꝑgnante: quo mortuo ⁊ vita functo p̄fati nobiles Joānes ⁊ Fulquetꝰ bonis ⁊ hereditati eiusdē se immiscuerūt, ⁊ ꝓ heredibꝰ se gesserūt. Successiue vero tp̄is idē nobilis Joannes ab humanis intestatꝰ ⁊ sine liberis decessit, supstite ⁊ sibi superuiuēte dicto nobili Fulqueto eius fratre sibi substituto, ⁊ ad quē castrū ⁊ alia, in qbꝰ dictꝰ Joannes institutus extiterat, ꝑuenerūt. Deinde vero idem nobilis Fulquetꝰ ab humanis decessit, supstitibꝰ ⁊ sibi supuiuētibus nobilibꝰ ⁊ generosis viris Joāne ⁊ Falcone eius filijs naturalibꝰ ⁊ legitimis: q eidē successerūt, dictꝰ scꝫ falco in dicto castro Cotigniaci ⁊ qbusdā alijs, ⁊ Joānes in castro de Bargema ⁊ qbusdā alijs. Huic aūt Falconi ꝓxime mētionato successerūt in dicto castro Cotigniaci ⁊ alijs, primo nobilis quondā Jānetus eius filius naturalis ⁊ legitimꝰ: deinde vero Alziarius eiusdē falconis nepos ex Joāne eiusdē Jāneti fratre p̄defuncto: ⁊ postea Joānes baptista d pōteues dicti Alziarij filius naturalis ⁊ legitimꝰ. Qui Joānes baptista nouissime vita functꝰ est ⁊ decessit sine liberis: priꝰ tñ ꝑ eū ꝯdito testō: in q heredē vniuersalē instituit nobilē durādū de Flassino. Dicto vero Joāni supra nominato ī dicto castro de Bargema ⁊ alijs suis castris successerūt sequētes: primo qdē nobilis Bermūdꝰ eiꝰ nepos seu felezenꝰ ex nobili Fulgueto eius filio naturali ⁊ legitimo: ⁊ deinde magnificꝰ ⁊ potēs vir Honoratꝰ de ponteues dicti nobilis Bermundi filius naturalis ⁊ legitimꝰ, dn̄s modernus eiusdē castri de bargeme ⁊ alioꝝ ⁊c. Est aduertēdū ꝙ ex p̄fato quōdā dn̄o falcone testōre nulli supsunt liberi masculi aut femine, exceptis dicto nobili honorato ⁊ suis liberis. Quesitum est an aliqua ex substitutionibus superius mentionatis ⁊ factis per dictum quondam dominum Falconem. ⁊ quem sibi locum vendicauerit ⁊ vēdicet in personā dicti magnifici Honorati, aut suorū liberoꝝ, ⁊ presertim masculorū ⁊c.

¶ Visis casu ⁊ dubio supiꝰ mētionatis vr̄ breuit ⁊ succincte rn̄dēdū, sub correctiōe cuiuslibet meliꝰ sentiētis, put ecce. Et p̄mo qdē ꝙ nec idē nobilis Honoratꝰ, nec sui liberi cēseāt̄ substituti ꝑ p̄mā substitutionē, ꝑ quā dictꝰ quōdā do. falco p̄fato Jo. eiꝰ filio sine filio vel filijs ex suo corpore matrimonialit̄ ⁊ legitime ꝓcreatis post eū remanētibꝰ decederet, filiū vel filios hmōi substituit iuxta suā sui ipsiꝰ nobilis Jo. volūtatē. Qm̄ in substitutiōe hmōi solū īuitati ⁊ substituti extiterūt filiꝰ vl̄ filij eiusdē quōdā Jo. de quorū numero dicti nobiles Honoratꝰ ⁊ liberis nō existūt. Etiā nec ꝑ secūdū cēsēt̄ p̄fati Honoratꝰ aut liberi substituti: ꝑ illā em̄ eidē Jo. si filiū vel filios nō haberet dictū fulq̄tū ipsiꝰ Jo. fr̄em substituit. Qm̄ put clarissiē apparet ex vbis substitutiōis hmōi a qbꝰ cū clarissima existāt non vr̄ recedēdū. l. ille aut ille. §. cū ī vbis. ⁊. l. nō alit̄. cū suis similibꝰ. ff. de lega. iij. ꝑ eā extitit dūtaxat īuitatꝰ idē quōdā fulguetꝰ, nō ipsiꝰ liberi p̄terea nec etiā ꝑ tertiā vident̄ p̄me facie dicitꝰ posse substituti dicti nobiles Honoratꝰ ⁊ liberi. Qm̄ ꝑ substitutiōē hmōi p̄fatꝰ quōdā falco dicto fulqueto, sine filio seu filijs ex suo corpore mr̄imonialit̄ ⁊ legitime ꝓcreatis post eū remanētibꝰ decederet, substituit filiū seu filios sui ipsiꝰ fulq̄ti iuxta suā volūtatē ⁊c. de quoꝝ numero p̄fati nobilis Honoratꝰ ⁊ liberi nō existūt: q nō sunt filij eiusdē fulq̄ti, sꝫ abnepos ⁊ trinepotes eiusdē quōdā nobilis fulq̄ti existūt. Qd dictū, vt vcꝫ nō cēsent̄ inuitati maxime ꝓcedit si coꝝ opinio vera est, q sēserūt ꝙ filij appellatiōe etiā in testamētis nepos nō veniat, vt videt̄ sensisse Bal. post An. de pi. ⁊ quosdā alios ī. l. gallꝰ. §. īstituēs. ff. de libe. ⁊ posth. idē Bal. ī repeti. l. ī suis, co. ti. Alex. de imol. ꝯſ. j. in primo volumine quamuis multi contra fecerint. super quo pro nunc non videtur multum esse insistendum.

Jnsuper

¶ Insuper nec per quartam videtur inuitati prefati nobiles Honoratus et liberi: quia per illā idē quondam do. testator. d. Fulqueto suo filio filiū aut filios non haberet, substituit Raymundetum de agonto, si viueret: & religionem vel ordinem sancti Joānis Hierosolimitani nō intrasset. Et sic p eam apparet duntaxat inuitatus dictus quondam Reymundetus. Preterea nec etiam videntur inuitati per quintā substitutionem factam eidem Raymundeto: quia in substitutione huiusmodi eidem Raymundeto si quandocunq decederet vel religionem intraret & liberos masculos ex se legitime procreatos nō haberet substituit dictū quondam nobilem Joannem primo genitum testatoris si viueret, alias liberos legitimos & masculos eiusdem Joānis: de quorum numero. d. nobiles Honoratus & liberi nō existunt: cum sint de liberis dicti quondam Fulqueti, & idem quondā nobilis Joānes primogenitus testatoris nullos liberos reliquerit. Insuper nec per sextā substitutionem videntur Honoratus & liberi substituti. Tum quia in illa solum legitur substitutus prefatus Raymūdetus. Tum & quia substitutio huiusmodi legitur esse cōcepta sub illa conditione, si ambo dicti filij eiusdem dni falconis testatoris, scz Joannes & Fulquetus eorum vel alter altero nō superstite sine liberis masculis ex eorū corporibus legitime procreatis decederet. que cōditio ideo videtur defecisse: qr dictus quondam Fulquetus post dictū quondam Joannem vita functus liberos masculos habuit, qui eidem superfuerūt & supersunt. Uerum q̄uis per huiusmodi precedētes substitutionēs aut earū aliquam non videntur fortasse prefati nobiles & liberi inuitati: videntur tn̄ inuitati per illam generalem clausulam exordientē, ita q superstitibus aut superstiti &c. In testamento predicto positam & insertam in qua & per quā non solum videntur fuisse inuitati prefati quondam nobiles Joannes, Fulquetus, & Raymundetus in casibus superius mētionatis: sed etiā eorum liberi, ratione tamen successionū seruata & graduum: cum (vt apparet ex verbis clausule huiusmodi) ipsi superstites vel superstes ex prefatis nobilibus Joannē, Fulqueto, & Raymūdeto & liberi coniuncti extiterint per coniunctionē disiunctiuā vel
1 que † hic ordinē notat, siue personas subordinat, & nō copulat l. cum pater. §. penul. & qd ibi Barto. ff. de lega. ij. & l. heredes mei. §. fi. ff. ad trebel. not. gl. Bal. & doc. in l. penul. C. de verb. sign. Jo. de imol. & doc. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de lib. & posthu. q ideo contingit, qr dispositio hmōi facta est inter personas inter quas naturaliter cadit ordo, & ad quas dictus quondam do. Fulco testator habebat affectionē ita ordinatā. Primo igitur nominati censendi sunt primo fuisse inuitati, per iura predicta: facit. l. quoties. ff. de vsufruc. l. si quis seruum. §. certum. ff. de lega. ij. & l. qui soluendo nō erat seruū. ff. de here. institu. ordo enim verborum ordinem describit intellectus, de consecra. dist. ij. c. in christo pater, & qui primo nominatur maior ceteris esse presumitur. l. j. ff. de albo scriben. Primo igitur censetur fuisse inuitatus dictus quondā Fulquetus post mortem predicti Joannis eius fratris, & post mortē Fulqueti cēsentur inuitati dicti eius liberi: non quidē simul, sed successiue & gradatim: primo videlicet liberi primi gradus. deinde liberi scdi gradus: & sic deinceps. l. cū ita. §. in fideicōmisso. & l. pero. §. fratre. ff. de lega. ij. not. doct. in. d. l. gallus. §. quidā recte. ff. de libe. & post. quod plene sequutus est Andre. barba. in. c. Raynutius. de testa. & hoc bene probatur in. §. in fideicōmisso. & §. fratre. superius allegatis, & quod ibi per doct. Pro quo dicto bene facit q voluit Ange. in. l. fi. C. de verbo. signifi. vbi dicit se de facto practicasse, illam legē in quodā rustico, qui filio morienti substituit cyppum agnationis: & dixisse q non viderentur simul vocati omnes de agnatione: sed gradatim secundum ordinē charitatis. Pro quo allegat dictū. §. in fideicōmisso. & §. fratre. dicens ita fuisse de facto obtentū Perusij eo existente aduocato. Facit etiā ad predicta quod voluit idē Ange. cōsi. mihi xxviij. exord. quidā Joannes decessit &c. vbi dicit q etiam si nulla incūbebat necessitas: si tn̄ facta est institutio vel substitutio sub expressione nominis collectiui, puta facta est substitutio de liberis, vel de genere, vel de familia, cēsendi sunt inuitati liberi huiusmodi, vel illi qui de genere vel familia existēt non quidem simul, sed successiue & gradatim. Et ita dicit intelligēdum. l. cū pater. §. a te peto. & §. in fideicōmisso. Etiam pro premissis facit q voluit Petr. de ancha. consil. xxvij. vbi in contingentia facti cōsuluit, q si testator instituerit filios, & eis antiquiores de domo substituerit, intelligatur substitutio huiusmodi facta de duobus antiquioribus scdm ordinem charitatis in infinitum: & sic illud videatur familie relictum, ita vt successiue & gradatim videantur inuitati duo antiquiores. d. §. fratre in fideicōmisso. & §. a te peto. superius allegatis. Etiam pro hoc facit quod voluit Bal. in. d. l. fi. C. de verb. signifi. vbi not. q si statuto caueatur, vt non valeat contractus mulieris sine consensu duorū consanguineorū, intelligi debeat de duobus propinquioribus. In dicto igitur fideicōmisso facto de castro Cotigniaci alijs castris & bonis, & in quibus dictus quōdam nobilis Joannes extitit institutus, succedere debuerunt post mortem dicti quondā Fulqueti, primo filij primi gradus, & post eos nepotes eiusdē Fulqueti: & sic deinceps gradatim & successiue. Nunc vero cū nulli supersint, exceptis prefatis nobilibus Honorato & liberis, censentur ipsi Honoratus & liberi masculi inuitati: dictus videlicet Honoratus primo, & deinde liberi. Est enim secundū narrationē casus superius mentionati ipse nobilis Honoratus abnepos prefati quondā Fulqueti, & trinepos dicti quondā dni Fulconis testatoris: & sic de eorum liberis. l. liberorū. cum suis simil. ff. de verb. signi. Sed forte
2 opponetur, q cum † prefato quondā nobili Joanni baptiste nihil videatur relictū per dictū dn̄m Falconē testatorē: non potuerit per consequēs idem Joannes baptista per eundē grauari, per id quod habetur in. l. sed & si sic. §. j. & qd ibi per Bar. ff. de lega. ij. & l. ab eo. cū suis simili. C. de fideicōmis. & q magis not. doct. in. l. centurio. in materia cōpendiose substitutionis. ff. de vulga. in illa questione qua queritur, si testator filiū heredē instituerit, & si filius sine liberis decederet, vel eius liberi sine liberis, eisdem substituerit semproniū: an si postea contingat filium decedere cū liberis, & deinde liberos huiusmodi sine liberis, valeat substitutio: vt sic in vim illius possit idē Sempronius petere fideicōmissum. in qua doc. magis cōmuniter dicere solent, q non: moti ratione. Quia quē nō honoro nō onero d. l. ab eo. cū suis simil. q̄uis Bar. post Jaco. de bello. contrarium senserit. Sed hec oppositio, etiā si opinio Bar. nō procederet, non obstat: qr, vt apparet ex predictis, prefatus quondā nobilis Joannes baptista vltimate vita functus, extitit inuitatus per dictū testatorem: qui, vt predictū est, non solum prefatum nobilem Fulquetū dicto nobili Joanni suo fratri substituit: sed etiā liberos eiusdē Fulqueti: q̄uis, vt predictū est, ordine successiuo, & gradatim. de his autē liberis fuit secundū casus enarrationē idem Joānes baptista: & sic fuit inuitatus: & sic consequenter grauari potuit. Et hoc probatur in terminis in. d. l. cū ita legatur. §. in fideicōmisso. & l. peto. §. fratre. sepissime allegatis. Tum qr id qd magis cōmuniter not. doc. cōtra Jaco. de bello. & Bar. in loco preallegato procedit, & ita ibi declarant, qn̄ liberi quibus nihil est relictū, fuerūt expresse grauati. Hic authoritate non fuit idē Joannes baptista expresse grauatus, quēadmodum nō alij liberi, sed fuit grauamen in rē scriptam, seu impersonaliter conceptū. Dixit enim testator, q superstitibus aut superstiti dictorū filiorū & heredum, vel eorū liberis &c. dicta bona & hereditas seu hereditates deberēt iure plenissimo pertinere. Quo casu valet fideicōmissum, etiā si cōditio, sub qua fuit relictū, longissimo tēpore euenerit post mortem honorati, vt not. Bal. & post eū Sali. in. l. precibus. circa fi. C. de impub. & alijs substi. Et idem Bal. in. d. l. ab eo. & doc. in. d. l. centurio. ¶ Uerū q̄uis superius dictū extiterit, q prefatus Honoratus censetur inuitatus: tn̄ tam prefatus Joannes nō qdē Joānes filius dicti do. Falconis testatoris, sz Joānes filius dicti Fulqueti: q sui eiusdē Joānis posteri heredes, de quorū numero est dictus nobilis Honoratus, videntur fuisse negligentes: eo q mortuo Fulqueto per cuius mortē fuit locus substitutioni facte de Cotigniaco & alijs bonis dicto Joanni filio testatoris relictis nō petierūt fideicōmissum, aut partem fideicommissi eisdē pertinentē in castro & bonis huiusmodi: po
2 terit † fortasse eidem nobili Honorato opponi parte heredis dicti Joānis baptiste de prescriptione partis fideicōmissi. videretur ergo expediēs q idē nobilis Honoratus repudiaret fideicōmissum huiusmodi: vt sic viā aperiret eius liberis masculis, & vt facta repudiatione possint ipsi liberi ad dictū fideicōmissum admitti: q videtur fieri posse. Non enim sunt ipsi liberi ad fideicōmissum hmōi admittendi ex prouidentia eiusdē Honorati, sed dicti quondā do. falconis testatoris. Et ita repudiatio fienda p ipsum Honoratū eisdē nō oberit. l. si patronus. §. fi. ff. de bo. liber. facit qd in simili not. Bal. in. l. j. ff. de interdic. & releg. & nō solū nō oberit, sz & pficiet dictis liberis hmōi repudiatio: p eo qr p eā excludetur idē nobilis Honoratus: cuius exclusio erit inclusio dictorū liberorū. arg. l. gallus. §. quidam recte. ff. de libe. & posth. habebit enim idē nobilis Honoratus perinde ac si nō esset. d. l. si patruus. §. fi. p quo facit quod habetur in. §. si eadē. instit. de leg. & q p eū not. gl. in. l. huiusmodi. §. si titio. ff. de leg. j. Facit etiā. l. ex duobus. §. filiū. l. qui plures heredes. & l. coheredi. §. q discretas. ff. de vulg. & pupil. Et ita etiā voluit in simili. Petr. de ancha. consi. xxvj. superius allegato, & p multa iura, de quibus inibi p eū. Nec pscriptio de qua supra oberit istis liberis, argu. l. fi. §. j. aut. res que. C. cōmu. de

lega. p quo facit quod voluit Jo. de imol. in. l. lucius. la. ij. col.
vj. versi. itē aduerte. quia dicit Bal. ⁊c. ff. de here. insti. ⁊ Alex.
de imola in. l. j. C. de pactis. facit quia non valenti agere non
currit prescriptio. l. j. C. de bonis ma. ⁊. l. j. in fi. C. de annali ex-
cep. Et quia etiā ante repudiationē, de quā supra, non ꝯpetit:
nec cōpetet ius dictis liberis viuente eodē nobili Honorato.
Etiā dictis liberis expediret, ꝙ nobilis ⁊ generos⁹ vir dñs Ga-
briel ꝺ pōteues p̄ceptor ⁊c. ff ipsi⁹ nobilis honorati, repudiaret.
Illud autem non est pretermittēdum, ꝙ quāuis femine, sique
superfint ex dicto quondā nobili Furqueto, sint de eius liberis:
ille tamen non cēsentur substitute, nec inuitate ad fideicōmis-
sum antedictū: pro eo quia apparet de alia mente predicti te-
statoris: que seruāda est. l. cū questio. in fi. C. de lega. l. cum pro-
poneretur. ff. de lega. ij. ⁊. l. in conditionibus primum locum. ff.
de conditio. ⁊ demonstra. Et quidem quod hic constet de alia
mente, ex eo colligitur: quod licet dictus do. testator tempore
condicti per eum testamenti haberet duas filias feminas, qui-
bus non solum prefatos substitutos pretulit: sed etiā nobilem
Ysnardum de pōteues ⁊ liberos masculos vltimo substitutos
eos omnes preterea etiā pretulit filiabus dictorum Joannis
⁊ Falqueti suorum filiorum: quibus filiabus ⁊ neptibus certas
summas reliquit: quibus eas voluit esse contentas ⁊ tacitas,
4 nec alicubi dictas proprias filias substituit. Quod si ita † est,
quod suis filiabus substitutos plus dilexerit: nō est pfecto cre-
dendum ꝙ plus dilexerit prolē femininam ex aliis suis poste-
ris, ⁊ sic his mediātibus ab ea descendentē, q̄ suā propriā, que
est immediate sua. Quia potius est ius in cā immediata, q̄ me-
diata, ⁊ in cā, q̄ i causato, iuxta not. in. l. digna vox. C. de legib.
⁊. l. penultima. ff. de conditio. ob tur. cau. pro quo optime facit
quod voluit Bart. in. l. fi. ff. ad trebellianum. non est enim cre-
dendum ꝙ dictus quondā testator voluerit pronepres, abne-
ptes, trineptes, vel fortasse vlteriores preferre ꝓpriis filiabus:
ne ille quas testator iā habebat, ⁊ ad quas meritissime paterna
affectio confluebat, inuenirētur deterioris conditionis, q̄ alie
predicte ⁊ incognite, arg. l. si viua. C. de bo. mater. verba etiam
substitutionis, de qua supra, videtur aperte vocare liberos ma-
culos, non femininos.

1 ☞ Substitutio compendiosa per verbum cōmune substitu-
tio facta vulgarem complectitur.
2 Modus potius presumitur q̄ conditio. ⁊ conditio modū quā-
doq; significat.
3 Autoritate propria institutus in legitima non potest eam ca-
pere: si vero capiat, eius possessionē nō querit, ob incertitudinē.

¶ Epitome.

¶ Substitutus compendiose verbis communibus, si institu-
tus premoriatur: admittitur ex vulgari comprehēsa in compē-
diosa. V. F.

¶ De insti. ⁊ substi. Consi. cxxiiij.



Pridem de āno domi
ni millesimo quadringentesimo septuagesimo
octauo ⁊ de mēse Junij, nobilis ⁊ honorabi-
lis quondā vir Joānes thomassij archeuarius
regius ⁊ magister rationalis, fecit ⁊ cōdidit
eius vltimū ⁊ nuncupatiuū testamentū in quo inter cetera ini-
bi disposita ⁊ p eū fieri ordinata, sibi heredes instituit nobilem
videlicet Anthoniū thomassij eius filiū naturalē ⁊ legitimum
in sua legitima dūtaxat: ⁊ nobiles Anthoniū eius nepotē siue
felezenū ex nobili quondā Jacobo Thomassij eius filio prede-
functo, ⁊ Honoratū etiā eius nepotē siue felesenū ex p̄fato no-
bili Anthonio eius filio, quālibet vz in dimidia parte heredi-
tatis eiusdē nobilis Joānis, dictū inquam, nobilē Anto. in di-
cta medietate, cū hoc ꝙ ipse reciperet in sortē sue partis ⁊ me-
dietatis quingentos florenos, quos idē testator prefato quondā
Jacobo filio suo ⁊ patri eiusdē Antho. donatiōe propter nu-
ptias tēpore cōtracti matrimonij inter eundē Jacobū ⁊ nobilē
quondā Antonetā cō dote donauerat: necnō etiā quasdā alias
quātitates siue sūmas inibi plenius mētionatas. Ipsi vero no-
bili Anto. nepoti siue feleseno, si sine prole legitima a se descēdē-
te decederet, substituit nobilē Catherinā thomasse neptē siue
felesenā sui ipsius testatoris, ⁊ suos a se ⁊ suo corpore legitime
procreatos ⁊ procreādos. Successu vero tēporis, ad huc supstite
⁊ superuiuēte dicto nobili testatore vita functus est ⁊ decessit si-
ne prole. d. nobilis Anto. felesenus, supstite prefata nobili Ca-
therina eidē substituta. Deinde mortu⁹ est ⁊ decessit dict⁹ no-
bilis testor. superstitib⁹ p̄fatis nobilib⁹ Anthonio ⁊ Honora-
to, filio ⁊ nepote, ⁊ dicta Catherina nepte. ¶ Quesitū est an di-
cta Catherina possit ⁊ valeat in vim substitutionis superius
mentionate eidē nobili Joāni testatori vna cū prefato Hono-
rato succedere. Viso casu superius mētionato, ⁊ dubio ex eo-
dē elicito, dico ⁊ rūdeo sub correctione cuiuslibet melius sen-
1 tientis, ꝙ cum † substitutio facta de prefata Catherina fue-
rit cōpendiosa, ⁊ facta per verbū substituo. ꝙ est verbū cōmu-
ne. l. iam hoc iure. §. sz si alter. ⁊ ꝙ ibi p doct. ff. de vulg. ⁊ pup.
not. Bart. in. l. cēturio. eo. tit. Jo. an. in. c. si pater. de test. in vj.
⁊ gl. in. l. p̄cib⁹. C. de impub. ⁊ aliis substi. sub illa cōprehende
bat vulgaris, vt not. Cyn. Sali. Alex. de imol. ⁊ docto. cōiter
in d. l. precib⁹. Bar. Ange. Jo. de imol. ⁊ doct. in. d. l. cēturio.
Ex qua vulgari substitutiō: expressa verbis generalib⁹, q̄uis
tacita specialib⁹, potuit ⁊ pōt p̄fata Catherina succedere p
dicta dimidia parte, vt sentiūt doct. vbi supra. Et qr hoc nō vi-
detur mihi habere dubiū: ideo nō ꝓsequor. in ea cū preferat di-
cto nobili Honorato. l. fi. ff. de iniust. testa. notat Bal. in aut.
hoc amplius. col. penul. versi. quero quare substitut⁹. de fidei.
in. l. fi. col. j. versi. itē determinatio sua. C. de institu. ⁊ substitu.
2 Non † autē puto ꝙ illa verba, cū hoc ꝙ ipse recipiat in sortē
sue partis ⁊ medietatis ⁊c. posita in substitutione antedicta
faciāt cōditionē: sed potius faciūt modū: qr, prout voluit gl. ⁊
doct. cōiter in. l. cū mota. C. de transact. In dubio si nō appa-
reat an dispositio sit facta sub cōditione vel sub modo intelli-
gitur facta sub modo. l. q̄ro. §. inter locatorē. versi. exceptis. ff.
de loca. ⁊ hoc maxime dz ꝓcedere, vbi nō apparet prefatū quō-
dam nobilē testatorē voluisse ꝙ ante immixtionē hereditatis
prefatus nobilis Anthonius in sortē sue partis ⁊ medietatis
reciperet summas de quib⁹ ibi: sz potius hoc adiecit in grauā-
men post quesitā hereditatē. Quo casu etiā si esset dictū, cum
hac cōditione ⁊c. Non videt esse substitutio cōditionalis, sed
potius in vim modi grauatiuē adiectū substituto. verbū enim
cōditio, nō semp importat id qđ sonat: sz aliqñ importat mo-
dum vel onus. l. meuia. §. fi. ff. de manumiss. testa. l. ij. in fi. ff. de
dona. de quo p Bar. in. l. quib⁹ dieb⁹. §. termilius. ff. de cōdi. ⁊
demōstra. ⁊ in. d. l. cū mota. C. de trāsact. Jo. an. in addi. Spe.
§. nunc vero aliqua. col. pe. versic. qr huic prolixo tractatui ⁊c.
Oldr. consi. mihi. xxix. exord. testator ad mortē veniēs cōdidit
testm̄ ⁊c. ⁊ Bal. in. l. ea cōditione. C. de rescin. ven. ⁊ in. l. cum
res. C. de dona. Puto igit ꝙ p̄fata Catherina potuerit ⁊ pos-
sit tanq̄ substituta in vim vulgaris substitutionis de qua su-
pra, experiri ⁊ agere ꝯ prefatos nobiles Anthoniū ⁊ Honora-
tum: ⁊ non solum pōt experiri, sed etiā pōt intētare remedium
l. fi. C. de edic. di. adri. tol. ꝙ dat nō solū instituto, sz etiā substi-
tuto: qr substitut⁹ est cōditionaliter institut⁹. l. in ratione. §. ꝙ
vulgo. ff. ad legē falcid. Quēadmodū igit remediū dicte. l. dat
instituto: ita ⁊ substituto, ⁊ non solum expresse substituto, vt in
casu: sed etiā tacite substituto, vt post Bal. not. Jo. de imol. in
l. j. ff. de his que in testa. delen. sup quo remedio ꝓcedit sum-
marie repulsis exceptionib⁹ altiorē indaginem requirētibus:
⁊ in quo possessor condēnatus non appellat. Ideo est multum
3 aduertendū † ꝙ lz prefat⁹ nobilis Joānes heredē instituerit
dictū nobilem Anthoniū eius filium in sua legitima: ipse tñ
non potuit legitimā hmōi ratione incertitudinis sua propria
autoritate accipere. Et quatenus hoc fecisset, nō quesiuit sibi
possessionē, vt not. Bart. Jaco. Rebuf. ⁊ Jo. de pla. in. l. me-
minimus. C. qñ ⁊ qui. quarta pars. lib. x. Non obstat ꝙ voluit
Bar. ⁊ post eū alij doc. l. l. ex facto. la. ij. ff. de here. insti. Alex.
de imol. in. l. extraneū. ⁊ in. l. quoties. C. eo. tit. Quoniā illi lo-
quunt vbi certa res fuit relicta, hic autē est sermo de legitima:
que nō est quota hereditatis, sz quota bonorū, pro eo qr debet
deducto ere alieno ⁊ funeris impēsa. l. Papinianus. §. quarta
ff. de inof. test. not. Bar. ⁊ doc. in. d. l. ex facto. ff. de here. insti.
⁊ Jas. may. in aut. nouissima. col. mihi. ij. C. eo. titu. ⁊ Oldra.
consi. mihi. clv. exord. prima dubitatio, in scdo quesito. Et hu-
ius cā est incertitudo, vt not. Bar. Jac. Rebuf. ⁊ Jo. de pla.
in d. l. ij. C. qñ ⁊ qui. quar. pars. Non potuit igit prefatus nobi-
lis Anthonius etiā p ingressū in bonis hereditariis sibi ac-
quirere aliquā possessionē ꝓpter incertitudinē ⁊ loci ⁊ quote. l.
iij. §. incertā. ⁊. l. locus. ff. de acqui. pos. Ante Sali. in. l. siquis.
in. §. incertā. ⁊. l. locus. ff. de acqui. pos. q̄uis Sali. in. l. siquis.
C. de inof. test. dixerit ꝙ nisi heres vniuersalis totū possideat,
poterit filius ꝓpria authoritate occupare bona ⁊ appreh̄ēdere
pro sua legitima. Sed, vt dī Jo. de pla. hoc esse intelligēdum
qñ esset certa ⁊ determinata: vt qr immineret es alienum. hec
autē ideo scripsi, pro eo qr incursu cause vidi oppositū de ista le-
gitima: p eo qr idē nobilis Antonius ratione illius forte dici
nō pōt legitim⁹ cōtradictor aduersus immissionē fieri petitā.

¶ Epitome.

¶ Emptori, trentenī granorum cōmunitatis syndici vendi-
tores nō tenerent p̄stare ꝙ grana possunt extrahi, si inhibitio
a superiore fiat, nisi de extrahendo pactum cum iuramento fa-
ctum sit. V. F.

Consi.

¶ Consilium. cxxv.



Quis nitantur aliquid deponere de pretensis verberationib⁹,
testificantur tamen se nescire de quo,vel cum quo prefatus gi
naudam eundem hugonis percusserit:z sic non probant illos
pretensos duos,aut tres ictus. Quod sibi de,vel cum lata sa-
licis idem hugonis datos pretendit:quo fit vt presupposito ci
tra preiudicium veritatis, ꝙ prefate mulieres probarent per-
cussiones de quibus deponere nitūtur,hoc tamen non suffice
ret ad victoriam obtinendam,pro eo quia idem hugonis se vi
deretur ad vtrunq3 adstrinxisse:iuxta ea que no.Bar.z doc.in
l.diuus.ff.de re iudi.z doc.in.c.licet.de probat.
3 ¶ Nec opponat mihi aliquis, ꝙ cū dictus primus † testis vi-
deatur deponere de ictibus siue percussionibus cum lata de-
beat deferri iuramentum in supplementum probationis ple-
nioris:quoniam dico ꝙ cum actio iniuriarum sit famosa.l.j.
ff.de ĳs qui not.infa.de quo per doc.in.c.cum te.de re iudi.in
ea non debet deferri iuramentum necessarium,sed debēt in ea
fieri probationes luce meridiana clariores.ar.l.fi.C.de pbat.
Est etiam magni ponderis,z grauis preiudicĳ:propter quod
non est iuramentum huiusmodi dicto pontĳ in ea deferendū.
quod etiam voluit Sali.in.l.in bonefidei.ver.ego vero aliter
dico zc.z ver.quero modo z secūdo.C.de reb.credi.z idem te-
nuit gl.z sequitur ibi Host.in.c.tam literis.de test.Spe.ti.de
iura.delat.§.j.ver.vt autem.Antho.de but.z Panor.in.c.fi.
in prin.de iureiuran.z Alex.de imo.in.l.iĳ.§.quacunq3.ff.de
iureiurā.vbi etiam adĳcit istam esse communem opinionem,
quod in actione famosa non defertur iuramentum necessariū
in supplementum probationis plenioris vbi etiā multos doc.
allegat.
¶ Preterea cum pretēsa iniuriarum actio per dictum hugo
nis intentata,descendat ex lege cornelia.z sit ciuilis.l.lex cor-
nelia.cū suis simili.ff.de iniu.in ea debet fieri taxatio,siue esti-
matio,non quidem per partem iniuriam passam, sed per iudi-
cem ex suo officio.l.constitutionibus.ff.de iniu.no.Bar.post
gl.in.l.iniuriarum estimatio.ff.de iniu.z Ang.are.post glo.in
§.penam.inst.eo.ti.Quis Cy.z quidam aliĳ in.l.si nō conuictū.
C.eo.ti.teneant contrarium.z sic secundum opinionē gl.Bar.
z sequacium videtur, ꝙ prefatus hugonis non debuerit ali-
quam certam summā petere in dicto eius libello,sed relinque
re summam specificandam arbitrio iudicis,cuius tamen con-
trarium fecit.petĳt enim centum scuta pro pretensa iniuria et
nihil dicto de taxa iudicis. Et sic nō bene vt videtur iuxta mē
tem Bar.in.d.l.iniuriarum estimatio.

1 ☞ Citatus coram non suo iudice dz cōparere oppositurus
declinatoriam fori.
2 A pronuntiatione iudicis se declarantis competentem,nō ap
pellans intra decennium amplius postea non audiendus.
3 Juramentum quod seruari potest sine dispēdio salutis eterne
est seruandum.
4 Domicilium in alieno territorio quis sortitur ratione conuer
sationis,habitationis z celebrati contractus ; ita vt ibi recte
cōueniatur.

¶ Epitome, Ut in quarto collectaneo.

¶ De foro competenti. Consi.cxlĳĳ.



Jso pcessu cause agi
tate per z inter venerabilem virum dominum
procuratorē magistri z potentis viri dñi gau
cherū ademarĳ,do.granhani ex vna parte, et
petrū barbe partibus ex altera : z tam coram
venerabili z egregio viro dom.Claudio gameti vtriusq3 iuris
baccalario,bacillino,z iudice granhani z sue baronie: q̄ corā
venerabili z egregio viro do.vicesenescallo montisademari p-
tenso commissario: dico z respondeo dictum barbe male,z in-
ciuiliter recurrisse ad magnificum z eminens delphinale par
lamentum,z inhiberi obtinuisse eidem do.baclino ne vlterius
in ipsa causa procederet,causis z rationibus inferius annota-
tis

1 tis & subiunctis: tum quia cum † prefatus Petrus barbe tempore contra eum facte citationis iussu, & mandato dicti do. bayllui, & iudicis deprehensus extiterit infra iurisdictionem, & districtum ipsius do. bayllini & iudicis, debuit ipse Petrus coram eo comparere, etiam si al's non fuisset eius iudex. l. si quis. ex aliena. & quod ibi per doc. ff. de iudi. & in. l. quacunque. & quod ibi per doc. ff. si quis in ius voca. non ier. quod etiam fecit idem barbe, & si pretendisset eundem do. baylliuum, & iudicem non esse eius iudicem competentem, debebat de hoc coram eo opponere: qui cognouisset an sua esset iurisdictio, an non. d. l. si quis. ex aliena. no. gl. Bar. & doc. in. d. l. ex quacunque. quod procedit non solum in ordinario, coram quo vocatus extitit: sed etiã in delegato. c. pastoralis. & c. super literis. cum suis simi. de rescr. de quo tamen non opposuit idem barbe, sed respondit se predi ligere, & magis optare, ꝙ idem do. bayllius cognosceret, ꝙ alius: quo etiam presente & non contradicente idem do. bayllius pronunciauit, & declarauit se fore iudicem competentem. Et hec anno domini. M. cccclxxxix. & die. xx. mensis nouembris: & sic potuit & potest idem do. bayllius procedere in dicta causa, etiam inuito eodem barbe. per ea que no. Imol. Panor. & doc. in. c. preterea. de dilationibus. Bar. & doc. in. d. l. ex quacunque. & hoc maxime procedit & procedere debet in hoc casu, in quo non reperitur nec apparet prefatus Petrus barbe a pronuntiatio-
2 ne † & declaratione huiusmodi infra decennium appellasse: sed solum recurrisse ad dictum magnificum delphinale parlamentum de anno domini. M. ccccxc. & die. xv. mensis Januarij, & sic pronuntiatio & declaratio huiusmodi in rem transiuerunt iudicatam quoad eundem Petrum barbe. c. cum dilecti. in fi. & quod ibi per gl. & doc. de elec. c. significauerunt. de testi. not. in c. quod ad consultationem. de re iudi. no. doc. in. l. quod iussit. ff. eo. ti. tum etiam male recurrit idem barbe: quia vt apparet ex instrumento compromissi, & arbitralis siue arbitramentalis sententie. in hac causa producto, iuncto alio instrumento dationis ad nonum acapitum, & quorundam pactorum dudum celebratorum & initorum per & inter nobilem quondam & potentem virum do. giraudum ademari. tunc dominum grahaci, & predecessorum huius magistri do. gaucherij ex vna, & prouidos viros Joannem simonem, & Gulielmi chalneri partibus ex altera, idem barbe se obligauit etiam cum iuramento curie dicti do. bayllini, seu prefati magistri do. gaucherij, quo fit vt potuerit & possit precise conueniri, & compelli coram eodem do. bail-
3 liuo respondere: cuius illa est ratio, quia quis cogi † potest precise ad obseruantiam iuramenti, ex quo iuramentum huiusmodi seruari potest sine interitu salutis eterne. c. si vero. c. cum contingat. de iureiuran. c. si. & quod ibi Anth. de butr. ne prela. vic. suas. no. imo. & Anth. de butr. in. c. veniens. de iureiur. Host. in. c. per tuas. de arbi. & gl. reputata singularis. in. l. si pecuniam. in prin. in verbo, necesse habeas. iuncto tex. ff. de condi. ob cau. no. Alex. de imo. post alios. in. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de ver. obliga. & Fran. de aret. in. l. si ita quis promiserit. §. ea lege co. ti. Et quod in hoc casu potuerit, & possit idem barbe precise cogi & compelli ad obseruantiam iuramenti per eundem prestiti, no. Ang. Fulgo. Pau. de ca. & Alexã. de imo. in. l. si conuenerit. ff. de iurisdi. om. iudi. que propterea non obstat. ¶ Preterea vt apparet tam ex instrumento compromissi superius mentionato, ꝙ etiam ex depositionibus testium parte dicti magistri domini super ipsius intentionibus in hac causa productorum, prefatus Petrus barbe est habitator, & inco-
4 la districtus † & iurisdictionis barome, seu mandamento de grahano, & bailliuiatus dicti domini bailliui, quo fit, vt non solum quia inibi reparatus est, debuerit comparere ratione presumptus subditus: per ea que no. imo. & post eum alij in. d. c. preterea. de dila. & doc. in. l. ex quacunque. & l. si quis ex aliena. superius allegatis: sed etiam pro eo quia probatur habitator & incola dicti mandamenti granhani. per ea que habentur per tex. gl. Bar. Jac. rebuff. & Joannes de plat. in. l. ciues. C. de incol. &c. lib. x. Preterea & vbi non probaretur idem Per. barbe esse incola vel habere domicilium vbi supra: illud tamen sufficeret quo ad hoc, vt inibi conueniri potuerit, & possit, cum ibidem assidue conuersetur: per id quod no. Innocẽ. & cano. in. c. ex parte. l. de fo. compe. Bar. & Sali. in. l. q. C. vbi sena. vel claris. Jo. an. in addi. Spec. ti. de compe. iudi. adi. §. j. ver. quid vero Anth. de butri. & Panor. in. c. quod clerici. de fo. compe. Cum itaque per instrumentum compromissi superius mentionati, & quod factum legitur, vt apparet anno incarnationis dominice. M. cccclxxxv. & die. iiij. mensis februarij, appareat ꝙ iam eo tempore idem barbe erat habitator mandamenti de salis, & nunc etiam probetur habitator eiusdem mandamenti, palam infertur eundem barbe potuisse, & posse coram eodem domino bailliuo conueniri & compelli: per proxime allegata. Quod etiam satis voluit Pau. de ca. in. d. l. senatores. C. vbi sena. vel claris. male ergo, vt predixi, & minus ciuiliter recurrit idem barbe cui etiam, imo contra quem sufficeret apparere quo tempore facte citationis superius mentionate deprehensus extiterit infra iurisdictionem & districtum dicti domini bailliui, vbi non apparet eum esse subditum alterius iudicis, vel alibi habere domicilium, prout nec apparet. Pro quo allegasse sufficiat not. per imo. in dicto. c. romana. de appella. in. vj. quod reputat notatu dignum, & sequitur Bald. in. d. l. si quis ex aliena. ff. de iudi. Quibus omnibus addicio ꝙ compromissum & contractus in vim cuius idem barbe conuenitur, celebrati extiterunt in dicto loco de salis: & sic inibi deprehensus, & etiam si alia cessarent, potuit & potest inibi conueniri. c. romana. §. contrahentes. cum suis simi. de fo. compe. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Cessionarius debet de cessione fidem facere aut litis contestationem.

2 Clericus coniugatus in duobus tantum casibus gaudet priuilegio clericali.

¶ Epitome.

¶ Opponens se ad monitorium debet declarare in quo eum tangat monitorium & fidem facere de suo interesse: al's non debet audiri.

¶ De senten. excommuni. Consi. cxliiij.

Opositio facta aduersus quoddam monitorium generale in forma malefactorum impetratum parte honorabilis viri magistri Gerardi de peyrosa notarij tricastrini, & cessionarij prouidi viri Matt. stephani de iure non procedit: causis rationibus & motiuis sequentibus: tum quia nec prefatus opponens, opponendo declarauit in quo monitorium hmõi eum tangat, vel concernat. Nec apparet ipsius opponentis interesse si declaretur monitorium de quo. s. currere debere suo marte: quo fit, vt idem opponens impedire non debeat nec de iure possit cursum dicti monitorij generalis. Quia nec audiri debuit, siue debet, capit. veniens. el. secund. & quod ibi not. de testi. l. prima. & quod ibi Angel. ff. de appellatio recipi. quod procedit cum dictus magister Girardus eundem opponentem in spem moueri non fuecerit, & sic non appareat eum esse de monitis, nisi dicat in quo monitorium antedictum eum tangat, vel concernat: tum & quia deducta & allegata parte prefati opponentis non impediunt cursum monitorij huiusmodi presertim non facta declaratione per prefatum opponentem, non obstantibus rationibus, & motiuis parte ipsius allegatis in quadam scedula exordiente viso monitorio &c. Et primo quidem non procedit prima ratio pace & honore saluis dixerim egregij viri domini aduocati eiusdem opponentis: quis enim Bar. in. l. pe. diuersas ver. iuxta hoc quero dubitauerit an vbi facta est mihi donatio pro bonis meritis, & seruitijs, que donatori me suo donatario habuit, et recepit sit necesse ꝙ merita, & seruitia huiusmodi probentur precessisse. Et tandem manens dubius, referat, ꝙ propter tollendum dubium hmõi aliquando tolli fecit & auferri a quibusdam cessionibus illam clausulam pro bonis meritis & seruitijs Bal. tamen & Salic. in eadem. l. contrarium determinant moti multis rationibus de quibus ibi & idem firmat Panor. in c. ex parte. ver. sexto dubitatur &c. de alie mutan. iudi. cau. fact. & hec est communis opinio & vbi oporteret de meritis apparere, prout non oportet non tamen ante factam declarationem posset de hoc opponi: quinimo nec forte ante litis contestationem fiendam super libello postea offerendo: quia hoc concernit negotium principale. hinc est, ꝙ cessionarius intendens vtilem actionem non tenetur regulariter facere fidem de cessione ante litem contestatam: vt not. docto. in. l. qui stipendia. C. de procura Bar. in l. si duo rei. ff. de solut. bal. in. l. j. ver. quarto queritur. C. de acti. & obli quo vero ad duas sequentes rationes, scilicet ꝙ donatio huiusmodi facta fuerit ditiori, & terribiliori & de actione dubitata, istud non apparet, nec apparere poterit imposterum saltem quo ad hoc vt prodesse debeat opponenti: & sic non procedunt rationes huiusmodi nec etiam procedit sequens ratio ꝙ illa vel facta extiterit per laicum clerico causa mutandi iudicium quia de hoc non apparet dictus etiam magister Girardus, si clericus est: non est clericus solutus: de quo loquuntur docto. in. d. cap. ex parte sed coniugatus, qui non gaudet beneficio clericali, nisi in duobus casibus, de quibus in. c. j. de cleric. coniuga. in vi. possent & alia multa super hoc dici, sed quia premissa sufficiunt, non est vlterius insistendum. Comparet igitur dictus ma

gister Girardus, seu eius legitimus procurator, procuratorio nomine eiusdem, petens ipse non obstantibus quibuscunque oppositis, que non obstant, dici cognosci & declarari dictum eius monitorium currere debere marte suo: & alias iuxta fieri postulata & requisita: & dictum opponentem condemnari in expensis factis, & per eundem magistrum Girardum substitutis ad causam temerarie oppositionis facte per dictum opponentem. Et alias in & super premissis, & singulis eorundem ius ac debitam & celerem iustitiam sibi fieri & ministrari: vestrum iudiciale officium in opportunis humiliter implorando. Premissa dicens & fieri requirens, saluo iure corrigendi &c.

1 ¶ Presbiteri tutores testamentarij esse non possunt.
2 Correlatiuorum idem iudicium.
3 Tutela legitima proximioribus agnatis deferenda: quibus tamen preferetur mater.
4 Tutor legitimus satisdat rem pupilli saluam fore.

¶ Epitome. Ut in primo & tertio collectaneis.

¶ De tutelis. Consi. cxlv.



Viso casu mihi exhibito, exordiente. Consistit in facto, quod nuper &c. parte nobilis impuberis Pauleti eugerani, & dubio seu dubijs ex eo elicitis, dico & respondeo breuiter & succincte ad dubia huiusmodi
1 quod venerabilis vir do. Alziarius brieri, presbiter, tutor † testamentarius dicti nobilis Pauleti esse non potest, obstante dispositione iuris canonici & ciuilis. c. fi. lxxxviij. distin. & Cyprianus. xxj. q. iij. no. gl. in. c. peruenit. distin. lxxxvj. & aut. presbiteros. & quod ibi per doct. C. de episc. & cleri. Cui non obstat, si forte opponatur, quod in dicto. c. fi. distin. lxxxviij. & in. c. Cyprianus. superius allegatis. solum fit exhibitio testatoribus, aut testari volentibus, ne in suis testamentis vel alijs dispositionibus, presbiteros tutores constituant: non autem inibi disponitur, quin presbiteri tutelam si eis in testamento, vel alias in vltima voluntate relicta extiterit, acceptare & exercere valeat: quo
2 niam respondeo, quod eo ipso, quod facta est inhibitio, testatoribus † ne sacerdotes seu presbiteros tutores constituant, facta etiam censetur inhibitio eisdem presbiteris, ne tutelam si eis relicta extiterit, acceptent vel exerceant. Quia in correlatiuis idem est iudicium: & quod in vno statuitur, statutum intelligitur & in reliquo. l. fi. C. de indict. vidu. tollenda. l. fin. & quod vtrobique per Bar. ff. de acceptil. & l. j. & quod ibi per doc. de plat. & doc. C. de cupres. li. xj. quod sine dubio procedere debet in hoc casu, cum eadem sit ratio in presbiteris, que est & in testatoribus prohibitis ne videlicet ipsi sacerdotes, qui non nisi altari, & sacrificijs deseruire, & precibus atque orationibus vacare debent: & qui alis deo militant, negotijs secularibus se implicent, vt possint ei placere, cui se probarunt: hec enim ratio non minus, imo magis locum sibi vendicat in presbiteris, quam in testatoribus: vt extra ne cleric. vel mona. per totum. & xxj. q. iij. per totam. q.
¶ Et vbi idem do. alziarius pretenderet se posse habere tutelam legitimam, tanquam proximiorem agnatum, vel cognatum
3 dicti nobilis Pauleti, dico & respondeo quod imo proximior † est venerabilis & egregius vir dominus Gaspardus eugerani, vtriusque iuris baccalarius eiusdem Pauleti fratris, cui propterea non dicto do. alziario tutela legitima delata est. aut. sicut hereditas. cum suis simil. C. de legit. tutel. quinimo & tam ante dictum do. Alziarium, quam prefatum Gaspardum, delata est tutela huiusmodi nobili & honeste mulieri domine ipsorum do. Gaspardi & nobilis Pauleti matri, si eam habere voluerit, aut. matri & auie. & quod ibi per doc. C. quand. mili. tute. offi. fung. potest. de quo per Bar. & doc. in. l. si quis sub conditione. ff. de testamen. tutel. est igitur dictus do. Alziarius tam a testamentaria, quam a legitima tutela repellendus. & vbi tutela legitima eidem domino alziario delata extitisset, teneretur ipse & deberet
4 satisdare † rem pupilli saluam fore. insti. de satisdat. tutorum vel curatorum. l. in dubium. cum suis simil. C. de tut. vel cura. qui non satisdedit. Que dixerim sub correctione &c.

1 ¶ Causa quelibet excusat a dolo, & a pena ratione doli debita.
2 Pena legis cornelie de sicarijs non incurritur sine dolo.
3 Aggressus & iniuriam passus si aggressorem recedentem prosequatur & interficiat, non est vt dolosus puniendus pena legis cornelie. de sica.
4 Rixa & metus instantis periculi, & dolor maximus tollunt consilium deliberandi.
5 Vulnerans & occidens aggressorem seruato moderamine inculpate tutele, nullo modo punitur.
6 Percutiens incontinenti aggressorem presumitur pro sua defensione percussisse, & interfecisse.

¶ Epitome. Ut in. v. & vi. collectaneis.

¶ Ad leg. corne. de sicar. Consi. cxlvj.

1 

Quelibet causa † etiam iniusta excusat a dolo, & a pena ratione doli debita. l. igitur. §. pe. ff. de libe. caus. no. gl. in. l. j. in fi. ff. de abig. & in. l. plagij. la. §. C. ad leg. fa. de plagiar. & l. j. in fi. magne glo. ff. si quis ius dicen. non obtemp. de quo per Pau. de ca. consi. mihi. xv. exordiente, pro clariori examinatione &c. & consi. mihi. xc. exordiente, ad primum quesitum &c. & consi. cxciij. exordiente, in causa in carceratoria &c. Quo fit, vt presupposito citra preiudicium veritatis, quod per acta cause criminalis, criminaliter intentate, per & inter venerabilem virum do. procuratorem fiscalem curie de masano ex vna parte, & honestum iuuenem petrum rostangni, eius legitimum defensorem ex alia, sufficienter & legitime apparuisset, & constaret eundem petrum rostangni cum gladio percussisse quendam rostangnum arnulphi, & eundem rostangnum postea ex percussione, seu etiam percussionibus huiusmodi, vel illarum occasione ab humanis decessisse: quia tamen etiam apparet eundem rostangnum fuisse aggressum prefatum petrum rostangni cum gladio euaginato, & in domo Anthonij rostangni eiusdem petri patris, & ipsum petrum rostangnum viua vice de gladio huiusmodi, & cum puncta vsque ad sanguinis effusionem percussisse, palam infertur eundem petrum rostangni debuisse & debere absolui ab intitulatis in eum, ac a pena le
2 gis cornelie de sicarijs, que sine dolo non incurritur. l. in lege cornelia. cum suis simil. ff. ad leg. corne. de sica. Hinc dicit Iaco. de aren. & post eum Cy. & sequitur in. l. j. C. vnde vi. quod licet vulnerato post illatas iniurias & vulnera persequi, & vulnerare non liceat eius vulneratorem recedentem, si tamen hoc fecerit & ipsum in
3 terfecerit, non est secundum equitatem vt dolosus pena † legis cornelie de sicarijs puniendus: sed potius si qua pena puniri debeat, puniendus est vti culpabilis: quia inconsultus calor vitio calumnie caret. l. j. §. queri pot. ff. ad turpi. l. iij. §. cum quidam. ff. ad leg. cornel. de sica. & l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pen. hoc enim est humanius: ergo &c. l. interpretatione. ff. de pen. & l. in totum. ff. de reg. iur. Pro quo facit, quia licet insultatus excedens ex proposito moderationem inculpate tutele, puniri debeat. vt not. gl. xxiij. q. j. in summa. & in. c. significasti. el. ij. de homici. credit tamen Pe. de anch. in. c. cle. j. quod ille non tenebitur de toto, id est, de homicidio, sed de excessu. Et sic non tenetur pena capitali, hoc est pena legis cornelie de sica. pro quo allegat casum notabilem secundum eum in. c. olim. el. j. de resti. spoli. & quod not. Bal. in. c. j. in princ. de resti. spol. Et in. c. j. de pa. tenen. Ioan. an. in. c. significauit. de penit. & remis. & clarius in addi. Spec. tit. de homic. in rub. & probatur in. l. si adulterium. cum incestu. §. imperatores. ff. de adulterijs. quem ad hoc allegat Bal. in d. l. vt vim. & no. Bal. in. c. j. §. si quis vero. de pace tene. vbi ad
4 propositum subdit Bal. quod rixa & † metus instantis periculi, & maximus dolor sunt de his, que tollunt consilium deliberandi d. §. imperatores. & l. brachijs. C. ad leg. iuliam de adulte. quod si ita est in percutiente eius vulneratorem fugientem, multo fortius esse debet in eo, qui percutit vulneratorem offense insistentem: quinimo si vulnerans, vel occidens seruato modera
5 mine inculpate † tutele, in nullo debet puniri. d. l. j. & quod ibi per omnes doc. C. vnde vi. licet enim vim vi repellere. hoc autem moderamen seruauit per omnia dictus petrus rostangni: & quidem circa modum: quoniam si appareret eum cum gladio percussisse appareret & econtra prefatum quondam rostangnum cum gladio inuasisse, & cum illo, & de cuius puncta eam viua vice percussisse. Etiam & circa tempus: quia incontinenti & baccante adhuc maleficio, imo & ipso quondam rostangno insistente percussionibus: & sic eidem petro licuit iniuriam vel violentiam propulsare: quam si postea ex interuallo non licuisset. l. si ex plagis §. tabernarius. ff. ad leg. aquil. l. j. §. cum arietes. ff. si quadru. paupe. fecis. dica. no. doc. in. d. l. j. C. vnde vi. Preterea & circa causam seruauit idem petrus moderamen inculpate tutele: percussit enim dictum quondam Rostagnum, si tamen eum hoc fecisse appareat non ad vindictam, sed ad defensionem et sic licite. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad legem aquiliam. Et presupposito quod sufficienter probatum non fuisset eundem petrum pro eius defensione dictum eius percussorem percussisse
6 prout credimus esse probatum, hoc tamen presumeretur † & plurimi deberet. cum percussio huiusmodi facta fuerit incontinenti, & facta aduersus eum qui cum gladio percusserat & percussionibus insistebat, in dubio enim ille quem

quem quis aggreditur, si certus non est se non esse in discrimine vite constitutum, potest aggressorem suum occidere. l. ij. et quod ibi Bal. C. ad leg. corne. de sic. l. sed et si quacumque in primo. ff. ad leg. aquil. et c. si perfodiens et quod ibi glo. in verbo, legibus secularibus. de homicid. glo. 23. C. summa glo. Bar. Bal et Salice. in. d. l. j. q. vnde vi. et glo. et Bal. i. d. l. si ex plagis. §. j. ff. ad leg. aquil. dicit etiam Bar. in. d. l. sed si quacunque et per illum tex. quod vbicunque aliquis venit contra alterum cum gladio, et ille statim occidit eum: probata est defensio sua. idez not. Bal. in. l. multis. C. de liber. cau. et in. l. vt vim. ff. de iustit. et Iur. et Bar. in consi. incipiente, vanutius Petri etc. idē etiā tenent cano. in cle. j. de homicid. et ibi etiam dicit Pet. de ancha. glo. tenere cōiter quod probata aggressura, et insultatio si insultans incontinenti percutit insultantē, semper presumitur hoc fecisse ad defensam. Et quamuis secundum Cy. in dicta l. j. C. vnde vj. inspicienda sit conditio persone insultantis. et insultati. vt modo ad defensionem, et modo ad vltionem hoc factum esse presumere debeamus: vbi tamen de circumstantijs non apparet, probato insultu cum armis quicquid egit insultatus percutiendo aggressorem durante rixa, hoc egisse presumitur ad eius defensionem: secundum Pet. de Ancha. in. d. cle. j. dicentem se putare quod ita etiam intellexerint glosat. adq etiam allegat bonā gl. xxiij. q̄stione. prima in summa. ¶ Preterea non est omittendum quod ex pretensa percussione dicti Petri Rostangni non fuit illatū vulnus letale, sed vulnus de facile curabile: vt testificatur, et deponunt duo experti chirurgici, quibus credendum est vt not. Jo. de Jmol. in dicta. cle. j. de homicid. Ex quibus omnibus infero eundem Petrū Rostangni fuisse: fore et esse absoluendum non solū ab intitulatis in eum vt pote nō pbatis, et a pena legis cornelie, vt pote nō dolosum homicidam, sed etiam vt prorsus inculpabilez, et etiā Innocentem.

¶ Epitome.

¶ Actione iniuriarum qui vult experiri, annum et mēsem illate iniurie in libello apponere debet et de illis fidem facere.

¶ De iniurijs. Consil. cxlvij.

Licet Rofredus in libello, quem formauit super actione iniuriarum pretoria, nec annum nec mensem apposuerit: ita sensisse videatur, quod in libello iniuriarum necessarium non existat apponere annū et mensem in cuius sententiam videtur inclinasse Bar. in feud. tit. quib. mod. feud. amitta. ver. quero cum ciuiliter etc. respōdens ad. l. pretor edixit in primo. ff. de iniur. l. item exigit. ff. de dol. et ad. c. tue. de procura. prout ibi per eum contrarium tñ videtur esse verius vlz quod annus et mensis illate iniurie vt pote existentes de substantia libelli iniuriarum poni debeant in libello. l. libellorum. ff. d accusatio. c. tue. supius allegat. et qd ibi not. de procur. d. l. pretor edixit. in princ. et quod ibi Bar. et docto. et allegata. l. item exigit. et quod ibi Bar. de quo etiam per Bar. in. l. j. in principio. ff. de eden. in. l. viro. ff. solu. matri. per Bar. Alexan. de Jmol. et docto. in. l. edita. C. de eden. Sali. in. l. atrocem. C. de iniur. Geminianus in. c. abbate. §. fi. de re iudica. in. vj. Ange. Are. in. §. ex maleficij. Ysi. et aduertendum. insti. de acti. et per eundem insti. de excep. sup rub. et Panormitanus in. d. c. tue. de procura. Et quemadmodum tēpus huiusmodi est de substantia libelli: ita et tēporis specificati probatio, adeo quod licet iniuria probata sit, si tamen non probatur qualitas specificati temporis, actor debet succumbere. pro quo videatur. l. denuntiasse. §. si tamen. ff. de adul. l. pretor. §. docere. ff. vi bon. rapto. et quod not. Jaco. de Are. et Cy. in. l. ij. C. de proba. Jaco. Butri. et Bal. in. l. et si seuerior. C. ex quib. cau. infa. irroga. et Guil de cu. et Bal. in. l. qd ergo. §. pena grauior. ff. eo. ti. Bal. in. d. l. edita. in repeti. per illa in. vj. q. princip. C. de eden. Sali. in. l. ij. C. ad leg. iuli. de vi. et Ange. i. l. eum actum. ff. de nego. gest. ad quod facit quod not. specu. in ti. de offi. iudi. §. deseruit. Ys. quod si libellus ineptus etc. Jo. An. in c. examinata. de iudi. et Bal. in. d. c. l. edita. ver. an apta probatio etc. in repeti. paduana. et in. l. j. §. si mēs. fals. mod. dixer. quo fit vt quamuis honorabilis vir Antho. Brici. sufficienter probauerit prout mihi refertur verba iniuriosa cōtenta i octauo articulo libelli parte eius oblati cōtra Petrū Bernonis, si tñ nō pbauerit q āno et mēse i bi specificatis, et expssa verba hmōi plata extiterint ipse Antho. est in piculo succūbēdi in hac causa p pdicta, qd maxime pcedit in hoc casu, in quo idē Antho. in dicto eius libello apponere omisit clausulam cōsuetā, citra onus superflue etc. et de eius viribus habetur per Bar. i. l. diu ff. de re iudi. Paul. de cas. et Ange. in. l. habebat. ff. de instito. per Jo. de Jmo. in. l. si cum nulla. ff. d re iudi. et per Ange. are. in. §. j. ver. item est vtile et necessarium etc. insti. de acti. et de excep. in prin. ver. vnum aliud.

1 ¶ Dos in pecunia consistens regularit est reddenda intra annū a tempore soluti matrimonij. et an valeat pactum in contrarium. et nu. 2.

3 Actio dotis matrimonio morte viri soluto consolidatur in personam filie per emancipationem eius a patre factam aut per mortem patris.

4 Fructus rei dotalis an soluto matrimonio mulier repetere possit ab heredibus viri, et quid in fructibus rerū paraphernaliuz.

5 Intellectum. l. maritus. ff. ad leg. falcid.

¶ Epitome.

¶ Pactum patris de dote reddenda post mortem mariti vlteriori fine longiori die quam lege cautum sit, ita demum filie preiudicat si ante matrimonium contractum factum sit et ipsa heres patri existat. heredes autem mariti fructus ex rebus paraphernalibus ita demum dicit restituere si sine voluntate mulieris sint cōsumpti.

¶ De pac. dotalib. et solut. mat. ¶ Consil. cxlviij.

Dudum de anno domini millesimo. cccclxiij. et die mensis maij fuit contractum matrimonium per verba de futuro per et inter nobilem scutiferum Ludouicum Radulphi filium magnifici viri domini Petri Radulphi ex vna parte nobilem Domicellam Joannam de glandeues filiam naturalem et legitimam magnifici viri domini ysnardi de glandeues domini Castri. de coreis.

¶ Cuius autem matrimonij contemplatione, oneribus illius supportandis prefatus ysnardus dedit, cōstituit, et assignauit in dotem, et p dote eiusdem nobilis Joanne predictis nobilibus Petro et Ludouico patri et filio tunc presentibus summez duorum milium florenorum monete currentis, quos idem ysnardus conuenit, et promisit dare et soluere pfato nobili Petro presenti etc. per terminos et solutiones sequentes i die videlicet desponsationis dictorum nobilium Ludouici et Johanne florenos ducentos: Et a die desponsationis huiusmodi coniugum in vnum annum, quadraginta florenos. Et sic de anno in annum quadraginta florenos donec et quousque summa predicta duorum milium florenorū extitisset integraliter exsoluta

¶ Fuit autem de pacto per et inter partes predictas, quod adueniente casu restitutionis, dos predicta similibus solutionibus deberet restitui, prout supra extitit assignata et qd ad maiores vel altiores solutiones dicti nobiles Petrus et Ludouic. Radulphi pater et filius aut sui compelli non posset, seu etiaz aggrauari.

¶ Contigit autem quod postea ex successu temporis de anno videlicet domini millesimo. cccclxxiij. et die. xj. mensis maij prius et antea iam contracto matrimonio per verba de presenti inter eosdem Ludouicum et Joānē etiam vita functo dicto nobili ysnardo, magnificus vir Anthonius de glaudeues eius filius et heres debens de et pro resta dictorum duorum milium florenorum dotalium mille et quadringentos florenos dedit, tradidit, et cōcessit in solutum, et pagam, ac titulo pure et irreuocabilis in solutuz dationis dicto nobili Ludouico tunc pñti et p se et suis heredib. et successorib. quibuscunq stipulāti recipiēti qtā et portionē q habebat in locis, et territorijs de limentio, ybencie, et segaris cum alijs bonis, rebus et iuribus. in instrumēto huiusmodi dationis in solutum plenius mētionatis: quam quotam siue portionem et alia bona siue iura dictus nobilis Ludouicus tenuit et possedit. ¶ Successiue vita functus est et decessit. d. nobilis Anto. p cui mortē certa bona delata sunt siue peruenerunt ad dictam nobilem Joannā, que idem nobilis Ludouicus sciente, vidente, et fieri patiēte eadez nobili Joanna tenuit, et gubernauit, ac etiam aliquando arrendauit et fructus percepit. ¶ Et quia idem nobilis Ludouicus vita functus est et decessit superstite ipsa nobili Joāna: q̄situm est de duobus: primum, an heres ipsius nobilis Ludouici cogi possit ad dādū, et soluēdū eodem ptextu dictos mille et quadringētos florenos, quemadmodū Ludouic. eodē ptextu habuit et recepit in solutum seu pagam res et bona superius mentionata.

Secundum, an idem heres teneatur ad restitutionem fructuum bonorum superius mentionatorum. ¶ Pro decisione primi quesiti, premitto ꝙ de iure communi cessante pacto, ⁊ alia
1 dispositione, dos † consistens in pecunia, solui ⁊ reddi debet infra annum, a tempore soluti matrimonij. l. j. §. exacto autē. cum suis simili. C. de rei vxo. actio. premitto preterea, ꝙ licet mulier conuenire, aut pacisci non possit cōstante matrimonio, vel ante matrimonium de dote vlteriori, siue longiori, ibi reddenda: vt. l. de die. l. vt auf. ⁊. l. Attilicinus. ⁊ ꝙ ibi per Bar. ⁊ doct. ff. de pact. dotalib. not. Jo. ⁊ Alex. de imol. in. l. si socer. §. Lucius. ff. soluto matri. cuius illa est ratio: qꝛ tale pactū ad-
2 uersatur publice vtilitati: cum per illud † si valeret, necessario induceretur mulier ad tardius nubendum, contra mentem. l. j. ff. solu. matri. Pater tamen vxoris de hoc pacisci potest. l. aliud. ⁊. l. cum dos. ff. de pact. dota. notat Joan. de imol. in dicta. l. si socer. §. lucius. ⁊ Bald. de Bartho. in suo tractatu dotium. versic. decimo, ⁊ vltimo limita dictam regulam procedere in muliere paciscente ⁊c. Pro quorum dicto facit, qꝛ pater habet eius maritandi filiam, ⁊ tradendi dotem. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. non igitur mirum, si pater, idemꝗ constituens, in hoc possit ipsi filie preiudicare: quod tamen non procederet, si ante solutum matrimonium per mortem viri, esset
3 † dos consolidata in personam filie: vt pote per illius emancipationem, vel mortez patris: nam eo casu pactum huiusmodi non preiudicaret ipsi filie, nisi saltem esset heres patris. dicta l. aliud. quod etiam voluit Joan. de imol. in. d. l. si socer. §. lucius, ⁊ Bal. de Bartho. vbi supra. Et hoc etiam procedit eo casu, quo instrumento promissionis siue constitutionis dotis dictum extiteret, ꝙ dos redderetur mulieri in illis terminis, quibus viro per mulierem, vel socerum soluta extitisset: Nam licet ratione equalitatis seruande, ⁊ mutue dilationis considerande inter eos, videatur valere tale pactum: argum. eius ꝙ habetur in. l. de fideicommisso. C. de transact. ⁊. l. si pater puelle. C. de inofficioso testamē. tamen in contrarium est veritas. dicta. l. attilicinus. ff. de pactis dotalib. vbi dicit Barto. ꝙ si illa lex non esset, nesciret quid diceret: subaudio quoad decisionem casus de quo supra, ⁊ de quo in eadem. l. ⁊ idem etiam, ꝙ non valeat dictum pactum, sensit Alexan. de imola in. d. l. de fideicommisso. Ex quibus infero, ꝙ cum prefatus quondā nobilis Ysnardus vita funct⁹ sit, ⁊ ab humanis decesserit ante mortē dicti nobilis Ludouici eius generi, ⁊ sic fuerit dos predicta consolidata in personam dicte nobilis Joanne, non heredis dicti quondam nobilis Ysnardi eius patris, non potuit, nec potest pactum superius mentionatum de dote reddenda terminis ⁊ dilationibus similibus terminis assignatis pro dote soluenda eidem nobili Joanne preiudicare, quominus potuerit, ⁊ possit elapso anno a tempore mortis dicti nobilis Ludouici repetere totam dotem.

¶ Uenio ad secundum quesitum: super quo mihi videntur esse tot sententie, siue opiniones, quot capita: vt est videre ex ijs que not. glo. ⁊ doct. in. l. vbi autem. C. de iure dotium. glos. Cyn. ⁊ docto. in. l. fin. C. de pact. conuen. Bartol. ⁊ docto. in. l. maritus. ff. ad legem falcid. Bart. consi. mihi. cxxij. exordien. titius habens ⁊c. Post Mar. silima. in quadam sua disputatione, quam posuisse dicitur super dicta. l. fin. de pact. conuen. Bald. in. l. si viua matre. C. de bonis mater. ⁊ idem Bald. in c. j. de duobus fratribus. de nouo benefi. inuesti. ⁊ in quodam suo consilio exordiente, est sciendum ꝙ mulier ⁊ Paulus de castro, consi. mihi. clxxxvj. exordiente, super primo reperio diuersas opiniones. ⁊c. ⁊ Alex. de imol. consi. mihi. xlij. exordiente, super premisso themate ⁊c. in primo volumine. Bartolus enim in dicto suo consilio tenuit, ⁊ voluit, ꝙ siue fructus sint
4 industriales, † siue naturales, ⁊ consumpti in domo communi non potest vxor illos repetere ab heredibus mariti: ⁊ quidem de fructibus industrialibus probat, quia non est dubium, ꝙ vir potuit eos in domo communi cum vxore sua consumere, prout dicitur de vsuris in dicta. l. fi. §. sancimus. itaꝗ cum eadem sit ratio, vt ibi notatur per Cyn. fructus vero industriales appellat Bartol. segetes, vinum ⁊ oleum. Et de fructibus naturalibus etiam probat Bartolus, quia opere seruorum dicuntur fructus, vel saltem fructibus equiparantur. l. ij. iij. ⁊ iiij. ff. de oper. seruo. ⁊. l. quesitum. §. fi. ff. de acquir. rerum do. ⁊ fructus seruorum huiusmodi equiparantur fructibus naturalibus cum in operis seruorum querendis non interueniat industria acquirentis. Certum est autem ꝙ istas operas seruorum mulieris a viro perceptas nō repetit mulier. l. si id quod. §. si quas. ff. de donationibus. inter virum ⁊ vxo. ergo fructus naturales non sunt restituendi. Et ita secundum eum tenuit Martin. Silima. in dicta sua disputatiōne quamuis gloss. in d. l. fi. in hoc tenuerit contrarium. ⁊ dicit Bart. dictam. l. ma-
5 ritus. ff. ad leg. falci. non † obstare huic determinationi: quia illam intelligit ꝙ loquatur de eo quod remansit apud virum de sorte, hoc est de substantia bonorum, non de vsuris, vel fructibus, prout etiam not. in. d. l. maritus. Bal. vero in d. consil. dicit, ꝙ de fructibus bonorum paraphernalium tenetur maritus reddere rationem quatenus illos conuertisset in vsus proprios: pro eo qꝛ eos conuertere debuit in vsum cōmunem. d. l. fi. C. de pact. conuen. ⁊ dicit Bal. ꝙ in istis procedit distinctio Marti. ⁊ Bart. de qua supra: sed quoad fructus bonorū que non sunt dotalia, nec paraphernalia: vt quia sunt bona extra dotem, que mulier non detulit ad domum viri gratia sui proprij vsus, vel communis. Et quoad hos fructus dicit Bal. ꝙ si illi percepti extiterint cum voluntate mulieris, de qua constet, dicendum est vt de fructibus bonorum paraphernalium vbi vero non constaret de voluntate mulieris, ⁊ sic est eius voluntas dubia, concludit ipse quod maritus non lucratur fructus huiusmodi siue existant, siue consumpti extiterint: ⁊ siue industriales, siue naturales: dicens ꝙ ad hoc, vt in dubio videantur percepti contra voluntatem mulieris, cōcurrunt plures presumptiones: ⁊ primo ex regula. l. cū de indebito. in princip. ff. de proba. scdo qꝛ genus mulierum est auarissimum. l. si ego. ff. ad velleia. ⁊. l. si stipulata. in fi. ff. de dona. inter virum ⁊ vxo. tertio ex congruentia personarum: qꝛ viri debent sustentare vxores de proprijs bonis, vel dotalibus, non viri ab vxoribus. quarto ex personarum qualitate: quia in vxore est annexa reuerētia erga virum, propter quā resultat presumptio dissensus, seu noluntatis. l. j. §. que onerande. cum suis similibus. ff. qua. re. actio non dat. not. Bar. in. l. que dotis. ad fi. ff. solu. matri. ⁊ quia presumptio bonorum mulieris est eius preiudicium, videtur mulier in dubio dissentire. l. qui vas. §. vetare. ⁊ l. penult. ff. de furt. Et ideo isto casu, vt dicit Bald. in d. consi. maritus ⁊ eius heres tenetur reddere rationē mulieri. Et scdʒ hanc opinionem Bal. videtur consuluisse Alex. in d. suo consi. Bart. aut. in. d. l. maritus. post Marti. silima. distinxit, vt ibi, ⁊ prout ad propositum sufficit, dicit ꝙ si fructus percepti per virum extant, illi debēt restitui d. l. si stipulata. ff. de dona. inter vir. ⁊ vxo. si vero sint cōsumpti, dicit ꝙ aut illi percepti fuerunt contra voluntatē mulieris, ⁊ illi debent restitui. l. de ijs. C. de dona. inter vir. ⁊ vxo. aut sunt percepti voluntate vxoris ⁊ tūc subdistinguit inter fructus industriales, ⁊ naturales: dicens ꝙ fruct⁹ industriales lucratur maritus. d. l. fi. cū gl. C. de pact. ꝯuent. naturales vero si sint parui pretij, etiam non tenetur eos restituere. l. si id qd. §. j. ⁊. l. vtrū. ff. de dona. inter vir. ⁊ vxo. ⁊. l. omnino. ff. de impē. in reb. dota. facit. si vero sint magni pretij, tenetur eos restituere quatenus factus est locupletior. d. l. si stipulata. §. j. Et hec distinctio Barto. prout ibi refert Alex. de imo. videtur esse magis communis, quam etiam sequitur Salice. in dicta. l. fi. C. de pactis conuent. ⁊ Roma. consi. mihi. cclxxx. exordiente, presupposito ꝙ bina voce ⁊c. in fi. vbi etiam refert Bald. in quodam suo consilio hanc opinionem tenuisse: secundum quam, omissa pro nunc recitatione aliorum opinionum, dico ⁊ respondeo ad dictum scdm quesitum, ꝙ si prefatus quondam nobilis Ludouicus fructus predictos perceperit de, ⁊ cum voluntate dicte nobilis Joanne, ⁊ eos consumpserit in communes vsus, dictus nobilis heres non teneretur ad restituendum industriales: veluti sunt segetes, siue grana, vinū, oleum, ⁊ alia huiusmodi, in quibus querendis requiritur industria hominis, quo vero ad naturales, veluti sunt poma, pira, amigdala, ⁊ alia huiusmodi, si isti erant magni pretij, teneretur dictus nobilis heres ad restitutionez, si vero erant parui pretij, non teneretur. Fateor ꝙ Paul. de castr. in dicto suo consilio aliter loquutus est. Et alij etiam aliter: quia vt predixi hec opinio videtur esse magis communis. ideo non videt̄ ab ea in cōsulendo discedendum. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Sententia duorum ex tribus delegatis non valet.
2 Exceptio ꝙ quis sit inimicus, tam contra accusatorem, quam contra iudicem opponitur. 12.
3 Judicium subire sub iudice suspecto, periculosum.
4 Jurisdictio per recusationem suspenditur. ⁊ num. 15.
5 Jus ciuile in foro seculari, canonicū in ecclesiastico, seruanda.
6 Impetratio confiscationis ante condemnationem non valet tanꝗ̄ procedens ex radice auaritie.
7 Inimicitie capitales ex quibus probentur.
8 Extrahi quis non debet de immunitate ecclesiastica. Uerbum abduci quid importet.
9 Causa quelibet excusat a dolo.
10 Confiscare sine iussu principis nullus iudex potest. 17.
11 Sententia valida non potest ferri ex defectuoso processu.

Commissa-

15 Commissarij fidem facere debent de eorum commissione.
14 Iurisdictionē negans, per consequens negat contumaciam.
51 Exceptio iurisdictionis declinatoria etiam post sententiam opponitur.
16 Citatio non tenet quoties iudici notum est exceptionem competere absenti z nu. 17.
18 Princeps rescribit contra ius ciuile.
19 Princeps cū causa auferre potest alienum.
20 Sententia nulla nō transit in rem iudicatam.
21 Probanda an sint omnia contenta in rescripto. Dictio maxime, quid importet.
22 Positionibus a se negatis quis non potest se iuuare.
23 Iurisdictionē sui magistratus est in potestate superioris moderari.
24 Intellectus. l. vnic. C. vt ad iudic. z §. j. in Auth. de administrationibus.
25 Iudex laicus inquirit de delicto in ecclesia commisso.
26 Absurditas vitanda.
27 Pena rumpentis arrestum aut carceres. Intellectus. l. in dos. ff. de custod. reor.
28 Iuris ordine non seruato potest procedi in crimine lese maiestatis.
29 Iudicans inique ad preceptum tyranni excusatur.
30 Notarius ex quibus quis presumatur.
31 Falsitas cōmittitur in tacendo verū, sicut in dicendo falsum
32 Pars aduersa subtrahens acta falsum committit propter qd debet perdere causam.

¶ Epitome.

¶ Sententia per iudicem recusatum, aut qui alias non est iudex, etiam si agatur de crimine lese maiestatis, non valet: nec itidem confiscatio bonorum: cum solus princeps nec etiā eius delegatus possit confiscare.

¶ Si a compet. non iudic. Consilium cxlix.



Dubia multa eliciūtur ex processu agitato inter nobiles viros Goffredum de Claueysone dominum eiusdem loci, z Guilielmum raynardi dominū chalerij, patres z legitimos administratores suoruz liberorum masculorum, impetrantes z actores ex vna parte, z nobilem Charlotam, heredem nobilis viri Goffredi. Alamendi ream principalem, z dominum procuratorem fiscalem generalē Delphinatus in causa huiusmodi interuenientem, ex altera: ad que respondeo prout infra. Et primo ad primum dubium dico z respondeo, sub begnina supportatione ac reuerentia, et cum honore huius magnifici z insignis Delphinalis plamenti, semper loquendo, quod dicta pretensa sententia non valuit sed fuit de iure inefficax, z nulla: z si valuerit prout non valuit illa fuit iniusta, causis, rationibus z motiuis inferius descriptis, z alijs ex processu cause huius clare apparentibus pro cuius responsionis declaratione premitto quod dicta sententia fuit lata super certo pretenso contumaciali processu, facto per prefatum quondam dominum Goffredum alamandi z spectabilem quondam virum dominum Petrum gruelli assertos cōmissarios, z qui ex aduerso pretenduntur habuisse in cōdelegatum siue commissarium nobilem z potentem quondam viruz aymonem alamandi, do. de campis quo fit, vt presupposito citra preiudiciuz veritatis, quod de commissione huiusmodi suf-
1 ficienter appareret prout forte non apparet non potuerunt † prefati domini Goffredus clamandi z Petrus gruelli procedere sine dicto do. de campis quatenus processerunt, hoc fuit nulliter per id quod habetur in. l. duo ex tribus. z quod ibi per docto. ff. de re iudi. in. c. prudentiam. in princ. z quod ibi per panor. z docto. in. c. vno delegatorum. de offi. dele. n. t. Bar. in. l. prima. §. si plures. ff. de exerci. actio. ¶ Preterea premitto, quemadmodum opponi potest aduersus accusatorem, qd ipse
2 est inimicus. c. acusatores. z. c. suspectos. iij. q. v. z. c. repellant. cum suis simili. de accusa. ita z hoc † opponi potest aduersus iudicem inquirentem. c. qualiter z quando. el. ij. de accusatio. notat Bartol⁹. in. l. ij. §. si publico. ver. queritur vtrum contra iudicem zc. ff. de adulte. p quo allegat idē Bar. not. in. c. diuersis. de cleric. coniuga. idem not. Salice. in. l. ea quidez. in materia inquisitionis. versic. quero quinto. C. de accusat. z Ange. are. in suo tracta. malefi. glo. hic est quedam inquisitio. ver. ij. potest opponere exceptiones zc. quinimo not. Bar. z Ange. vbi supra. z sequitur Alexan. de Imo. consi. michi. lxiij. exor. Also themate, z dubijs zc. in pmo volu. z omnis exceptio admissibilis contra accusatorem admitti debet regulariter cōtra iudicem inquirentem, regulariter dixi. quia aliqui pauce exci-
3 piuntur: de quibus ibi per eos. res est enim † periculosa, z tristissimos solet sortiri euentus, sub iudice suspecto subire iudiciuz vt not. glo. in. l. apertissimi iuris. in verb. libello. C. de iudicijs. z signanter sub iudice inimico cui quid gratius z amabilius dari non potest, quam si ei ad impetendum commiserit quem ledere voluerit. c. suspecti. iij. q. v. z cle. pastoralis. §. verū. quis huiusmodi sententia vbi esto igitur quod res ipse de re iudi. in cle. z non solum ex capite suspicionis potest recusari delegat⁹ alterius quam principis. d. l. apertissimi. ibi licet enim ex imperiali numine zc. quo fit vt non immerito prefatus quondam dominus Anthonius Bolomerij recusauerit dominum Goffredum alamandi, tanquam eius capitalem inimicuz de qua recusatione constat tam per depositiones testium in hac causa z super articulis declaratorij rescript. dictorum impetrantiuz examinatoriū, quam per publicas scripturas in hac causa pductas: qui propterea Goffredus post recusationem huiusmodi nō potuit procedere: vt pote cuius iurisdictio per recusatio-
4 nem huiusmodi, suspensa † extiterat. l. j. C. si quacun. pdit. potest. vbi facta recusatione, iudex priuatus est omni iurisdictione. z sic processus est nullus cap. licet. de offi. deleg. z Cod. si a nō compet. iudice per tot. Et quod processus factus per iudicem legitime recusatum, sit nullus, fuit originaliter opinio gl. in. c. quoties. iij. q. vj. z in. d. c. qd suspecti. iij. q. v. quam opinionem tenuit hosti. in. c. cum speciali. de apella z sequitur ibi panor. quod ad casum nostrum. z plenius in quandaz sua disputatione exor. duo clerici isigniti zc. in fedo q̄sito. ita etiā fuit opinio Bar. quā finaliter z post multa seqtur Alex. de Imol. i. l. qa poterat. ff. ad trebel. Pe. de Ancha. z geminia. in. c. iudex. de offi. deleg. in. vj. Salice. in dicta. l. apertissimi. in vbo. nobili. lap. allegat. Et ita etiam tenuit Joannes Andre. in. c. legitima. de appella. in. vj. z oldra. consi. cxlvij. exordiēte thema tale est, z consi. cccj. exor. breues allegationes zc. adeo enim suspenditur iurisdictio iudicis recusati vt causaz committere non possit sine recusatoris assensu nec procedere in principali, nisi prius discutiatur articulus recusationis. dicto. c. cum speciali z. c. secundo requiris. de appella. c. iudex. z. c. legitima. superius allegat. quod dicit Panor. esse verum, etiam sir ecusans fuerit postea citatus coram iudice recusato, z nō comparuerit: quia talis citatio tanquam temeraria non arctaret citatum quorum vbique notum est iudici exceptionē competere absenti, sua citatio non tenet. l. quesitum. z quod ibi per Bar. z docto. ff. de re iudica. not. Imo. in. c. ij. de dila. z non solum non potest procedere iudex recusatus, sed nec etiam eius conudices. c. si contra vnum. §. vbi vero. de offi. deleg. in. vj. Ex quo enim simpliciter dati sunt, vnus sine altero procedere non potest vt ibi z. c. causaz matrimonij. z. c. vno delegatorum. de offic. deleg. z ita impedito vno alij procedere nequeunt quod etiam not. glo. in. d. c. si contra vnum. Ex quibus sequitur, quod pretēse citationes facte post recusationem dicti do. Goffredi. non arctauerūt pdictū do. Bolemerij z eū n̄ fuiss ɔtumacē. Et sic ex pmissis apparet qd dicti do. Gofred⁹ z Petr⁹ gruelli nulliť z de acto pcesserūt post recusatiōē supi⁹ mētionatā. Preterea si vera esset opinio Jo. de Jmol. de qua in. l. qdā ɔsulebāt. ff. de re iudic. distinguentis inter ius canonicum, z ciuile. z secundum eum procedat opinio Bar. z sequacium de iure ciuili. de iure vero canonico procedat opinio Imo. z suorum sequacium huic cōtraria: ad huc illa nō obesset quominus dictus processus esset null⁹ gnimo hmōi opinio faceret pro hac parte: cum scimus in dominio tēporali z in foro seculari vbi seruande sunt leges
uici: non igitur propterea fuerit sibi facta iniuria, siue dolus. l.
j. §. vsq3 adeo. ff. de iniur. ꝛ regula, scienti cum suis similibus.
de regul. iur. in vj. Tum ꝛ quia negari non potest, quin idem
domi. Bolomerii quẽadmodum ꝛ ceteri haberet iustam cau-
sam propter dictum preceptum, ꝛ declaratam voluntatem di-
cti do. Ludouici per prefatos dominos Ambassiatores: que
iusta causa, quinimmo vt superius dixi, causa iniusta excusat
quem a dolo, ꝛ a pena ratione doli debita: per iura ꝛ rationes
superius allegatas: tum ꝛ quia prefatus serenissimus domi.
Carolus patriam Delphinalem occupauerat: quo fit, vt im-
putari non potuerit eidem domi. Bolomerii, si ibi obedierit:
prout dicitur de intruso in beneficio, aut castro: cui si emphy-
teute, vel alij debitores soluant, debent liberari: per ea que ha
bentur per Bar. in tractatu de tyrannide in vij. q. principali.
ꝛ in extrauaganti, qui sint rebelles super verbo, rebellando.
circa fi. dum ibi dicit, ꝙ si aliquis populus occupatus fit, nõ
dicitur rebellus. ad premissa facit qd not. Bal. ꝛ Salice. in l.
fi. C. de pen. iudi. qui male iudica. de iudice qui iudicat inique
29 † ad iussum ꝛ preceptum tyranni, quẽ dicũt excusari. Etiam
facit qd not. Bartol. ꝛ doct. in l. creditor. in princip. ff. de solu.
per legem, Paulo callimacho. §. fi. ff. de lega. iij. ꝛ l. liberto. §.
lucius.

Lucius. ff. de adimen. lega. Preterea quis de facto potuit resistere potentie dicti serenissimi do. Caroli, quem ⁊ certum, ⁊ notorium existebat ad patriam Dalphinalem accedere in manu fortissima, ⁊ ab ea prefatum serenissimum do. Ludouicum recessisse: cum enim caput doleret, cetera membra dolebant. Et si hec in viridi ligno fiebant, in sicco qd fieri poterat. Quo vero ad id de quo opponitur ꝙ prefatus do. Bolomerii non subuenit de suis pecuniis in necessitate ⁊c. Dico ꝙ illud non obstat, tum qꝛ non constat in cursu cause huius eundem do. Ludouicū fuisse in necessitate: de quo tñ constare oportuisset, tanꝙ de fundamento intentionis ⁊c. tum ⁊ qꝛ non reperit iure cautum ꝙ vasallus teneatur alimẽtare dominium, prout plene prosequitur almer. in. c. licet. si de feudo fuerit controuer.

¶ Uenio nunc ad septimum dubium: ad ꝙ respondeo, ꝙ per predicta prefatus Joãnes de Loac nō probatur esse notarius, nec puto ꝙ instrumenta siue acta per eundem recepta, faciãt fidem, pro quo allegasse sufficiat quod voluit Bar. in repeti. l. barbarius. versi. ponamus. ꝙ deficiat authoritas ⁊c. ff. de off. pretor. Alex. de imola consilio michi. lxxxviii. exord. opportune consideratis hiis ⁊c. in primo volu. ⁊ Petr. de ancha. consi. michi. ccxv. exord. in christi nomine, amen. pro isto patre instituto herede plura faciunt ⁊c. Et ita voluit Spec. ⁊ post eum Jo. an. tit. de instru. edit. §. restat. versi. ⁊ scias ꝙ tabellionat⁹ ⁊c. ⁊ versic. illud autem notandū. ⁊ Jo. de imol. in. l. ad testiū. §. conditionem. ff. de testa. quamuis Bal. in dicto. §. conditio
30 nem. post Innocen. in. c. veniens. de verbo. signifi. dicat, † ꝙ ex quo quis publice exercuit officium notariatus, presumitur fuisse notarius: que presumptio transfert onus ꝓbandi in aduersarium. referens Azonē dixisse simpliciter in summa. aut. de fide instru. ꝙ instrumenta non valent. dicit etiam idē Bal. in aut. quas actiones. circa fi. C. de sacrosanc. eccle. ꝙ in instrumentis antiquissimis non expedit probari ꝙ notarius fuerit notarius, vel al's in quasi possessiōe notariatus: qꝛ ex ipso actu ita antiquo oritur p̄sumptio. pro quo allegat not. per Inno. in. d. c. veniens. Puto tamen ꝙ hic secundum magis communem opinionem predicte scripture per dictū de Loac recepte, vt pote priuate, non faciant fidē: si tamen testes deponant sufficienter de actibus in eisdem mentionatis, scꝫ de appellationibus, recusationibus, protestationibus ⁊ obligationibus de dando cautionem, istud sufficienter videretur probatum. c. quoniam contra falsam. de proba. facit. l. in exercendis. C. de fide instru. Ad id vero ꝙ vlterius queritur in eodem dubio, cum in odium subtrahentis debēt probare, ⁊ fidem facere ipsa
31 acta subtracta: dico ⁊ respondeo, ꝙ cum † falsitas committat non solum in dicendo falsum, sed etiam in tacendo verum. l. presbyteri. C. de epis. ⁊ cleri. v. q. vj. can. presby. ꝙ summe commendat Bal. in. d. l. presbyteri. contra istos qui iurant dicere veritatem, vt non debeant aliquid tacere quod sciant, nec falsum exprimere, pars aduersa si acta predicta subtraxerit, commisit falsum: propter qđ debet perdere causam. l. in fraudem. §. quotiens. ⁊ qđ ibi per Bart. ff. de iure fisci. not. gl. Jo. andr. ⁊ doct. in d. c. cū venerabilis. de except. dicte enim protestationes ⁊ appellationes erant, non dico instrumenta in causa producenda, sed acta cause, ⁊ processus: de cuius remissione nunc agitur: quo fit vt etiam supposito, ꝙ falsificans instrumenta, vel inducens testes ad falsum deponēdum, non perderet causam, vt videt voluisse Bart. in d. §. quoties. cuius tamen contrarium voluerunt. gloss. ⁊ Jo. andr. ⁊ Antho. de butr. in. d. c. cum venerabilis. illud tamen non obesset: quia falsitas non est hic commissa in instrumentis, sed in actis cause: ⁊ sic propter hanc falsitatem debet subtrahens perdere causam. Quod autem pars aduersa subtraxerit, videtur presumendum: pro eo qꝛ acta predicta siue processus contumacialis, fuit penes eam productus. Et quia etiam assignationi facte ad prouidendū ⁊c. acquieuit: ꝙ verisimiliter non fecisset, nisi sciuisset penes se habere: apparet etiam foramina, in dicto processu contumaciali, ⁊ in loco, in quo predicta acta fuerant attachata, siue adiuncta, ex quibus reuera insurgit non immodica presumptio contra partem aduersam: presertim qꝛ acta illa faciebant contra ipsam partem, ⁊ ad impugnationem dicti pretensi processus: ⁊ pro prefatis nobilibus actoribus: nec debet ista subtractio remanere impunita. c. constitutis. el. j. de testibus.

¶ Super octauo dubio dico, ⁊ respondeo nihil videri, ꝙ propter subtractionē predictorū actorū, ⁊ acta, pars aduersa debuerit, ⁊ debeat perdere causam: etiam dico ꝙ prefati nobiles actores non tenent producere informationes, quas ignorant fuisse factas, ⁊ que non presumuntur facte, presertim propter processum, qui exhibitus est, ⁊ in quo ille nō apparent. iuxta ea que ponit Bart. in. l. hii qui. C. de appel. ⁊ Jo. an. in loco superius allegato. verumtamen vide ad materiam ꝙ ponit Joã. de mil. in suo repertorio, in verbo, sententia. §. sententia nō valet sine probationibus. ⁊ plenius. §. sententia. de qua non est appellandum ⁊c.

1 ¶ Processus agitatus coram iudice recusato est nullus ex communiori sententia.
2 Glosse authoritas.
3 Sententiam esse latam in penam contumacie an delicti, quid intersit.
4 Probationes fiende etiam ꝙ proceditur summarie.
5 Bona officiariū principis ei non auferenda, tanꝙ acquisita de bonis ipsius principis.
5 Sententia lata contra presumptum contumacem potius presumitur ex ipsa contumacia processisse quam ex delicto.
7 Fuga rei post accusationem an faciat iudicium.

¶ Epitome.

¶ At in primo ⁊ sexto collectaneis.

¶ De senten. Consi. cl.



Recordor al's scripsisse in hac causa ꝙ licet super validitate vel inualiditate processus agitati coram iudice recusato, vel per eū, sint varie opiniones, illa tñ videtur esse cōmunior que habet, ⁊ firmat
1 processum † huiusmodi esse nullum, que fuit originaliter opinio gl. in. c. quotiēs. §. q. vj. ⁊ in. c. qꝛ suspecti. iij. q. v. Hec etiā videtur fuisse opinio gl. iuris ciuilis in. l. apertissimi. in verbo, exequutore. C. de iudi. que dicit, ꝙ iudicans definit esse iudex quoad iudicādū facta recusatione ⁊ hanc gl. opinionē sequuti sunt multi, ⁊ famosissimi docto. in locis al's per me allegatis. Hec etiā fuit de mente Oldra. consi. michi. vi. exord. thema tale est ⁊c. Paul. de castr. cōsi. michi. ccxxi. exordiēte, circa primum quesitum ⁊c. Et Alex. de imol. consi. michi. lxxxix. exordiente, diligenter consideratis hiis ⁊c. in. j. volu. Et huic opinioni videt esse inherendū: presertim cum sit fulcita pluribus, ⁊ maioribus rationibus. habet etiā solennissimos defensores,
2 ⁊ inter ceteros multas gl. ordinarias, quarum † quãta sit authoritas in forensibus negotiis, testat Jaco. butr. in. l. j. C. qui ꝓ sua iurisd. ait enī, in causarū decisionibus nō esse a glo. a snia recedendā: nisi cōtraria foret consuetudo iudiciorū. presertim cum fuerit alicuius clari docto. authoritate suffulta. ꝙ etiam voluit Pau. de castr. consil. michi. lix. exor. ad primum videt dictas sorores ⁊c. Et Rapha. Fulgo. consi. michi. xxix. exor. casus do. michaelis ⁊c. ⁊ cōsi. cxviij. exord. soreri, an possit agere, aut authoritas enim gl. oēs alias antecellit, vt not. Bal. in l. cum hereditas. C. deposi. Et hinc dicit idem Bald. in. l. j. in fi. ff. de vulga. ⁊ pupil. ꝙ vbi sunt opiniones contrarie, ipse in consulendo semper tenet opinionē gl. Cum igit pro opinione predicta sint non solum gl. vnius, sed duorū, sclꝫ iuris canonici, ⁊ ciuilis, ⁊ hec habuerunt, vt predixi, sequaces famosissimos non est in iudicando ab eis recedendum. quib⁹ illud addit, ꝙ licet Inno. vir vtiq; magne authoritatis dixerit in. c. cū speciali. de appel. ꝙ nō meminit se legisse, quin processus subdelegati, delegati, ⁊ ordinarii teneat etiam post recusationem habitus, nisi ab eo appellet, vel alio modo ad alterius audientiam cā reuocata, aut trāslata, extiterit. Hosti. tñ prout ibi refert Jo. andr. in nouel. dicit se quẽꝙ ab ipso Inn. audiuisse contrariū. Et ita fuit Inno. in hac materia varius. cuius propterea nō est tanta authoritas. Illud autē certū est, ꝙ iudex delegatus post recusationē non pōt subdelegare. c. si iudex. de
3 offic. deleg. in vj. Si snia † fuisset lata in penā contumatie, satis puto ꝙ sola bona mobilia debuissent confiscari. c. j. §. si pacis. de pa. tenen. ⁊ ibi Bal. ⁊ alij. Sed si est lata in penam delicti, vel ꝓpter delictū, sic valuissent omnia cōfiscari vel declarari ꝯfiscata, si al's apparuisset de crimine lese maiestatis. in aut. vt nulli iudic. §. si. not. Aluarot. in d. §. si pacis. Quid autem debeat presumi, an videlicet sententiā latā in penā contumacie, vel in penam delicti vide extractā, ⁊ que infra. Ad id ꝙ dicit Bar. in extrauag. ad reprimendū. sup verbo paccusationē. concludit, ⁊ bene ꝓbat, ꝙ licet in crimine lese maiestãtis possit ꝓcedi summarie, simpliciter ⁊c. ⁊ al's prout ibi, tñ si in eo ꝓcedat per accusationē, inquisitionē, aut denuntiationem oportet, ꝙ accusatio, inquisitio, vel denuntiatio, hmōi, sint apte formate, ⁊ cōcepte: priuilegiū enī ꝙ inibi conceditur accusationi, inquisitioni, aut denuntiationi factis super crimē lese maiestatis concessum intelligit accusationi, inquisitioni, ⁊ denuntiationi validis, ⁊ rite conceptis. l. nō putauit. §. non queuis. ff. de bonorum possessione cōtratab. ⁊. c. abbate sane. de re iudicata. in vj. pro quo facit lex prima. §. quod autem. ⁊ quod ibi Baldus. ff. de officio prefecti vrbis. notat Barto-

sus in dicta extrauaganti. super verbo, per accusationem. ⁊
Fran. de are. in. c. qualiter ⁊ quando. el. ij. in prin. de accusa. nõ
autẽ credo quod alias debeat, cum de hoc crimine agitur ser-
uari alia rectitudo: nec etiam puto, quod tunc debeant obser-
uari substantialia iudiciorum cum illa remissa sint regulariter
vt apparet in dicta extraua. ad reprimendum. ad id vero quod
ibi dicit Bar. super verbo, summare. dico ⁊ respondeo quod
Bar. loquitur eo casu, quo dumtaxat procedi posset summa-
rie. Sed vbi procedi põt sine strepitu, ⁊ figura ⁊c. tũc non dicit
Bar. quod nihil possit omitti de substantialibus contra hoc
autem est tex. illius extraua. ⁊ clement. sepe. de verbo. signific.
4 Illud autem certum est quod etiam vbi procedi potest † sum
marie, simpliciter ⁊ de plano, sine strepitu ⁊c. fiende sunt legi-
time probationes. dicta cle. sepe. §. non sit tamen. ⁊ quod ibi p
glo. super verbo, defensiones legitime, ⁊ doct. de verbo. signi.
⁊. l. de submersis. C. de manic. lib. xj. not. Bar. in dicta extrau.
super verbo, summarie. ⁊ sup verbo, sine figura. ad quod facit
quod not. docto. in. l. filiusfamilias. ff. de dona. l. j. ff. de testa.
milit. Bal. in. l. nemo. C. de senten. ⁊ in. l. iustitia. ff. de iusti. ⁊
iur. i. l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offi. procõsul. dicit etiã
idem Bal. in. l. solum. in fi. C. de testib. quod stante libero arbi
trio iudicis de procedendo de iure, ⁊ de facto, nõ debet crede-
re iudex testi non reddenti bonam rationem sui dicti. facit qđ
not. idem Bal. in. l. si non speciali. in fi. C. de testa.
¶ Quo vero ad ingratitudinem feudi. illa videt debere pro-
per quinque testes. c. j. qui test. sint neces. ad pban. feud. ingra
ti. Et quamuis glo. inibi dubitauerit, an ille tex. sit lex scripta:
communiter tamen tenent docto. quod sic: cum enim condita
extiterit ab imperatore, ⁊ ab antiquo reperiatur esse inserta in
volumine feudorum inter alias leges, intitulata imperatori,
qui habuit authoritatem condendi, tenendum est illam esse le
gem queadmodum alias in dicto libro insertas. l. in summa.
in princip. cum ibi not. ff. de aqua pluuia arcend. Et ita volue
runt Iaco. de bel. Iaco. ardi. Nico. de nea. ⁊ Alua in. d. c. j. §. si
voluerunt. de capi. qui curiam vendi. non igitur potuit sufficiẽ
ter probari ingratitudo per do. de vado testem vnicũ, qui etiã
nititur deponere de iure.
5 ¶ Illud autem certum est bona † dicti do. Anthonij bolome
rij non potuisse sibi aufferri, quasi presumatur illa acquisiuisse
de bonis principis: pro eo quia erat officialis, iuxta mentem
glo. in. l. defensionis facultas. C. de iur. fis. lib. decimo. quoniam
prout plenissime scriptum est, illa glos. reprehenditur per do-
cto. ⁊ vltra allegata, per do. aduocatos, ↄtra gl. tenuit Bal. in
l. cum oporter, in prin. versic. quero quid in administratore. C.
de bon. que liber. ⁊ in aut. licentiam. C. de epis. ⁊ cle. vbi etiam
allegat Petr. ⁊ Guil. de cugn. idem tenuisse. Et idem tenuit
Iacobus rebuff. in d. l. deffensionis facultas.
¶ Preterea addendo ⁊ quod dicitur, quod sententia lata cõ-
6 tra † pretensum contumacem, potius presumitur ex ipsa con-
tumacia processisse, quod ratione delicti, dico quod pro hec
bene facit quod voluit Bar. ⁊ docto. magis communiter in. l.
cum filius. ff. de verbo. obliga. vbi not. quod si statutum dicat
si filius maleficium commiserit ⁊c. cogatur pr̃ ⁊c. ⁊ contingat
sententiam ferri contra filium contumacem, non nocebit pr̃i
sententia huiusmodi. Et ita vt referunt docto. tenet alberi. in
prima part. statu. q. l. exord. ad huc quero. ⁊ in. ij. parte. q. xx. in
cipiente, sed existente ⁊c. de quo alex. in. d. l. cum filius. ⁊ in. l.
sepe: secus vero esset, si filius compareret, ⁊ constaret de malefi
cio per probationes, vel per veram cõfessionẽ filij vt not. Bar
⁊ docto, magis communiter in. d. l. cum filius ⁊ huius diuersi-
tatis ratio illa videtur esse, quod in primo casu filius censetur
condennatus: non quia maleficium commiserit, sed quia con-
tumax. quod si ita est, videtur quod etiam presupposito citra
preiudicium veritatis, quod dictus do. bolomerij contumax
extitisset, prout non fuit, debuissent sola mobilia confiscari. c. j.
7 §. si vero pacis violator. de pa. tenen. Quia autem fuga † non
facit iudicium post accusationem, tenuit Alexan. de imol. in
l. lege cornelia. ff. ad sillania. vbi dicit, quod not. per Bar. i. d.
l. lege. cornelia, debent limitari per ea que ipse not. in. l. j. in fi.
ff. de his qui mor. sibi consci. et idem voluit ipse Alex. in. l. ad-
monendi ver. in ead. ibi vel per fugam ⁊c. ff. de iure iuran. Et
hoc etiam tenuit ibi Ange. Preterea, cum vt alias dictum
est, nobilis ⁊ potẽs vir Gofredus alamandi do. castrinoui p
tensus coniudex ⁊ cõmissarius esset capitalis inimicus dicti
quondam do. Bolomerij. dici non potest, quod propter asser-
tam fugam eiusdem do. Bolomerij probata sint crimina eidẽ
imposita: talis enim pretensa fuga, non solum non probat semi
plene quinimo nec aliquod iudicium facit. vt voluit Bal. in. l.
in bone fidei. versiculo modo sequitur videre ⁊c. vbi dicit Bal.
post Petrum. quod fuga siue recessus a facie iudicis quam
doque potest esse probabilis: quo casu nec semipleram prob
tionem, nec iudicium aliquod facit. ⁊ exemplificat Bal. in his
qui fugiunt ratione partialitatis: qui si inculpantur de homi-
cidio, non propterea presumitur contra eos: quia non est eis lo
cus tutus. allegat cle. pastoralis de re iudic. ⁊ quod not. glo. i
c. statutum. §. j. super verbo, non audẽs de rescriptis in. vj. vbi
sermo de guelphis, ⁊ gibellinis.
¶ Preterea licet multa allegata extiterint ad impugnatio-
nem certarum pretensarum donationũ factarum, vt ex aduer
so pretenditur, dicto quondam do. castrinoui, illis tamen vide
tur posse adijci id quod secundum opinionem magis commu-
nem not. Alex. de Imo. in. l. iij. §. si is pro quo. ff. qđ quisque iu
ris. ⁊. l. quidam consulebant. ff. de re iudi. Ex quibus vt michi
videtur apparet dicta pretensa dona, siue rescripta super illis
impetrata, fuisse propter omissionem clausularum necessaria-
rum, nulla, ⁊ inualida.

1 ¶ Sẽtentia, lata per iudicem recusatum est ipso iure nulla.
2 Delegatus principis quando subdeleget.
3 Cautio oblata impedit adnotationem bonorum.
4 In contumaciã non comparentis solum bona mobilia confis-
cantur.
5 Testes quinque requiruntur in pbatione igratitudinis feudi
6 Bona officialis principis non presumuntur acquisita de bonis
ipsius principis.
7 Fiscus nullum ius habet in bonis delinquentis ante sentẽtiã.
Dictionis sicut vis ⁊ natura.
8 Restitutus per principem, ad omnia restitutus intelligitur.
9 Fuga ad ecclesiam approbata.
10 Presumendum quando pro sententia.
11 Exceptio non numerate pecunie nõ competit principi.
12 Princeps potest donare rem ex qua non generatur magnum
preiudicium principatui.

¶ Epitome.

¶ Restitutus a principe in integrum, qui ante ob delictum
fuerat condemnatus, ⁊ eius bona confiscata, ad omnia intelli-
gitur restitutus: ⁊ sic bona etiam alienata recuperat. condem
nati, tñ ob contumaciã solum debẽt confiscari bona mobilia.

¶ De restit. in integ. ⁊ de sentent. Consilium. cij.



Licet multum elegan
ter fuerit deductum in hac materia domino
rum claua ysone ⁊ de chalerio cõtra heredes
domini castrinoui, ⁊ fiscum interuentum ad
causam castri, ⁊ mandamenti tullini, ⁊ aliorũ
petitorum in eodem processu, ⁊ in iure per egregium virum do
minum Stephanum Bertrandi iurium professorẽ, prout non
erit ignotum magnifico Delphinali parlamento eius gestis
visis, tamen habebit, si placet, aduertere ad sequentia: Et pri-
mo circa nullitatem sententie, super qua materia principaliter
1 pendet, vez ꝙ † processus fact⁹ per assertos iudices recusatos,
qui ipsam assertam dicuntur tulisse sententiã post recusationẽ
propositam, fuit ipso iure nullus: q2 sicut per appellationẽ iu-
risdictio iudicis suspenditur, ita etiam per recusationẽ: ⁊ maxi
me cum iusta causa, vt in casu nostro. Et ita voluit gl. in. c. qđ
suspecti. iij. q. v. ⁊ in. c. placuit. ij. q. vj. Et voluit Io. andr. in. c.
legitima. de appel. in. vj. Et ꝙ sit talis processus nullus ipso
iure, tenuit Hosti. in. c. cum speciali. de appel. ⁊ Bar. in. l. quia.
poterat. ff. ad trebel. ⁊ Sali. in. l. apertissimi. C. de iudi. ⁊ per. l.
j. C. si quacunq3 predi. potest. ⁊ in. c. iudei. de offi. deleg. in vj.
vbi est tex. ad literam. de iure cano. Et hoc ibi tenet Petr de
ancha. ⁊ hec opinio quicquid. Io. de imol. dixerit, videt com
munior, ⁊ pro illa iudicandum: cum habeat gl. ⁊ doct. famose
authoritatis: per ea que voluit Iacob. butr. in. l. j. C. qui p sua
iurisdict. ⁊ Bald. in. l. ij. C. de senten. que sine cer. quan. ⁊ idem
Bal. in. l. cum hereditas. C. depositi. Et voluit Cyn. in. l. non
moriturum. C. de contrahen. ⁊ commit. stipu. etiã in casu pñti
vtraq3 opinio seruari potest: q2 opinionem contrariam tenen-
tes, quorum aliqui dicunt processum tenere, nisi fuerit appella
tum, ⁊ recursum, ⁊ prosequutum: aliqui vero dicunt ꝙ futurus
euentus iudicabit, an sit nullus, vel ne: quoniam hic demon-
stratur per acta apertissime veram causam fuisse suspitionis, ⁊
recusationis propter inimicitias iudicum, et iuris ordine non
seruato, cũ fuerit processum contra absentẽ ⁊ per non potestatẽ
habentes. Et vbi constaret dominos castrinoui ⁊ Petrum
gruelli habuisse commissionem de assertis criminibus, prout
2 non habebant, adhuc non † potuerũt subdelegatos cõmitte-
re: quoniã lz subdelegatus principis possit a iure subdelegare.
c. super questionum. in princ. ⁊ versi. si. extra. de offi. deleg. ta-
men nõ potuerunt subdelegare post recusationem oppositam
nisi de

nisi de consensu partis, vt est tex. in. d. c. iudex. de offi. deleg. in
vi. de quibus reprobatione constat. fo. 171. & alijs sequē. & plu
ribus alijs locis in processu, & subdelegatione. fo. 294. ꝙ at-
tenta cautione debuit cessare adnotatio, etiā cōsiderata obla
tione cautionis per dictum domi. Bolomerū oblate, & non
3 admisse, † que impedit de iure adnotationem bonorum. l. j. §.
fi. ff. de requiren. reis. & ibi text. not. iuncta glo. ibidem posita.
& multomagis debet impedire confiscationem, que est maior
& maioris periculi. d. l. j. §. fi. ff. de requi. reis. & per auť. multo-
magis. C. de epis. & cler. Etiam qñ al's subesset iusta cā confi-
scationis bonorū prout hic nō fuit, adhuc non deberent confi-
4 scari † in contumaciā nisi bona mobilia dumtaxat: non autē
immobilia. c. j. §. si vero pacem. de pace tenen. & ibi per Bal. &
Jacob. Aluar. & illud est ius nouum, licet forte videreť secus
de iure veteri, tot titu. de requi. reis. sm Jacob. de bello vis. &
& eosdem Bal. & alua. in. d. §. si vero pacē. Etiam dato, ꝙ eidē
do. Bolomerū impugnaretur crimen lese maiestatis in quo
videtur procedendum summarie: tñ in illo debet rite procedi:
scd̃m Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, per accu-
sationē, nec in processu debet quicꝙ de substātialibus omitti,
vt voluit idem Bar. in eadem extrauaganti. in verbo, summa
rie. ac etiā debēt fieri probationes legitime secundū eundem
Bart. in dicto verb. summarie. prout etiam habetur in clem.
sepe. de verb. signifi. & multomagis ratione ingratitudinū sibi
impositarum tanꝙ vassallo Delphini: q2 feudales debēt tra-
ctari secundum iuris dispositionē, aut consuetudine feudalem
c. j. de feu. cogni. c. j. de mil. vas. qui cōtumax est. c. verū. extra,
de foro compe. & c. ceterū. de iudi. & ad probandum ingratitu
5 dinem feudi, requirūtur † quinꝙ testes idonei. c. j. quot testes
sunt neces. ad probandum feu. ingra. igitur nō est negandum
procedi debere contra vassallum iuris ordine seruato. Et sic
non dz stari dicto domini de valido testi vnico, qui etiā de ijs
que sunt iuris deponit, in xliij. articulo incipiente, subreptio
& falsitas. inserto fo. xxv. qui iura tñ ignorat. Nec obstat, si di-
6 catur † eundem do. Bolomerū fuisse officiarium. per gl. Jo.
de pla. & Jacob. Rebuff. in. l. defensionis facultas. C. de iure
fisci. lib. x. q2 illa gl. reprobať per Bar. ibidem qui dicit nō pro
cedere per. l. si defunctus. C. arbi. tutel. & in. l. iij. §. multa. ff. de
iure fisci. ibi, officialis non presumiť habere de bonis fisci, nisi
hoc liquide probetur. & idem voluit Bal. in feu. tit. de conten.
inter do. & fide. §. j. dicens, ꝙ nō est bona similitudo quā facit
glo. in. d. l. defensionis facultas. de prelato ad officialem. & di
cit idem Bart. in. c. j. de cleri. qui iure facit. ꝙ illa gl. per mul
tos damnatur, nec seruatur de consuetudine. & tenet idē Bal.
in. l. quisquis. C. si cer. pet. post Guliel. ꝙ officialis presumitur
bona licite quesiuisse, & ita pertransit Alexā. in. l. diuus. ff. de
bo. dam. & scd̃m cōem opinionē reprehendiť illa glo. d. l. defen
sionis facultas, scd̃m Sali. in. d. l. quisquis. C. si cert. petatur.
¶ Pariter non obstat, si dicatur, ꝙ princeps asserať donasse
bona ex certa scientia, & plenitudine potestatis: q2 hoc fuit ad
requestam, instigationē, & prosequutionem ipsius domini ca-
strinoui ante cognitionē cause, & initiū eiusdem: & incidit in pe
nam. l. j. & ij. C. de peti. bono. sublato. lib. x. q2 officiarius erat
ipse dominus castrinoui. & hoc patet in scd̃a asserta donatione
de qua fol. 270. & alijs donis sequentibus. Et ideo dz puniri
7 ad quadruplum, vt in dictis iuribus: & † al's fiscus etiam in
bonis vere delinquentis nullū habet ius ante sententiā. scd̃m
Bart. in. l. post contractum. ff. de dona. in. l. aufertur. §. fiscus.
ff. de iure fisci. & habeť per gl. & Bal. in. l. rescriptū. ff. de pact.
Etiam hic princeps ipsas assertas donationes cōcessit ex fal
sa cā, sibi, ad intelligendum data, & etiā confirmauit: vt satis
per ipsas assertas donationes apparet. vbi in eisdem dicitur,
ainsi que lon dit, in quinto asserto dono, de quo fol. cclxxiij. &
sequentibus, & nō constitit de delicto prout ineternū constare
non posset. Et sic falsa causa reddidit ipsam assertā donatio-
nem & cōfirmationes nullas. c. ad audientiā. & ibi not. extra,
de confir. vtili vel inutili. & in. l. ij. C. si contra ius, vel vtil. pub.
& facit ꝙ voluit Panor. in. c. que in ecclesiarū. extra, de cōsti.
Et hec dictio, sicut audiuimus, non sumiť causatiue, sed con-
ditionaliter. c. venerabiles. & ibi per Panor. de confir. vti. vel
inu. Et in dicto quarto dono circa fi. reseruauit ipse princeps
ius suum & alienū: & sic eius mēs fuit, & est seruanda per dicta
ipsius Cyni. in. l. rescripta. C. de preci. impe. offe. in. iij. & iiij. q.
& per gl. in. l. fi. C. si contra ius. Pariter hic fuit restitutus in
integrum, inquantum opus erat, nō obstantibus assertis con-
fiscatione, declaratione, & assertis donationibus ac lapsu tem
8 poris per principē: vt constat in literis ipsorū actorū, de quib⁹
in processu, fol. iij. Et sic † omnia bona, etiā alienata recupe-
rare debet. vt voluit Card. flo. & Jo. de imol. in. c. q2 diligētia.
de electio. Et ita dicit idem Cardi. de facto seruari vt refert
Alex. de imol. in. l. Gallus. §. & quid si tantū. ff. de libe. & post.
& est de mente Cyn. in. l. finali. C. de senten. pass. Et maxime
quia hic facta fuit restitutio cum adiūcto. vt dicit Bal. in. l. j.
C. de sent. passis. Etiam in hoc casu censeretur repetere fruct⁹
per naturam verbi, restitutio etiam alijs adiunctis. Et cuius
natura importat plenam significationem. l. videamus. §. infa
uia na. ff. de vsu & in. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de mino. &
maxime quia ipse dominus Castrinoui fuit possessor malefidei
qui procurauit rem sibi donari ante congnitionē cause in me-
dio & in fine insistendo in eius malefidei: vt cōstat istis assertis
donationibus productis per ipsam dominam Charlotā eius
filiam, & heredem, continuando malam fidem sui patris. pari
ter hec pcedere viderenť, si iste condēnatus esset, & deliquisset
prout nō fuit, nec deliquit, sz in innocente vel in nō iuste. con-
demnato, vt hic in casu presenti, premissa non sunt necessaria:
quia omnia bona sua cum fructibus sine aliquo releuamento
de iure communi debuit, & debet recuperare: scd̃m Salice. in
auth. idē est de nestorianis. C. de heretic. et probatur in. l. fi. ff.
de re milit. & facit. c. quia diuersitatem. extra de cōces. prebēd.
Et etiam princeps in dubio non intelligitur cōcedere nisi ius
quod habet in re. vt voluit Bar. in. l. si sit ff. de leg. j. Et ex fal-
sis allegationibus partis aduerse presentis, contra partem ab
sentem legitima causa, & sic nulla, & iuris ordine nec solennita-
tibus iuris seruatis, ideo nulla. l. si pretor. §. marcellus. & ibi
per doct. ff. de iudic. & per gl. in. l. prolatā. C. de sentē. & interlo.
iudi. & facit qd̃ habeť in. l. ij. C. si ex fal. instru. & per gl. in. l. j. C.
de senten. rescin. nō posse. Pariter ex ipsa asserta sñia propter
assertā contumaciā, q2 potius presumiť ex ipsa asserta contu-
macia processisse, quā ratione, & ad cām delicti pretensi, & sibi
impositi, secūdum Bar. in. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de
inoffi. testa. & in. l. qui repudiātis. §. fi. eo. tit. & ibi per eundem
Bart. & l. si ideo. ff. de euict. Etiam si aufugeret extra ecclesiā
post accusationē: nō presumereť contra eū ratione fuge, scd̃m
Bar. not. in. l. j. ff. de bonis eor. qui mor. sibi consciue. & voluit
Ange. de are. in tractatu maleficiorū in verbo, ꝙ fama publi
ca. ibi, an fuga sit sufficiens indicium &c. secus forte si ante ac-
cusationē aufugeret, & sic est in officiario fugiente ante admi-
nistrationē finitam, & accusationē institutā: que non fuerunt
hic, scd̃m Sali. in. l. in bone fidei. C. de iureiur. similiter clausu
la, & ex certa scientia, & plenitudine potestatis, de qua supra, nō
procedit contra ius tertij: nisi dicať iure cōpetenti tertio non
obstante. ita Alex. de imol. in. l. fi. C. senten. rescin. nō posse. in
apostil. Bal. Et vt voluit idē Bal. in. l. eam quā. C. de fideicō.
etiā non obstat asserta fuga eidem do. Bolomerū imposita: q2
propter inimicitias iudicū, & cū legitima cā confugit ad eccle
9 siam, que † non est fuga reprobata de iure: nā confugiens ad
ecclesiam, non effugit prorsus vltionē delicti: q2 saltē p uniť in
bonis. l. presenti. C. de ijs qui ad eccle. confug. & sic nō dicitur
proprie fugere, licet euitet penā mortis corporalis, vt ibi. Et si
velit talis cōfugiens cōparere per se, dz ei dari securitas exeun
di extra ecclesiam per. xxx. dies, vt se defendat: vt ibi que non
fuerunt seruata ipsi do. Bolomerū, igiť male pcessum extitit.
¶ Nec etiam obstat, si dicať, ꝙ debet presumi pro sententia:
10 q2 illud † procedere posset, vbi lata esset partibus pñtibus, &
non cōtradicentibus: secus vbi est appellatū vt hic. p quo fa-
ciunt not. in. c. in pñtia. extra, de renun. vbi Henric. Bohic. &
Inno. in. c. quoniā contra falsam, extra, de excep. Bal. & Bar.
in auť. si quis in aliquo documēto. C. de eden. & Spec. tit. de
instru. edit. §. restat videre ꝙ in summa circa fi. & in tit. de sen-
prola. §. vt autē. versic. & nota scd̃m quosdā. Ideo nō habet lo
cum qñ sñia est lata cōtra absentem: qua presumiť potius lata
pro ꝯtumacia, ꝙ ratione delicti: vt supra. l. papianus. §. memi
nisse. ff. de inoffi. testa. cū alijs. nā sentētia ferri dz cū legitima
contradictione: al's nō facit ius scd̃m Bal. in. l. ingenuū. ff. de
statu homi. & ferri dz cū plena cause cognitione. vt. d. l. q repu
diantis. in fi. ff. de inoffi. testa. Nec obstat exceptio non nume-
rate pecunie opposita ex aduerso parte fiscali, & ipsorū heredū
ipsius do. Castrinoui: rationibus sequentib⁹. Primo, q2 cōfes
sus est habuisse ipsam summā ipse princeps p manus magistri
Nicolai Herlandi eius thesaurarij: & sic confessioni principis
statur & legať ex contractu suo: vt voluerūt Cyn. & Bar. & alij
in. l. digna vox. C. de legi. & facit. l. cesar. ff. de publica. & in. c. no
11 uit. extra, de iudi. et superi⁹ allegatis. Scd̃o q2 † princeps nō
hz exceptionē nō numerate pecunie. gl. in. l. in cōtractib⁹. §. sz
qñ. C. de nō nu. pec. gl. in. l. oēs. §. ad hec. C. de quadri. prescri.
& gl. in. l. j. C. de vendē. reb. ciuita. lib. xj. Tertio. q2 apparet de
quittātia do. thesaurarij, ad quā se retulit ipse pnceps, in eius
cōfessione, & probat p modū relatiū. d. auť. si qs in aliquo. C. de
edē. Et not. ibid. ꝙ ēt statur talib⁹ quittātijs ipsi⁹ do. thesau
rarij, scd̃m ꝯsuetudinē & rit⁹ seruatos in pñti patria Delphi

agi.l.ij.C.q̃ sit long. ɔsue.ꝛ in.l.de qb⁹.ff.de legib. Et pbat p testes sup hoc examinatos, de qb⁹ in pcessu.fo.715. Etiam renũtiauit exceptioni nõ numerate pecunie, sub verbo principis, ꝙ verbum habet vim iuramẽti, ꝛ dz eẽ firmissimũ, vt dicit Inno.in.c.ad apostolice.de re iudica.in.vj.ꝛ facit.l.ij.C.de rebus credi.ꝛ iure iur. ideo non potest tunc opponi ipsa exceptio non numerate pecunie cõtra renuntiationem ꝛ iuramentum: secundum Bar.ꝛ Ange.in.l.si.C.de non numerat pecun.

2 Nec est dubium principẽ posse † concedere rem aliquã, ex qua non generatur magnum preiudicium suo principatui.C.intel lecto.de iure iurand.ꝛ ibi p docto. imo potest etiã princeps cõ cedere, ꝛ vendere rem pretiosam, vt magnam ciuitatem, saltẽ de consensu procerum vt voluit Bald.in.l.cum multa.C.de bon.que liber.ꝛ in.§.in generali.si de feuda.defunct.content. sit int.domi.ꝛ agnat.vasal.ꝛ in cap.j.de capita.qui curiã vẽ did. ¶ Preterea etiam ipse princeps, nec eius successores cõ trauenire possunt huic vẽditioni ratione prohibitionis facte; vt asseritur per dominum Claudium de rossilhone de non alie nando ipsum castrum tulini, nec alias, cum ipsemet heres di cti de Rossilhone ipsum castrum vendiderit. Nam heres con trauenien s dispositioni testatoris, vt quia alienat rẽ aliam p hibitã, non potest contrauenire alienationi, nec eius heres p tex.in.l.filiusfamilias.§.cum pater ꝛ ibi Bar.ff.de leg.ij.et fa cit.l.vnum ex familia.§.si vno.ff.de leg.ij.considerato quod se renissimus dominus Carolus rex.Delphinus modern⁹, fuit per hanc insignẽ curiam declaratus legitimus successor quon dam domini Ludouici regis dalphini: fo.746.

¶ Et ideo non obstante quacumque prohibitione alienatio nis facta in testamẽto dicti de Rossillone, nõ potest princeps venditor nec eius heres contrauenire alienationi per eumdẽ principem facte. ꝛ maxime, quia ipse princeps promisit de euic tione in ipsa venditione: ideo ad illam alias non teneretur.l. authore.laudato.C.de euict.ꝛ fere per tot.tit.etiã si ex pto es set male fidei.l.si fundi sciens.C.de euic.not.glo.in.l.j.C.de p scrip.xxx.vel.xl.annor sic tenetur pars fiscalis, seu heres dicti do.castrinoui restituere rem petitam precise, non obstante, di cta asserta phibitione alienationis. ꝛ vbi alias nõ esset casus restitutionis rei prohibite alienari prout non est hic tamẽ alie nans tenetur ad pretiũ restitutionẽ: per iura ꝛ rationes in qua dam schedula, parte ipsorũ actorum in causa producta, incipi ente, quia nouissime de qua fo.413.ꝛ res vendita indebite oc cupata debet eisdem actoribus expediri tenenda ꝛ possiden da donec eisdem actoribus erit plenarie satisfactũ: ꝛ detinens indebite tenet ad fruct⁹ ꝛ interesse.l.curabit.C.de act.empt.

1 ¶ Sententia ab initio nulla an ꝛ quãdo possit per iudicem appellationis confirmari: ꝛ an confirmetur per defectum pro sequutionis, 2.

3 Lesis propter non prosequutionem appellationis datur in inte grum restitutio.

4 Intellectus.l.omnes ꝛ.l.bene a zenone.C.de quadriẽ.prescri.

5 Princeps in contractibus tanquam priuatus vtitur iure com muni: ꝛ cum suis contrahens obligatur ex suo contractu.

6 Heres eadem persona cum defuncto ꝛ.15.

7 Princeps aut rex an ꝛ quatenus possit alienare de bonis sui Principatus aut regni.

8 Valor qui erat tempore contracus consideratur, nõ is qui est tempore quo petitur restitutio.

9 Donare quis vendendo potest plusualentiam siue maiorem valorem, si quis sit.

10 Principis priuilegium in sui ipsius preiudicium plenissime interpretandum.

11 Exceptio nõ numerate pecunie regulariter tantũ opponit in mutuo ꝛ dote, nec eam opponit princeps, nec etiã campsores.

12 Comparatio literarum saltem semiplene probat.

13 Simulationem allegans speciem debet exprimere.

14 Emens a principe ꝛ soluens non tenetur probare pretium cõ uersum in vtilitatem ipsius.

¶ Epitome.

¶ In hoc consilio in primis tractatur de sententia ab initio nulla, que lata ex falsa causa non confirmatur per iudicem ap pellationis: tandem multa de contractibus principum adhec multa in materia.l.ij.C.de rescindend.vendit. item ꝛ de exce ptione non numerate pecunie, ꝛ quod illa principi nõ cõpetat.

¶ De sentent.ꝛ de rescind.vendit. Consi.clvj.

Ex processu cause agi tate inter nobiles, ꝛ generosos viros Gofre dum de claueysone, dominum eiusdem loci, ꝛ Guilermum Raynardi do.chalerij pres.ꝛ legitimos administratores suorum liberorũ masculorum, impetrantes ꝛ actores ex vna parte ꝛ nobilem ꝛ egregiam do. Charlotam heredẽ nobilis ꝛ potentis viri do. Goffredi alamandi reum principalem, nec non venerabiles ꝛ egregium virum dominum procuratorem fiscalem generalem delphinatus in casu hmõi interueniẽtẽ ex altera: eliciunt mul ta dubia sequentia. Primũ an sentẽtia bannimenti, ad decla rationis ɔfiscationis bonorũ, que tunc habebat, ꝛ possidebat in dalphinali iurisdictione, nobilis ꝛ egregius quondam vir do. Anthonius bolomerij generalis finantiarum delphinat⁹ de iure, ꝛ efficaciter tenuerit, an vero fuerit nulla. vel manife ste iniqua. Secũdum, an psupposito ꝙ illa ab initio nõ value rit de iure, potuerit, ꝛ de iure possit corroborari, ꝛ defendi, per ea que post illam, ꝛ per decursum processus cause huius parte pfatorum dominorum pcuratoris fiscalis ꝛ Charlote propo sita deducta, ꝛ pbata extiterũt. Tertiũ, an psupposito put su pra ꝙ dicta, ptensa sententia ab initio nõ valuerit, vel fuerit manifeste iniqua, ꝛ iniusta: fuerit saltẽ hmõi sentẽtia pter de fectũ psequutionis infra tẽpus legitimũ ɔfirmata. Quartum an pfata do. Charlota potuerit ꝛ possit se tueri exceptiõe pscri ptionis: ꝛ an.l.bene a zenone eidem suffragetur. Quintũ, qd ő oppositionib⁹ cõtra vẽditionẽ castri ville, ꝛ mãdamẽti tulini, videlicet de phibitione alienationis, de obmissis solennitati b⁹, de nõ numerata pecunia, de ptij minoritate ꝛ de aliis, deq b⁹ per pcessũ. Sextũ an qꝛ castrũ villa, ꝛ mãdamẽtũ hmõi vt ex aduerso ptendit, fuerũt phibita: alienari potuerint, ꝛ de iu re possint prefati impetrantes petere pretium saltẽ eo modo, q illud petijsse leguntur. ¶ Ad primũ dubiũ dico ꝛ respondeo put alias in ɔsilio. in hac causa per me reddito incipiente du bia multa eliciuntur; ꝛc. in primo dubio eiusdẽ cõsilij. ¶ Ad secundũ dubium dico, ꝛ respondeo ꝙ etiã psupposito citra piu diciũ veritatis, ꝙ iudex appellationis vel recurs⁹ possit ex va

1 causa confirmare † sententiam nullam: qꝛ lata ex falsa causa p iudicem cause principalis per.l.titianus.ff.quod cũ eo.qd ita demũ pbat quoniã vtraque causa includebatur in primo pro cessu, saltem implicite, secundũ Bar.ꝛ sequit Paul.de Castr. apertius Alex.de imol.in.l.si is ad quem.ff.de acq.here. istud tñ nõ nocet prefatis nobilib⁹ actorib⁹: qꝛ siue dicta pretensa sententia quaten⁹ concernit declarationẽ ɔfiscationis bonoꝝ lata fuit pter ɔtumaciã vel pter ptensa crimina aut deli cta, super quib⁹ pfati d.Gofred⁹, ꝛ Gruelli videbatur ingrere nihil deductum est vel pbatum in hac causa pter qd debe bat hmõi declaratoria sententia ɔfirmari: vel pter quod de beant bona predicta ɔfiscari. Et primo quidẽ nõ pter dictã ptensam ɔtumaciã: qꝛ illa nõ est pbata: quinimo per exhibitio nem dicti ptensi pcessus apparet de contrario, qd dict⁹ quõ dam do. Bolomerij nõ fuerit cõtumax: tum qꝛ nõ apparet de aliqua eorum cõmissione. Et si de aliqua appareat, in illa, vt ptendit pars aduersa, erat etiam nominat⁹ pfatus do. de cã pis, tũ ꝛ qꝛ pfat⁹ do. Goffredus fuit ante recusat⁹: ꝛ tam ab eo ꝙ dicto do. gruelli appellatũ. de quibus omnib⁹ apparet ex inspectiõe actorũ huius cause per que vt superius dixi, clarissi me apparet ipsum quõdã do. Bolomerij nõ fuisse cõtumacẽ. etiã nec poterit ɔfirmari quaten⁹ est lata pter dicta ptẽsa cri mina, vel delicta: qꝛ queãdmodũ nichil probatũ fuit corã di ctis ptensis do. cõmissarijs, vel corã ipsa magnifica curia, ita nec nunc in isto secundo pcessu est aliqd pbatũ ex his omnib⁹ q dicto quõdã do. Bolomerij imposita extiterunt: nec de aliq deponunt testes in hac causa pducti: ppt que forte de pdicta ptensa incarceratione eiusdẽ Simõdi, q dicit fuisse de partib⁹ burgũdie, ꝛ eiusdẽ Antho. pretẽsi olim fautoris dicti do. Gof. p quãtũ icarceratione ẽt si d illa legitime apparet ñ cẽset fuisse offensus recolẽde memorie serenissi. do. Ludo. rex delphinus pfici cũ nec pbatũ, nec deductũ extiterit, ꝙ ipsi essent ei⁹ serui tores. Et qꝛ etiã nõ est pbatũ, nec deductũ, ꝙ ipsi fuerit capti in exequutiõe negotiorũ ipsi⁹ do. Ludouici vel sibi fauẽdo: ꝙ tñ erat necessariũ, p ea q not. Cy. in.l.si nõ couitij.ver.qd si fiat iniuria.C.de iniu.ꝛ Salyc.in.l.j.C.eo.tit. vel saltẽ deducere, ꝛ pbare oportebat, ꝙ captura, ꝛ icarceratio hmõi facte fuissent in odiũ ꝛ ɔtumeliã, vel inimicitiã eiusdẽ do. Ludouici, vt not. Inn. in.c.dilectis.de appel.ꝛ in.c.ɔtingit.de sentẽ.excõ.gl.in c.authoritate.§.causis quoq.de priuil.in.vj. Bar.in.l.j.in.§. si.ff.de iniur.ꝛ sentiũt do.de Rot.deci.mihi.cccixxviij.excor. preposit⁹ vel quis alius ꝛc.ꝛ colligit ex hoc q no. Alex.de imo. in.l.si finita.§.si de vectigalib⁹.versic.ꝛ iuxta pdicta tãgit hic Bar.in x.itẽ not. Bar.ff.de dã.infec.dicta igit ptẽsa pbatio etiã si verũ eẽt capturã, ꝛ incarceratione pdictorũ Anthonij. ꝛ Simõdi fuisse sufficiẽter pbatas, nõ necessario ɔcludit pfa tum do. Ludouicũ fuisse in eis offensum, ꝙ tñ erat necessariũ: qꝛ pbatio nõ ɔcludit p possibile, sꝫ dz ɔcludere per necesse, vel pbabile: vt not.gl.vlti.in.l.matrẽ.ꝛ Bal.in.l.ad pbationem. el.ij.C.

el. ĩ. de proba. facit. c. in pñtia. extra, eo. tit. Depositio vero no
bilis Georgij brengarij deponentis ꝙ prefatus Bolomerij, ⁊
quãdã alij, capi fecerũt multos seruitores dicti do. Ludouici,
⁊ quot e. dt, ⁊ qd etiã nõ ꝑmiserũt quãdã summã argẽti dari
ipsi do. Ludouico, sed eã dari fecerũt serenissimo do. Carolo
nõ nocet: qꝛ quoad hoc est ipse testis vnicus, ⁊ singularis: ⁊ sic
vox eius, vox nullius. l. iurisiurandi. C. de testib. ⁊. c. tãliteris.
eo. tit. Et sic ꝯcludit ex premissis rñdẽdo ad dictũ scdm quesi
tum, dictã pretensam sniam nõ posse corroborari, vel defendi:
ꝑ ea q̃ post illã, ⁊ ꝑ decursum processus hmõi parte prefatorũ
do. ꝓcuratoris fiscalis, ⁊ Charlote, preposita, ⁊ ꝓbata extite-
runt: qꝛ nihil probatũ est per ꝙ appareat bona ipsius quondã
domi. Bolomerij debere confiscari, vel sibi auferri.
¶ Ad tertium quesitũ dico, ⁊ rñdeo. ꝙ cũ vt predixi, snia pre
2 dicta fuerit, ⁊ sit nulla, illa nõ fuit per defectũ † ꝓsequutiõis
confirmata, qꝛ snia illa nõ transiuit in rem iudicatã. l. si expres-
sim. vbi per gl. ⁊ doct. de appel. nec parit exceptionẽ rei iudica
te: qꝛ si de ea opponeret̃, replicaret̃ de nullitate: vt not. Dy. in
l. cõsilio. ff. de curatore furiosi. ⁊ de hac nullitate potest queri
perpetuo, scꝫ per viã exceptionis. l. pure. §. fi. ff. de doli excep. ⁊
infra. xxx. annos, si per viam actionis. l. sicut in rẽ. C. de prescri.
xxx. anno. cũ non reperiat̃ tẽpus a lege limitatũ, ita not. Sali.
in. l. si preses. versi. vlterius queri potest. C. quomo. ⁊ qñ iudex.
⁊ Ang. Are. in. d. l. si expressim. versi. quero quoniã vidimus.
⁊c. ⁊ Paul. de castr. cõsi. michi. cccxxv. exord. ad primũ rñdet̃
ꝙ ad dictã ꝓnuntiationẽ. Et ita potuerũt ⁊ pñt prefati nobi
les impetrãtes prosequi nullitatẽ dicte pretense sentẽtie: cum
adhuc sunt infra huiusmodi tẽpora ⁊c. Preterea attendendũ
est, ꝙ liberi masculi prefatorũ nobilium impetrantiũ sint filij
familias: quo fit, vt etiã dato ꝙ snia predicta de iuris rigore
valuisset, non videat̃ aliqua prescriptio cucurisse cõtra eos: qꝛ
non valenti agere ⁊c. l. j. C. de bo. mater. l. j. §. fi. cũ ibi not. per
gl. ⁊ doc. C. de annali excep. Sunt etiã minores: ꝓpter ꝙ vide
retur dicendũ, ꝙ instantia ꝓsequende supplicationis olim in
teriecte ꝑ ipsum quondã do. Bolomerij, eisdẽ non cucurrerit.
Et ita tenuerũt multi, ⁊ presupposito ꝙ opinio contrariũ di-
3 centiũ sit cõmunior, illud tñ certũ est, ꝙ illis † si lesi extiterint
propter non prosequutionẽ datur restitutio in integrũ. vt not.
doct. in. l. fi. C. si aduer. rem iudi. Hic autẽ apparerent euiden
tissime lesi, si dicta pretensa snia aliquo iuri valuisset: ⁊ tẽpora
prosequẽde supplicationis cõtra eos cucurrisset. Et hoc, qꝛ di
cta asserta snia fuit iniustissima. Non igit̃ deberet cum effectu
lapsus tẽporis eis obesse. Dicti etiã liberi fuerũt releuati per
principẽ a lapsu temporis, ꝙ videt̃ fieri potuisse: qꝛ terminus
instantie appellationis, supplicationis ⁊ recursus est de iure
ciuili contra ꝙ princeps põt rescribere. vt not. gl. ⁊ doct. in. l.
fi. C. si contra ius vel vtili. pub. ⁊ Inno. ⁊ doc. in. c. que in eccle
siarum. de consti. ⁊ Alex. de imol. in. l. Gallus. §. ⁊ qd si tantũ.
versi. circa secundã questionẽ principalẽ ⁊c. ff. de libe. ⁊ posth.
¶ Ad quartũ dubium respõdeo, ꝙ quoad exceptionẽ prescri
ptionis, de qua in prima parte dubij huiusmodi queritur, non
potuit, nec potest prefata do. Charlota se tueri: vt satis colli-
gitur ex dictis in responsione proxime precedẽti facta ad ter-
tium quesitũ. Cum enim prefatus quondam do. Bolomerij
paulopost sniam superius mẽtionatã, ⁊ sic ante cõpletam pre-
scriptionem, ab humanis decesserit superstite nobili Iacobo,
eius filio in pupillari etate constituto: ⁊ q eo adhuc in eadem
existente postea mortuus est superstitibꝰ liberis masculis di-
ctorum nobilium impetrantiũ, qui etiam minores extiterunt,
nõ potuit prescriptio saltẽ minor tricenaria currere cõtra eos.
l. fi. C. in quib. caus. in integr. resti. nõ est neces. ¶ Quo vero ad
id, ꝙ querit̃, an. l. bene a zenone. eidẽ suffraget. Dico ⁊ rñdeo
ꝙ non. tum qꝛ pretensi dñi dicto quondã do. Gofredo alainã
di vt ex aduerso pretendit̃, prefatus quondã serenissimus do.
Ludouicus ꝑtensus donator, bona donata non possidebat: ꝙ
tñ. ⁊ insuper, qꝛ bona fides possidẽtis videbat̃ requiri. vt videt̃
voluisse Bar. in. l. fi. versi. secũdo quero. ibi, fallit ratione pos-
sessionis ⁊c. Bal. in. l. j. C. de heredi. vel actio. vendi. ⁊ Panor.
in. c. penul. vers. primus casus. ibi, ex quo infert̃ secundũ eum.
4 extra, de re iudi. tum ⁊ qꝛ † l. illa, bene a zenone. ⁊. l. omnis. C.
de quadri. prescript. ita demũ ꝓcedũt, si princeps alienet rem
aliquam tanq̃ suã simpliciter, nulla cã adiecta, ex qua sua exi-
stat: vt voluit Cy. in addi. quẽ ibi sequit̃ Bal. ⁊ Sali. in. d. l. j.
C. de heredi. vel act. vendi. Cum igit̃ res predictas donauerit
prefatus serenissimus do. Ludouicus ipsi do. Gofredo, tanq̃
cõfiscatas, vel al's ꝓpter pretẽsa crimina, ⁊ nũc appareat dictã
pretẽsam sniam fuisse nullam, nec appareat crimina, vel deli-
cta dicto quõdam do. Bolomerij imposita, fuisse per eũdẽ cõ-
missa, palam infert̃ leges ꝑdictas, omnes. ⁊ bene a zenone, nõ
habere locum in hoc casu, nec suffragari dicte do. Charlote.

¶ Ad quintum in quo querit̃, quid de oppositis cõtra vendi
tionem castri, ville. ⁊ mandamenti predictorũ dudum factã di
cto quondam domi. Bolomerij, dico ⁊ respondeo ꝙ illa nõ vi
dentur obstare dictis nobilibꝰ impetrantibꝰ. ꝓ cuius dicti, ⁊
rñsionis clariori demõstratiõe. ꝑmitto ꝙ ex aduerso oppositũ
est de multis ꝯ vẽditionẽ hmõi: scꝫ ꝙ locꝰ ꝑdictꝰ tullini erat
de patrimonio, siue demaynio Delphinali. ⁊ quod venditio
predicta facta fuerit minus iusto pretio: ⁊ qd prefatus quon-
dam serenissimus do. Ludouicus fuerit lesus vltra dimidiuꝫ
iusti pretij, quod pretium non fuit numeratuꝫ, ⁊ quod si nume
ratum extiterit, numeratio fuit simulata ⁊ pretium recupera-
tum per dictum quõdã do. Bolomerij: ⁊ quod pretium nõ fuit
cõuersum in cõmodum principis opponitur insuper quod di-
ctus locus tullini erat prohibitus alienari: ⁊ quod non inter-
uenerit cause cognitio, nec interpositio decreti. Premitto ꝑ-
terea quod non solum priuatus contrahens cum priuato sibi
5 obligatur: sed etiam † princeps qui in contractibus tanquam
vtitur iure communi. vt not. Cy. ⁊ docto. in. l. digna vox. C. de
legi. Bal. post alios in. l. princeps. ff. eod. tit. Panor. ⁊ docto.
in. c. j. de proba, ⁊ Inno. ⁊ doct. in. c. nouit de iudic. ⁊ Bal. in. l.
qui se patris. C. vnde. liber. ⁊ non solum obligatur princeps ex
contractu inito cum extraneo, sed etiam si contraxerit cum
subdito dicto. c. j. de proba. not. Panor. in. c. j. de constit. Et
sentiunt alij docto. in locis superius allegatis. nimiruꝫ si prin
ceps obligetur ex contractu per se inito, cum etiam secundum
doct. honestas principẽ liget multo fortius q̃ pacta per eum
inita, vel fides promissa: quia nihil est honestis principis quã
fidẽ, ⁊ pacta seruare ei qui secũ contrahit. l. j. in prin. ff. de pact.
vbi refert Bal. Aristotelem scribentem ad Alexandrum ma
gnum, Alexander seruat fidem. alias malus ibi sequitur exi-
tus, dicit etiam ibi Bald. qd etiam Deus obligaretur ex pa-
cto. potest igitur princeps cõtrahere cum subditis ⁊ contrahẽ
do obligatur illis ciuiliter ⁊ naturaliter, ⁊ non solum ipse qui
contrahit, est obligatus: sed etiam eius successorem relinquit
obligatum vt not. docto. in. d. c. de proba. Bal. ⁊ alij in. d. c. j.
de natu. feud. idem Bal. in. l. j. de constitu. princip. doct. in d.
l. digna vox. ⁊ imol. ⁊ doct. in. d. c. nouit. de iudi. quod maxime
debet procedere vbi successor talis principis est eius heres: qꝛ
6 heres est † eadem persona cum defuncto. vt in authent. de iu-
reiurand. a mori. presti. circa princ. collat̃. v. ⁊ in eum transeũt
omnia iura actiue ⁊ passiue. que defuncto, ⁊ contra eum ꝯpete
bant de quo sunt iura vulgatissima. cum igit̃ prefatus quondã
serenissimus do. Ludouicus dicto do. Bolomerij vendiderit
castrum, villam ⁊ mandamentum superius mẽtionata pretio
sex miliũ scutorꝫ, ꝑ ipm bolomerij realiter solutorꝫ, ⁊ illa eidẽ
bolomerij fecerit. palã infert̃ eundẽ bolomerij ex cã emptiõis
hmõi sibi quesiuisse castrũ, villã ⁊ mãdamentũ hmõi, saltẽ iure
vtilis dñij reseruato directo dñio, ⁊ maiori seignoria ipsi dom.
Ludo. cui nõ obstat ꝙ ex aduerso opponit̃, viꝫ ꝙ castrũ, villa,
⁊ mandamentũ hmõi erãt de demaynio Delphinali. ⁊ ꝙ pro
pterea ipse do. Ludo. ea vendere, vel al's alienare non potuit.
7 Quoniã rñdeo, ꝙ † qꝛ qd iuris sit in donationibꝰ, vel aliis alie
nationibꝰ, ꝑ quas enormiter, vel grauiter lederet̃ Delphina-
tus siue regnũ, vel ꝑ quas res donate, vel al's alienate, expro-
priarent̃, siue abdicarent̃ delphinatui, siue regno, etiã quoad
dñium directũ, ⁊ maiorẽ seignoriã: illud tñ certũ est, ꝙ vbi per
donationes, vel alienatiões hmõi grauiter nõ ledit̃ delphina
tus, siue regnũ, nec omnino res alienate subtrahunt̃ regali aut
delphinali dignitati, põt serenissimꝰ do. noster rex delphinus
donare, vel al's alienare de bonis delphinatus, siue regni. ista
conclusio colligit̃ ex his q̃ diffuse posuit Bal. in ꝓlud. feud. X.
expedita diffinitione feudi. Inno. ⁊ doc. in. c. intellecto. de iu-
reiuran. Bar. in. l. ꝓhibere. §. plane. ff. qd vi aut clã. ⁊ in proe.
ffoꝝ. versi. itẽ ꝙ dt August. ⁊ satis colligit̃ ex his q̃ not. Io.
de imol. ff. de verb. ob. sup rub. vbi post multa tandẽ expedita.
⁊ satis fuit de mẽte Paul. de castr. ꝯsi. michi. lxxij. exor. si fru-
stra disputaret̃ de aliis dubijs occurrentibꝰ in hac ardua ⁊c.
Cum igit̃ ꝑ venditionẽ castri, ville ⁊ mãdamẽti predictarum
non fuerit grauiter lesa delphinalis dignitas, cũ res hmõi ea
inspecta parũ sit, nec fuerit vẽditio hmõi hax rex expropriera
tiuatqꝫ vt ꝑdixi remãserũt, ⁊ remanent sub delphinali iurisdi-
ctione, ⁊ de feudo delphinali, palã ifert̃ ꝑfatũ serenissimũ do.
Ludouicũ illas vẽdere potuisse, ⁊ signãter imminẽte necessita
te, q̃ tũc sibi imminebat: quinimmo ẽt potuisset illas donare:
vt ꝑdixi. ⁊ ponũt doct. vbi supra. Etiam nec obstat vẽditioni
dicit etiam Alex. ꝙ Bal. in. d.l.si donatione. sentit donationem huiusmodi validari iuramento. quod etiam voluit ipse Bal.in repet.l.ij.vers.⁊ idem credo, quādo pater donat filio in potestate, ⁊ iurat ⁊c.ff.de iureiur. ⁊ idem consuluit Ambr. de viua.in quodam suo consi. exordiente, Pridem cum tractatum fuit matrimonium per verba de futuro ⁊c. vbi etiam refert, ꝙ hoc voluit Guliel. de monte Lauduno. in cle. Romani.de iureiur. Bartho. Bald.⁊ Catho.in.l.si quis pro eo. ff.de fideiuss.⁊ idem videtur voluisse Franc.de are.cons.mihi lxxvij.exordiente,⁊ ratio scribendi, recte in consilijs ⁊c.versi. circa tertium ⁊c.vbi etiam dicit, ꝙ quando pater donat filio, lex non resistit contractui, sed non assistit:ergo videtur obligatio conualidari iuramento.iuxta regulam traditam, per Barto.in.d.l.si quis pro eo.in prin.quam omnes sequūtur,⁊ maxime Jo.de imo.in.c.cum contingat.versus fi.de iureiur. nec opponat mihi aliquis ꝙ Franc.de aret. consi.mihi.xvij. exordiente, Consideratis diligētissime,⁊ mature donationibus.tenuerit donationem factā per patrem filio in potestate existenti,non valere:quoniam respondeo, ꝙ Franci.de aret. non loquitur in donatione iurata: vt satis aperte colligitur ex ijs que ipse dicit in predicto consilio, versi. preterea nulla potest pena esse ⁊c.ibi,nam dicere ꝙ propter instrumēta clausulam appositam ⁊c. vbi expresse aperit donationem de qua ibi,nō fuisse iuratam.⁊ ne putaret aliquis ꝙ qꝛ in ipsa donatione dicebatur patrem donasse eo omni meliori modo, ⁊ via qua fieri poterat ⁊c. censeretur donatio huiusmodi iuramēto firmata:qꝛ illa verba omni eo ⁊c.multum operantur.l.cum pater.§.filius matrem.ff.de leg.ij.per Bar.in.d.l.si quis pro eo.ff.de fideius.⁊ per modernos,maxime Joā.de imo.in.l.nemo potest.ff.de leg.j.respondet Franc.de aret.in.d.vers.preterea nulla potest ⁊c. quod propter huiusmodi verba, omni eo meliori modo ⁊c.non censetur donatio fuisse iurata:rationibus de quibus ibi: subiungens propterea,non obstare dictum Bal.in.d.l.fi.C.de vsuca.pro dona.⁊ in.l.ij. ff.de iureiu. non ergo dicit Franc.de aret. ꝙ etiamsi donatio, de qua ibi, iurata extitisset,non valeret:sed potius sentit oppositum:argumento sumpto,a sensu contrario: quod est in iure fortissimum.l.j.§.huius rei.ff.de offic.eius cui manda.est iurisd.⁊.l. qui testamento.§.mulier.ff.de testa.de quo Bal.⁊ docto.in.l. conuenticulam.C.de episc.⁊ cle.Panor.⁊ doct. in.c.cum apostolica.de ijs que fi.a prela.cuius vim ⁊ naturam, vtpote vir doctissimus per optime nouerat Fran.de aret.Et hec pars siue opinio,ꝙ donatio facta per patrem filio in eius potestate existenti validetur iuramento,videtur mihi securior, tanquā fulcita maioribus rationibus.Et qꝛ de facili responderi potest ad argumenta,que fiunt pro parte contraria,vt apparet ex ijs que not.Alex.in.d.l.si donatione.ideo vlterius non insisto.Quo vero ad ea, que superius diffusius allegata extiterant de meritis, de quibus dicebatur constare oportere ad hoc,vt propter illa validetur donatio facta per patrem filio: dico ꝙ illa procedunt vbi donatio iurata non extitisset: secus vero quando est iurata: quia ex casu etiam non facta mentione de meritis, vel eis non precedentibus,tenet donatio propter iuramentum: per ea que predixi. Et in hac parte resideo. Fateor tamen ꝙ vbi summe donate alijs liberis dicti nobilis Stephani donatoris eis non sufficerent pro eorū, ⁊ cuiuslibet eorum legitima, que est dimidia pars eius quod erāt habituri ab intestato.auth.nouissima.⁊ in corpore vnde sumitur.C.de inoff.test. poterunt dicti alij liberi petere supplementum,vel id quod deest. per id quod communiter concludunt doct.in.l.j.C.de inoff.donat.hoc etiam voluit dictus nobilis Stephanus eo casu, quo dicti liberi contenti non essent de predictis summis: propter quod non est vlterius super isto insistendum.

1 ¶Verba vbi non conueniunt, nec dispositio.
2 Proximus in gradu quis.
3 Solidus pro aureo in iure.
4 Ad valorem monete sciendum recurrendum ad mercatores, ⁊ campsores.
5 Donatio excedēs legitimam summam an in totum nulla, an vero quatenus excedit.
6 Juramentum an tollat defectum insinuationis,⁊ an seruandum per heredem.

¶Epitome.

¶Donatio propter nuptias facta filio valet non obstante statuto disponente de donationibus non faciēdis extraneis cum verba illius non habeant locum in liberis: ⁊ licet excedens quingentos aureos, non valeat sine insinuatione in eo quod excedit, si tamen interueniat iuramentum conualidatur:nec natiuitate filiorum reuocatur,nisi quatenus non haberent legitimam saluam, quo casu reuocabitur vsque ad legitimam tantum.

¶De dona. Consilium.clx.



VIso instrumēto spōsalium ondū contractorum per ⁊ inter prouidum quondam virum Michaelem ferratoris, filium discreti viri Bertrandi ferratoris ex vna parte, ⁊ honestā mulierē magdalenam filiam, maximini forsatini tincturerij, in quo etiam continetur ꝙ prefatus Bertrandus tempore sponsaliū huiusmodi, dedit ⁊ donauit donatione propter nuptias, ⁊ que fit,⁊ fieri dicitur inter viuos eidē Michaeli filio suo presenti stipulanti solēniter, ⁊ recipienti pro se, ⁊ suis heredibus, ⁊ in posterum successoribus quibuscunque, post tamen mortē predicti Bertrandi valitura,⁊ non ante, summā videlicet mille florenorum auri valoris cuiuslibet.xvj.solidorū,monete currentis in patria prouincie,Visa preterea copia statuti municipalis loci salonis ⁊ cuiusdā proclamatis inibi facti, vt audio,dico ⁊ respondeo in primis ꝙ statutum huiusmodi quatenus continet, quod nulla persona cuiuscunque conditionis existat, audeat seu presumat facere donationem bonorū suorum, vniuersalem seu particularē alicui extraneo a dicto loco salonis,nisi seruata solennitate de qua ibi: non potest adaptari casui presenti: nec officit donationi antedicte. pro eo qꝛ nō est facta homini extraneo a loco salonis, sꝫ homini eius
1 dem loci. Et sic verba † statuti hmōi quoad hanc primā partem sibi locum non vendicant in hac donatione. ergo nec dispositio eiusdem statuti.l.j.§.loquitur. ff.de aqua quot. ⁊ esti. l.ita autem.ff.de adminis.tuto.l.iiij.§.abesse. ff.de dam.infe. ⁊.l.si seruum quis.§.non dixit. ff.de acquir.here. quod etiam voluit Pau.de cast.consi.iiij.exordiente, Hereditas delata fuit ⁊c.consi.xj.exordiente,in casu presenti visis omnibus ⁊c. ⁊ in alijs multis.⁊ istud nullam habet hesitationem.Etiā nec sibi vendicat locum, alia pars eiusdem statuti posita, in illo versi.nec pariter alicui habitatori salonis, nisi vt dictum est, vocatis liberis seu alijs amicis donatoris ⁊c. quoniā vt apparet ex cōtextu eiusdem statuti a dispositione de qua in hac particula,excipitur donatarius, qui esset proximior in gradu ipsi donatori cuiusmodi erat prefatus Michael donatarius:vtpote filius donatoris,⁊ sic dicto eius donatori attinens in primo gradu. l.j. §.primo gradu. ff.de gradi.⁊ cum
2 †nullus eum in gradu precederet,nec precedere posset, erat sibi proximus.l.proximus.⁊ quod ibi glo.ff.de verbo.signif.⁊ cum vtpote, nec patrem aut matrem vel alios liberos tunc habebat ipse quondam Bertrandus donator, erat prefatus Michael eidē proximior: sumus igitur ⁊ remanemus in dispositione iuris communis, de quo donatio inter viuos fieri permittitur sine insinuatione vsque ad.ccccc.solidos.l.pen.§.fi.C.de dona.no.gl.⁊ doc.in.l.illud.C.de sacros.eccl.Et intel
3 ligo. ccccc.solidos.i.ccccc.aureos:qꝛ solid⁹ in iure accipitur pro aureo.vt exponit glo.in.§.nos autem.institu.de attilia. tuto.in.§.fi.instit.de pe.teme.liti.⁊ in.l.fi.ff.de in ius vocan.⁊ erant tales aurei huiusmodi ꝙ septuagintaduo faciebant librā auri.l.quoties.de suscepto.⁊ archa.lib.x.not.gl.tam ibi, quam in locis supra proxime allegatis.quantum autem valeret libra auri tempore donationis, de qua supra,de moneta tunc currente,vt sciamus,si illi mille floreni donati valerent vltra quingentos aureos, quorum septuaginta duo,faciunt
4 libram auri, esset † recurrendū, ad mercatores,⁊ campsores. vt not.Jo.fa.in dicto.§.nos autem.de attilia.tuto.Et quidē si non fuit donatum vltra predictam summam quingentorū aureorum,valuit in totum donatio etiam non facta insinuatione.d.l.pen.no.gl.in.l.sancimus.C.de dona. Si vero dicta summa mille florenorum, de qua supra, ac monete,⁊ valoris in ea mentionatorum excedebat valorem dictorum quingentorum aureorum,tunc non videtur valuisse donatio.d.l.pen. iunctis.l.illud.⁊.l.sancimus superius allegatis. que fieri donationem inter viuos, sine insinuatione vltra trecentos aureos non sinebant ⁊ donationes aliter factas inualidabant.
5 Sed hic stat dubium,an presupposito,ꝙ dicta summa † mille florenorum excederet summā quingentorum aureorū fuerit donatio huiusmodi in totum inualida, nulla, ⁊ inefficax, an vero solida ⁊ dūtaxat quoad illud plus, in quo dicta summa mille florenorū excedebat valorem quingentorum aureorum.

Super quo videretur dicendum ꝙ donatio huiusmodi, valuerit vsq; ad valorem dictorũ quingentorum aureorũ: esto quod quoad illud plus, non valuisset. d. l. sancimus. no. glo. in d. l. illud. super verbo, valeat. not. glo. in regu. vtile. de reg. iuris. in. vi. ⁊ videtur Bald. hec decidere. in dicta. l. sancimus. Notatur ex text. illius. l. ꝙ si statutum dicat, ꝙ donatio a decem libris, supra, si non fuerit insinuata non valeat, intelligitur a decẽ libris supra, non valere. sed infra valet. Pro quo facit, q: cum illud plus separari possit a summa donari permissa, non debet vtile per inutile vitiari, dicta regula vtile. Nec huic dicto obstare videtur illa clausula predicti statuti, quod si aliter factum fuerit, irritum sit, ⁊ inane: q: illa videtur posse interpretari ⁊ exponi vt intelligatur esse irritum, ⁊ inane quatenus donatum est vltra summam permissam. Ita enim interpretatur, ⁊ exponit tex. huic clausule fere similem. glo. in. d. l. illud. §. fi. super verbo, valeat. Nisi forte dicatur, ꝙ hec ideo contingit in dicto casu, q: lex expresse statuit, ⁊ voluit ꝙ valeret vsq; ad summam permissam: ⁊ ꝙ in solo pluri vitiaretur. d. l. sancimus. §. si quid autem supra legitimã ⁊c. Hic autem dictũ est, ꝙ si aliter factum fuerit, irritũ sit ⁊ inane. Preterea hic etiã dicitur, ꝙ donans res sic donatas perdant, quodq; donatarius, ⁊ notarius contractum suscipiens in quinquaginta libris puniat: per que verba videtur fuisse de mente predicti statuti, ꝙ donatio excedens, in nullo valeret. Sed forte posset attentari ꝙ illa clausula ꝙ si aliter ⁊c. referri non debeat ad proximam hec est ad casum, in quo donator donasset proximiori vltra summã lege taxatam: ⁊ sine insinuatione: sed potius ad remota, hoc est ad alios duos casus, quãdo videlicet fieret donatio per hominem salonensem alicui extraneo a loco, vel habitatori eiusdem loci, vbi donans habet alium proximiorem. Et hec dico, ne quod fauore proximiorum donare volentium, statutum extitit, in eorũ preiudicium, ⁊ graue damnum redundet. contra. l. quod fauore. C. de legi. quod esset in hoc casu, ⁊ vbicũq; fieret donatio proximiori: quod maxime procederet, si diceremus hanc penam perditionis rei donate, ⁊ quinquaginta librarum applicari fisco: quod videtur per theoricam quam ponit Sal. in. l. mulctarum. C. de modo mulc. per quã satis potest respõderi ad legem, post legatum. §. amittere, ff. de ijs quib. vt indig. l. diuus vespasianus. §. mandatis. ff. de iure patron. ⁊. l. fi. §. fi. cum suis simil. ff. de litigio. ⁊ ideo super hoc non insisto. ⁊ per que videtur vt predixi, salua pleniori deliberatione, ⁊ obseruantia predicti statuti, si in hoc esset contraria: q: minime ⁊c. ff. de legi. quod dicta clausula, ꝙ si aliter ⁊c. non debeat referri ad proximum casum, sed ad duos precedentes casus: ad quod dictum etiam facere videtur doctrina Bart. in. l. talis scriptura. §. fi. ff. de lega. i. quatenus ibi no. quod licet clausula, posita inter multa capitula vel in principio, vel in fine regulariter referatur ad omnia. l. iij. §. filius. ff. de lib. ⁊ posthu. hoc tamen verum est, quando non est ratio quare magis referatur ad vnum, quam ad aliud: prout hic ⁊ patet ex predictis. ⁊ idem etiam not. quoad hoc Alexander de Imola, in. l. si idem cum eodem. §. fi. ff. de iurisdict. omnium iudic. pro quo facit in argu. l. qui in adoptione. in fi. ff. de adopti. Preterea presupposito quod donatio huiusmodi non valuisset sine in-
6 sinuatione, † tamen quia in ea interuenit iuramentum, illa videtur valida. Et que obseruari debuit per donantem, ⁊ non solum per ipsum, sed etiam per eius heredem signanter cum idem quondam Bertrandus pactus sit, ⁊ conuenerit non venire contra ⁊c. sed attendere, ⁊ complere ⁊c. Pro quo allegare sufficiat quod plene voluit Oldra consi. mihi. ccxxij. exordiente, Queritur an in donatione excessiua iuramentum donantis ⁊c. vbi plene facit pro premissis, quia licet iuramentũ predecessoris non obliget heredem ad periuriũ, si contraueniat. Pro eo quia quoad hoc iuramentum ex parte iurantis est personale. vt no. Imo. Host. Ioan. and. in nouel. Panor. ⁊ doct. in. c. veritatis. de iureiur. ⁊ docto. in authentica, sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. Tamen iuramentum per predecessorem prestitum seruandum est per heredem, etiam in casu, in quo non firmat contractum. vt voluit Panormi. post Antonium de Butr. ⁊ domi. Cardin. Flor. in capitulo, cum contingat. versiculo, venio ad secundam, scilicet an contractus ⁊c. de iureiurando. Et quamuis post donationem huiusmodi nati sint liberi dicto Bertrando donatori, non tamen fuit donatio predicta per ipsorum natiuitatem reuocata: nisi vsque ad legitimam, si illa salua non remansisset filijs postea natis. lege, si totas. C. de inofficiosis donationibus. not. Bartolus in lege, Titia. §. imperator. ff. de legatis secũdo. Sali. ⁊ doctores magis communiter. in. l. prima. C. de inofficio. donatio.

1 Emendatio liberorum solum concessa est patri, propinquis delinquentis, ⁊ magistro.
2 Percussio liberi hominis regulariter est prohibita.
3 Talem se esse debet probare qui petit se vt talem admitti.
4 Iudex inquirens quando teneatur ad damna ⁊ expensas inquisito.
5 Mulieres de iure ciuili admittuntur in criminalibus.
6 Testis incapacitas ⁊ defectus suppletur propter numerum.
7 Rumor vel fama excusat a calumnia accusantem, vel denuntiantem.

Epitome.

Ut in primo ⁊ quarto collectaneis.

De emendat. propinquor. Consilium. clxi.



ETiam si verum esset ꝙ Gulielmus telerij, filius pnidi viri Aymonis telerij loci abolene cepisset in domo Ioannis Reynaudi, pretensi patris Stephani Reynaudi, ⁊ a domo huiusmodi abstulisset quandam pretensam Apocham, seu quittantiam, in responsione facta per eundem Stephanum latius mentionatũ, non propterea eidem Stephano licuisset, in ipsum Gulielmum irruere, eum aggredi, ⁊ percutere in facie etiam sub colore pretense
1 emendationis. Hoc enim concessum † est patri ⁊ propinquis delinquentis, ⁊ magistro. l. prima. C. de emendat. propinquo. cap. primo, versic. neque magistro ⁊c. de sentent. excommuni. not. Host. in cap. cum voluntate. eodem titulo, que cum iure spirituali personis huiusmodi permissa extiterit in contrarium est ius commune. l. ius singulare. ff. de legi. ⁊ regula, que a iure. de regulis iuris. in sexto, Dictus vero Stephanus non probauit se esse de numero personarũ huiusmodi quod tamen fieri oportuisset: quia in prohibitis de quorum gene-
2 re † est percussio liberi hominis dicto casu permissis non statur verbo dicentis casum permissum subesse. l. qui testamentum. ff. de proba. ⁊. l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de leg. iij.
3 ⁊ qui pretendit se admitti debere tanquam † talem, probare debet se esse talem. l. non ignorat. C. qui accu. non poss. Et maxime non licuit eidem Stephano dictum Gulielmum sibi omnino extraneum percutere, vel in facie cedere cum causa non subesset. Non enim apparet de pretensa surreptione, ⁊ ablatione illius asserte Apoche seu quittantie. Nullus enim testium, in hac causa productorum, de ijs deposuit, nec de illis eidem Stephano credendum est. l. in exceptionibus. cum suis simi. ff. de probat. Pro quo facit, quod voluit Bart. in. l. Aurelius. §. idem quesijt. ff. de liber. lega. Panor. in. c. audi- tis. de prescri. ⁊ Alex. de imo. in. l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verb. obl. Non igitur contendat prefatus Stephanus sibi licuisse dictum Gulielmũ percutere vel in faciem cedere. Nec etiam contendat ꝙ propter inquisitionem contra eum factã egregius vir dñs officialis, aut vice officialis huius sedis teneatur in expẽsis, iuxta no. Bal. in. l. gñaliter. vers. extra que-
4 ro. C. de episc. ⁊ cler. Quoniam respondeo, ꝙ Bal. loquitur † vbi iudex inquisiuit euidenter, ⁊ calumniose, eo enim casu pro euidenti calumnia puniri potest in damno ⁊ expensis. l. seueriter. ⁊ quod ibi not. C. de excusat. tuto. quod hic fuisse dici non potest: cum hic vt ex actis cause huius appareat eundẽ Stephanũ respondendo tit. cõtra eum formato cõfessum extitisse, ꝙ ipsum Gulielmum prosequutus extitit, ⁊ quod sibi abstulit illam pretẽsam apodixam in domo prefati eius patris vt ipse falso pretendit captam, ⁊ ab eadem ablatam, que responsio facit adminiculum, quod presumatur eundem percussisse ratione indignationis. Preterea sunt duo viri deponentes de prosequutione huiusmodi: ⁊ quod statim post viderint dictum Gulielmum plorantem, ⁊ signum percussionis siue ictus in facie habentem: quod cum mater dicti Gulielmi eidem Stephano diceret, es bien fait a vous de batre mon enfant. idem Stephanus respondit, non quidem hoc non fecisse, sed verba sequentia, aut saltem eisdẽ similia, vous ne le voules castiar, mais yo le vous castigaray. per que in-

surgit

surgit non modicum iudicium contra eum. Preterea de hoc
5 etiam deponunt tres mulieres † in nullo obiectate, et quarum una se commatrem asseruit eiusdem Stephani: que de iure ciuili etiam in causa criminali admittuntur in testes. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. et. xv. q. iij. ex eo. Et quamuis de iure canonico repellantur in causis criminalibus, non tamen fortasse sic repelluntur, vt eis in nihilo credi debeat: sed fortasse, vt nõ sint testes omni exceptione maiores, quod
6 † si ita est, posset id quod deest idoneitate suppleri propter numerum: prout fit alias, vt colligitur ex iis que not. Jacob. butr. in. l. iij. post principium. ff. de testi. et Alex. de imol. in. l. si quis ex argentariis. §. cogentur. ff. de testi. vbi dicunt, quod licet testes admissi, non faciant integram fidem. dicta. l. tertia, in verbo, amicus, tamen si tres testes amici producti extiterint, tunc eo casu, in quo duo integri sufficeissent, supplebitur id quod deest in idoneitate propter illum tertium: et sic propter maiorem numerum. arg. l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. facit quod voluit glo. in dicta. l. tertia. §. primo. in verbo, numerus. et Joan. de Jmo. in dicta. l. qui testamento. ff. de testa. id quod facit quod voluit Paul. de Cast. consi. cxciij. non sequendo ordinem &c. in fi. dicit etiam Allegan. de imo. consi. v. exordiente, In causa inquisitionis formate &c. in primo vol. quod licet alias duo domestici testes non sufficerent, tamen tres sufficerent: quia numerus supplet defectum qualitatis. allegat Jaco. but. glo. et Joannes de imo. vbi supra, Joãnes andr. in additio. ad Specul. in titu. de noto. crimi. §. fama. in additione incipiente, Allegato &c. et Nicol. de Neapo. in. l. excusantur. in prin. ff. de excusa. tuto. per que fortasse videretur non esse maledictũ, quod per dictas tres mulieres, iunctis presertim aliis adminiculis, de quibus supra, probata extiterit percussio, de qua fuit intitulatus prefatus Stephanus. Et presupposito, quod per premissa non esset sufficienter probata percussio, saltem ex iis patenter concluditur prefatum do. officialem, vel vice officialem excusari ab euidenti calumnia: imo et ab omni calumnia. Et ita dici non possunt teneri ad
7 damna vel expensas. Etiam † nec ad illa tenentur do. procu. fiscalis curie prementionate: quia si propter famam, vel rumorem qui de aliquo erat, excusetur ille, qui eum accusat a rumore false accusationis, seu calumnie, et per consequens a pena calumniose accusationis. vt colligitur ex. l. fin. et quod ibi Joan. de imo. ff. de hered. instit. et. l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquiren. heredit. not. Joan. de pla. in. l. secunda. C. si ser. vel liber. ad decu. aspira. libro decimo. Multo fortius debet hic idem do. procur. excusari, vbi non fama, vel rumor, sed multa que iis maiora existunt, et de quibus verbum supra feci, faciunt contra dictum Stephanũ. Et idem dicã de prefato Gulielmo denũtiante, qui etiam alia ratione excusatur a calumnia: quia infans est. Et sic eius etatis, que quid videat, ignorat. lege prima. §. impuberes vero. C. de fal. mone. facit capitu. j. §. secus autem in illo. de regu. in sexto. Dictus etiam Aymo non tenetur: tum causis et rationibus superius allegatis: tum etiam quia non denuntiauit: aliud est enim denuntiare, aliud est denuntianti consentire, seu licentiam impartiri: sicut aliud est vendenti vel aliis contrahenti consentire, et aliud ipsum contractum celebrare &c.

Epitome.

Ciuis, incola et habitator qui dicantur.

De incolis. Consilium. clxij.



Visi casus parte vniuersitatis, et dominorum Syndicorum ciuitatis Tricastrine, in fauorem honorabilis viri Joannis Gontardi oppidi seu castri Montilii ademarii mihi missum, et exhibitum: super quo dico, et respondeo eundem Gontardi dici non posse ciuem, incolam, vel habitatorem predicte ciuitatis: et quidem non ciuem, et hoc certum est: quia quis efficitur ciuis ratione originis, manumissionis, aut aliis quibusdam modis, de quibus in. l. ciues. per textum, et doctor. C. de incolis. libro vndecimo, et in aliis iuris partibus. non etiam habitator: et hoc certum est, quia non ibi, sed alibi eius mansionem facit etiam nec incola, siue inibi domicilatus: quia possessio domus, vel aliorum bonorum, que quis in vna ciuitate, seu loco, aut eius territorio tenet, aut possidet, non facit possessorem, si alibi resideat, incolam ciuitatis, aut loci huiusmodi dicta. l. ciues. et. l. libertus. §. solut. el secundo. cum suis similibus. ff. ad municipa. Propter quod respondendo, ad quesitum, dico breuiter et succincte, eundem Gontardi propter ea que in causa proponuntur non posse eximi a prestatione pedagii &c. Ad secundum quesitum dico et respondeo, quod nisi aliud seruatum esset de consuedine, ciues et habitatores tricastrini tenerentur arresennare in transitu. Sed si aliter obseruari consueuerit per tempus longissimũ, hoc non est immutandum. l. minime. cum suis si. ff. de legi.

1 Tutori vel curatori non licet rem minoris sine iudicis decreto etiam per transactionem alienare.
2 Vassallus non possidens non tenetur ad solutionem canonis: nec intra annum et diem inuestituram petere.
3 Transactio per tutorem aut curatorem facta, quando presumatur a maiore. xxv. annis, intra quinquenniũ ratificata.

Epitome.

Dominus directus potest rem semel emphyteuticariam propter canonem non solutum alteri in emphyteusim concedere non vocato aut monito primo emphyteuta.

De iure emphyteu. Consilium. clxiij.



Viso casu mihi exhibito parte nobilis Joannis de Monterusso, et Joannis Juliani, existimo in primis quod transactio de qua in eo, et in vim cuius res immobilis Antonie tenelhe tunc impuberis, vel alias minoris. xxv. annis translata est in aliud sine decreto iudicis fiunt nulla per id quod not. glo. in. l. i. C. si aduers. transactio. Bart. in. l. nulli. ff. de transactio. Salice. et doctor. in. l. preses. C. eodem titulo. facit. l. non solum. C. de predi. mino. Non enim permissum est tutori, vel
1 curatori † etiam per transactionem alienare rem inmobilem minoris sine decreto iudicis. vt not docto. vbi supra. Ex quo infero, quod licet dominus directus possit rem antea emphyteuticariam que propter canonem non solutum cecidit in commissum alii in emphyteusim concedere non monito, vel citato primo emphyteuta, et consequenter etiam eodem ignorante. vt voluit Roma. consilio mihi. ccxij. exordiente, Quoad primum quo queritur &c. in primo quesito. et sequitur Jason. in repetitione. l. secunde. vers. quero quid si res emphyteuticaria &c. C. de iure emphyteu. Non tamen potuit terra, de qua in dicto casu alteri concedi: pro eo quia terra huiusmodi nunquam fuit Joannis de lamic, aut Joannete eius vxoris. Et sic propter defectum solutionis canonis fieri omisse a prefatis Joanne de lamic, et Joanneta non potuit terra predicta cadere in commissum. Etiam nec cecidit in cõmissum in preiudicium prefate Antonie: pro eo quia ipsa Antonia cessauit in solutione canonis huiusmodi, cuius dicti illa est ratio, quia
2 † cum eadem Antonia terram non possideret, non tenebatur ad solutionem canonis. vt not. Bald. in. l. solutionibus. C. de rei vendic. et Paulus de Cast. consilio mihi. cxv. exordiente. Si non intercessisset &c. in fin. facit quod voluit Alua. in capitulo primo. in princ. versicu. quid si vassallus non possidebat. que sit pri. can. bene. amitt. Bald. et Paulus de Castr. in dicta. l. solennibus. et Pet. de anch. consilio mihi. clxxv. exordiente, Dominus Lasarus fuit inuestitus &c. vbi volunt quod licet mortuo domino feudi teneatur vassallus infra annum et diem petere inuestituram &c. fidelitatẽ pollicendo: vel mortuo vassallo eius filius per annum et diem spreuerit, petere a domino inuestituram, priuetur feudo. dicto capitulo primo, hoc tamen non procedit, in vassallo vel herede vassalli, qui

feudum non possidet.ad quod mouentur doctor. causis ⁊ ra-
tionibus,de quibus per eos in locis preallegatis. Et preser-
tim per.l.forma.§.si cum ergo.ff.de censibus.Nec puto quod
per lapsum quinquennij a tempore ꝙ prefata Antonia facta
est maior.xxv.annis. censeri debeat transactio de qua supra,
3 fuisse ratificata:quia † ad hoc vt trãsactio huiusmodi censeri
deberet ratificata per eãdem Antoniam infra,dictum quin-
quennium.per.l.fi.C.si ma.fac.quia oportuisset ꝙ transactio
huiusmodi que facta presupponitur per tutorem, facta fuis-
set presente,⁊ consentiente eadem Antonia dicta.l.fi.⁊ quod
ibi omnis doctor. quod tamen non fuit in hoc casu, ⁊ sic dici
non potest predicta transactio fuisse ratificata.Et presuppo
sito, quod tamen nec affirmo,nec nego, ꝙ postquam eadem
Antonia facta est maior.xxv. annis, incboari ⁊ currere po-
tuisset prescriptio decem annorũ inter presentes, vel viginti
inter absentes, vel etiam postquam facta est maior.xij.annis
incboare ⁊ currere potuisset prescriptio.xxx.annorum,istud
tamen non videretur multũ prodesse prefatis nobili de mõte
ruffo,⁊ Joanni Juliani,pro eo qꝛ serenissimus princeps do.
noster eandem Antoniam releuauit a lapsu temporis. Et sic
a prescriptione quod vtiꝙ facere potuit ex certa scientia: ⁊
de hoc non est dubium:quia prescriptio est iuris positiui ⁊ ci
uilis.Propter que consulerẽ,ꝙ ista materia componeretur
si fieri posset:scribere vero,⁊ firmare pedem. vel pro prefatis
nobili de Monteruffo ⁊ Joanne Juliani,vel pro dicta An-
tonia tute non possum,nisi viso toto processu.

¶Epitome.

¶Monitoria generalia possunt impetrari contra detinen-
tes iura ⁊ res conquerentium,vel alias culpabiles, ⁊ sciẽtes,
qui si non paruerint monitorijs predictis,excommunicatio-
nis sententia in eos fulminabitur.

¶De senten.excom. Consilium.clxiij.



Emini venit in
dubium quin possint impetrari
monitoria generalia,contra occu-
pantes, vel detinentes iura con-
querentium, vel qui alias eosdem
conquerentes offenderũt.Et quin
contra iunctas personas culpabi
les,vel alias non parentes moni-
tionibus ferri possit sententia ex-
communicationis per modum publici edicti ⁊ ligari omnes
scientes ⁊ contumaces. Pro quo legitur alicubi Bald. alle-
gasse leges,canones ⁊ doctores.l.vnde iubemus.C.de defen-
soribus ciuitat.quam reputabat in hac materia notabilem. ⁊
auth.si omnis.C.si vt ab here.se abst.l.ij.§.ex actis.ff.de orig.
iu.l.sed si pupillus.§ prescribere.ff.de instito.l. inciuile.C.de
fur.c.humilis.de maior.⁊ obed.⁊ not.per Inn.in.c.preterea.
de appella.c.P.⁊.G.de offic.delega.⁊ in.c. in lateranensi.de
preben.etiam pro hoc legitur alibi Pet.de peru.frater Bal.
allegasse multos alios tex.vide cap.ij.de offic. ordi.c. tam li-
teris.⁊ cap,constitutus.de testi.c.ad nostram.de iureiurãdo.
cap.quidam maligni.v.q.iij.c.a nobis.el.j.ff.de sent. excom-
munic.c.Romana.§.caueant.eod.titu.in.vi.ca.proposuit.de
cleri.excommunic.admini. cum ibi not.ad quod facit cap.se-
cundum ne cleric.vel mona.cum ibi not.per Joan.Andr. in
nouel.ca.cum in tua.qui matri.accusa.poss.Et ita etiam vbi-
que hodie de generali consuetudine obseruatur, ⁊ obseruari
consueuit. Quo fit, vt honorabilis vir Antonius Gontardi
loci auripetre impetrare, ⁊ obtinere potuerit generale mo-
nitoriũ.In forma male factoruz contra culpabiles de cõten-
tis in eodẽ,vt satisfaciant ⁊ cõtra scientes vt reuelẽt.Et quã-
uis prouidus vir Antonius Girardi eiusdẽ loci cõtendat se
reuelasse plures, tam per eũ,quã eius domesticos fuisse car-
nes vẽditas, ⁊ se obtulisse paratum satisfacere eundẽ impe-
trãti ad cognitionẽ.d.iudicis ordinarij loci predicti auripe-
tre: hec tñ huiuscemodi reuelatio nõ est sufficiens, nec talis,
vigore cuius possit idem Gõtardi sufficiẽter instrui de qua-
litate numero, ⁊ quantitate animalium accisorum, ⁊ carniũ
venditarum durante anno.de quo in dicto monitorio, quod
tamen erat ei necessariũ.Et hac de causa factum est monito-
riuz,vt possit contra culpabiles experiri ⁊ consequi ius suũ.
Debebat enim ⁊ debet prefat⁹ Antonius Girardi reuelare,
⁊ dicere quot arietes, quot oues,quot agnos,quot hedos,⁊
quot capras occiderit: ⁊ sic de alijs:vel quot libras carnium
vendiderit:in veniendo tamen contra tenorem instrumenti
arrendamenti,de quo in dicto monitorio:vt sic facta relatio-
ne huiusmodi posset idem Gontardi experiri contra dictuz
Girardi coram dicto do.iudice ordinario, ⁊ per eius confes-
sionem probare quod clam,latenter,⁊ occulte fecit contra te-
norem eiusdem instrumenti in occidendo animalia, ⁊ ven-
dendo carnes:quod quia non fecit,non valet reuelatio: quia
non reuelare, ⁊ imperfecte vel non sufficientes reuelare, ad
paria indicantur. l.prima. §.quod si nemo ⁊ quod ibi glossa.
ff. quod cuiusque vniuers. nomi.l. quoties. ff.qui satisdare
cogantur.l.non putauit.§.non quęuis.ff.de bonorum posses-
sione contra tabul.l.eleganter.§.seruum.ff. de dolo. ⁊ capitu.
inter corporalia.circa medium.de translat. episcop.Quam-
obrem non obstante dicta pretensa reuelatione, quam fecisse
dicitur dictus Antonius Girardi, ⁊ que vt predictum est,
inefficax est,⁊ inutilis, petit dictus Gontardi inhibitiones
ad ipsius Girardi instantiam sibi factas, tolli, ⁊ reuocari:
dicens, ita de iure fieri debere vt sic idem Gontardi prose-
qui possit monitorium superius mẽtionatum donec ⁊ quous-
que prefatus Girardi sufficientius reuelauerit: ⁊ non solum
ipse, sed etiam sui familiares ⁊ domestici, si qui existant. Et
enim compulsio huiusmodi iurisdictionis ecclesiastice, que
propterea impediri non debet, cap. quoniam. de immunita.
ecclesia.in.vj.Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet
domini melius sentientis.

1 ☞ Rei satis demonstrate frustra adijcitur demonstratio:
nec plenitudo adiectione indiget.
2 Possessoris iure non curamus,quando non constat de iure
petitoris.
3 Testi deponenti de eo quod solum iudicio intellectus perci-
pitur non creditur,nisi rationem reddat.
4 Probatio obscura ⁊ confusa non releuat.
5 Dominium qualiter probetur in aliquem translatum.

¶Epitome.

¶Agens ex falsa causa etiamsi de vera probet, succumbet,
nec poterit obtinere.Item ꝙ probatio obscura, incerta,⁊ cõ
fusa non releuat producentem.

¶De probat. Consilium.clxiiij.



Euerendus pater, ⁊
vir egregius dominus Antonius de dorna
iurium professor eximius plenissime osten-
dit iustitiam cause ⁊ intentiones nobilium
Stephani Andree, ⁊ sibille de Bovscorum
coniugum: insuper ⁊ defectum intentionis ⁊ iuris nobilis
Isabellis bosse. Quo fit, vt eius dictis aut nihil,aut parum
addi possit, ⁊ si posset,non tamen videtur esse multum expe-
1 diens,postquã allegata † sufficiunt:quia plenitudo adiectio-
ne non indiget.cap.bene quidem. distinct.xcvj. ⁊ quia etiam
rei satis demonstrate frustra demonstratio adijcitur.l.j.§.fi.
ff.de do.preleg. verum vt satisfaciam voto partis duo verba
dicam adherendo predictis allegatis. Et primo quidem vi-
detur ꝙ venerabiles ⁊ egregij viri domini pretensi commis-
sarij in hac causa procedere nõ potuerint in vim regij rescri
pti.Pro eo qꝛ cum in rescripto huiusmodi prefata Isabellis
exposuerit ⁊ dixerit terram,de qua in actis ex venditione si-
bi,vt pretendebant de terra huiusmodi ⁊ tota chabãcia quo-
rundam pretensorum nobiliũ Antonij falconis, ⁊ Degaue
riberoli facta, vt asseritur per Petrum Riberoli sibi perti-
nere ⁊ spectare:non potuit eadem Isabellis, in vim literarũ
huiusmodi experiri,⁊ agere in vim pretense permutationis,
quam postea in eius pretenso libello, seu articulis deducere
conata est.Cuius illa est ratio, qꝛ hec causa non claudebatur
sub causa de qua in rescripto p̃dicto. Pro quo allegasse suf-
ficiat no.per Inn.in.c.super literis.versi.⁊ no.ꝙ licet ⁊c.⁊ qd
ibi Pañ.ver.⁊ intellige ꝙ index debet procedere ⁊c.de rescr.
¶Preterea contra prefatam Isabellem facit prout allega-
tum

tum est, ꝙ ipsa non probauit dictum Joannem Riberoli
eius pretensum autorem fuisse, vel esse heredem prefatorum
Antonij ⁊ Degaue: quod tamen in dicto eius rescripto ex-
positum extiterat: ⁊ quod erat necessarium ad victoriam cau
se: etiam si probatum esset terram de q̃ua in actis fuisse dicte
quondam Degaue, ⁊ suorum predecessorum: quia vt perti-
nenter allegatum est, non potuit idem Joannes Riberoli
plus iuris transferre in prefatam Jsabellem, quam apud
eum existeret. l. traditio. ff. de acquirendo rerum domi. capi-
tulo gratia. prima. questio. prima ⁊ capitulo Daybertum.
prima questio. septima. ⁊ hoc, vt pote pars intentionis eius-
dem Ysabellis probanduȝ erat, alias dicti nobiles coniuges
etiam si nihil prestitissent. veniebant ab impetitis absoluen-
di. l. qui accusare. C. de eden. l. final. C. de rei vendicatione. l.
negantes. C. de actionib. ⁊ obligationib. ⁊. c. primo. vt eccle.
benefi. quod procederet etiam si prefati nobiles coniuges in-
iuste possiderent, prout non sed iuste possident: quia vt dicit
Bald. in dicta. l. final. C. de rei vendica. summans eam, non
2 curamus † de iure possessoris, si non constat de iure petito-
ris. facit quod nota. Hostiēs. in capitulo cum Bertholdus
super verbo. memorato te, ⁊c. de re iudicata. Nec sibi persua-
deat prefata Jsabellis se probasse ꝙ Joannes Riberoli
successerit prefate quondam Degaue, ⁊ cuidam pretenso no
bili Jacobo Falconis: quasi de hoc videantur deposuisse
quidam ex pretensis testibus eiusdem Jsabellis. Quoniam
respondeo ꝙ istud non obstat: tum quia non deponunt eun-
dem Riberoli fuisse, vel esse heredem prefatorum Jacobi,
⁊ Degaue. Et si de hoc deponerent aliqui, non esset eis cre-
dendum: pro eo quia aliquem esse heredem alterius sensu cor
3 poreo † percipi non potest, sed iudicio intellectus. Quo fit,
vt illi, qui de hoc deponere visi sunt, debuerint, etiam non
interrogati, reddere causam sue scientie. quod tamen non fe
cerunt: ⁊ sic nihil probant. iuxta theoricam Jmo. quam ibi se-
quuntur doctores. in capitulo cum causam. de testi. ⁊ docto-
res. in. l. solam. C. eodem titulo. Etiam illi qui visi sunt depo-
nere eundem Riberoli successisse dictis Jacobo, ⁊ Degaue
ea ratione non probant: quia huiusmodi depositio generalis
est, ⁊ confusa: potest enim aliquis alteri succedere multis mo
dis: titulo videlicet vniuersali, vel titulo particulari, vel
etiam sine titulo habito a predecessore prout succedit quis in
beneficio ecclesiastico, quod defunctus vel predecessor obti-
nebat: Potest etiam quis varijs modis alteri vniuersaliter
succedere. Et quidem vt heres ex testamento, vel ab intesta-
to: ⁊ sic vt proximior, vel etiam vt bonorum possessor: ⁊ sic de
iure pretorio. Quo fit, vt testes qui visi sunt deponere, ꝙ
prefatus Riberoli eisdem Jacobo ⁊ Degaue successerat,
aliter non specificato titulo, vel modo successionis, videatur
4 obscure † deposuisse: quorum propterea depositio, producen
tem non releuat. capitulo, in presentia. ⁊ quod ibi doctores.
de probatio. nota. Alexand. de Jmola. in. l. inter stipulan-
tem. §. stichum. ff. de verborum obligationibus.

¶ Preterea hic est etiam aduertendum, quod prefata Ysa-
5 bellis non probauit dominium terre, de qua † in actis, spe-
ctasse alicui ex illis pretensis predecessoribus, de quibus, in
actis cause huius. Et quidem non nobili Bertrando Falco-
nis, qui terram huiusmodi comparasse ⁊ emisse pretendi-
tur a magistro Petro Corberie: quia ex actis cause huius
non apparet ꝙ terra huiusmodi eadem Bertrando tradita
extiterit, aut ꝙ alias idem Bertrandus eandem possederit:
etiam nec apparet ꝙ prefatus Corberie dominus extiterit
terre huiusmodi: que tamen necessaria erant ad hoc, vt cen-
seri possit, aut valeat dominiū esse translatū in eundē Ber-
trandum. l. cum res. iunctis ibi nota. per gl. Cy. Bar. Pau.
de Cast. Sali. ⁊ doc. cōmuniter. C. de pba. Etiā nec est pbatū
quod dominiū terre huiusmodi spectauerit dicto quondam
Jacobo Falconis: eo quia non apparet de aliquo eius titu-
lo: et vbi clare probatum esset hunc Jacobum fuisse filium
dicti quondam Bertrandi, et ipsum terram predictam ali-
quando possedisse: quia tamen probatum non extitit dictum
quondam Corberie fuisse dominum dicte terre. Nec etiam
probatum est eūdem quondam Jacobum tanto tempore ter
ram predictam possedisse, quod illam prescripserit non cen-
setur probatum dominiuȝ vt colligitur ex his que magis co
muniter. nota. docto. in dicta. l. cum res. Et idem dico de pre
fata Degaua, quam non apparet etiam cōiungendo eius pre
tensam possessionem cum asserta possessione. l. dicti quon-
dam Jacobi tanto tempore possedisse quod sufficiat ad pre-
scriptionem. Et sic intentari non potuit rei vendicatio: que
etiam si intentari potuisset, non tamen eo modo, quo vide-
tur intentata: non enim proprie dictam pretensam permuta
tionem, Nam si per eam esset translata rei vendicato. in
prefatam Jsabellem. censeri debet translatum dominium.
vt not. Dyn. in regul. sine possessione. in fine. de regulis iur.
in sexto. Bartol. in. l. fina. C. de hered. vel actio. vendi. Sali-
ce. in. l. prima. questio. fina. C. de actionib. ⁊ obligationi. Bal.
in. l. si culpa. ff. de rei vendicatio. ⁊ Alexand. de Jmol. in. l. hu
iusmodi filij. §. eum qui chirographum. ff. de legatis primo.
Adijcio quod licet propositum extiterit dictum quondam
Jacobum terram hanc dicte Degaue legasse, hoc tamē non
est probatum: quod tamen probari debuisset. Agens enim
ex falsa causa, non debet obtinere, etiamsi probet de vera. l.
habebat. in principio. ff. de instito. not. Bartol. in. l. prima. in
principio. ff. de edendo. Jnnocen. in capitu. ex parte Abba-
tisse. de priuileg. Specula. titu. de senten. §. qualiter. versicu.
quid similibus. Bald. in. l. secunda. §. communi diuidundo.
et in. l. per hanc. in principio. C. de temporibus appellatio.
Paulus de Castro, et Alexander de Jmol. in. l. si is ad quē.
ff. de acquirenda hereditate. ⁊ Alexan. in. l. si ita stipulatus.
§. Chrisogonus. ff. de verborum obligationibus. Ex quo in-
fertur quod licet probatum extitisset prefatum quondā Ja
cobum dictam Degauam heredem instituisse, non tamē suf
ficeret per predicta et non solum videtur non potuisse prefa
ta Jsabellis intentare rei vendicationem. sed nec etiam pu-
blicianam actionem: cum non probauerit vnam possessioneȝ
terre de qua in actis traditam extitisset alicui ex illis pre-
tensis predecessoribus, quos nominat in articulis: quod ta-
men erat necessarium. l. eum qui. §. fina. ⁊. l. sequenti. ff. de pu-
blicia. et non solum oportuit probare possessionem traditaȝ,
sed etiam, quod illa vacua existeret. vt not. Cyn. ⁊ doct. com-
muniter in dicta. l. cum res. ⁊ Bar. in. l. celsus. ff. de vsuca. nisi
enim vacua tradatur. non incipit ille cui traditur prescribe-
re. vt not. docto. in dicta. l. cum res. Adijcio ꝙ et si que pre-
scriptio inchoata extitisset, per prefatam Degauam, aut ali-
quem eius assertum predecessorem: quia tamen non apparet
illam fuisse completam ante inundationem, illa fuisset per
quam ipsa Degaua, si ⁊ quatenus possidebat, desijt possidere
interrupta. l. qui vniuersas. §. item quod aut mari. ⁊. l. possi-
deri. §. labeo. ⁊ quod ibi doctores. ff. de acquirenda possessio.
Et ita videtur ꝙ nullo iudicio petitorio potuerit, aut pos-
sit prefata Jsabellis terram predictam auocare a dictis cō-
iugibus. hoc etiam non videtur posse facere per aliquod pos
sessorium reintegrande possessionis vt faciliter videri po-
test discurrendo per singula.

1 Pactum de futura successione inualidum: nec firmatur iu-
ramento. 2.
3 Jndefinita an ⁊ quando equipolleat, vel non vniuersali. ⁊
nume. seq.
4 Marmoris aut lane in legato quid comprehendatur.
5 Donatio omnium bonorum an ⁊ quando valeat.
6 Qualitas verbo adiecta secundum tempus verbi intelli-
genda.

¶ Epitome.

¶ Vt in primo collectaneo.

¶ De pactis. Consi. clxv.


VIso ac considerato casu mihi exhibito, exordiente, matrimoniū
fuit contractum ⁊c. ⁊ dubijs ex eo elicitis, di-
co ⁊ respondeo ad dubia huiusmodi prout
infra. Et primo ad primum videtur prima
facie respondendum, ꝙ non obstante pacto, de quo in dicto
casu, bona prouidi quondam viri Antonij Vincentij perue-
nerint, ⁊ peruenire debuerint ad prefatuȝ eius filium, vel ex
testamentaria dispositione, ⁊ ita disposuerit idem quondam
Vincentij vel tanquā eiusdem proximior, si idem Antonius
1 ab intestato decesserit. Cuius dicti. illa videtur ratio, q2 † pa
ctum predictum non videtur valuisse causis ⁊ rationibus se-
quentibus. Primo. per. l. ex eo. C. de inutili. stipu. vbi aperte
dicit tex. ꝙ conuentio de futura successione, vtpote cōtra bo
nos mores, nullius est momenti. Et cōfirmatur per id quod
habetur. in. l. hereditas. ⁊ quod ibi nota. C. de pactis conuen-
tis vbi habetur quod hereditas dari potest in testamento,
non per pactum, siue per contractum. etiam probatur

per id quod habetur. in. l. licet. cum ibi no. C. de pact. vbi pro-
batur singulariter, ꝙ successio siue hereditas per pactuz, vel
donationem causa mortis dari non potest. sicuti nec per co-
dicillos: nisi inter milites. Et ita colligũt ibi Bart. ⁊ alij post
eum ex illo text. Ex quo etiam patet ꝙ talis dispositio inter
non milites non valet etiam non condito testamento: quia
ibi speciale est vt inter milites valeat. dum tamen miles in
contrarium aliam dispositionem non fecerit. Ita not. Joan.
de Jmol. in. l. ille autem. ff. de heredib. insti. Fulg. ⁊ Paulus
de Cast. in dicta. l. licet. quia secundum eos. l. illa est exorbi-
tans a iure communi: quatenus vult, ꝙ per pactum possit
dari hereditas contra dictam. l. hereditas. Pro premissis
etiam faciunt not. per Bart. ⁊ modernos. in. l. stipulatio hoc
modo concepta. ff. de verb. oblig. per Richar. ⁊ Bart. de Sa
li. in. l. pactum quod dotali. C. de pact. Ex quorum dictis il-
lud videtur colligi, ꝙ pactio huiusmodi non valeat tanquã
inducens votum captande mortis. vt etiam notat Pau-
lus de Castro. in. l. pactum. C. de collatio. ⁊ Geminia. in capi-
tulo quanuis pactum, de pactis in sexto. alias etiam ratio-
nes reddit Sali. in dicta. l. pactum quod dotali. C. de pactis.
Propter quas dicit, ꝙ tale pactum est contra ius diui-
num, naturale, gentium, ⁊ ciuile ⁊ nutriens peccatum. Et ꝙ
non valeat conuentio siue pactum de succedendo, tenent do-
ctores cõmuniter scilicet Cy. in. l. fin. C. de pact. ⁊ ibi Bartol.
in versiculo, tertio quero an valeat pactum, ⁊c. hoc etiam fir-
mant doctores communiter in dicta. l. stipulatio hoc modo
concepta. ⁊ Joan. de Ferra. in sua practica, tit. forma libel. in
cau. scri. glossa super verbo, societatem omnium bonorum
versiculo quid dices. Dicunt etiam doctores. in dicta. l. sti-
2 pulatio. ꝙ tale pactum † non firmatur iuramento: cum sit
contra bonos mores. regula, non est obligatorium. de regu-
lis iuris in sexto. Et ita etiam notat. Bartol. in dicta. l. fina.
versiculo secundo quero vtruz valeat pactũ: ⁊c. Et ibi Ang.
C. de pact. Cyn. Bartol. Angel. Salic. ⁊ Alexand. de Jmol.
in dicta. l. pactum quod dotali. C. de pact. Bart. in. l. si quis
pro eo. in princ. ff. de fideiusso. Bal. in dicta. l. pactum. in quin
ta oppo. C. de collatio. glo. in. l. si quando. §. primo. C. de inof.
testamento. hoc etiam fuit de mente Angeli. in dicta. l. licet
Antonius de But. in. c. cum contingat. de iureiurã. Roma.
in dicta. l. pactum. C. de collationib. ⁊ Aluar. in capitulo mo-
ribus. si de feud. fue. controu. inter domi. ⁊ agnatũ. ⁊ Gemi.
in dicto capitulo quanuis. de pact. in sexto. Quãuis Bal. in
dicto capitulo moribus. senserit pactum affirmatiuum de
succedendo valere si iuramento firmatum extiterit. per ea
que habentur in capitulo quanuis pactum. ⁊ cum contingat
superius allegatis. sed hec ipsius Bal. opinio, que etiam fuit
Pet. de Cor. cõmuniter non seruatur, quam etiam specifice
reprehendit Roma. in dicta. l. pactum. C. de collat. ⁊ Alua.
in dicto capitulo. moribus. contra quem etiam tenuit idem
Bal. vt predixi. in proxime allegata. l. pactum. in quinta op-
po. vbi inquit, ꝙ pactum de succedendo, est contra ius diui-
num. quia per fas ⁊ nefas induceretur votum captande mor
tis. capitulo secundo de conces. preben. in sexto. Non igitur
firmari debet iuramento dicta regula, non est obligatorium
⁊ auth. quod eis. C. de nupt. Etiam contra Bald. tenuerunt
Fulgo. ⁊ Paulus de Castro. in dicta. l. pactum. C. de collat.
Pro premissis, videlicet, ꝙ pactum predictum non firme-
tur iuramento, facit: quia cum fuerit defectus solennitatis
formalis, scilicet testamentarie, que requiritur ad hoc. vt he-
reditas per aliquam dispositionem hominis dare possit, nõ
suppletur defectus huiusmodi per iuramentum: quia deficit
forma, que dat esse rei. vt concludit Bart. in dicta. l. si quis
pro eo in. viij. membro. quod sequuntur ibi alij doctores. ⁊ in
dicto capitulo cum contingat. Et licet iuramentum quan-
doque faciat, ꝙ actus, qui ratione forme valere non potest
vt agitur, valeat vt valere potest. l. cum pater. §. filius ma-
trem. ff. de lega. secundo tamen in casu nostro, non videtur
posse valere etiam in vim donationis, vel alterius contra-
ctus, in quibus dari non potest hereditas. l. licet. ⁊ l. heredi-
tas. superius allegatis.

¶ Premissa sine dubio procederent vbi dictum extitisset in
pacto de quo in casu superius mentionato, ꝙ omnia bona,
que essent premorientis tempore eius mortis, essent, ac per-
uenirent, ⁊ pertinerent superuiuenti prefatorum Vincentij
⁊ Gulielmete coniugum. Per hoc enim esset sublata libera
testandi facultas: quod sine dubio, est contra bonos mores:
adeo ꝙ etiam per iuramentum conualidari non potest. dic-
ta. l. stipulatio hoc modo concepta cum ibi notat. per docto-
res. ff. de verborum obligationibus. sed in casu nostro non re
perio verba sic esse concepta. non enim dictum est vniuersali-
ter, ꝙ omnia bona, ⁊c. sed indefinite, ꝙ bona, ⁊c. inter que vi-
3 detur esse differentia: quia † licet indefinita canonis: aut le-
gis regulam ponere intendentis, equipolleat vniuersali: vt
not. Dyn. de regulis iuris super rubric. in sexto. Joan. Mo
na. ⁊ glossa in capitulo. vt circa. de elec. eodem titulo. ⁊ Bart.
in. l. si pluribus. ff. de lega. secundo. Et idem etiam de indefi-
nita ab homine prolata. in materia necessaria. vt si dicatur
homo est animal. perinde est secundum logicos, acsi dicere-
tur, omnis homo est animal, vel in materia impossibili vt si
dicatur, homo non est asinus, perinde est ac si diceretur, nul-
lus homo est asinus. quod etiam voluerunt Joannes Mo-
na. glo. ⁊ Geminian. in dicto capitulo. vt circa secus tamen
videtur, quando profertur ab homine affirmatiue in con-
tingenti materia. versiculo vt verbi gratia. si dicat quis, ho-
mo currit non sequitur, ergo omnis homo currit: nec est idẽ
dicere bibo vinum, quod est dicere bibo omne vinum. nec est
4 idem dicere lego marmor † quod est dicere lego omne mar-
mor: quia primo casu. sub legato marmoris comprehenditur
sola rudis materia: non autem species de marmore facte
l. quesitum. §. illud fortasse. ff. de lega. iij. Secundo vero casu
videor legasse etiam per marmor, hoc est speciẽ rudem mar-
moris: ⁊ etiam statuas marmoreas: ⁊ ceteras species ex mar-
more factas. l. heres meus. §. primo. ff. de lega. tertio. ⁊ l.
prima. ff. de aur. ⁊ argen. lega. Item aliud est legare lanã in-
definite, aliud est legare omnem lanam vniuersaliter: quia
primo casu non censetur legata lana tincta. l. si cui. in princi.
ff. de lega. tertio. Secundo vero casu censetur legata non so-
lum lana non tincta, sed etiam tincta. l. pediculis. §. labeo. no.
glo. in dicto cap. vt circa Etiam nec reperio ꝙ in casu predi-
cto dictum extiterit, ꝙ bona, que primo moriens ex dictis
coniugibus haberet tempore mortis, peruenirent ad super-
uiuentem: sed dictum fuit, ꝙ bona primorientis, ⁊c. que ver-
ba videntur debere referri ad bona que erant prefatorum
coniugum, tempore contractus: ⁊ sic non ad futura. Quod si
ita est non impediretur libera testamenti factio: quia sic qui-
libet poterat pacto huiusmodi non obstante testari, ⁊ depo-
nere de futuris, seu post pactum acquirendis: licet enim doc.
5 vt plurimum, ⁊ magis cõmuniter teneãt, ꝙ donatio † omniũ
bonorum presentium ⁊ futurorum non valeat, secus tamen
sentiunt in donatione omnium bonorum: prout satis videri
potest. in his que not. docto. in dicta. l. stipulatio hoc modo
cõcepta. ff. de ver. obl. in. l. fi. C. de pac. ⁊ Jo. de Jmol. extra de
testa. super rubri. ad qđ fac. l. omnis. §. lucius. ff. de his que in
fraud. credi. talis enim donatio non comprehendit futura. l.
si ita cum suis simili. ff. de aur. ⁊ argen. lega. nota. gloss. in. l. fi.
C. que res pigno. obliga. poss. ⁊ doctores. in dicta. l. stipulatio
hoc modo concepta. Propter que videtur esse in casu pre-
senti maius dubium. Sed his non obstantibus videtur pa-
ctum non valuisse: ⁊ qđ perinde sit, acsi dictũ extitisset. ꝙ oĩa
bona premoriẽtis presentia ⁊ futura peruenirẽt ad superui-
uentem. Et primo quidẽ ꝙ pactũ intelligi debuerit de oĩbus
bonis, probatur ex eo, quia licet quando non est eadem ra-
tio ⁊ conditio propter aliquod accidens omnium particula-
rium in vniuerso comprehensorum indefinita non equipol-
leat vniuersali. dicta lege quesitum. §. illud fortasse. ⁊. l. si cui
in princ. ff. de lega. tertio. tamen quando oĩm particularium
eadem est ratio, ⁊ conditio, et fons, quia non variantur per
accidens, tunc indefinita negatiue, vel affirmatiue prolata
equipollet vniuersali. dicta. l. si pluribus. ⁊ quod ibi glossa. ⁊
Bart. ⁊. l. si ita ⁊ quod ibi glo. ff. de lega. secundo ⁊ quod nota.
glo. in. l. si necessarias. §. si anima. ff. de pigno. actio. ⁊. l. si ser-
uitus. ff. de seruitu. vrba. predior. glo. ⁊ doctores in dicto ca-
pitulo vt circa. ⁊ quod pactum censeatur etiam de futuris,
6 patet, quia qualitas † adiecta verbo, debet intelligi: secundũ
tempus verbi. l. titius. ⁊ quod ibi not. ff. de milit. testamẽ. sed
verba pacti superius mentionati referuntur ad futurũ tem-
pus mortis eius, qui primo moreretur. quia dictum est in eo.
ꝙ bona premorientis peruenirent, ⁊c. ergo debet intelligi pa
ctum huiusmodi etiam de bonis, que eo tẽpore essent premo-
rientis. Et per hec apparet fere responsio ad omnia obie-
cta. Preterea verba in dicto pacto apposita non videntur
concepta in forma donationis: quo casu posset fortasse dici
ꝙ etiam vbi censeretur facta de omnibus bonis presentibus
⁊ futuris, non venirent ea, de quibus in. l. obligatione gene-
rali. ff. de pigno. vt not. Joan. de Jmol. ⁊ Roma. in dicta. l. sti
pulatio hoc modo concepta: sed magis videntur verba pa-
cti huiusmodi concepta sub forma pacti future successionis,
quod vt superius dictum est, de iure est improbatum. Et sic
videtur

videtur concludendum prout concludit egregius vir dominus Antonius de Dorna, videlicet pactum predictum non valuisse: quamuis reuera istud non sit sine dubio. Et vt mihi videtur esset potius causa hec componenda, q deducenda in litem. ¶ Ad secundum quesitum respondeo prout idem dominus de Dorna.

1 ¶ Jus conferendi propter negligentiam patronorum nõ presentatiuum intra tempus prefixum, deuoluitur ad prelatum.

2 Forma data a testatore distribuendi ad pias causas executore negligente, debet seruari ab episcopo distribuente.

3 Vicarius episcopi non confert beneficia, nisi ad id data sibi facultate.

¶ Epitome.

¶ Prelatus, cui propter negligentiam patronorum intra tempus prefixum non presentatiuum, deuoluta est potestas conferendi & prouidendi, debet illis personis conferre, & eo modo & forma, quibus debebant patroni.

¶ De supplend. neglig. prelator. Consi. clxvi.



Viso processu cause agitate per & inter venerabilem virum dñm Joãnem Arnulphi, presbyterũ actorem ex vna parte, Et venerabilem virum dominum Joannem Gaudelam, etiam presbyterum reum ex alia, existimo eundem dominum Joannem Arnulphi debuisse, & debere ex ea causa succumbere, & contra se debere reportare sententiam: quia non reperio probatum, quinimo nec propositum q tempore sibi facte collationis de capellania in predicto processu sepius mẽtionata, Idem dominus Joãnes Arnulphi esset pauperior presbyter ecclesie Vapincensis: quod tamen videbatur necessarium: pro eo quia fundator capellanie huiusmodi voluit, & ordinauit, q patroni per eum deputati pauperiorem presbyterum eiusdem eccle-
1 sie presentarent: Quo † fit vt quãuis propter negligentiam patronorum non presentãtium infra tempus eisdem concessum, & prefixum, dici posset ius prouidendi libere fuisse deuolutum ad reuerendum in Christo patrem domi. Vapincensem Episcopum: debuit tamen idem dominus Episcopus, vel eius Vicarius cõferre capellaniam huiusmodi pauperiori presbytero eiusdẽ ecclesie per id qđ no. Abba. ant. & post eum Joan. de Jmol. Panormita. & Andre. Sicu. in capitu. possessiones. de rebus eccle. non alienan. not. enim q si propter negligentiam prelati regularis non prouidentis ecclesiis regularibus, deferatur potestas ad superiorẽ debet ipse superior prouidere ecclesiis huiusmodi non quidem de personis secularibus, sed de personis regularibus: quemadmodum & de personis regularibus prouidere tenebatur prelatus regularis. pro quo est hodie text. in clementi. prima. de suppliẽd. negligẽ. prela. quia licet sit recessum a persona prouidente, non tamen recessum est a forma prouidẽdi. dicta clementi. prima. Pro quo facit quod voluit Joan. And. in capi. publicato. de electio. vbi post Vincen. Compost. pe. & Abba. voluit, q si post factum et publicatum scrutinium nolint vel negligãt monachi, quamuis compulsi eligere, q superior ad quem deuoluitur potestas prouidendi, tenetur prouidere de electo, seu nominato in scrutinio: quia cum per publicationem limitata esset potestas capituli: ergo et superioris in ius capituli succedẽtis. Pro quo alleg. Jo. And. l. nõ intelligitur. §. si posteriori. ff. de iure fisci. & dictã cle. j. de supplen. negligen. prelato. quam Panor. in dicto cap. possessiones. dicit esse notabilẽ, quod succedens in locum negligentis debeat prouidere illis personis, quib9 prouidere tenebatur ipse negligens adijciens. idem Panormita. hoc posse allegari generaliter: vt potestas non sit minor penes eũ, quã penes eũ cui successit. Pro premissis facit qđ voluit Bal. in. l.
2 si puellã. C. si manci. ita fuer. alie. vbi dicit, quod si † testator dedit formam distribuendi ad causas pias suo exequutori, qui fuit negligẽs, & exequutio fuerit deuoluta ad episcopũ, debebit ipse episcopus exequi secundum formam traditam a testatore: quia licet sit recessum a persona, non tamen a forma. Et idem voluit Andre. Sicul. in dicto cap. possessiones. debuit igitur prefatus domi. Vapincensis episcopus, vel alius collator conferre capellaniam, de qua supra pauperiori presbytero predicte ecclesie. quod tamen probatum nõ reperio: quinimo nec propositum. Addo, quod non solum nõ est probatum prefatum dominum Joannem Arnulphi fuisse pauperiorem tempore sibi facte collationis, sed etiam videtur fuisse probatum contrarium: scilicet, q idem domi. Arnulphi non fuerit pauperior, per ea que deponunt aliqui testes parte dicti domi. Gandalini in hac causa producti, & examinati super vigesimoquarto & duobus sequentibus articulis suarum defensionum primo loco oblatarum. ¶ Preterea non reperio in discursu processus prementionati, q egregius vir dominus Robertus de Sali. tempore facte collationis dicto domi. Joanni Arnulphi fuerit vicarius dicti domi. Vapincẽsis Episcopi. Cui etiam non suf-
3 ficeret q Vicarius extitisset, † nisi etiam sibi data & concessa extitisset facultas beneficia conferendi: sine qua Vicarius illa conferre non potest. cap. fi. de offi. vica. in. vj.

1 Tempus & locus commissi delicti debent poni in libello, etiã si ciuiliter agatur actione aliqua, que infamet. & non solum debeat apponi, sed etiam probari.

2 Testis super non articulatis deponens non probat.

3 Pars contra quam producuntur testes, est citanda, visura productionem ipsorum, & visura eos iurare.

4 Statuto stante, q vni generi probationum stetur, contrariũ tamen potest probari, & admittetur probatio.

¶ Epitome.

¶ Ut in primo collectaneo.

¶ De accusatio. Consil. clxvij.



Pro defensione boni iuris prouidi viri Antonij Guigonis. Et ad impugnationem intentionis venerabilis viri domini Procuratoris fiscalis curie de
1 moydanis, Premitto, q † etiam vbi agitur ciuiliter aliqua actione, que reum infamat, poni debet in libello tempus, & locus: & hoc siue infamet de iure, siue de facto l. pretor edixit. in princ. & quod ibi Bart. ff. de iniuri. l. idem exigit. ff. de dolo. & cap. tue. de procura. De quo per multos docto. in. l. edita. C. de eden. & Ange. in. §. ex maleficijs. versic. Et aduertendum q producta, &c. insti. de actio. Actio vero iniuriarum siue ciuiliter, siue criminaliter intentetur, infamat. l. j. post princ. & l. Athletus. §. vltimo. ff. de his qui notã. infami. not. gl. & doct. in cap. cum te. de re iudi. Debent itaq in libello iniuriarum etiam si agatur ciuiliter, apponi tempus certum, annus videlicet & mensis, ac etiam locus cõmisse iniurie. vt not. doct. in locis preal leg. Et quemadmodum hec poni debent in actione iniuriarum. ciuiliter intentata, ita & poni debent in inquisitione formata per iudicem super iniuria. l. libellorum. ff. de accusa. Pro quo allegasse sufficiat quod not. Jacob. Butr. insti. de publi. iudi. in prin. Sali. in. l. ea quidem. versi. sed quia propter denuntiationẽ. Jbi quero quarto. C. de accusa. Ange. Are. in. d. §. ex maleficijs insti. de acti. & in suo tracta. de maleficijs, in glo. super verbo. de anno presenti. & Pano. in. c. fi. de purg. cano. qđ ẽt voluit Ang. cõs. mihi. clxxv. exord. visis actis predictis duo examinãda sunt. Quo fit vt prefatus procurator dicte curie de moydanis ponere debuerit. in titulis inquisitionalibus contra eundem Guigonis oblatis, & productis annum, mẽsem, & locum, quibus pretenditur illata fuisse iniuria cuidam Joanni Raymundi in actis cause huius plenius mẽtionatis. Et non solũ debuerũt annus, mensis, & locus hmõi in dictis articulis, seu inquisitione apponi, & describi, sed etiam pbari qđ tñ factum nõ vr. Quoniã vt apparet ex articulis exordientibus, ad declarationem, &c. parte dicti do. procuratoris in hac causa oblatis, & super quibus testes parte eius producti, & examinati

extiterunt, iniuria, de qua in causa predicti. illata fuisse pre-
tenditur anno domini Mccccl xxxi. ⁊ de mēse Aprilis: quod
non est probatum per testes in hac causa productos. Et qui-
dem non per Stephanum Romani primum testem. quia vt
apparet ex illius depositione, ipse dixit, ⁊ deposuit, ꝙ illa
1 illata extiterit die Mercurij sancta: qđ si ita est, † non er-
go de mense Aprilis, sed potius de mense Martij: cum anno
predicto pascha celebratam extiterit tertia mensis Aprilis.
Et sic predicta dies mercurij fuerit tricesima mensis Mar-
tij. Non ergo probat prefatus primus testis articuluz sextū.
in quo deductum extitit ꝙ de mense Aprilis, ⁊c. Etiam nec
eum probat Joannes Romani eius frater, qui, vt ex eius
depositione colligitur, ⁊ apparet, dixit, ⁊ deposuit dictā pre-
tensam iniuriam fuisse factam ⁊ illatam dicta die Mercurij
sancta, de mense Aprilis: quod fuit, ⁊ est impossibile: cum di-
cta dies Mercurij non in Aprili, sed in Martio extiterit.
Et sic apparet de eius mendacio. Et presupposito, citra pre-
iudicium veritatis, ꝙ testes huiusmodi sufficienter proba-
uissent, aut probarent: iniuriam esse illatam die Mercurij
sancta, hoc tamen non sufficeret: cum in dicto sexto articulo
de die huiusmodi, vt pote non existente in mense Aprilis, sed
in mense Martij articulatum non extiterit: sed de mense
2 Aprilis, in quo tamen non fuit dies huiusmodi: Et sic † de-
ponit idem testis effectualiter super non articulatis: non
igitur probat. per ea que not. Bart. in. l. si duo patroni. §. idē
Julianus. ff. de iureiurand. ¶ Preterea illud certum est,
ꝙ pars contra † quam producendi sunt testes, citari debet
visura eos produci. capitulo in nomine domini. de testa. ⁊. l. si
quando. C. eodem titulo quod procedit non solum in causis,
in quibus ordinarie proceditur, sed etiam in illis, in quibus
proceditur summarie, simplici, ⁊ de plano, sine strepitu, ⁊ fi-
gura iudicij. vt voluit Bart. in extrauag. ad reprimendum.
Super verbo, ⁊ figura iudicij. versi. sed an parte presente, ⁊c.
Et hoc fit, dicit Bart. quia alias nisi sic fieret auferetur ei,
contra quem testes producēdi sunt defensionis copia: quod
repugnat naturali equitati. Nec sufficit citare partem gene-
raliter, vt compareat, sed citanda est, vt compareat visura
iurare testes. ⁊ sic ad actum, ⁊ specialiter. dicto capitulo in no
mine domini: Ex quo infero ꝙ si verum est, prout mihi asse-
ritur, dictum Antonium Guigonis non fuisse citatuz visu-
rum iurare testes, non valuit productio, nec depositio eorun-
dem. Et q̄uis scriba cause scripsisse reperiatur, ꝙ honora-
bilis. vir. Guli. Armādi Baiulis loci predicti de modyanis
eundem Guigonis citauerat personaliter, ⁊c. Si tū pbari
posset. ꝙ idē Guigonis alibi extiterit tpe huiuscemodi pre-
tense citationis, potius crederetur testibus de hoc deponen
tibus, q̄ prefato Armandi Botiualo. referenti se citasse etiā
si statuto caueretur, ꝙ relationi nuntij stari deberet: quia li-
4 cet statutum † disponat ꝙ stetur vni generi probationum,
tamen si pars probet contrariū, admittetur probatio huius-
modi: Ita voluit Azo. in summa. C. ad legem aquil. Bald.
in. l. contra negantem. C. ad. leg. aquil. l. prima. C. si aduer. li-
ber. ⁊ in. l. si tutor. C. de pericu. tuto. ⁊. C. de rebus creditis. in
repe. Angel. in. l. qui restituere. ff. de rei vendi. ad quod facit
l. videamus. §. fina. ff. de in lit. iuran. probando vero ꝙ alibi
extiterit, probabit contrarium: per ea que habētur in. l. opti
mum. ⁊ quod ibi docto. C. de contra. ⁊ comitt. stipulat. Pre-
terea audio ꝙ idem Armādi asseruerit, ⁊ asserat se non retu
lisse, ꝙ dictū Guigonis citauerit: quod si ita est, attendēdum
esset ad qualitates personarum: hoc est notarij, qui hoc scri-
psit, ⁊ prefati Armandi. vt si ex ante gestis notarius suspe-
ctus existat, non sit sibi credendum. per ea que not. Cyn. in. l.
si quis decurio. C. de fal. Panor. ⁊ docto. in. c. cum parati. de
appella. ⁊ Joan. And. in addi. Spec. titu. de instru. edi. §. re-
stat. versiculo sed quid si vnus. Adijcio premissis, ꝙ fortasse
etiam, non esset credendum dicto Baiulo, quatenus preten-
ditur retulisse, se citasse prefatum Antonium postquam idē
Antonius negat se citatuz extitisse nec est simile de seruiēte,
vel nuntio iurato, cui creditur ratione officij ⁊ iuramenti: nō
sic autem Baiulo: quinimo nec iudici. cap. quoniam contra
falsam. de proba. Verum quia audio, ꝙ tam super his, quam
alijs egregius vir dominus Joannes Priuati in vtroque
iure licentiatus plenissime scripsit, ego vlterius non insisto.

1 ☞ Scriptura priuata non recognita ⁊ negata nullam fidem
facit: secus in recognita, que probat contra recognoscentem.
⁊ nume. sequen.
2 Testes super scriptura priuata deponentes, qualiter depo-
nant.
3 Scriptura inter alios facta, alijs neq; prodesse, neque noce-
re debet.
4 Verba enuntiatiua pro dote, probant.
5 Instrumento publico de falso non impugnato standum.
6 Dominus rei deposite, eo ⁊ deponente concurrentibus, pre-
ferri debet.
7 Exceptio que obstat cedenti, obstat etiam cessionario.

¶ Epitome.

¶ Ut in primo collectaneo.

¶ De fid. instru. Consi. clxviij.



Iso processu primo
cepto per, ⁊ inter heredes ⁊ hereditario no-
mine nobilis quondam viri Syffredi de bu-
chio actores ex vna parte, ⁊ nobiles. Jaco-
bum, Adam ⁊ Petrum Vento reos parte
ex altera. Et deinde certis alijs medijs inter eosdem conti-
nuato, ⁊ adhuc pendente indeciso, dico ⁊ respondeo sub cor-
rectione cuiuslibet domini melius sentientis, non fuisse vel
esse sufficienter iustificatum, aut probatum depositum mille
trecentorum, ⁊ octuagintaquatuor ducatorum aurei, vnius
floreni cathi. ⁊ trium grossorum. pro cuius repetitione expe-
riuntur, ⁊ agunt, ac etiam egerunt, licet varie, dicti pretensi
1 heredes: quia licet † priuata scriptura recognita, per eum,
qui eam fecisse pretenditur, vel eius heredem, plenam fidem
faciat cōtra euz. l. scripturas. C. qui potio. in pign. habeātur:
secus tamen quando scriptura huiusmodi non recognita
sed negata extitit. eo enim casu necessariuz est ⁊ oportet pro-
bari scripturam huiusmodi esse scriptam, seu factam per euz
2 qui illam fecisse pretenditur. quo casu non sufficeret, † ꝙ te-
stes testificentur seu dicant, ꝙ scriptura huiusmodi per ta-
lem facta extiterit, aut ꝙ illius scriptura existat: sed oportet
ꝙ testificentur, ⁊ deponant, ꝙ presentes extiterint, quando
scripta, vel facta est huiuscemodi scriptura. auth. de instru-
mentis caute. ⁊ fid. §. si quis igitur. ⁊ quod ibi gloss. collatio.
vj. quod etiam fuit de mēte glo. ⁊ apertius hoc ibi voluit Ja
cob. Butr. in authentica ⁊ si contractus. C. de fide instrumen
to. Bart. in l. nuda ratio. ff. de dona. ⁊ in dicta l. scripturas.
Bald. in authen. sed nouo iure. C. si cert. petatur, Antonius
de Butri. in capitulo secundo ⁊ quod ibi Panor. versicu. aut
negat pars ⁊c. de fide instrumento. Et hoc etiam voluit A-
lexan. de Jmol. consilio mihi. cxxiij. exordiente, discussis he-
sitationibus, ⁊c. in primo volumine consilio. lxxiiij. exordien
te, pōderatis his de quibus, ⁊c. in tertio volumine ⁊ consilio
lxxx. exordiente, viso processu cause vertentis, ⁊c. in quarto
volumine in dicto autem processu non reperio, ꝙ prefati no-
biles Jacobus, Adam, ⁊ Petrus Vento, heredes nobilis
Perseualli, Vento, eorum quondam patris, recognouerint
ipsum quondam Perseualluz scripsisse, aut fecisse apocham
in dicto processu productam, ⁊ insertam, ⁊ per quam preten-
ditur apparere ꝙ idem Perseuallus confessus extiterit se
in depositum, ⁊ custodiam recepisse summam predictam mil-
le trecētorum ⁊ octuaginta quatuor ducatorum aurei vnius
floreni cathi, ⁊ trium grossorum monete, ⁊c. sed ecōtra lego, ⁊
reperio, ꝙ parte eorum nobilium Jacobi, ⁊ Ade negatum
extiterit dictam pretensam apocham factam, aut scriptam
extitisse per dictum quondam nobilem Perseuallum: ⁊ hoc
in schedula exordiente, multifarie multisque modis, ⁊c. in-
serta fo. 57. Etiam nec in dicto processu reperio, ꝙ testes par
te dictorum pretensorum heredum, nobilis Syffredi de bu-
chio, testificati extiterint, aut dixerint se presentes extitisse,
aut vidisse, quando prefatus quondaz nobilis Perseuallus
scripsit dictam assertam apodixam: non igitur probatum est
summam predictam mille trecentoruz ⁊ octuaginta quatuor
ducatorum aurei vnius floreni cathi, ⁊ trium grossorū fuisse
apud eundem Perseualluz depositam, vel sibi in custodiam
traditā. d. aut. de instr. cau. ⁊ fid. §. si quis igitur. ⁊ qđ ibi glo.
¶ Preterea vbi sufficienter probatum extitisset depositum
summe prementionate, prout probatum non videtur, non
potuissent tamen, nec possent, heredes dicti quondam nobi-
lis

lis Syffredi de Buchio in vim dicte pretense apodixe, aut
asserte confessionis, de qua ibi, agere vel experiri contra di-
3 ctos nobiles Jacobum, Adam, & Petrum vento: quia † apo
dixa huiusmodi, vtpote facta, si tamen, & quatenus facta le-
gitime appareat inter dictum quondam nobilẽ Perseual-
lum & nobilem quondam Petrum de Tornbono. dicto no-
bili Syffredo de Buchio, vt pote absenti, & alij a contrahen-
tibus, non prodesset, et per consequens, nec eius heredibus
prodesse non potuit: aut saltem. pro quibus fidem plenam
non facit, nec fidem facere potest, etiamsi esset publicum in-
strumentum. pro quo allegasse sufficiat. l. fina. ff. de interro-
gator. acti. l. certum. §. si quis absente. ff. de confesso. et quod
voluit Barto. in dicta. l. admonendi. versiculo. idem quero,
quid si instrumentum publicum &c. & quod ibi docto. ff. de iu-
reiuran. Etiam nec plenam fidem facit pro nobili & genero-
sa muliere Claudia de Tornbono, relicta dicti nobilis Sif-
4 fredi quod probatur eisdem rationibus nisi forte † dicat ali-
quis, quod instrumentum factum inter alias personas, pro-
bet, quatenus concernit fauorem dotis. vt singulariter vo-
luit Bartolus consilio mihi. cx. exordiente, factum sic se ha-
bet, Titius, et Seius venerunt ad diuisionem &c. Paul. de
Castr. consi. mihi. lxxxij. exordiente, quod prefata sententia
arbitralis non probet dationem dotis &c. & post eos Alexã.
de Jmol. in dicta. l. admonendi. versicu. querit etiã hic Bar-
tol. quid de instrumento facto &c. Pro quo allegant Bartol.
et Paul. quod verba enuntiatiua pro dote plenam proba-
tionem inducunt. l. secunda. C. de dotis promissione. Sed
istud non obest quia licet in dicta apodixa pretendatur esse
enuntiatum, vel scriptum quod summa de qua supra, erat ne
ptis dicti nobilis de Tornbono vxoris domini castelarij, nõ
tamen inibi asseritur quod summa huiusmodi, esset pecunia
dotalis dicte nobilis Claudie: quinimo. vt apparet ex instru
mento publico in hac causa producto, inserto. folio. 73. et
recepto anno incarnationis dominice, Millesimo quadrin-
gentesimosexagesimooctauo. et die quinta mensis Nouem-
bris, prefatus nobilis Syffredus confessus est habuisse, et
realiter recepisse a prefato nobili de Tornbono dotem dicte
eius neptis: & non solum per instrumentum huiusmodi ap-
paruit, & apparet de confessione receptionis eiusdem dotis,
sed etiam apparuit et apparet de ipsius reali numeratione.
5 Jta enim ibi asseritur. Cui propterea † cum de falso non im-
pugnetur standum est: & per illud probatur numeratio di-
cte dotis. l. cum precibus. C. de proba. not. gl. & docto. in. l. pri-
ma. C. de dote cau. non. nume. & Sali. in. l. fina. eod. tit. quod si
ita est, imo quia ita est, quomodo dici potest cõstare, quod ex pe-
cunia. que recepta pretenditur per dictum quondam nobi-
lem Perseuallũ a prefato nobili de Tornbono, per manus cu
iusdã aygogini fuerit dos aut pecunia dotalis dicte nobilis
neptis: cum illa diu ante recepta extitisset ab eodem de Tor-
nbono per dictum nobilem Syffredum ipsius claudie mari-
tum. profecto non video: cum non probetur, quinimo nec etiã
proponatur ex aduerso eandem nobilem neptem habuisse do
tem duplicatam. Ex quibus infertur heredes dicti nobilis
Syffredi non potuisse, aut posse ex persona dicti quondam
nobilis Syffredi, vel etiã ipsius nobilis claudie eius relicte
& neptis dicti quõdam de Tornbono experiri & agere cum iu
ris effectu contra dictos nobiles Jacobum, adam & Petrũ
Vento: quia vt predixi, non probatur, nec probari potest eo-
rum pretensa intentio per dictã assertam apodixam. Pre-
terea esto quod dicti asserti heredes probare possent summã de
qua supra, fuisse dicte nobilis Claudie, non posset tamen ea-
dem Claudia tanquam illius dña summam huiusmodi ab
ipsis Vento repetere in vim dicti pretensi depositi, & conces-
sionis in custodiam: sed deberent probare pecuniam huius-
modi fuisse, & esse eiusdem nobilis Claudie per ea que no. gl.
in. l. ita & si fur. ff. commoda. quod non probant nec probare
possunt per dictam apodixam vt predixi: & si probarent, esset
tamen quod eis obstaret: scz restitutio, & solutio facta dicto
quondam nobili de Tornbono pretenso deponenti: & cum
quo idem quondam nobilis Perseuallus contraxerat, si ta-
men, & quatenus constet, vel appareat eundem Perseuallum
6 predictam pecuniam habuisse: cui vt pote eius creditori sol-
uendo liberatus est; quanuis enim concurrentibus † domi-
no rei deposite, & deponente, & rem depositã suis actionibus,
& depositario repetentibus preferri debet dominus rei depo
site. l. bona fides. ff. deposi. not. glossa. & doctores in auth. sed
iam cautum est. C. de eod. tit. non tamen dicitur ibi, quin de-
positarius rem depositam deponenti restituens priusquam
ab illius domino conueniretur consequatur plenariam libe-
rationem. Non enim dici potest alio non apparente de-
positarium rem depositam dolo restituisse deponenti, prius-
quam per dominum eiusdem rei contra eum moueretur con
trouersia, vel questio. ¶ Preterea etiam dico prefatos no-
biles Jacobum & Petrum Vento cõueniri non potuisse per
dictos, eorum aduersarios, aut alterum extraneum in vim
illius pretense cessionis, quam eis, aut eorum alter fecisse pre
tenditur serenissimus dominus noster francorum rex, tan-
quã pretensus heres, vel alias successor dicti quondam no-
bilis de Tornbono: Tum quia nõ apparuit, vel apparet ipsum
serenissimum domi. iure hereditario vel alias eisdẽ de Tor-
nbono successisse: ergo nec ius eidem competijsse ad causam
predicte pecunie. Non igitur potuit ius aliquod in dictos
aduersarios, aut eorum alterum per cessionem transferre: quia
nemo plus iuris &c. l. traditio. ff. de acquiren. rerum domi. c.
gratia. j. questio prima. & questio septima cap. Daybertum.
Nec etiam actionem quam non habuit alteri cedere potuit. l.
si procuratorem. §. si libero. ff. manda. Tum & quia vbi appa-
reret de aliqua pretẽsa successione ipsius serenissimi domini
Francorum regis, dico quod cum vt audio, predicta pecunia re
stituta, & soluta extiterit dicto quõdam de Tornbono depo-
nẽti, & propterea obstaret exceptio solutionis eidem de Tor-
nbono, & eius pretenso heredi, si ageret: quia solutione eius
quod debetur tollitur omnis obligatio. inst. quib. mod. tolli.
obliga. illa per consequens obstare debet dictis pretensis
cessionarijs: per iura & rationes plenius allegata: in schedu-
la exordiẽte. nobilis Perseualli. parte dictorũ Jacobi, Ade,
& Petri Vento in hac caussa producta: quas quia non opor-
tet repetere, non decreui. Quibus adijcio non videri dubiũ
quin exceptio solutionis, que opponi poterat cedenti, etiam
7 cessionario opponi possit: quia exceptio † que obstat cedẽti,
obstat etiam cessionario, quando est realis, & obligationem
concernit. l. non debeo. & l. in omnibus. §. non debeo. ff. de reg.
iur. capitulo si quis in ius. & quod ibi Dyn. eod. tit. in. vj. & l.
apud celsum. §. si non legitimam. ff. de dol. excep. hinc post
Jacobum de Rauena dicit Cynus Baldus Salicetus, & do
ctores in. l. eius. C. de compensatio. & Bart. in. l. si quis in rem
post Dyn. in dicta regula, si quis in ius. ff. de procura. quod de-
bitor per cessionarium cõuentus, potest eidem opponere ex-
ceptionem compensationis, quam opponere potuisset con-
tra eius creditorem: multo ergo fortius opponere potest ex-
ceptionem solutionis factam cedenti, aut eius predecessori:
& per quã debitor ipso iure liberatus est. Addo quod licet de-
bitor principalis non liberetur ipso iure per solutionem fa-
ctam ab eius fideiussore: & propterea posset creditor contra
eum experiri: tamen sibi obstat solutionis exceptio. vt notat
gloss. in. l. Papinianus. ff. manda. & l. cum alter. C. de fide-
iussoribus. & probatur. in. l. de qua re. §. fina. ff. de iudi. Cuius
dicti illa est ratio, quia equitas nõ patitur, vt quis idem ius
bis consequatur: scz a fideiussore, & a principali debitore. re-
gula bona fides nõ patitur. de regulis iuris in. vj. Et quem-
admodum exceptio huiuscemodi opponi potest aduersus
creditorem, ita & aduersus cessionarium: prout hec plenius
demonstat & ostendit Paulus de Castr. consilio mihi. xlvij.
exordiẽte, viso puncto. in causa que vertitur Luce inter ces-
sionarium, &c.

1 ☞ Bona omnia presumuntur allodialia: & qui feudalia aut
emphyteuticaria ea dixerit. probet. & nu. seq.
2 Allodium idem est, quod proprium: & libertatem denotat.
3 Tantum prescriptum quantum possessum: & non vltra.

¶ Epitome.

¶ Ut in primo collectaneo.

¶ Si de feud. fuer. controuer. Consil. clxix.



Quia processus ceptus
& inchoatus per, & inter dominã de turribus
matrem & tutricẽ, ac tutorio nomine domini
eiusdem loci, actricem, ex vna parte, & vni-
uersitatẽ hominum eiusdem loci de turribus

reos ex alia, de ⁊ super pretensa possessione seu quasi iure prelationis retinendi etiam res francas sitas in loco predicto, vel eius territorio completus non existit. non possum plene, nec alias prout oportet super eo scribere, nec respondere, qd
1 iuris: Dico tamen † ꝙ cum multa sint bona allodialia: ⁊ a iure primeuo omnis persona, ⁊ terra libera existat, nisi inquantum violentia est illata. institu. de iure natura. §. ius autem gentium. ⁊ de liberti. §. primo nota. Hostiensis. Joan. Andre. ⁊ docto. in capitulo. nimis. de iureiuran. Non eo ipso fundāt dñi ciuitatum, oppidorum, seu castrorum ⁊ aliorum locorum suam intentionem, scz ꝙ bona in ciuitatibus, ⁊ bonis huiusmodi existentia presumantur feudalia, vel emphyteuticaria: aut alias possideri, vel teneri de, in ⁊ sub dominio directo eorundem dominorum: prout colligitur ex his que not. Host. Joan. And. Panor. ⁊ doct. in. d. c. nimis. ⁊ Pau. de Castr. consilio mihi. clxiij. exordiente, in causa quam magnificus domin⁹, ⁊c. quod si ita est, non habet dominus loci de turribus eius intentionem fundatam de iure cōmuni: ex quo probetur, aut presumatur omnia predia existētia in ipso loco, vel ei⁹ territorio teneri, aut possideri de, ⁊ sub dominio directo eiusdem, sed opus est, ꝙ ipse hoc iustificet. ꝙ expresse voluit Panor. in dicto cap. nimis. versic. ex quibus. vbi dicit, ꝙ reges ⁊ alij domini earum non fundant eorum intentionem super singularibus rebus, nec super vtili directo dominio. ⁊ idem voluit in. c. si diligenti. de prescrip. vbi dicit, ꝙ licet domini temporales fundant eorum intentionem de iure cōmuni respectu iurisdictionis in locis, ⁊ territorijs sibi subditis: vt etiam voluerunt Host. Joan. And. ⁊ idem Panor. in dicto cap. nimis: non tamen fundant respectu proprietatis rerum, ⁊ bonorum infra limites existentiū. vt notatur de imperatore respectu totius orbis. in. l. bene a zenone. C. de quadriē. prescrip. Ex quo infero ꝙ licet retentio iure prelationis fieri cōsueuerit, ⁊ fieri possit de reb. emphyteuticis iuxta formam. l. fi. C. de iur. emphy. ⁊ sic de his in quibus habet retinēs dominium directum: hoc tamen non est trahendum ad res non emphyteuticas, vel alias, in quibus nō apparet dictum dñm de turribus habere dominium directum, qr separatorum separata est ratio: ideo de vno ad aliud non infertur. l. inter stipulantem. §. sacrā. versi. sed hec dissimilia. ff. de verborum obliga. cap. dilectus. de offic. ordi. ⁊ vulgata. l. Papinianus exuli. ff. de minorib. res enim allodiales cuiusmodi esse presumūtur in dubio bona existentia in territorio, ⁊ districtu dicti loci de turribus: per id quod. no. gl. ⁊ docto. in cap. inter filiam. ⁊ cap. defuncto. si de feud. controuer. fue. inter domi. ⁊ agna. dicuntur res libere ⁊ proprie. que a nullo recognoscuntur, nisi a solo deo. titu. de pact. iura. firman. §. ad hec. secundū Jacob. de Belui. Nico. ⁊ Bal. ⁊ quas videre, aut donare possunt hi, quorum allodiales existunt. vt notat Alua. in. d. c. inter filiam. Et vt dicit Oldr. consil. mihi. cclix. exordiēte, consueuit dubitari an terminus ad quem, ⁊ in quo
2 sumantur inclusiue, vel exclusiue eorū allodium † secundum catholicon idem est, quod proprium: ⁊ denotat libertatem. Etiam nec puto ꝙ licet prefatus dñs probaret aut probare posset se, ⁊ predecessores suos, recepisse ⁊ recipiendo consueuisse laudimium in alienatione, aut transportu rerū, ⁊ bonorum huiusmodi, ꝙ propterea inferatur illas posse per ipsuz dominum iure prelationis retineri, dum alienātur, nisi quatenus probaretur eum ⁊ eius predecessores fuisse in possessione, seu quasi retinendi. iure prelationis ⁊ tempus requisitum ad prescriptionē: Cuius illa videtur esse ratio sufficiēs,
3 quia † tantum prescriptum, quantum possessum, ⁊ non plus cap. cum in tua. de deci. cap. fi. de offic. archi. c. auditis. ⁊ cap. cum olim. de prescrip. c. dilectus. ⁊ quod ibi Inno. Hostien. ⁊ doct. ⁊ cap. venerabilis. de capel. mona. ⁊ Bart. in. l. j. §. si qs. ff. de itine. actuque priuat. Per que iura domini de Rota. decisi. mihi. cccxlviij. exordiente, si aliquis eps habeat collationem. ⁊c. Dicunt, ꝙ licet episcopus habeat collationem beneficij siti in diecesi alterius episcopi. ex consuetudine legitime prescripta, si tamen possessor beneficij huiusmodi vellet illud pro alio permutare, non posset fieri resignatio in manibus illius habentis potestatem conferendi: sed fieri deberet in manibus eius, in cuius diecesi existit. ponunt etiam ipsi domini alia dicta in decisione prementionata seruientia ei quod predixi: Et que probantur per eos ex eo quia tantuz prescriptum quātum possessum. Potuerunt enim dominus ipse modernus, ⁊ predecessores ex cōsuetudine, vel possessione longissima prescribere, ⁊ non alias adipiscerentur possessionem emptores etiam prediorum francorum, nisi prius laudati, ⁊ soluto trezeno per eosdem. Et tamen non prescripserunt ius retinendi iure prelationis: que licet vbi res est emphyteutica. competant ratione dominij directi, ⁊ sic ab eodē fonte oriantur ⁊ dependeant, sunt tamen inter se separata ⁊ diuersa: ⁊ nihil prohibet quominus. in re, que non probatur emphyteutica esse possit ius laudandi, ⁊ trezenuz. exigendi, siue iure retinendi iure prelationis, sicut ⁊ alias de consuetudine reperitur ius retinendi iure prelationis, siue iure recipiendi trezenum: vt apparet ex his que habentur in ca. constitutus. ⁊ quod ibi glo. ⁊ docto. de in integ. resti. per Bald. in l. iij. versiculo secundo quero. C. commu. diui. per Alua. in. c. primo. §. porro. versic. queritur. si emphyteuta vendidit, ⁊c. per Jacob. Rebuf. in. l. vnicuiqꝫ. versic. ⁊ hec faciunt ad questionem quis preferatur ad rem. ⁊c. C. de proxi. sacro. scrine. lib. xij. in quibus locis loquuntur doct. de consuetudine qua proximior agnatus, vel cognatus, aut consors retinere, vel repetere potest rem alienatam per agnatum, cognatum, vel consortem: Et hoc pro eo pretio, pro quo. ⁊c. Et sic in casu in quo quis de consuetudine prefertur emptori in re vendita, que tamen teneri non presupponitur de dominio directo huius agnati, aut consortis retinentis. Et sic potest competere ius retinendi siue dominio directo, siue iure percipiendi trezenuz. Pro premissis facit quod voluit Frideri. de se. cōsilio. mihi. cxxxij. ⁊ secundū quotam aliorum. ccxxv. exordiente, quedam domus est in qua morantur leprosi, ⁊c. ⁊ post euz Panor. in cap. primo. de religi. domi. vbi dicunt, ꝙ licet episcopus, vnū ius episcopale exercuerit in aliquo hospitali. de quo non constat ꝙ sit religiosum, non propterea per exercitiū iuris huiusmodi potest episcopus inibi exercere omnia iura episcopalia cuius ratio redditur, qr prescriptio in vno articulo non debet extendi ad alia. c. auditis. de prescrip. superius allegato. ⁊ quod ibi not. ⁊ cap. cum contingat. de deci. Non obstat secundum eos dictum capitulū primū de religi. domi. qr ibi loquitur tex. de loco, qui necessario debebat, esse subiectus alicui episcopo: ideo presumptio est pro eo, qui inibi aliqua iura exercuit: sed non sic est in hospitali: quia hospitale non religiosum non tenetur episcopo ad iura episcopalia. Et idem dici potest in casu nostro: quia vt dixi, nō omnia predia tenentur de ⁊ sub dominio directo alterius: sed sunt multa allodialia: ⁊ qui dicit predium esse emphyteuticuz, aut feudale, probare debet: per doctrinam docto. in dicto capitulo nimis. de iureiurand. non igitur infertur, ⁊c. pretensi prescriptione iuris recipiendi trezenum, ad prescriptionem iuris retinendi iure prelationis, que erant ad prescriptionem iuris cōmissi, aut aliorū iuriuz veris dñis directis tenentiū. Preterea etiam existimo ꝙ non eo ipso, ꝙ prefatus dominus de turribus, predia franca, per aliquos vēdita iure prelationis retinuit, censeri debeat idem domi. esse vel fuisse quo ad omnes incolas illius loci, vel etiam vniuersitatem, in possessione seu quasi retinendi iure prelationis: vt sic non solum retinere valeat quo ad illos, vel contra illos, cōtra quos alias retinuit: sed etiam contra alios cum casus occurrit. Pro quo allegasse sufficiat quod in simili voluerunt Inno. Hostiensis. Joan. Andre. ⁊ doctores. in dicto cap. dilectus. de capel. mona. de acquisitione possessionis iurisdictionis cōtra vnam personam qr ex hoc non infert ꝙ eam acquisierit cōtra omnes: etiam si intendebat vti iure suo, ⁊ contra omnes. et hoc maxime procedit, ⁊ procedere debet in hoc casu, vbi nec apparet quod vti intenderet iure suo, nec quod alij sciuerint quod hoc iure vti intenderet iure suo: quorum tamen scientia ⁊ patientia requirebatur ad hoc, vt eis preiudicium afferre valerent pretense retentiones facte per dictum dominum de rebus Franchis. per id quod habetur in. l. prima. et quod ibi gloss. et doctores. C. de seruit. ⁊ aqua. per Joannem Andream. ⁊ docto. in capitu. bone. el secundo. de postulatio. prelatorum. Super quo tamen articulo primo nūc vlterius non insisto cum processus, vt predixi, completus non existit: et sic adhuc iudicari vel responderi non valeat de victoria cause in hoc iudicio possessionis retinende. Que dixerim ⁊c.

1 ☞ Confessio procuratoris facta, et emissa per modum voluntarie iurisdictionis, domino non preiudicat: et quando et que dicatur voluntarie iurisdictionis.
2 Confessionem procuratoris domino an et quando liceat reuocare.
3 Procurator quantumcunque liberam habeat administrationem: item tutor curator, et alij legitimi administratores, donare non possunt. 6.
4 Prelati non possunt remittere exceptionem peremptoriaz.

7 Clausula generalis refertur, ⁊ restringitur ad precedentia.
8 Confessio expressa absenti non prodest.
9 Verbum tu mentiris, iniuriam importat, et maleficium denotat.
10 Dictio nouissime, quomodo sumenda.

¶ Epitome.

¶ Ut in primo collectaneo.

¶ De procurato. Consil. clxx.



Onfessio quã fecisse
pretenditur honorabilis vir magister Ste-
phanus Foylbeti pretẽsus procurator nobi
lis ⁊ venerabilis viri domini Petri Alber-
tussij ciuis Auenionẽ. in quadam ciuili cau-
sa dudum cepta per et inter nobilem Colinum Albertussij
actorem, seu agere satagẽtem ex vna parte, ⁊ prefatum domi
num Petrum, et quosdam alios eius fratres, ex alia eidem
domino Petro non p̃iudicat, nec preiudicare potest. Cum
quia quicquid sit, de confessione procuratoris mandatum
speciale habentis, ad sic respondendum, vel etiam de cõfes-
sione procuratoris mandatũ generale habentis, emissa per
modũ cõtentiose iurisdictionis, super qua non insisto, illud
1 certum est † ꝙ confessio procuratoris generale mandatum
habentis emissa. per modum voluntarie iurisdictionis dño
non preiudicat. l. certum. §. sed an ⁊ ipsos. ⁊ quod ibi Bart. ⁊
docto. ff. de confess. not. Cyn. ⁊ Sali. in. l. j. ⁊ de confes. Cyn. vi
delicet in. xiiij. quest. ibi, aut confitetur aliquid per modum
voluntarie iurisdictionis, ⁊c. Et Sali. versicu. nunc reduco
me ad glossam. ⁊ Ant. de Butr. in. c. j. vt lit. non contest. quod
etiam videtur fuisse de mente. Joan. de Imol. in dicto. §. sed
an ⁊ ipsos. Tunc autem dicitur confiteri per modum volun
tarie iurisdictionis, quando nec iussus, nec monitus respon-
dit. vt fuit de mente Cyn. ⁊ Sali. in dicta. l. j. C. de confes. ⁊ in
locis superius allegatis. ⁊ Bald. in eadem. l. versic. his pre-
missis vtrum hi administratores, ⁊c. ⁊ Alexand. de Imol. in
l. videamus. versic. confirmo, quia confessio ⁊c. ff. de in litem
iuran. ⁊ Anto. de But. in dicto capitulo. j. vt lite non cõtesta.
vbi sentit ꝙ si procurator confiteatur respondendo. libello,
confiteri censeatur per modum voluntarie iurisdictionis.
etiam Alexand. in dicta. l. videamus. dicit, ꝙ tunc dicitur
confessio facta per modum contentiose iurisdictionis, quan-
do facta est iudice cogente, vt respondeatur. Ex quibus ap-
paret confessionem factam per prefatum Foylbeti, si tamen
confessio dici possit, vt pote factam per modum voluntarie
iurisdictionis non valuisse. Facta est enim, si facta appareat
iudice non iubente, ⁊ ex abrupto: ⁊ sic dicto d. Petro non no-
cuit: Cum etiam eidem nocere non potuit: qꝛ illa reuocata
est per eundem d. Petrum quãprimum ad ipsius notitiam
2 deducta † est: quod sibi facere licuit. vt not. Jo. de Imol. in
cap. fi. de confes. relatus per Alexand. de Imol. cum eo tran
seuntem in. d. l. certum. §. sed an ⁊ ipsos. ff. de confes. Et q̃uis
reuocatio huiusmodi suffecisset, ⁊ sufficere deberet etiam ali
ter non edocto de errore dicti magistri Foylbeti, tamen ad
maiorem iustificationem intentionis dicti do. Petri, ⁊ maio
rem impugnationem dicte pretẽse confessionis idem domi.
Petrus, seu eius legitimus procurator procuratorio nomi
ne eiusdem produxit tria publica instr̃a venditionis, ⁊ do-
nationum plenius mentionatarum in schedula exordiente,
Salua nullitate ex parte eiusdem d. Petri in hac causa pro-
ducta. Preterea si de illa attendatur ad pretensam confes-
sionem, imo non vere confessionem, quã fecisse pretenditur
dictus magister Foylbeti, in schedula exordiente, visa peti-
tione ⁊c. super qua aduersarius in hac causa tantũ facit fun-
damentum, eidem magistro Foylbeti non apparet cõfessus
domos, in hac causa mentionatas, ⁊ dimidiam partem bono
rum nobilis quondam Antonij Albertussij olim, ⁊ tempore
contracti matrimonij per ⁊ inter dñm Petrum, ⁊ nobilem
quondam Catharinã coniugẽ sibi donatam, esse communes
inter eosdem dñm Petrum, Colinũ ⁊ alios: quod etiã facere
non poterat, nisi nulliter: cũ domus ⁊ dimidia pars bonorũ
huiusmodi non essent dicti quondam nobilis Antonij tem-
pore eius mortis: quinimo nec vnq̃ eiusdem Antonij extite-
rint predicte due domus. si enim cẽsemus confessionem hm̃oi
valuisse, iam videretur prefatũ magistrum Foylbeti potuis-
se donare: quod tamen non est verũ cum procurator quantũ-
3 cunq̃ liberum † administrationẽ habeat, donare non possit:
quod non solum in eo, sed etiam in tutore, ⁊ curatore tenent
doct. in dicta. l. j. C. de confes. Pro quo videatur. l. contra iu-
ris ciuilis regulas. ff. de pact. l. prohibere. §. plane. ff. quod
vi aut clam. ⁊ quod expresse ponit Bald. in. d. l. j. versicu. his
premissis. Pau. de Cast. consil. ccxxiiij. exordiẽte, circa pri-
mum quesitum. ⁊c. Et Alexand. de Imol. consilio. xxij. exor-
diente, viso instrumento syndicatus, ⁊c. in primo volumine
dicit enim ꝙ administratores etiam legitimi, vt pote tuto-
res ⁊ consimiles donare non possunt. l. j. post princ. de tute. ⁊
ratio. distrahen. q̃uis habeant liberam administrationem
cum generali potestate. vt not. glo. ⁊ docto. in. l. mandato ge-
nerali. ff. de procura. quibus equiparantur syndici ab vni-
uersitate cõstituti: vt probat Bar. ⁊ alij in. l. insinuandum. §.
defensor. ff. de iureiuran. qui dicuntur legitimi administra-
tores habentes liberam administrationem. l. j. in princip. ⁊ l.
munerum. §. defensores. ff. de mune. ⁊ hono. iuncta. l. preses
cum ibi not. C. de transac. ⁊ quod voluit Cyn. ⁊ ibi Bal. in. l.
j. C. etiam. per pericu. caus. in inte. resti. Et sic possunt ea que
speciale mandatum requirunt: vt ibi per eos. ⁊ patet in dicta
l. preses. ⁊ tamen donare non possunt. vt plene prosequitur
Alexand. in dicto consilio. vbi etiam dicit ꝙ Joan. Andr. ⁊
4 in. c. secũdo. de don. dicunt ꝙ prelati † ecclesiastici ⁊ similes nõ
possunt remittere exceptionem peremptoriam. ⁊ idem notat
Inno. in. c. j. super verbo, pacisci. de deposi. ⁊ in ca. cum olim
⁊c. j. de offi. deleg. vbi etiam idem dicit. in procu. ⁊ idem etiam
affirmat Alexand. fuisse not. per Bart. ⁊ Angel. in. l. fi. ff. de
fer. ⁊ in. l. procurator cui generaliter. ff. de pigno. ⁊ Angel. in
l. ab exequutore. §. fina. ff. de appella. vbi vt refert, ⁊ cõcludit
5 Ange. ꝙ primo non potest † renuntiare appellationi per se
interposite. p id quod habetur. in. l. rescriptum. § fina. cum. l.
seq. ⁊ dicta. l. contra iuris. §. fin. ff. de pact. ⁊ l. apud celsum. §.
mandaui. ff. de dol. excep. Et idem not. Ange. in. l. bonorum.
ff. rem rat. habe. ⁊ in. l. j. §. j. ff. a quib. appel. non licet. ⁊ Bald.
in. l. fi. §. j. C. de tempo. appel. Ex quibus omnibus palã infer-
6 tur † prefatum magistrũ Foylbeti etiam si habuerit manda
tum cum libera, non potuisse in preiudicium dicti dñi Pe-
tri auferre, ꝙ domus prementionate, ⁊ dimidia pars bonorũ
eidem domino Petro donata inter eũ ac prefatum Colinũ,
⁊ alios Albertussios diuiderentur. Nec obstant rationes ex
aduerso allegate in schedula exordiente, respondendo sche-
dule ⁊c. vt satis potest colligi ex predictis. Quibus adijcio
ꝙ primo non obstat ꝙ inibi primo loco respondendo oppo-
nitur: scꝫ, ꝙ idem magister Foylbeti haberet mandatum. ad
respondendum: qꝛ non est dictum simpliciter eundem Foyl-
beti non habuisse mandatum, sed dictum est, prout ⁊ verum
est, ꝙ mandatum non habuit ad faciendum oblationem per
eum factum: nec ad communicãdum bona dicti domini Pe-
tri prefatis eius fratribus: erat enim constitutus ad prose-
quendum causam, ⁊ defendendum dictum do. Petrum: qui
se offerre valuisset, opus non extitisset, ꝙ constitueret procu
ratorem ad cause prosequutionem, ⁊ sui ipsius defensionem
Etiam nec valet qd̃ opponitur in predicta schedula de clau-
sula generali posita in dicto pretenso mandato, scꝫ ꝙ prefa-
tus magister Foylbeti omnia posset, que posset idem do. Pe
trus. Quoniam respondeo, ꝙ in clausula huiusmodi adiecta
sunt illa verba. in premissis, ⁊ circa premissa ⁊c. quo fit vt illa
7 † clausula generalis restringatur ad precedentia. per id qd̃
voluit Petr. de Ancha. consil. mihi. cclxiij. exordiente, Joã.
And. in tit. de appella. ⁊c. ⁊ Alexand. de Imo. in. d. consi. xxij.
Quod autem subijcitur de reuocatione dicte pretense confes
sionis, seu oblationis, ꝙ illam facere non potuit. Idem do.
Pet. non obstat: qꝛ vt superius dictum est, illa ab initio non
valuit: ⁊ sic non fuit opus reuocatione: et si valuisset, po-
terat reuocari etiã nõ docto de errore, vt predixi, post vtrun
que Imo. ⁊ si opus esset edocere de errore, huic pretense neces
sitati, imo non necessitati satisfacit dictus do. Petrus per
exhibitionem, ⁊ productionem instrumentorum predictorũ,
vt nulla ex parte habeat vnde conqueri possit dictus nobi-
lis colinus. Preterea etiam nec obstat ꝙ vlterius deducitur
in predicta schedula, scilicet ꝙ negotium integrum non exi-
stat: pro eo quia non solum facta est dicta pretẽsa oblatio. sed
etiã processum ad electionẽ arbitratorũ, qui bona cõtentiosa
diuiderẽt. Quia r̃ndeo, ꝙ hec fuit continuatio erroris dicti
magr̃i Foylbeti: quinetiam hanc pretensam electionem, vt
pote sibi non commissam, facere non potuit erat enim consti
tutus ad defendẽdum et non ad eligendum diuisores: ⁊ qui

bona propria eiusdem domini Petri dictis eius fratribus
communicarent: ⁊ que sua propria existebant, diuiderent.
Preterea etiam nec obstat, ꝙ in predicta schedula preten-
ditur prefatum dominum Petrum se immiscuisse bonis, ⁊
hereditati dicti quondam nobilis Antonij, ⁊ fecisse actus he-
reditarios, qui citra ius, ⁊ nomen heredis fieri non poterãt
⁊ propterea eum negare non posse quominus heres eiusdẽm
nobilis Antonij extiterit, ⁊ existat. prout pollicetur egregi⁹
vir dominus ⁊ huiuscemodi schedule dictator, latius in iure
deducturum si opus sit. Cui respondeo. prius esse proban-
dam huiusmodi pretensam immissionem, ⁊ actus hereditta-
rios: vt pote ea que facti existunt: quia ex facto ius oritur
de quo est lex vulgata eidem domino aduocato non igno-
ta. nec facit quod in eadem schedula adijcitur quod pre-
fatus dominus Petrus se heredem nominauerit: vt dicit
patere ex instrumento mandati dicti magrĩ Foylheti. Quo-
niam respondeo, ꝙ illud verbuz heredes, potest et debet re-
ferri ad dñm Stephanum, ⁊ nobilẽ Joannem Albertussini
inibi nominatos. Et sic referri posset etiam ad dictum dñm
Petrum illud non obesset: q2 illud probatuz est enuntiatio-
ne ⁊ per notarium, ⁊ absente dicto do. nobili colino Cui pro-
pterea prodesse non potuit, neqȝ potest: q2 licet verba enun-
tiatiua aliquando prosint, vel noceant contrahentibus, vni
vez cõtra alterum. l. optimam. C. de contra. ⁊ cõmitten. stipu.
8 secus de absentibus. cum † etiam confessio expressa absenti
non prosit. l. si. ff. de inter. acti. dicta. l. certum. §. si quis absen-
te. ff. de cõfes. De quo satis post alios in. l. generaliter. de non
nume. pecu. ⁊ canonist. in. c. si cautio. de fid. instr. ⁊ in. c. ex par-
te. de confes. ¶ Addo premissis ꝙ etiam si verum esset, ꝙ di-
cta pretensa confessio, seu oblatio, de iure valuisset, ⁊ ꝙ illam
reuocare non potuisset idem do. Petrus, quorum contra-
rium est ipsa veritas: non tamen debuisset reuerendus pa-
ter, ⁊ vir egregius dñs Officialis aptensis procedere ad de-
cretum literarum per eundem concessarũ eo modo, quo per
eum processum est, non faciente videlicet cõdemnatione, aut
precepto de diuidendo: quod saltem fieri debuisset dicto do.
Petro, aut prefato magistro forlheti. q2 etiam post veram
confessionem opus est altero ipsorum prout existimo non
ignorare dictum do. aduocatum: qui si non fallor cũ aliquan-
tula pertinacitate hanc pretensam, ac nullam, ⁊ alias erro-
neã oblationem defendere nititur: si tamen ipse est, quod mi-
hi persuadere non valeo, qui schedulam exordientem, Quo-
niam nouissime ⁊c. parte etiam dicti dñi Petri in hac causa
productã, scripsit esse talem, qualem, ⁊ mendacijs plenam: vt
legitur in schedula exordiente, frustra conatur ⁊c. que nec di-
9 ci, nec defendi potest non iniuriosa. Si enim † dicere, tu men-
tiris, sit verbum iniuriosum: vt not. Bart. in. l. apud labeo-
nez. §. sed quod adducitur. ff. de iniur. Angel. ⁊ Alexand. de
Jmo. in. l. ⁊ si pepercerit. ff. de libe. ⁊ posth. ⁊ idem Ange. in. l.
qui interrogatus. in princi. ff. de petitio. heredi. quod est ve-
rum etiam si dicatur, tu mentiris saluo honore tuo. vt voluit
Dyn. ⁊ post eum Bart. Alexand. de Jmol. et docto. in. l. si
quis extraneus. in princ. ff. de acqui. here. ⁊ per illum text. in
versi. admisso. contrariam voluntatem, ⁊c. multo fortius in-
iuriosum est nedũ scripsisse, tu mentiris, sed mentiendo sche-
dulam mendacijs plenam scripsisse: quod si ita esset, quid es-
set ibi preter mendacium: quod tamen nullum fuit, etiam si
omnia essent falsa: q2 scio dictatorem illius non scripsisse con-
tra mentem quod requirit mendacium, ⁊ sine quo etiam ea
que falsa sunt, dici non possunt mendacia. Et hinc est, ꝙ di-
cens alteri tu mentiris, maleficium sibi improperat. per di-
ctam. l. et si pepercerit. vt ibi etiam voluit Angel. ⁊ post eum
Alexand. de Jmol. quod non facit ille qui alteri dicit, tu fal-
sum dicis: vt colligitur ex his que not. ibi Alexãd. de Jmol.
et doctores. in. l. de tutela. C. de in integr. resti. mino. ⁊ quan-
tum referat inter dicere falsum, ⁊ mentiri, videatur Angu.
in. c. iurant homines. xxii. quest. ij. non tamen nego, quin cui
maleficium improperatur, dicere possit, tu mentiris: vt si
quem appellaui latronem, vel alias criminosum: inter ea que
ponit Bart. in. l. que omnia in prin. ff. de procura. Non igitur
multum opportune videtur respondisse, vel ille, vel quidam
alius nescio quis in alia schedula exordiente, vt paucis re-
spondeam, ⁊c. parte dicti colini. in dicta causa productum.
qui vel pro suiipsius, si ille est, aut amici defensione minus op-
portune videtur allegasse. l. quisquis. C. de postu. nisi forte
eandem allegare intendisset, vt fateretur si contra illum
peregisse: ⁊ vlterius sic facere non intendere, sed aliud decla-
rant sequentia, vbi etiam patenter ostendit vel se non in-
telligere. l. huiusmodi vel quod deterius est, paruipendere
illius prohibitionem: dicens enim non esse certandum iniu-
rijs, ⁊ opportunam. l. pro hoc inducens patenter contra. l.
agit. iniquum enim post reliqua in qua dominus dictus
eius animum ingeniumque satis aperuit, que sunt verba
subdole dicta. quod etiam lex predicta prohibuit: ⁊ subiun-
xit idem dominus schedulanus, cui ad quid satis sit habere.
quod dicit. l. ⁊c. que etiam ⁊ presertim verbũ ad quid non ple-
ne intelligo. ⁊ videtur tale quid esse, de quali conqueritur
beatus Hyeronimi. cõtra Jouinianum hereticum. quod au-
tem pro sui excusatione affirmat se dixisse schedulam de qua
supra mendacijs plenam pro eo, quia multa, quorum contra-
rium in actis cõstat, fuerint in ea inserta, hoc eum non defen-
dit: tum quia non apparet, nec est verum ꝙ dictator huiusce-
modi schedule, quam dicit plenam mendacijs illa pretensa
acta aut vidisset, aut sciret: ⁊ propterea scribere non debue-
rat schedulam predictam esse mendacijs plenam, sed falsita-
tibus: si ita scribere debuisset. Tum ⁊ quia nõ est verum, par-
cat mihi reuerentia illius, ꝙ ibi essent scripta multa, imo
nec aliqua de quorum contrario. ex actis appareat: nec eum
iuvat quod allegat, videlicet. ꝙ de eo, ꝙ diu ante peruenerat
ad notitiam dicti magistri Foylheti. ⁊ deinde. per medium
cuiusdam pretense citationis peruenerat ad notitiam ipsius
domini Petri, dici non potuerit, nisi mendaciter: quod no-
uissime ad ipsius domini Petri notitiam peruenisset: Nisi
10 forte existimet ꝙ verbum nouissime, † accipi debet pro vl-
timo momento: quod non est ita. Pro quo allegasse suffi-
ciat, si oportet, quia super hoc non insisto, quod voluit apo-
sto. ad hebre. capitulo primo in principio. inquit enim mul-
tifarie, multisque modis olim Deus loquens patribus in
prophetis, nouissime diebus istis loquut⁹ est nobis in filio.
quod autem antea per multos annos dictum extiterat, dicit
aposto. nouissime, diebus istis, ⁊c. quo fit vt si lippis pateat
non potuisse, nisi contra veritatem dici, quoniam nouissime
peruentum est: ex hoc tamen non patet nec patere debet vi-
dentibus, ⁊ si suis lippis, etiam cum veritate patere posset,
non proptera infertur dictum aduocatum mentituz, aut di-
ctam schedulam. quoniam nouissime ⁊c. plenam esse menda-
cijs: eo presertim quia ignorabat, ⁊ ignorare potuit illas
pretensas intimationes. Et ita de hoc dici non potuit men-
titus. Quod autem postea in predicta schedula excusando
subiecit, se ideo dixisse dictam schedulam quoniam nouissi-
me ⁊c. talem qualem: quia tendit vt contra exequutionem
sententie possit opponi nullitas: quod dicit esse contra de-
terminationem iuris, ⁊ doctores pro eo quia opponens non
debet audiri, nisi offerat probationem in promptu: vt si o-
pus fuerit, pollicetur se deducturum. eundem dominum
Aduocatum non releuat nec debuit per eundem alleguari:
cum in dicta schedula, quoniam nouissime. Jdem dominus
Petrus obtulerit se incontinenti edocere de nullitate dicte
pretense ordinationis, vt apparet in versic. Tum ⁊ alijs ra-
tionibus ⁊c. quod sufficiebat: per id quod notat Barto. in. l.
quarta. §. condemnatum. ff. de re iudica. quod autem vlte-
rius subiecit idem dominus Aduocatus prefatum dominũ
Albertussij, primo eius aduocatuz pretendere ꝙ cõtumacia
eiusdem domini Petri non debet sibi nocere, ⁊ hoc eundem
potius autoritate, ꝙ lege. primo sine lege pretendere, ⁊ sic ve-
recunde: quia erubescimus, hoc est erubescere debemus cum
sine lege loquimur. auth. de triente ⁊ semisse. §. cõsideremus.
collatio. tertia. C. de colla. l. illam. Attendat non esse absolute
scriptum, cõntumaciam dicti domini Petri seu alterius eu
in suis ibi sibi obesse non debere sed dictum est, ꝙ prefatus no-
bilis colinus sibi persuadere non debeat, ꝙ pretextu alicu-
ius pretense contumacie debuerit, aut debeat priuari iure
suo: quod si dicat verum nõ esse legat schedulam exordientẽ,
hec habet. ⁊c. ⁊ attendat dictum non esse pretextu cuiusuis
contumacie, sed dictum est, pretextu alicuius pretense cõtu-
macie: vbi attendat pretense, per quod verbum contumacie
restringitur ad eaz quam pars aduersa allegauit. Etiam nec
dictum est, quin idem dominus Albertussij potuisset pu-
niri, aut mulctari propter contumaciam, si contumax ap-
paruisset, prout nõ apparet: sed dictũ est ꝙ pretextu alicuius
pretẽse contumacie priuari non debuerit iure suo ⁊ hoc verũ
est. Et quidem nõ ductũ ab autoritate ei⁹ qui dicit, que nulla
est, sed a lege: quod si non concedit. legat capitu. de quovult-
deo. in fin. de iudi. loquens enim de quovultdeo contumacie,
cui propter contumaciaz petebatur auferri epatus, dicit ad-
imi sibi epatum ante cause eius exitum nulli potest iure vi-
deri. Preterea aduertere debuerat idem dominus aduoca-
tus huiuscemodi pretensam contumaciam, si que dici debeat
non fuisse dicti dñi Petri: sed prefati magistri Foylheti. ⁊ sic
eius pretensi ꝓcuratoris: propter quã non indistincte puniri
debet

debet dominus vt satis aperte colligitur ex his que no. Ho stien.ꝛ docto.in.c.j.vt lite non contestata.ꝛ alij in locis ꝑ eos ibi relatis. Preterea ꝛ si aliquando domino nocere debeat cōtumacia procuratoris forte in multa vel in excōmunicatione,vel alijs huiusmodi,que magni preiudicij non existūt, non tamen in perditionem sui iuris.vt etiam videri potest ꝑ canonistas in dicto.c.j.vt lite non contestata.ꝛ per doctores in.l.j.§.si procurator.ff.si quis ius dicen.non obtempera. Et pro deo videat idem dominus aduocatus in quo fuerit contumax dictus magister Foylbeti,vt sic videre valeat an ꝓpter contumaciam huiusmodi debuerit idem dominus Petrus priuari iure suo. Et quidem si contumax dici valeat,cōtumax fuit quod etiam prefatus dominus officialis asseruit in illa sua ordinatione exordiente, Uiso processu ꝛc. Pro eo quia non respondit schedule superius mentionate exordienti, Respondendo schedule ꝛc.que quanta fuerit contumacia vel inobedientia,vt propterea idem dominus Petrus priuari deberet iure suo,qui habet aures audiendi audiat:si em̄ tanta operositate conata est pars aduersa ostendere confessionem,seu pretensam oblationem dicti magistri Foylbeti, fuisse efficacem ꝛ validā,quanta falsitas indiget,ꝛ propterea huiuscemodi allegationi idem foylbeti respondere nesciuerit,non propterea debuit dictus dominus Petrus priuari,prout supra.sed Petrus debuit per prefatum dominum officialē supplere quod dicto foylbeti in iure defuerat.C.vt que desunt aduoca. parti.iudex suppleat in rubro et nigro. Quod autem finaliter,ꝛ postremo audierit idē domi.aduocatus schedulam de qua ibi,non esse admittendam, sed potius lacerandā,videat quid dixerit,ꝛ si potest ostēdat,ꝛ demonstret se non esse iniuriatum aduocato dicti domini Petri:tam in dicta schedula,frustra conatur ꝛc.quā in alia postea,ꝛ consequenter producta exordiente,vt paucis respōdeā. vbilicet ex.l.quam allegauit sentire se ostenderit,v. non vltra quam litium poscit vtilitas.in licentiam conui tiādi et maledicendi temeritatē prorumpere debeant aduocati,ipse tamen contrarium facit,ꝛ quidem in multis. Tum quia dicit prefatum aduocatū eius animum ꝛ ingenium satis aperuisse:que qua mēte illa dixerit,ipse viderit. Et miror qd̄ de ingenio aliquid dixerit.ꝛ hec hactenus. Puto enim ꝙ dauus non existat:sed non puto eum Edipum.dicit insuper patere lippis,ꝙ aduocatus dicti domini Petri videre non potuit quod si ita est,cecior est nō videntibus: quod reuera potius eligit,quam esse de illis lippis.etiam adiecit eum ab autoritate ꝛ sine lege loqui.quod est idem,quod fatue ꝛ ignoranter ꝛ postremo vt sua dicta concluderet,dicit schedulam esse lacerandam.pro quibus omnibus sibi consulendo hoc retribuisse sufficiat,si tamen ille est,de quo supra,quod plane exploratum non habeo,vt ad vite decora domestice laudis exempla prouocet.ꝛ vt memorie commendet ꝛ etiam obseruet.l.quisquis.per eum allegatam:ꝛ imposterum caueat,ne scribendo quod non debet,audiat quod non velit:non enim sunt homines caliloci aut ferrei,qui moueri non valeant.

¶ Epitome.

¶ Toto hoc consilio defendit quandam mulierem idq; varijs modis de sortilegio suspectam ꝛ inquisitam.

¶ De sortileg. Consilium.clxxi.



Quamuis aliquiet testibus pro secreta informatione interrogatis ꝛ auditis de ꝛ super pretensa infamia honeste mulieris Joanne Ruffe relicte prouidi quondam viri Claudij lagerij videantur deponere ꝛ dicere se ab aliquibus,vel ab aliquo prout in eorum pretensis depositionibus plenius continetur dici audiuisse,qd̄ prefata Joanna lagerie erat facineria, quorū tñ testiū pretēsa depositio non videtur eidē Joāne nocuisse vel obesse etiā quoad hoc,vt propterea cōtra eā inquiri debuerit. Tū q2 licet aliqui deponant,vt predixi,non tamen dicunt eandē Joannam fuisse infamatam:quinimo multi ex his deposuerūt, ꝛ dixerunt se nunquam habuisse suspicionem contra eam, et adijciunt multi,quod eam credant esse bonam christianam ꝛ deuotam.ꝛ propterea non videtur quod cōtra eam debuerit inquiri.c.cum oporteat.ꝛ.c.inquisitionis.in fine,de accusationibus. Tum ꝛ quia esto,quod testes prefati deposuissent, vel dixissent eandem Joannā esse de facineria diffamatam, quia tamen non deponunt de aliqua verisimili cōiectura,seu presumptione,ex qua fama ortum habere debuerit, vel ipsa Joāna tanquam facineria diffamari,ita vt videatur huiusmodi pretensa fama non esse fama,sed rumor.ꝛ vana vox populi,que non debet exaudiri.c.ostius.de electio.ꝛ.l.decurionum.C.de peculio.notat Bartolus in.l.de minore.§.plurimum.versic.quero,statutum ꝛc.ff.de questionibus.ꝛ Panormitanus in dicto.c.cum oporteat.cui non obest,quod aliqui dixerint se audiuisse dictam Joannam fuisse scriptam in rotulo vel processibus quorūdam pretensorum hereticorum loci sancti Boneti:cum vt audio illud verum non existat,et de contrario appareat per processus habitatorum huiusmodi in quibus de ea nihil reperitur.etiam nec obstat quod ibi dicitur de duabus mulabus, de quibus enim vt quidam dicunt infirme existerent,ipsa Joanna dixit,ꝛ quibusdā de eis loquentibus respondit,quod non curarent,ꝛ quod in crastina curarentur. Tum quia non apparet quod in crastinum curate extiterint. Tum ꝛ quia si de his appareret, non propterea signaretur,quod ipsa Joanna dici deberet,aut presumi facineria,vel alias culpabilis de heresi:multi enim etiam non heretici, vel facinerij dicunt multa futura, que postea contingenter ita eueniant.etiam nec valent quedam pretensa fundamenta, de quibus in depositione cuiusdam domini Joannis Brogni deponentis se audiuisse a pluribus personis,ꝙ cōtra dictā Joānam suspitionem haberent ex eo maxime quia quando contingebat aliquem puerum in loco monastij ab humanis decedere ipsa studiose nitebatur eū in sudario inuoluere. Tum quia ex hoc nihil infertur:tum ꝛ quia honesta mulier Antoneta vxor Gulielmi Rostagni, que ab annis multis citra mortuos cum eadē Joāna in sudarijs inuoluit,deposuit se nullo vnquam tempore sinistrum aliquod cognouisse:etiam nec obstat,quod idē dominus Brogni in sua depositione adiecit videlicet quod prefata Joanna cum maiori inclinatione,ꝛ maiori humilitate oblationes facit, ꝙ̄ faciant relique parochiane eiusdem domini Brogni,ꝛ quod etiam antequam recipiat sacratissimum eucharistie sacramētum,ipsa submissa voce profert certa verba vltra quam faciunt cetere parochiane eiusdem domini Brogni:ꝛ quia etiā in suis orationibus maiorem ostendit deuotionem,quam faciunt cetere mulieres:ꝛ ꝙ potius apparet ipsi loquēti hypochrisis,ꝙ̄ deuotio:ꝛ subiungit qd̄ his causantibus idē Brogni suspicatur ne sit facineria:cuius depositio dici debet ridiculosa,ꝛ multum presumptuosa:ꝛ contra id quod habetur Matthei.vj.c.in principio.vbi dicitur,nolite iudicare ꝛ non iudicabimini,quod saltem procedit in secretis quorum deus cognitor est,ꝛ iudex.c.erubescunt.in fine.xxxij.distinctione.ꝛ si in talibus posset quis iudicare, vel in aliquam partem presumere ipse iudicare ac presumere ꝛ interpretari deberet in partem meliorem.C.estote misericordes.de regulis iuris. Et sic potius debuisset ꝛ deberet ille bonꝰ barquus ꝛ dignus cura animarū ꝑsumere,ꝙ hec sua christiana vere et fidelis,genuflexiones ꝛ alia de quibus supra ex vera humilitate ꝛ charitate ꝙ̄ habet ad creatorem dominum nostrū Jesum Christum,qui in sacramētali eius commemoratione,sub alia quidē forma.in ꝓpria vero substantia est nobiscum.ꝑ.clementina j.de reliquijs ꝛ venera.sanctorum,ꝙ̄ ex aliqua hypocrisi,vel pro eo quia facineria existat.

¶ Nec puto quod recessus prefate Joanne sit sufficiens indicium cōtra eam:pro eo quia huiusmodi recessus factus est post ceptam inquisitionem contra eam ꝛ super crimine capitali,quo casu recessus seu fuga non facit indicium per id qd̄ voluit Bartolus in.l.prima de bonis eo.qui ante senten.et sequitur Alexan.de Jmola in.l.admonendi.ff.de iureiurā. et in.l.lege cornelia.ff.ad Silleya. Angelus in suo tractatu malefidei super verbo quod fama ꝛc.versicu.an fuga sit sufficiens ꝛc.idem voluit Barto.in suo tractatu de caute.iudi.titulo de contumacia.§.finali.versiculo.quero delinquens citatus ꝛc.

¶ Epitome.

¶ Deflorans virginem eam ducere in vxorem tenetur,aut eam dotare,si eam in vxorem ducere noluerit.idq; coram iudice ecclesiastico cum causa est matrimonialis.

¶ De adulte.ꝛ de ordine cognitio. Consilium.clxxij.



Uiso libello oblato vel offerēdo parte honeste iuuencule Gulielmete Giraude,contra ꝛ aduersus Joannez curli fusteriū,

preterea & audito a latore presentiũ q promissiones de quibus in libello probari non valeant, nisi per assertionem eiusdem Gulielmete, cui credi non debet. argumento. l. si quis in grani. §. si quis moriens. ff. ad Silleya. consulo q via in libello intentata, & tribunal iudicis secularis deserantur, & quod adeatur sedes iudicis ecclesiastici: corã quo ex eo solo. q prefatus curti eandem Gulielmetam defloravit, & carnaliter cognouit, cogi poterit idem curti ad eandem Gulielmetam dotandam, & ducendam in vxorem, aut si eam in vxorem ducere noluerit, debebit vltra & preter dotem quam constituet, corporaliter iudicis arbitrio castigari. c. j. & ij. & quod ibi per gl. & doctores. de adulterijs. Dixi autem tribunal iudicis secularis deserendum: pro eo quia cause matrimoniales non ad illud, sed ad iurisdictionem ecclesiasticaz pertinent: & maxime vbi agitur de federe matrimonij. vt colligitur ex his que habetur in. c. tuaz. & quod ibi doctores de ordine cogni. c. lator. & c. causam. qui filij sint legitimi. pro quo facit clemen. dispẽdiosam. & quod ibi glo. & doctores super verbo matrimonijs. de iudic. si etiam coram iudice seculari peteretur cõpelli idem de curti ad dotandum & in vxorem ducendum prefataz Gulielmetam, possemus incidere in illam contentionem de qua per doctores in. l. titia. ff. soluto matrimonio. et ibi plene per Alexandrum de Imola. ideo melius est trahere eum ad forum ecclesiasticum.

¶ Epitome.

¶ Instrumentum in authentica & publica forma existens, licet non reperiatur prothocolum seu originalis scriptura, fidem facit, nisi impugnaretur de falso, quo casu matrix & originalis scriptura exhibenda est.

¶ De fide instrumentorum. Consilium. clxxiij.



Quesitum est an si nõ reperiatur originalis imbreuiatura, aut prothocolum, seu scheda instrumenti parti expeditum & redditum, alias tamen existẽs in forma publica fidem faciat, respõdeo q sic, put post Nico. de Matha. voluit Bal. C. de fide instru. sup rub. ver. secũdo quero. Pro quo allegat q in ciuitate Cõstantinapo. petitũ est, de substantia, q huiuscemodi matrix scriptutura appareat, alias psumitur instrumentũ falsum, auth. de tabel. §. fina. colla. iiij. Et hoc est speciale in ipsa ciuitate. Et sic in contrarium est ius commune. l. singulare. ff. de legibus. & regula que a iure, de regulis iuris in. vj. Et ideo secundum eum standum est instrumento publico licet non appareat de prothocolo, quia ex quo per notariũ rogatum instrumentum redactum est in numerum, ipsum est verum originale. vt notat Bart. in. l. Sempronius proculo. vbi supra. ff. de legatis. ij. et idem quod Bald. tenuit Paul. de Castro in. l. contractus. versicu. quero quid si non reperitur. C. de fide instrumentorum. & consilio mihi. lxx. exordiente, Dubitatur an comes palatinus. &c. ver. nono dubitatur. & Alexand. de Imola in dicta. l. Sempronius. idem lego tenuisse, quem tamen non vidi. Alberi. in dicta. l. contractus. Subiũgit tamen Paul. de Castro in dicta. l. contractus. predicta procedere, nisi pars aduersa vellet redarguere instrumentum de falso. j. ratione alicuius suspitiõis. et ob hoc peteret produci prothocolum: quia tunc prestito per eam iuramento, q non petat malitiose, deberet prothocolum induci, alias instrumẽtum non faceret fidem. pro quo allegat not. per Barto. in dicta. l. fina. versicu. not. secundo &c. C. de fide instrumento. vbi etiam idem voluit Paul. versi. secundum not. ibi, & per hoc dicunt doctores &c. & hoc nisi producens iuraret prothocolũ non reperiri, vel esse perditum, quia eo casu etiam non facta fide de prothocolo instrumentum faceret fidem vt colligitur ex his que voluit Bartolus in. l. tabularum. in fine principij. ff. quemadmodum testamenta aperiantur. & Paulus de Castro in dicta. l. contractus. versicu. secundum vero dictuz &c. Cum igitur parte nobilis & potentis viri Gaufridi de Clarayone do. eiusdẽ loci productũ extiterit in forma authẽtic. & publica instrumentũ testamẽti nobilis quõdam & generosi viri Amedei de Clarayone: in causa quam defendendo habet idem nobilis Gaufridus cum nobili Philippo de ma sues standum est secundum Baldum vbi supra. instrumento huiusmodi etiam si non reperiatur scheda, seu prothocolum eiusdem instrumenti: cum vt existimo idem nobilis Gaufridus paratus existat prothocolum huiusmodi non potuisse, vel posse reperiri, vel esse deperditum. Pro quo bene facit dicta. l. finali. §. si autem dicat. C. de fide instrumentorũ. Nam non parua est in iudicijs Baldi autoritas, vbi non habet contradictorem vt dicit Paulus de Castro. consilio mihi cxxxiij. exordiente, viso puncto &c. circa tertiũ. Andr. Sicu. vulgo Barba. in repetitione. capitu. Raynaldus. versiculo. ego limito hanc doctrinam. ibi, pro dicto &c. de testamentis. Angel. Areti. in suo tractatu. malefic. in gloss. necnon ad denuntiationem &c. circa finem. quod etiam satis colligitur ex dictis Raphael. Fulgosij. consilio mihi vigesimosexto. exordiente, stante statuto ciuitatis &c. Cum itaque non solum videatur Bald. in dicto de quo supra limitato, vt predixi non habere contradictorem sed etiam autorem, qui idipsum primo tenuit, et sequaces, qui ita tenent. videtur non immerito huic dicto fore standum: & secundum illud iudicandum. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet melius sentientis.

1 ¶ Donatio remuneratoria insinuatione non indiget: & que dicatur simplex & propria donatio.
2 Verba simpliciter prolata accipi debent secũdum proprium significatum.
3 Consensus duplex & geminatus multum operatur.
4 Actio licet regulariter non oriatur ex pacto nudo, hoc tamen fallit in constituto; & quare & quando oriatur ex pacto nudo.
5 Geminatio actus quid operetur.
6 Beneficio. l. si vnquam. C. de reuocand. donatio. an cum iuramento renuntietur. l. si vnquam. C. de reuocand. donatio. loquitur in donatione propria, & non remuneratoria.
7 Donans in dubio non presumitur alienam sobolem proprie interponere.
8 Negatiua probanda quando est fundamentum intentionis alicuius.
9 In prohibitis certo casu permissis, non statur verbo dicentis casum permissum subesse nec contra.
10 Querela inofficiose donationis ad rescindendam donationem vsque ad legitimam agenduz ex capite inofficiositatis.
11 Error allegandus; item & bona fides nec sufficit de eis constare, aut presumi, idem in dominio.
12 Filiusfamilias cum patris consensu donare potest.

¶ Epitome.

¶ Donatio remuneratoria licet non insinuetur, valet nihilominus: nec reuocatur propter superuenientiam liberorũ si de eis fuerit cogitatum: et quid iuramentum operetur in donatione.

¶ De donationib. Consil. clxxiiij.



Addendo, alias per egregium virum dominũ Bertrandum Rostagni iurium professorem eximium, et me, allegatis, & consultis. Pro nobili & generosa muliere domina Margareta de Forcalquerio, contra nobiles Ludouicum & Jacobum de Faria & eorum fratres, dico prout alias per dictum dominum Rostagni & me scriptum extiterat, quod donatio quam dudum fecisse legitur nobilis quondam vir Joannes de Faria nobili & generoso viro Antonio de Forcalquerio patri eiusdem domine Margarete impugnari non potuit neque potest ex capite omisse insinuationis: quia vt apparet ex instrumento donationis huiusmodi, illa facta est 1 in recompensam, et remunerationem meritorum eidem Joanni per prefatum quondam nobilem Antonium impensorum: que propterea vt non mera, seu simplex donatio, sed ob causam insinuatione non egebat. l. Aquilius regulus. & quod ibi glo. Bar. Joan. de Imol. & docto. ff. de dona. Joan. and. in addi. Spec. titu. de instru. edi. §. porro. versi. fin. vbi etiam refert alias ita fuisse determinatum cum questio de facto emersisset. Idem tenet Gulielmus. in. l. illud. C. de sacrosanct. eccle. Pro quo facit quia donatio ppriẽ sumpta est illa que simplex est: tunc autem simplex est quando, nulla alia, donationis causa assignari potest, nisi sola liberalitas. l. j. ff. de donatio. Cum igitur leges loquentes de insinuatione, loquantur de donatione ille intelligende & interpretande veniunt de mera donatione non de illa. que per se & sine adiuncto donatio non extitit

2 stit, quia † verba simpliciter prolata semper cum possunt ac-
cipi debent secundum proprium significatum, non secundū
improprium. vt. l. eum qui vectigal. ff. de verborum significa-
tione. & l. prima. §. si is qui nauem. ff. de exercito. actio. Cum
autem donatio remuneratoria non sit mera donatio, sed ob
causam: probatur in dicta. l. Aquilius Regulus. in verbo,
non meram. & quod ibi glossa et doctores quod etiam voluit
Bartolus, Alexander de Imola & doctores in. l. iurisgentiū.
§. quinimo. ff. de pactis. Panormitanus in. c. donatio. de do
nationibus inter virum & vxorem. & c. cum in ecclesia. de simo
nia. & quod donatio remuneratoria insinuatione non indigeat,
tenuit Romanus consilio mihi vigesimosexto. exordiente, pro
decisione eorum &c. in secundo dubio.
¶ Preterea vt apparet ex actis cause huius prefatus quō-
dam Ioannes de taxia nō solū fecit donationē de qua supra,
sed etiam ex interuallo & quidem non vnius hore, vel diei, sed
plurium annorum donationem huiusmodi ratificauit, & casu
quo necesse existeret eandem renouauit, & pro renouata habe
3 ri voluit † et sic quoad donationem huiusmodi interuenit du
plex concessio, & duplex consensus qui multum operatur, vt
colligitur ex multis iurium articulis, quamuis enim de iure
4 † ex pacto nudo regulariter non oriatur actio, hoc tamē fal-
lit in constituto: cuius illud assignant rationem Ioan. Fab.
& Ange. are. in. §. de constituta. institut. de actio. quia pactum
constituti interponitur super debito iam contracto. Et ideo
potius operatur productionem actionis, quam si fieret super
debito contrahendo. & hec operatur geminatio promissionis
quasi magis appareat de deliberata voluntate promittētis,
quam si duntaxat interuenisset vnica promissio & vnicus con
sensus. ad quod facit ratio quam ponit Bartolus & doctores
in. l. i. §. si quis simpliciter. ff. de verborum obligationib. Di-
cit etiam satis opportune, vt opinor Hostien. & clarius An-
tonius de butrio in. c. per tuas. de arbitris. & idem do. de but.
in. c. cum contingat. & in. c. quintauallis. de iureiurādo, quod
ex pacto nudo geminato super eadem re nō ex interuallo in-
terposito oritur actio etiam de iure ciuili. Pro quo bene fa-
cit. l. fina. & quod ibi Angelus & post Baldum Alexander de
Imola. C. ad legem Falcidiam. Quamuis etiam confessio ex
traiudicialis. facta sine causa etiam parte presente non va-
leat. l. cum de indebito. §. finali. ff. de probationibus. et quod
notant doctores in. l. generaliter. C. de non numerata pecu-
5 nia. & in. c. si cautio. de fide instrumentorū. tamen si fuerit † ge
minata habet vim confessionis iudicialis. vt notat Barto-
lus & post eum doctores in. l. cum scimus. C. de agricolis & cē-
sitis libro vndecimo. Panormitanus in dicto. c. si cautio. in
fine. Paulus de Castro consilio octuagesimosecundo exor-
diente, quod prefata sententia arbitralis &c. Et Romanus con-
silio. cccc. exordiente, In casu proposite cōsultationis &c. etiā
licet verba enuntiatiua in contractibus apposita obligatio-
nem non inducant, sed probationem. l. publia. in fine. ff. depo-
siti. l. optimam. C. de contrahenda & committenda stipulatio
ne. not. Bartolus in. l. ex hac scriptura. ff. de donatio. hoc ta-
men fallit vbi interuenit secunda scriptura. d. l. cum scimus. &
quod ibi Bartolus et Ioannes de plat. facit. l. mulier. C. ad
Velleyanum. & l. finali. C. de plus peti. Si enim obliget circa
ascriptitiam conditionem, que est magni preiudicij & quasi
seruitus. l. ne diutius. C. de agricolis & censitis. libro vndeci-
mo. multo magis preiudicare debet in alijs que non sunt tā-
ti preiudicij. etiam cautio geminata tollit beneficiū velleya-
ni. secundum formam dicte. l. si mulier. & quod ibi Baldus. et
l. antique. C. ad velleyanum. Confessio geminata etiam tollit
exceptionem non numerate pecunie, vt voluit glo. in. l. ex cō-
tractibus. §. illis etiam. C. de non numerata pecunia. que om
nia videntur non impertinenter posse adaptari ad hunc ca-
sum, vt esto, quod in aliquo videretur posse impugnari dicta
prima donatio, prout non videtur quia tamen illa reperitur
postea ex grandi interuallo ratificata, & quatenus opus erat
renouata. illa impugnari non valeat ex capite dicte pretense
omisse insinuationis. Duo enim vincula magis operantur,
quod vnū. authen. de cōsang. & vter. fratr. in prin. collatio. sexta.
6 & authē. itaque. C. commu. de lega. ¶ Preterea hinc quod alias
diximus de † renuntiatione. l. si vnquam. C. de reuocanda
donatione. Addo quod id ipsum voluit Ioannes de Imola in
c. finali. versicu. item attende circa intellectum dicte. l. de do-
nationibus, & idem voluit Barba. in sua Ioannina. versicul.
hac ratione vbicūque testator cogitauit de liberis &c. ibi, ideo
singulariter dicit Bartolus in. l. titia. §. imperator. &c. fateor
quod vbi non esset cogitatum de liberis, iuramentum nō im
pediret quominus propter superuenientiam liberorum. re-
uocaretur donatio per dictam. l. si vnquam. quia in iuramē-
to. intelligitur in dubio inesse tacita conditio que tacite inest
principali dispositioni. l. fina. C. de non numerata pecunia. et
ideo tale iuramentum intelligeretur, nisi superueniret nati-
uitas filiorum ipsi donanti. per ea que habentur in dicta. l. fi-
na. Sed hic vt alias dictum est, & apparet per instrumentum
donationis antedicte, fuit de liberis cogitatum. & sic non est
locus dispositioni dicte. l. si vnquam. que etiam intelligenda
est in donatione propria: scilicet que fit ex mera liberalitate,
non in donatione impropria. vt etiam voluit Angel. et Bal-
dus in aliquib' lecturis in. d. l. si vnque. & Romanus in. l. si ve-
ro. §. de viro. in. xlviij. fallē. ff. soluto matrimonio. facit quod
notat glossa. in. l. si pater. §. fin. ff. de donationibus. Donatio
vero de qua supra, vtpote facta propter merita & sic ob cau-
sam non est propria donatio. l. prima. & l. Aquilius Regu-
lus. superius allegatis: & quod donatio ob causam nō sit pro-
prie donatio, sed potius datio ob causam, tenuit Bartol. in
l. ij. C. de conditio. ob causam. Barto. Paul. de Castro, Ro-
manus & Alexander de Imola. in. l. fina. ff. eodem titulo. & sic
etiam hac ratione non obest predicta. l. si vnquam. Cui etiam
fuit expresse renuntiatū: & potuit renuntiari vt predixi, quā-
uis etiam Ioannes Andreas videatur tenuisse contrarium
in additio. Specu. titulo. de instrumen. edit. §. porro. versicu.
hoc autem certum est. & Oldra. consilio mihi. cxxiij. exordiē-
te, Quidam habens vnicum filium. moti ea ratione, quia di-
cta. l. si vnquam. non est inducta in fauorē donantis, sed huic
rationi alias responsum extitit. Quod autem dicit Oldrad.
consi. clxxxvij. exordiente, Cum mulier &c. non attingit hūc
casum: quia ibi non apparet quod ibi esset cogitatum de liberis, sed
solum iuratum de non contraueniendo: quo casu prout dixi
superius non obstat iuramentum, quominus donatio reuo-
cetur ipso iure per superuenientiam liberorum. & hoc pro eo
quia vt dicit Oldrad. in dicto consilio subintelligitur tacita
conditio, scilicet si donās liberos non habuerit: quasi verisi-
7 mile † non existat, quod donans alienam successionem proprie
anteponat. l. cum acutissimi. C. de fideicommis. l. generaliter.
§. fina. C. de instit. & substitu. l. cum auus. ff. de condi. & demon.
& l. tale pactum. §. fi. ff. de pactis. Et hec tacita conditio etiam
subintelligitur in iuramento interposito ad confirmationem
donationis huiusmodi. dicta. l. fi. C. de non numera. pecunia.
Sed hic apparet fuisse de liberis cogitatum, & prefatum no-
bilem Ioannem donatorem, voluisse, quod non obstante su-
peruenientia liberorum valeret donatio. Et ita ad verisimi-
lia vel coniecturas predictas recurrere non oportet: que ita
demū sibi locum videtur vēdicare, quando sumus in incertis, vel
dubijs, non cum sumus in certo: quia in incertis et non cer-
tis locus est coniecturis. l. continuus. §. cūm ita. ff. de verbo-
rum obligationibus. l. pediculis. §. argento. ff. de auro & ar.
legato. l. certa forma. ff. de iure fisc. li. x. & l. certis annis. C. de
pactis. Insuper etiam adijcio alias allegationes, quod donatio
de qua supra reuocari non debeat ex capite inofficiositatis:
tamen causis & rationibus de quibus in allegationibus hu-
iusmodi: tum & quia vt apparet ex depositionibus testiū no-
uissime pductorū super articulis parte dicte dñe Margare
te & nobilis Iaco. targe, eius viri, in hac causa oblatis, exor
dientibus, procurator nobilis Iacobi &c. super sexto articu
lo. prefatus quondam nobilis Ioannes de taxia tempore fa
cte donationis de qua supra, ac etiam postea erat condomi-
nus loci & castri de Rochagironis, & tam condominium ca-
stri huiusmodi, quam multa alia & varia bona mobilia & im-
mobilia, ac etiam seruitia, & census tam inibi, quam in loco de
vientio tenebat, & possidebat, & post donationem tenuit & pos
sedit, que erunt in magna appretiatione. Quo fit vt cum pre-
fati nobiles de taxia non probauerint bona huiusmodi, eis
non suppetere ad pretensam eorum legitimam, etiam si esse-
mus in casu in quo paterne hereditati non se immiscuissent,
debuerint & debeant, etiam si alia motiua non subessent suc-
cumbere. Cuius illam assigno rationem, quia vbi quis fun-
8 damentum recipit ex negatione vel super negatiua, † huic
neganti incumbit onus probandi negatiuam per iura alle-
gata per Bartolum in. l. hoc iure. ff. de verborum obligatio-
nibus. pro quo est optimus textus in. l. penultima. §. docere.
vbi Bartolus & doctores. ff. ne quis eum qui in ius voca. est
& in. c. primo. de confessis in sexto. quem ibi ad hoc ponderat
Geminianus. idem tenuit Ioannes Andreas in regula in-
famibus. & in regula, sine possessione. de regulis iuris in sex-
to. in mercu. Innocentius in. c. cum in iure. de officio delega
ti. & est de mente glosse in. l. si vero. §. qui pro rei. in verbo, du-
bitetur. ff. qui satisdare cogantur. de quo plenius per Alexā
drum in dicta. l. hoc iure. debeat igitur prefati de taxia pro-
bare, quod alia bona non suffecerint ad eorum pretensam le-

gitimam. ad quod facit, quia cum regulariter quilibet sit moderator rei sue. l. in re mādata. C. mandati. ⁊ l. polla. C. de his quibus vt indignis. palam infertur, quod volēs impugnare dispositionem seu moderationem alicuius factam de re eiusdem disponentis, quasi ei disponere nō licuerit, probare debeat quare hoc non licuerit: quia quemadmodū
9 † in prohibitis certo casu permissis non statur verbo dicētis casum permissum subesse. l. qui testamentum. ff. de probationibus. et l. cum quis decedens. §. titia. ff. de legatis tertio. quod etiā voluit Oldradus consilio mihi centesimo septuagesimoquinto exordiente, Quidam episcopus cuius mense ⁊c. versicul. sed salua reuerentia ⁊c. ⁊ Joannes Andreas in additio. Speculato. titulo de rebus ecclesie non alienand. ita in regulariter permissis certo casu prohibitis stari non debet verbo dicentis casum prohibitum subesse. Et presertim ad inualidationem seu rupturam celebrate dispositionis.

10 ¶ Quid vltra vbi essemus in casu in† quo ex capite inofficiositatis reuocari deberet donatio de qua supra, non tamē debuisset agi eo modo, quo actū est: sed prius agi debuisset querela inofficiose donationis ad rescindēdum donationem. vt voluit Bartolus in dicta. l. titia. §. imperator. ff. de legatis secundo. ad quod facit quod habetur in. l. fin. C. de inofficiosis donationibus. ⁊ in. §. si quis in fraudem. institut. de actioni. quod etiam voluit Joannes de Imola in. c. fina. versiculo, in eadem gloss. ij. in fine ⁊c. de donationibus. Et idem quoad casum nostrum voluit ibi Floria. post Baldū in. l. prima. C. de inofficiosis donationibus. quamuis enim senserit Baldus ⁊ Floria. vbi supra, quod si agatur solum ad reuocandum legitimam, necesse non existat prius intentare querelam inofficiose donationis ad illam rescindendam, sed posset secundū eos vnico libello se expedire, narrando donationem inofficiosā in eius preiudicium fuisse factam per patrem, vel aliū ascendentem ⁊ petendo condemnari donatariū in quem facta fuit donatio ad dandum sibi legitimam: tamen si agatur ad reuocationem totius donatiōis, opus est secundū eos prius agere querela inofficiose donationis ad rescindendā donationē ⁊ lata sententia in illa, agi potest vtili rei vendicatione: et sic quoad casum de quo sermo existit, dictum Bald. ⁊ Floria. nō obstat ei quod predixi: quia prefati de taxia non solum petierunt dictam pretensam legitimam, sed totum castrum redorterij cum iuribus et pertinentijs ⁊c. dictum etiam Baldi et Floria. in prima parte, quatenus loquuntur de reuocatione donationis vsq ad legitimā est contra Bartolum in dicto §. titia. cuius opinio verior est secundum Joannem de Imola vbi supra. qui p eo allegat, quia ex eo quo donatio fuit valida de iure, licet veniat reuocāda, tanquam inofficiosa, videtur quod etiam quando solum petitur reuocari vsque ad legitimam, debeat prius agi querela inofficiose donatiōis ad rescindendum illam vsque ad legitimam cum idem ius debeat esse de parte quoad partem, quod de toto quoad totum. l. que de tota. ff. de rei vendica.

¶ Alterius adijcio, quod licet in quibusdā pretensis iuriū allegationibus ex aduerso factis pretendat donatio de qua supra, debere reuocari ex capite metus, hoc tamen non officit: cum rationibus alias allegatis, quia videlicet pretensus metus probatus non extitit: tum ⁊ quia ad inducendam pretensam metus presumptionem, non sufficeret proponere et probare. quod illa facta fuerit in loco subdito dicti nobilis Antonij, vel quod ipse Antonius tempore facte donatiōis dominus existeret loci de Vietio, ⁊ ibi continuus habitator ⁊ quod in eo ⁊ in populum, ⁊ homines eiusdē loci iurisdictionem exerceret, sed dicere oportebat ꝙ donatio per metū facta extiterit: quia super non allegato non resultat presumptio. vt no. Bal. in. d. l. si certis annis. C. de pactis. p. l. si adulteriū cum incestu. §. idem poljoni. ff. de adulter. quod etiam voluit Barto. in. l. cum quid ante finem. ff. si certum petatur. Pro quo facit quod voluit idem Bartol. in dicto. §. idē Polioni. et Bald. in. l. venia. C. de in ius vocand. Ex quorum dictis illud colligitur. quod non sufficiat constare de errore,
11 † nisi ille allegetur. facit etiam pro predictis, quia quamuis ex titulo presumatur bona fides. l. penultima. C. de euict. l. apud antiquos. C. de furtis. et not. in. l. super longi. C. de prescript. longi tempo. ⁊ per docto. in. l. Celsus. ff. de vsucap. capi. vigilanti. et capitul. si diligenti. de prescript. Non tamen sufficit ad hanc presumptionem inducendam, quod probetur titulus, nisi etiam bona fides allegetur. vt voluit Angel. in lege cum qui. §. fina. ff. de public. et in dicta. l. super longi. ⁊ Bald. in capitu. moribus. §. si quis per triginta. si de feudo fue. controuersia. inter dominium et agnatū. et Alexand. de Imol. in. l. rem alienam. ff. de pignorati. actio. Et ibi etiam voluit Bartol. quod vbi ex possessione presumitur dominium non sufficit allegare ⁊ probare de possessione, nisi etiam proponatur, et allegetur dominium. et idem not. Bal. in. l. etiam. versicu. non licet possessor ⁊c. C. de exequutiōe rei iudica. et Sali. in. l. certi. C. loc. Possunt ⁊ alia multa allegari pro dictis nobilibus coniugibus, et ad impugnationē intentionis dictorum nobilium de Taxia, sed quia premissa mihi videtur sufficere, cum alijs alias per quos supra allegatis: ego vlterius non insisto.

¶ Postremo adijcio et quod alias scriptum est, quod non obstiterit, neque obstet id quod fuit oppositum aduersus dictam vnam donationem, per dictum nobilem Joā. factam prefato nobili Antonio, scilicet quod illa facta fuerit viuente dicto nobili Alfoncio patre prefati Joannis venditoris, et dico quod cum idem nobilis Alfoncius in donatione per eum facta ipsi Joanni suo filio eundem Joannem filium et donatarium verum, ⁊ legitimum procuratorem, ac dominū constituerit, ⁊ in rem suam propriam. in bonis sibi donatis, cum potestate agendi, ac experiendi pro eisdem, ipsasque vendendi, ac donandi, ⁊ omnia vniuersa, ⁊ singula faciendi, ac exercendi, que verus dominus de re sua facere potest, nō immerito valuit et de iure potuit idem nobilis Joannes nō
12 obstante pretensa patria potestate, † vtpote habēs licentiā, et consensum ad donandum ab eodem Alfoncio eius patre. l. filiusfamilias. §. primo. ff. de donationibus. Preterea filiusfamilias habet integram personam quoad dispositionē inter viuos in bonis, in quibus patri non queritur vsufructus authentic. vt liceat matri et auie. in principio. collatio, octaua. facit. cap. fina. de iudicijs. in sexto. ⁊ quod not. maxime per docto. in. l. final. §. necessitate. C. de bonis que liberis. et per Alexand. de Imol. in. l. nemo. C. qui testamenta facere possunt. Cum itaque dictus quondam Alfoncius vsumfructum non haberet in castro redorterij, et eius pretensis iuribus, vtpote per eundem efficaciter donatis dicto Joanni eius filio, potuit idem Joannes, vt pleno iure dominus de illis inter viuos disponere, ⁊ disponendo donare donatione inter viuos. Pro quo vt opinor bene facit. l. cum non solū. §. filijs autem. arguendo a contrario sensu. C. de bon. que liberis. et ita etiam eundem. §. videtur intellexisse Alexand. de Imol. in dicta. l. nemo. Non igitur pro dictis de Taxia, quod tamen forte existimant, sed contra eos facit dictus. §. filijs autem. inducendo vt predixi. quod autem is modus arguendi validus existat, nemo est qui nesciat. l. secunda. §. primo. ibi huius rei ⁊c. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio,

¶ Epitome.

¶ Testis huius depositio licet plene non probet sufficit tamen ad hoc vt deferatur iuramētum probationis suppletoriū, saltem in causis minimis ⁊ vilissimis, quod quidem iuramētum deferri potest vsque ad conclusionem in causa faciendam.

¶ De iureiurand. Consil. clxxv.

Licet dictum seu depositio vnius testis, vtpote plene non probans ei pro quo deponit non sufficiat ad victoriam obtinendam. cap. tam literis. de testibus. et. l. iurisiurandi. cum suis similib⁹. C. eodem titulo. sufficiat tamen, quoad hoc, vt eidem deferatur iuramentum in supplemētum probationis plenioris. iuxta ea que habētur in. l. in bone fidei. ⁊ quod ibi communiter per doctores. C. de rebus creditis. ⁊ in. l. admonendi. cū suis similibus. ff. de iureiurando. quod saltem ⁊ sine dubio procedit in causis vilibus ⁊ minimis: vt notāt doctores vbi supra. cuiuscemodi est causa, que ad causam quatuordecim grossorum agitur, ⁊ pendet indecisa inter Claudiū Bordeti ⁊ prouidum virum magistrum Pauletum Hugonis. vt colligitur ex his que not. glo. ⁊ docto. in authen. nisi breuiores. C. de senten. ex pericu. recitan. ⁊ Ange. are. in. §. triplici. circa principium. versic. ⁊ dicitur causa breuis ⁊c. institut. de actio. quo fit vt cum in causa huiusmodi dictus Pauletus Hugonis habeat vnum testem plene deponentem pro eodē Hugo. debuerit ⁊ debeat eidem Hugoni iuramentum deferri in supplementū probationis plenioris per iura predicta ⁊ ea que

inibi not.per gloss.& docto.& quod not.per docto.in.c.finali. de iureiurando. Quibus non obstant allegata in quadã schedula exordiente, Causam quã habet &c.parte dicti Bordeti in dicta causa producta. Et primo quidem non prima ratio: quia respondeo, quod licet vnicus testis plene nõ pbet, probat tamen semiplene: & sufficit eius depositio ad delationem iuramenti maxime fiendam reo, semiplene probanti, vt habetur in.l.in bone fidei.&.l.admonendi per textum glos.& doct. Etiam nec obstat alia & sequens ratio, scilicet quod deueniri ad delationem iuramenti non debeat: pro eo quia depositio testis iam publicata extitit: quasi metu subornatiõis partis iurare volentis impediri debeat delatio. Quia respondeo, ꝙ hec ratio est falsa. pro quo allegare sufficiat quod not. Bald. in dicta.l.in bone fidei.versi.sed hic dubitatur.& Salicetus in eadem.l.versicul.quarto quero vsq ad quod tempus. vbi voluit quod non solum post aperturam testium, & vsq ad cõclusionem faciendam in causa, quinimo & post conclusionem deferri possit iuramentum. Barto.etiam teste Saliceto voluit iuramentum huiusmodi posse deferri, saltem vsq ad cõclusionem. quia vsq ad illud tempus fieri potest probatio, c. cum dilectus.de fide instrumentorum. iura vero ex aduerso allegata, vtpote loquentia in teste, non in parte, cuius nõ timetur subornatio, non obstant: quia loquuntur in casu diuerso. ex quo propterea non bene infertur.l.papinianus exuli.ff. de minoribus.&.l.inter stipulantem.§.sacram.versic.sed hec dissimilia.ff.de verborum obligationibus. insuper nec etiam obstat alia & tertia ratio, in qua pretẽditur duodecimũ testẽ in causa propria deponere. Quoniam respondeo, quod salua pace sic dicentis, istud nõ est verũ, sed deponit cõtra seipsum quatenus deponit sibi esse satisfactum per prefatum Hugonis: & pro dicto Bordeti, quatenus tamen appareat illũ Bordeti fuisse eius debitorem: que solutio facta per dictum Hugonis etiam si nõ appareret de volũtate dicti Claudij Bordeti debuisset, & deberet ipsi Hugõis prodesse, & ipsum liberare: saltem ope exceptionis. gessit enim vtiliter negotium dicti Bordeti. qui propterea tenetur ad ratificationez illius l.soluendo.ff.de negotijs gestis. insuper & postremo eidẽ Hugonis nõ obstat quod ex aduerso opponitur de pretensa suspicione dicti testis. Quoniam respõdeo, quod licet idem testis pro ferendo testimonio citatus non extiterit, si tamen reperitur iuramentum delatum per dominum vicebailliuum, vel alium in presenti causa ius dicentem hoc sufficit: nec presumitur se ingessisse: vt apparet ex his que ponit Rota decisione.ccclxxij.exordiente, Idem dubitabant, seu dubitatum fuit vtrum valeat dicta &c. Panormita.in.c.ij.versicu.extra gloss.quero &c.de testibus.& Bal.in titul.que fuit prima causa beneficij amitten.§.porro.& quia rationes dicti huiusmodi ad plenum recitantur per Rotam et Panormitanũ, vbi supra supersedeo ab illarum refutatiõe. cum etiam causa hec vilissima existat: & super qua fere pudet scribere. Cõcludo igitur iuramentum probationis suppletorium fore & esse dicto Hugonis deferendum, non obstantibus quibuscunq in aduersum allegatis, que non obstant. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Epitome.

¶ Iuramentum deferens cum protestatione, vt eo non obstante liceat deferẽti probare eius intentionem, si a parte acceptetur, videtur acceptatum cum qualitate qua delatũ est: & poterit deferens probare quod intendit, nec poterit ei opponi exceptio iuramenti prestiti.

¶ De protestationibus. Consilium.clxxvj.




Uia puid' vir Mausetus Bonzoni in delatione iuramẽti, quod detulisse dicitur magistro Antonio seguyni sabbaterio, de & super solutione vnius floreni aurei, inibi plenius mẽtionati, expresse protestatus est, & saluum sibi reseruauit ius probandi, si probare posset, non videtur idem Mausetus impediendus quominus solutionem floreni huiusmodi probet, si eam probare potuerit. Cum enim reseruatio seu protestatio antedicta facta extiterit sub presentia dicti magistri seguyni illa debet eidẽ Mauseto prodesse, & dicto seguyni obesse: quia protestatio facta super dependentibus a consensu, & potestate duorum, scilicet protestantis, & alterius, si fiat cum consensu partis, illa valet, & iuuat protestantem. per ea que notant doctores in c.cum.A.de constitutionibus. in casu enim quẽ protestans in sua protestatione excludat, non est animus nec dispositio protestantis.l.si quis in principio testamẽti.in principio.ff. de legatis tertio. Et licet non legatur idem magister seguyni expresse reseruationi, seu protestationi antedicte consensisse, censetur tamen illi tacite consensisse. per id quod sentit Innocen.& quod ibi Panormitanus in.c.fina.de condi.apposi. quatenus ibi dicit Innocẽtius, ꝙ tacens in casu de quo loquitur, habetur in fauorem matrimonij, & sic iure speciali, pro contradicente, sentit ergo, quod tacens habeatur regulariter pro contradicente. Et ita eum ibi intelligit Panormitanus. & quod protestatio noceat aduersario tacẽti, tenuit gloss.in.c.primo.distinctione.xxvij.per quam glossam consuluit alibi Abbas antiquus. ꝙ cum sit protestatio ad detrahendum iuri alicuius de cuius preiudicio agitur, debet protestari contrarium, si non vult sibi preiudiciuz generari. pro quo facit quod notat gloss.in.l.si fideiussor.ff.qui satisdare cogantur. vbi voluit, quod si ego recipio fideiussorem hac protestatione premissa, quod ipse in futurum non alleget priuilegium, ipse fideiussor intercedendo, seu fideiubendo cẽsetur tacite acquiescere protestationi. Pro hoc etiam facit in casu nostro, quia ex quo prefatus magister Antonius seguyni acceptauit iuramentum sibi delatum, ipse illud seu delationez huiusmodi videtur acceptasse cum limitatione protestationis. argumento.c.cum olim.de censibus. acceptãdo enim delationem & non resistẽdo protestationi videtur tacite acquiescere protestationi: quia non poterat partem scilicet delationem ipsam acceptare, hoc est partem facti, hoc est reseruationem seu protestationem factam per prefatũ Mausetum reijcere. dicto.c.cum olim, delatio enim iuramẽti facta per prefatum Mausetum cum dicta reseruatione, vt sibi probare liceret &c. fuit vnicum factum, licet qualificatum. dictus ergo seguyni acceptando delationem, censetur eam acceptasse cũ sua qualitate. dicto.c.cum olim.&.c.pisanis.de restitutio.spoliatorum. Ex quibus infertur, quod.l.prima.& secunda.cum suis similibus.C.de rebus creditis. eidem Mauseto non obstant. procedunt enim vbi non esset facta protestatio, an aduersarius consensisset: vt in casu nostro. debet igit̃ idẽ Mausetus non obstante delatione iuramenti de qua supra. et prestatione illius facta per dictum seguyni, admitti ad probandum, ꝙ florenum de quo supra, post computum finale dicto seguyni soluerit. & imputet sibi idem seguyni, ꝙ illi reseruationi expresse non contradixerit, & ꝙ non contradixerit iurare cũ illa reseruatione. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet melius sentientis.

¶ Epitome.

¶ Predia omnia presumuntur allodialia, & qui ea feudalia vel emphyteuticaria dicit, debet probare eius intentionẽ: verum est, ꝙ respectu iurisdictionis subsunt domino territorij, non respectu proprietatis.

¶ De allodijs. Consilium.clxxvij.



Um multa sint bona allodialia, & a iure primeuo ols persona & terra libera sit, nisi inquantum violentia est illata. institu.de iure natu.§.ius autem gentiuz. & de liberti.§.j.ad quod facit quod habet Genesis.xlvij.c.not.Hostien.Joan.And.& dotores in.c.nimis. de iureiurando. non eo ipso fundent domini ciuitatum, oppidorum, seu castrorum, & aliorum locorum suam intentionẽ, ꝙ bona in ciuitatibus, oppidis, seu castris & locis huiusmodi existentia presumantur feudalia, vel emphyteucica vel alias possideri, aut teneri de & sub dominio directo eorundem dominorum, prout colligitur ex his que not. Hostien. Joan. And. Panormitanus & alij doctores in dicto.c.nimis. quod si ita est, imo quia vere est ita, magnifica domina Margareta de Araysono domina cadaneti non habet fundatam intentionem de iure communi, ex quo probetur vel presumat, ꝙ omnia predia existentia in loco cadaneti vel eius territorio teneri, aut possideri de & sub dominio directo eiusdẽ domine Margarete, sed opus est ꝙ ipsa hoc iustificet, seu probet. quod etiam expresse voluit Panor.in dicto.c.nimis.versicu.ex quibus, vbi dicit ꝙ reges & alij domini terrarum, nõ

fundent intentionem suam super singularibus rebus ⁊ pos/
sessionibus terraruȝ huiusmodi, nec super vtili nec super di/
recto dominio. idē voluit in. c. si diligenti. de prescriptio. vbi
dicit, ꝙ licet domini temporales fundent eorum intentioneȝ
de iure communi respectu iurisdictiōis in locis ⁊ territorijs
sibi subditis, quod etiam Hosti. Joā. And. idem Panormi.
⁊ alij voluerunt in dicto. c. nimis. non tamen respectu ꝓprie/
tatis rerum ⁊ bonorum infra limites existentium sicut de im
peratore respectu totius orbis in. l. bene a zenone. C. de qua/
drien. prescriptio. idem dicit Panor. in papa quoad patri/
monium ecclesie, ꝙ videlicet fundet intentionem suam, quo/
ad iura imperialia, non autem in bonorum prosperitate per
iura per eū allegata. non igitur cogi debent vniuersitas vel
homines prefati ad recognoscendum eideȝ Margarete dñe
se tenere de ⁊ sub dominio directo eiusdem dñe, predia fran/
ca, que videlicet non ostendunt nec apparēt teneri de et sub
dominio directo eiusdem domine. Et per rationes superius
allegatas etiam apparet dictam dominam cadaneti preten/
dere non posse paladem de qua est contentio inter eū ac vni/
uersitatem ⁊ homines prefatos esse suam, vel etiam alias ex/
titisse aliquorum suorum predecessoruȝ, nisi hoc probetur: qȝ
tamen non probabitur, sed potius probabitur contrarium:
vt audio. Super quo tamen ⁊ alijs vlterius non insisto, dō
nec completo processu.

¶ Epitome.

¶ Solutio census fieri debet secūdum valorem monete cur/
rentis tempore concessionis in emphyteusim: non secundum
valorem qui est hodie: intellige quando moneta reperit mu/
tata in materia, aut bonitate intrinseca.

¶ De censibus. Consilium. clxxvij.

Viso instrumento con/
cessiōis ad nouum accapitum, seu in emphyteu/
sim perpetuā olim facte, anno videlicet domini
M. cccclxx. ⁊ die vltima mēsis Nouembris, per
nobilem quondam virum Andream ferussij condominū Ca
neti, prouidis viris Jacobo Joannis, alias peyracho. castri
veteris pro medietate, ⁊ Honorato Tornādi, eiusdem loci tā
suo ꝙ Giraudi eius fratris nominibus recipienti ꝓ alia me
dietate. de rebus, bonis, ⁊ predijs, in instrumento huiusmo/
di plenius specificatis, dico ⁊ respōdeo ad id de quo extitit in/
terrogatus, prefatos Jacobum Joānis, Honoratum ⁊ Gi/
raudum, si tamen idem Giraudus ratificauerit contractum
teneri, satisfacere de quatuor florenis censualibus in instru/
mento huiusmodi plenius mentionatis, secundum valorem
⁊ estimationem monete currentis tempore dicte cōcessionis
ad nouum accapitum, seu in emphyteusim perpetuam: ꝓ eo,
quia quando mutatio monete contingit in pōdere vel in ma
teria, vtpote quia tempore contractus moneta erat argētea
bone lige, tempore vero solutionis reperitur ere contamina
ta, ⁊ minoris lige, tunc fieri debet solutio de moneta, non qui/
dem de noua. sed de antiqua, si illa reperiatur, vel si antiquā
non habeat, soluet debitor de noua. ⁊ suppleat bonitatem in
noua, vt sic satisfaciat ad rationē antique monete, si antiqua
erat melior. c. olim. de censib. not. Barto. ⁊ doct. communiter
in. l. Paulus. ff. de solutio. Alberi. ⁊ Barto. in. l. cum quid. ff.
si certum petatur. ⁊ Alex. de Jmol. in. l. quod te. eod. tit. An/
to. de but. Panor. ⁊ alij doct. in. c. quanto. de iureiur. ⁊ Mar
ti. de Laud. in suo tracta. de mone. vers. accedo ad secundum
articulū. Et hec est communis sententia scribentium in iure.
Nec isto casu vt dicunt docto. distinguitur, an mutatio hmōi
facta fuerit post vel ante morā debitoris, vt expresse no. Pa
nor. in. d. c. quanto. ⁊ ita etiā sentit Bar. in. d. l. Paulus. ver.
quero quid si moneta ⁊c. hoc autē certum est, ꝙ ab anno pre/
dicto. M. cccclxx. ⁊ die vltima Nouembris, facta est mutatio
in monetis, pro eo qȝ sunt nunc minoris lige, ꝙ essent anno
predicto. ⁊ sic facta est mutatio in materia, et in bonitate in/
trinseca. Propter quod minus valet moneta argentea nunc
currens, ꝙ valeret moneta currens tēpore dicti contractus.
Debet igitur attendi tēpus contractus ⁊ valor monete tunc
currentis: ⁊ secundū valorem illius monete tenentur ⁊ debēt
prefati emphyteute, si viuant, alioquin eorum heredes, satis/
facere de dictis quatuor florenis annui cēsus. Et ita mihi vi
detur sub correctione cuiuslibet melius sentientis.

¶ Epitome.

¶ Interdicto non obstante, cui ecclesia supposita pretendi/
tur, diuina, alta voce, ⁊ ianuis apertis in populi p̄sentia pos/
sunt in ea celebrari in natali domini, pascha, pentecoste, ⁊ fe/
sto assumptionis virginis Marie: ⁊ campane pulsari.

¶ De senten. excom. Consi. clxxviij.

Existimo, ꝙ non obstā
te laxatione ecclesiastici interdicti, cui eccle/
sia tricastrinēsis ⁊ tota diecesis supposite ex/
titerunt, potuerint, ⁊ possint inibi in festiui/
tatibus natalis domini, pasche, ac penteco/
stes, ⁊ assumptionis virginis gloriose, campane pulsari, ⁊ ia/
nuis apertis: alta voce diuina officia solēniter celebrari. Et
alias fieri prout hodie habetur in. c. alma. §. in festiuitatibus
vero. de sen. excom. in. vj. Nec obstant verba sequētia in dicta
laxatione apposita. Jta ꝙ huiusmodi stante interdicto in di
cta cathedrali tricastrinēsi, ⁊ diecesi, quilibet cessare debeat,
faciet ⁊ procuret quantum in eo facit, apertis ianuis in po/
puli presentia a diuinis, quia ista verba intelligi debent se/
cundum dispositionem iuris. vt videlicet inibi cessetur a di/
uinis in presentia populi, ⁊ ianuis apertis preterquā in die/
bus, seu temporibus de iure exceptis. quia nō est verisimile
ꝙ sub predictorum verborum quantitate reuerendus pater
dominus auditor causarum sacri apostolici palatij, qui pre
dictum interdictū laxasse pretenditur, statuere voluerit id,
quod statuere nō poterat. arg. l. si vero. ff. de his que in frau.
cre. ⁊. l. lucius. §. Jmperator. ff. ad municip. qȝ tamen fecisse
cēseretur, si per verba predicta, inhibuisse intelligeretur. ne
etiā in festiuitatibus antedictis diuina ianuis apertis, ⁊ al/
ta voce in populi presentia celebrarentur: quia hoc fuisset, et
esset contra determinationem dicti. §. in festiuitatibus. ⁊ sic
quoad hoc esset nulliter processum. l. ij. ⁊ quod ibi gl. ⁊ docto.
C. quan. prouo, non est neces. Nec opponat aliquis eundē do/
minum auditorem hoc facere potuisse in vim apostolice com
missionis propter secūdam signaturam in qua dictum repe/
ritur, placet domino nostro Pape. Quoniam respondeo, ꝙ
licet in supplicatione parte impetrantis oblata reperiat pe
titum, vt dominus noster Papa dicto do. auditori commit/
teret ⁊ mandaret vt ecclesiam ⁊ diecesim prefatas interdice/
ret ex strictissimo ac firmo interdicto, supponeret inibi, qȝ
huiusmodi interdictum apponi ⁊ obseruari sub pena excōi/
cationis aliisq; sententijs, et censuris ecclesiasticis. Non ta/
men sic petitum est interdici: ⁊ dictas ecclesiā, et diecesim hu/
iusmodi interdicto supponi, qn possent, ⁊ possint prout pre/
dixi diuina officia celebrari in festiuitatibus superius men/
tionatis. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet do/
mini melius sentientis.

¶ Epitome.

¶ Remissio mercedis conductori non fit propter sterilita/
tem fructuum, cum videatur casum seu fortunam, aut aliam
quandam conduxisse. Jtem nec et qui ob interdictum eccle/
siasticum minus aut nihil recipit de oblationibus, ⁊ obuētio
nibus ecclesie, compensaturq; sterilitas presentis anni cum
vbertate precedentium.

¶ De loca. ⁊ conduc. Consi. clxxix.

Viso instrumēto arren/
damenti dudum facti per venerabilem ⁊ egregiū
virum dominum Stephanum Audigerij cano/
nicum tricastrinum, ⁊ curatū ecclesie beati restituti tricastri/
nensis diecesis venerabili viro dño Petro Giraudi presby/
tero: ⁊ audito casu qui contigisse dicitur, ⁊ in quo narratur,
ꝙ a festo beati restituti proprie lapso, ⁊ citra, fuerunt cathe/
dralis ecclesia, ⁊ tota diecesis tricastrinensis supposita eccle/
siastico interdicto, propter qȝ pretēdit idem do. Giraudi se
minores obuentiones, seu emolumēta recepisse, ⁊ propterea
sibi fieri debere remissionem de pretio arrendamenti: dico et
respondeo, ꝙ etiamsi essemus in casu, in quo alias ꝓpter ste/
rilitatem fructuum fieri debet mercedis remissio. Cuius tñ
contrariū voluit Bal. in simili. in. l. licet. ver. tertio quero ⁊c.
C. de loca. quasi censeatur. idem domi. Giraudi quatenus ar
rendamentum de quo supra cōcernit oblationes, de quibus
conqueritur, arrendasse, seu conduxisse casum ⁊ fortunā seu
aleam quandam: ⁊ ita etiam si nihil recepisset de obuentioni
bus in toto anno, tamē videretur, teneri ad soluēduȝ, quod
primisit

pꝛomisit.l.si iactum retis.ff.de actio.empt.pꝛo quo etiã Bal.
allegat no.per Bar.in.l.cotem.§.qui maximos.ff.de public.
Non tamẽ deberet eidẽ do. Giraudi fieri remissio de p̃tio ar
rendamenti,de quo supꝛa. Tum quia si in aliquo minus re-
ceperit in obuẽtionibus,vel oblationibus pꝛopter interdi-
ctũ de quo supꝛa,illud fuit modicũ,ita vt dici debeat exigui-
tas,nõ sterilitas obuẽtionũ siue oblationũ.nec dici possit tã-
ta interuenisse exiguitas,ꝙ ipse dici possit omnia perdidis-
se,aut nihil recepisse vltra expensas,vel se fuisse dãnificatuz
vltra dimidiam iusti pꝛetij.nec alias dictũ fuit, aut dicit̃ ab
hominibus illius loci,ꝙ oblationes ⁊ obuẽtiones huius vl-
timi anni nihil valuerint:cũ tñ, vt audio,die festi sancti Re-
stituti valuerint quinquaginta floꝛenis.non põt igit̃ idẽ do.
Giraudi pꝛetendere sterilitatẽ obuentionũ ⁊ emolumentoꝛũ
p̃dicte ecclesie,⁊ per per cõsequẽs nec petere remissionẽ mer-
cedis,seu pꝛetij arrendamẽti.pꝛo quo allegasse sufficiat not.
per Inno.Host.Jo.And.⁊ doct.in.d.c.pꝛopter sterilitatẽ.
de loca.per Cyn.⁊ alios in.l.licet.C.eodẽ.tit.⁊ per Bart.in.l.
si merces.§.vis maioꝛ.ff.eo.titu. Preterea vbi potuisset vel
posset dici sterilitas,q꞉ tñ in duobus annis p̃cedentibus fuit
obuentionum ⁊ obligationum vbertas,deberet sterilitas cũ
pꝛedicta vbertate cõpensare.d.l.licet.⁊.c.pꝛopter sterilitatẽ.
superius allegato.⁊ ꝙ vtrobiq꞉ vt per glo.⁊ docto. Que dixe
rim bꝛeuiter ⁊ succincte sub coꝛrectiõe cuiuslibet domini me-
lius sentientis.

1 ☞ Conuentio que non est aduersus leges ⁊c.aut dolo inita
seruanda est:nec ab eius verbis est recedendum.
2 Ablatiui absoluti sonant in conditionem.
3 Argumentum a contrario sensu locum habet etiam in con-
tractibus.

¶ Epitome.

¶ Ut in pꝛimo collectaneo.

¶ De pactis consilium.clxxx.



Viso instrumento libꝛa
tionis seu concessionis taberne clause facte pꝛoui
do viro Joanni Gastinelli, loci Taulinhani, di-
co ⁊ respondeo bꝛeuiter ⁊ succincte,ꝙ licet incole ⁊ habitato-
res vinum eoꝛum pꝛopꝛium vendere possint ⁊ valuerint in
grosso vel minuto ad tabernaz,soluto tamen eidẽ Gastinel-
li soqueto vini pꝛopterea debito,non possunt tamẽ aliud vi-
num emere ad fines reuendendi,⁊ illum reuendere sine licen-
tia eiusdem Gastinelli in albo:hoc enim cauetur in dicto in-
strumento:ibi.versi.quo vendito,ibi:sed non reuendere sine
1 licẽtia tabernarij,cui conuentioni,† vtpote que nõ dolo ma-
lo neq꞉ aduersus leges existit ⁊c.standum est:⁊ illa eidem ta-
bernario obseruanda.l.iurisgentium.§.pꝛetoꝛ ait.ff.de pac.
⁊ quod not.per glo.⁊ docto.in.l.pacta que contra.C.de pact.
Et ab ipsius conuentionis verbis non est recedendum.l.ille
aut ille.§.cum in verbis.⁊.l.non aliud.ff.de lega.iij.⁊ non so
lũ non possunt homines loci pꝛedicti Taulinhani reuẽdere
vinuz,qđ postea emerunt,sed etiã videtur ꝙ ipsi non possint
emere aliqđ vinũ,donec pꝛopꝛiũ vendiderint.⁊ hoc pꝛopter
2 illos † ablatiuos absolutos,quo vendito,qui conditionẽ im-
poꝛtant:⁊ sonant perinde acsi dictũ esset,si vendiderint pꝛo-
pꝛium vinũ,aliud vinũ emere possint ⁊c.l.a testatoꝛe.⁊ qđ ibi
Bar.ff.de condi.⁊ demõ.⁊.l.ab emptione.in pꝛinc.⁊ quod ibi
Bar.ff.de pac.qđ etiã voluit Paul.de cast.consi.mihi.cccxj.
exoꝛdiente,Viso tenoꝛe ⁊c.⁊ Alex.de Jmol.consil.cxix.exoꝛ-
diente,Viso p̃cessu ⁊c.in.j.volu.possunt igitur homines pꝛe
fati emere vinũ pꝛo sua pꝛouisione,si pꝛopꝛium vendiderint.
non ergo emere pñt si pꝛopꝛium non vendiderint,vel saltem
alias cõsumpserint arguẽdo a cõtrario sensu,qđ facere licet,
3 nõ solũ legibus,sed † etiã in cõtractibus.l.cum inter soceruz,
§.cũ inter.ff.de pac.dota.no.Bal.in.l.conuenticulã.C.de epi
sco.⁊ cle.⁊ Alex.de Jmol.in.l.si extraneus.ff.de cõdi.ob cau.
Cuius autẽ autoꝛitatis huiusmodi argumentũ a contrario
sensu existat,nemo est qui nesciat.l.ij.§.j.vers.huius rei.ff.de
offi.eius cui mãdat.est iuris.l.qui testamento.§.mulier.ff.de
testa.⁊.c.cũ apostolica.in fi.de his que fi.a pꝛela. Que dixeriz
vt pꝛedixi bꝛeuiter ⁊ succincte sub coꝛrectione ⁊c.

1 ☞ Nulliter gesta an ⁊ quando censeantur ratificata per resti
tutionem petentem.
2 Mandatum superueniens trahitur retro ad pꝛincipium.
3 Gesta ad vnum finem non debent operari contrarium.

¶ Epitome.
¶ Ut in pꝛimo collectaneo.

¶ Rem ratam haberi. Consilium.clxxxi.



Visis dubijs pre no-
bilis ⁊ generosi viri Joãnis de Glandeues
domini de poꝛrerijs,nouissime mihi missis,
dico ⁊ respondeo ad dubia huiusmodi bꝛeui-
ter ⁊ succincte pꝛout infra.⁊ pꝛimo ad p̃muz
1 cũ queritur, vtrum per petitionẽ restitutionis † in integrum
censeantur nulliter gesta per partem restitutionẽ petentem
ratificari:ita vt ea que ante petitionẽ hmõi nulla erant,cen-
seantur ratificata:⁊ cõsequenter cõfirmata dico ꝙ si ⁊ quate-
nus nullitas gestoꝛũ hmõi descẽdebat ex defectu mandati in
gerẽte ipsa nulliter gesta cẽsentur ex eo ratificata ⁊ cõsequẽ-
ter cõfirmata:q꞉ petẽdo restitutionẽ in integrũ censetur per
sonã actã gerẽtis appꝛobasse. Et ita perinde habent̃ ab ipso
gesta,vel cũ ipso,acsi ab initio literas mãdati recepisset,put
alias dixi per id qđ habetur in.l.cũ minoꝛ.in p̃nc.⁊.§.falsus.
⁊ qđ vtrobiq꞉ per doc.ff.rẽ ratã habe. Sed vbi nullitas descẽ
deret et ex alio capite,q̃ ex defectu mãdati in gerẽte,tũc nõ pu
to,ꝙ per petitionẽ restitutionis in integrũ,vt etiã p appella
tionẽ ratificẽtur,vel cõfirmẽtur nulliter gesta: quia vt dicit
Paul.de cast.in.d.l.cũ minoꝛ.in pꝛin.⁊ in.§.falsus.appellãs,
vel se petẽs restitui aduersus sententiã latã cũ falso pꝛocura
toꝛe,appꝛobat gesta per eũ quoad hoc,vt ex capite defectus
mandati eadẽ nõ impugnet:nõ autẽ appꝛobat,sed impꝛobat
⁊ impugnat factũ iudicis,⁊ aduersarij tãq̃ iniquũ ⁊ iniustũ:
seu etiã nullum.qđ alias tanq̃ tale per ipsum impugnari po
terat,etiã si cõparens habuisset mãdatũ ab initio. Pꝛo quo
facit qđ habetur in.l.si expꝛessum.⁊ qđ ibi Bart.circa pꝛinci.
vers.secundo quero.ff.de appe.licet enim in casu.d.§.falsus.
iunctis ibi no.per glo.⁊ doct. sentẽtia nulla confirmetur per
appellationẽ restitutionis in integrũ,regulariter tamen nõ
cõfirmatur. ¶ Ad secundũ dubium dico ⁊ respõdeo,ꝙ quis
cõstituẽdo aliquẽ eius pꝛocuratoꝛẽ in aliqua causa,videt̃ re
2 gulariter ratificasse oĩa gesta per eũ in illa cã:pꝛo eo q꞉ † mã-
datum superueniẽs trahitur retro ad pꝛincipiuz,⁊ sic videt̃
semper habuisse mandatũ.vt dicit glos.in.l.Julianus.ff.qui
satisda.cogã.⁊ qđ ibi per Ange.⁊ alios. Quo fit vt pꝛefatus
nobilis Joannes de Glandeues constituendo pꝛocuratoꝛes
in causa nullitatis,tunc pendẽte inter eũ ⁊ nobilẽ Claudiam
de Toꝛnbono,tã speciales q̃ generales,inter quos reperit̃
nominatus egregius vir dñs Joãnes Bonifacij, censeatur
ratificasse gesta per eũdẽ Bonifaciũ in hac causa nullitatis:
de qua tunc cõtendebatur inter partes,sed nõ censetur rati-
ficasse per eũ gesta tpe factarũ exequutionũ,in ⁊ super bonis
eiusdẽ nobilis de Glandeues.illa enim erat alia cã. ¶ Pre-
terea ⁊ ipse do.Bonifacij ⁊ alij cõstituebãtur ad impugnan-
dũ exequutiones hmõi:⁊ ex capite nullitatis:ergo cõstitutio
3 hmõi operari nõ debuit illarũ cõfirmationẽ.tũ quia † actus
agentiũ non operat̃ vltra eoꝛũ intentionẽ.l.non omnis.⁊ qđ
ibi doct.ff.si cert.peta.⁊.l.obligationũ substãtia.ff.de actio.et
obli.facit qđ post Oldra.no.Bar.in.l.cũ pater.§.pater plu-
ribus.ff.de lega.ij. Tũ ⁊ q꞉ gesta ad vnũ finẽ,vel effectũ, non
debent effectũ cõtrariũ operari.l.legata inutiliter.ff.de adi.
lega.l.cui tale.§.fi.ff.de cõdi.⁊ demõ.⁊.§.si mãcipia.in pꝛinc.
ff.de fun.instru.pꝛeterea q̃uis vt pꝛedixi ratificẽtur gesta p
ipsuz tũc cõstitutũ p̃curatoꝛẽ,ita vt amodo perinde existat
acsi ab initio mandatũ extitisset,nõ tñ ratificant̃,aut confir-
mãtur acta,quatenus ex alio capite,q̃ ex capite defect⁹ mã-
dati cõtigisset nullitas vt apparet ex his que pꝛedixi. appꝛo
batur enĩ persona eius qui pꝛocuratoꝛ cõstituitur nõ pꝛoces-
sus iudicis vel aduersarij,qui potest esse defectuosus vel nul
lus ex multis causis,super quibus nõ insisto,q꞉ nec opus est.

1 ☞ Positio p̃tim vera,partim falsa an possit isolidũ negari.

¶ Epitome.
¶ Actoꝛ plus repetẽs debet condẽnari in expẽsis:itez reus
plus re negans itidem cõdemnatur in expensis:quo casu ex-
pensarum debet fieri compensatio.

¶ De plus petitionib. Consilium.clxxxij.



Uelia honesta mulier an
tonia tenelhe supplicans pꝛetenditur plus re pe-
tijsse:pꝛo eo q꞉ non solũ petijt quandã petiã terre.
quam si hispectare ⁊ pertinere pꝛetẽdit iure quo in actis:sed

etiam quasdã alias petias,quas vt audio nõ nobilis de mõ-
teruffo,sed ipsa ⁊ quidã alius tenent ⁊ possident.Et ꝓpter-
ea visum est reuerẽdo patri ⁊ viro egregio dño Antonio de
Dorna,iuriũ professori eximio,debuisse ⁊ debere condẽnari
in expẽsis ratione pluris petitionis,c.⁊ cũ suis simi.de plus
peti.voluissem ad maiorem certificationem meiipsius, et vt
potuissem securius scribere,videre petitionẽ quam fecit ea-
dem Antonia ⁊ responsionẽ factã per dictũ nobilẽ de Mõ-
teruffo,illi articulo,seu positioni in qua vt puto positũ est,ꝙ
ipse tenebat fundũ cõfrontatuʒ limitibus inibi specificatis,
Si vero idẽ nobilis de Mõteruffo responderit se teneri id,
qḋ reuera tenebat,⁊ de alio negauerit,clarũ est ꝙ dicta An-
tonia condẽnari debet in expẽsis ratione pluris petitionis.
Sed si ipse nobilis de Mõteruffo respõdendo negauerit se
tenere dictum fundũ,tunc est maior difficultas.⁊ incidimus
1 in illã questionẽ,an† positio continens in parte veritatẽ,⁊ in
parte falsitatem,possit negari insolidum:vt verbi gratia, si
pono ꝙ mutuauero tibi decem, et reuera non mutuauerim
nisi quinq̃,an possis negare positionem insolidũ,vel debes
respondere credo ꝙ quinq̃ mutuaueris,de aliis quinq̃ non
credo.Et idẽ si pono te possidere terrã decẽ iornaliũ,sitaʒ in
tali loco,confrontatã ⁊c.⁊ tu reuera nõ possideas nisi quinq̃
iornalia,an quia positio huiusmodi partim continet verita-
tem,⁊ partim falsitatem,possis negare positionem insolidũ,
vel debeas confiteri de quinq̃:⁊ de aliis quinq̃ negare:ne et
actor plus re petierit.Et tu qui reus es plus re negaueris.
De qua materia sunt varie opiniões,prout colligi potest ex
his que notat Specula.titulo de positionibus.§.vii.vers.xi.
circa principium glo.in.c.vltimo.de confessis in.vi.⁊ in.c.ii.
de testibus eo.libro,⁊ Bald.in.l.ii.§.quod obseruari.C.de iu
ramento calum.Barto.Francis.de are.⁊ doctores in.l.i.§.si
stipulanti.ff.de verborum obliga.⁊ Panormi.in dicto.c.i.de
plus peti.⁊ vt videtur Specu.glo.⁊ Bald.in locis predictis
videtur dicere ꝙ positio partim falsa,et partim vera,possit
in totum negari.quod si ita est prefata Antonia condemna-
ri debet in expensis etiam si dictus de Monteruffo negasset
se tenere dictum fundum,nisi dixisset se nihil de eo tenere:q̃
eo casu secundum Antonium de butrio in dicto.c.primo.de
plus peti.deberet fieri compensatio expensarum.Sed Bar-
tol.Fran.de are.⁊ sequa.in dicta.l.i.§.si stipulanti.⁊ Panor.
in dicto.c.i.de plus peti.aliter sunt loquuti,⁊ dixerũt,ꝙ licet
positio cõtineat aliquid falsum in quãtitate summe,vel par-
te rei,dum tamen in alia parte contineat veritatem,non de-
bet tota negari,sed confiteri id quod verum est,et negari id,
quod falsum est,pro quo allegat Barto.text.cum glo.in.l.pu
pillus,in fi.ff.de verborum significatio.Et pro hac opinione
etiam allegat Fran.de aret.⁊c.not.in.l.de etate.§.si interro-
gatus.ff.de interrog.actio.Et ideo quemadmodũ actor er-
rat in plus ponendo,ita ⁊ errat reus in plus negando:pro-
pter quod videtur secundum eos,quod expresse deberent cõ
pensari.Et reuera iste casus non est sine dubio, quia vtraq̃
sententa habet fortissimos defensores.

1 ☞Transactioni standum,⁊ qui contrauenerit incidit in pe
nas in eo contentas:nec alter postea tenetur ei stare.
2 Exceptio autori competens competit etiam particulari suc
cessori.
3 Princeps non potest in preiudicium successorum concedere
per contractum,aut alio modo regalia.
4 Concessio ius non tribuit,nisi quatenus apparet de iure cõ
cedentis.
5 Merum ⁊ mixtum imperiũ qualiter habeãtur ab inferiore.
6 Cõmes prouincie in suo contractu iura imperialia habet.
7 Bona presumuntur allodialia,nisi probentur feudalia.

¶Epitome.

¶Regalia ac merum ⁊ mixtuʒ imperium qualiter acquirã
tur ⁊ transferantur in inferiorem.

¶De regalib.⁊ mero ac mixto impe. Consilium.clxxxiii.



Licet viderim proces-
sum agitatum per ⁊ inter magnificos viros
dominum Arnaudum de Villanoua,domi-
num de transio,⁊ Ludouicũ eius filiuʒ dñm
de stramono ex vna,⁊ nobilẽ ⁊ generosum vi-
ruʒ Honoratũ de Põteues,dñm de Bargema partibus ex
alia:q̃ tamen in processu huiusmodi nõ reperiuntur inserte
attestationes testiũ per partes ipsas productorũ,licet illi et
examinati,et publicati extiterint:⁊ quia etiaʒ processus hu-
iusmodi non videtur alias esse completus,non possum tute,
vel secure respondere de iure,vel non iure partium predicta
rum,aut alterius earundem.Vt tamen aliquid dicaʒ, post-
ea corrigendum,si opus sit cõpleto processu,⁊ eo viso.Pre-
mitto,quod vt colligitur ex schedulis parte dictorum ma-
gnificorum domi.de Transi,et stramono in hac causa obla-
tis ipsi petierunt duo effectualiter.Primum,quod acquisi-
tiones facte per dictum do.de Bargema de bonis,rebus,iu-
ribus,⁊ iurisdictione,quam,que,⁊ quas olim habuit nobilis
Iacobus Flote in castro de calatio,tanquam facte preter et
contra mentem transactionis de qua in actis, declarentur
nulle,et inualide.Et quod si alique existant, annullantur et
ipsis do.de Transi ⁊ Stramono adiudicentur res, iura, et
iurisdictio huiusmodi.Secundum quod vt pronuntietur,et
declaretur non licuisse,nec licere dicto do.de Bargema se ge
rere pro maiori domino Castri predicti de Calatio, nec sibi
licuisse aut licere in castro huiusmodi vti mero ⁊ mixto impe
rio,alta iurisdictione,⁊ regaliis tanquã alienis:⁊ alias pro-
ut ibi.Et idem petiisse reperitur egregius vir dominus, fi-
sci,seu regiꝰ ꝓcurator.Et quidẽ primũ videtur de iure pro-
1 cedere propter pactũ † de quo in transactione predicta: cu-
ius instrumentum insertum est.fol.141,⁊ cuius pacti quãuis
aliquantulum incongrue ⁊ inepte verba fuerunt satis plene
concepta ad impediendum,translationem dominii in alium
preterquam in alterum earum transigentibus,vel eorum he
redibus:et etiam ad operandum in casum contrauentionis
translationem dominii in illam ex contrahentibus,qui pa-
cto non contrauenisset,vel in eius heredem. Per id qḋ not.
Bar.Alexan.de Imol.⁊ doc.in.l.qui absenti.§.i.ff.de acqui.
poss.Iaco.de Are.⁊ Cy.in.l.fi.C.de re.alie.non alie.⁊ Bart.
in.l.filiusfamilias.§.diui.ff.de leg.i.Bal.⁊ doc.in.l.ea lege.de
condic,ob cau.sed hic est vnum,quod me terret,scilicet quia
magnificus quondam vir dominus Arnaudus de villano-
ua,dominus tunc de Transi,inter quem,⁊ dictuʒ Iacobum
Flote facta est transactio de qua supra,⁊ qui die transactio-
nis huiusmodi fecerat permutationem in hac causa mẽtio-
natam;cuius instrumentum inseritur.fo.135.Reperitur ve-
nisse contra hanc transactionem per donationeʒ ab eo factã
prefato dño Arnaudo de villanoua moderno dño de Tran-
si,que facta reperitur anno incarnationis dominice.M.
cccclii.⁊ die octaua mẽnsis Iulii:vt apparet instrumẽto in-
serto.fo.139.Et sic ante venditionem factam per prefatum
Iacobum dicto moderno dño de Bargema: que facta legi-
tur anno incarnationis dominice.M.cccclv.⁊ die.xxii.men
sis Februarii.vt apparet instrumento inserto.fo.167.Pro-
pter qḋ videtur ꝙ cum prefatus quondam dñs Arnaudus
de villanoua fidem fregerit eidem nobili Iacobo Flote,non
tenebatur ipse Iacobus super pacto predicto dicto domino
de villanoua fidem seruare.quia frangẽti fidem ⁊c.l.cũ pro-
ponas.⁊ qḋ ibi Bart.⁊ doc.C.de pac.⁊.c.peruenit.el.ii.⁊ qḋ
ibi gl.⁊ doc.de iureiuran.Et quamuis nondum reperiam de
hoc fuisse oppositum parte dicti de Bargema.Ipse tamẽ ex
persona prefati Iacobi Flote, et vt successor illius in bonis
comparatis,seu emptis opponere poterit.per id quod habe
tur in.l.ait pretor.§.si.cum.l.seq.ff.de iureiur.l.dolia.§.cum.
ff.de contrahen.emp.l.emptori.ff.de here.vel act.vendi.l.si a
te.§.Iulianus.⁊.l.si mater.§.idem Iulianus.ff.de excep. rei
iudi.in quibus locis satis apparet exceptionem autori com
petentem,competere etiam particulari successori.Preterea
venditio facta prefato de Bargema,facta legitur anno pre-
dicto,M.cccclv.Et ita post eam preterierunt iam triginta
septem anni,vel circa propter qḋ etiam potest opponere de
prescriptione horum bonorũ.Et sic non video ius prefatorũ
dominorũ de Transi,⁊ de Stramono quoad hoc primũ pe-
titum esse bene tutum.¶Quo vero ad scḋm petitũ ⁊ quate-
nus cõcernit regalia,reperio ꝙ illa cũ mero ⁊ mixto ĩperio
⁊ quibusdã aliis iuribus vendita extiterint dño Falconi de
Põteues,pretẽso predecessori dicti dñi de Bargema per re
colende memorie dominam Ioannam,Hierusalem ⁊ Sici-
lie Reginam:⁊ vt pretenditur prouincie, et Forcalquerii
comitissam cum adiectione clausule certe scientie ⁊ clausule
plenitudinis potestatis.Et hoc anno domini.M.ccclxxxi.
⁊ die prima mẽsis Augu.vt apparet instrumẽto,in serto fo.
56.Pro quibus etiam postea factũ fuit homagium recolen
de memorie domino Renato, Hierusalem,⁊ Sicilie Regii,
ac duci ⁊c.⁊ comiti ꝓuincie,⁊ Forcalquerii per dñm Bermũ
dum de Põteues pretensum patrẽ.⁊ predecessorẽ huius dñi
de Bargema.Et hoc anno dñi.M.ccccxlii.⁊ die.xvi.mensis
Decẽbris.vt cõstat instr̃o inserto in ꝓcessu.fo.59.Et sic quo
ad regalia videt̃ esse fundata intẽtio dicti do.de Bargema,
si tamen

si tamen, et quatenus probatum sit eundem successisse prefatis do. Falconi, et Bermundo. Fateor tamen quod Bal. tit. de pace. constan. super verbo, amplius consueuerunt. dicit, quod † nec per
3 contractum nec alio modo potest princeps regalia concedere in preiudicium successorum quia sicut non potest iura eorum subuertere ita nec minuere vt. l. si optio. ff. q. r. a qui. Et istud non seruatur in prouincia, vbi plures vassalli obtinuerunt merum et mixtum imperium et regalia sibi côcedi per retro principes seu dominos comites, quibus vtuntur et gaudent horum vassallorum successores. Quo vero ad merum et mixtum imperium posset esse maius dubium: quia prefata dña regina non legitur simpliciter vendidisse merum vt mixtum imperium, sed merum et mixtum imperium, que habebat quo fit vt prefatus do. de Bargema videatur debere ostendere, et probare quod merum et mixtum imperium habuerit prefata quondã domina Joanna in castro calacij, vt sic illo vti possit. Per id quod post Dy. not. Bar. Alex. de Imo. et doct. in. l. si sic legatum. §. j. ff. de lega. j. Bar. vidi. in ver. Dy. inducit istũ. §. etc. Et Alexan. in versiculo et inducitur iste textus per Dyn. etc. Et Alexand. de Imol. in. l. locus ver. vltra ea que ex summario etc. ff. de acqui. pos. Ex quorum dictis colligitur quod si miles, vel
4 alius alicui concesserit quicquid † iuris habet in illa re, vel tali fundo, concessio huiusmodi, cẽsetur inutilis: et nihil iuris tribuit, nisi probetur quale ius habuerit concedens dicta l. si sic. §. j. et. l. legaui. ff. de libera. lega. quod etiam fuit de mente Oldra. consil. clxiiij. ¶ Sed his non obstãtibus existimo quod etiam si dictus do. de Bargema non ostenderit, vel ostendat merum et mixtum imperiũ dicte dñe Joãne comitisse spectasse in dicto castro calacij tempore facte venditiõis, de qua
5 supra, quod hoc presumi debeat: pro eo, quia licet † infra imperium, regnum, vel districtum alicuius principis possint esse multa bona corporalia veluti domus, et predia vel alia iura allodialia, que non recognoscuntur ipsi principi, vel alteri superiori. Per id quod no. Hostien. Jo. An. in nouel. Panor. et doc. in c. nimis de iureiuran. et Panor. in. c. si diligenti de prescrip. de quo aliquid per Pau. de cast. consi. clxiij. exordiẽte in causa quam magnificus do. etc. Tamen non potest esse, quin inferior habens merum et mixtum imperiũ in castro, seu loco imperij, regni vel alicuius principatus in homines sibi subditos, illud habeat ab imperatore, rege, vel alio principe, in cuius solo et territorio locus ille existit: quia merum et mixtum imperium, seu iurisdictio sub quo continentur, haberi non põt iure priuato, sed publico. l. j. §. huius studij. ff. de iusti. et iu. vbi dicitur, quod ius publicum consistit in magnatibus, quod est ratione iurisdictionis et patet in diffinitiõe iurisdictiõis: quia est potestas de publico introducta vt not. in. l. j. ff. de iuris. om. iud. Et in auth. de defenso. ciui. §. insinuãd. in magna gl. circa medium. ius autem publicum originaliter consistit in principe. Et sic in imperatore quoad ea que sunt sui imperij in rege, vel alio principe, qui superiorem non recognoscunt, quoad ea que sunt regni vel alterius principatus: cuiusmodi esse solet dominus comes prouincie, et forcalquerij, qui vt dicit Oldr. consi mihi. xix. exordiente, factum est tale, quedam vni
6 uersitas etc. habet in comitatibus † prouincie, et forcalquerij iura imperialia, et in eis omnis iurisdictiõis inferiorũ, tanquam minus plena deriuatur a sua tanquam plenissima, et tanquam a radice, et illi recognoscitur. Propter quod presumendum est, quod tempore facte venditionis de qua supra merum et mixtum imperium fuerint penes dictam Joannam, non solum quo ad illam quotam, et portionẽ. pro qua dominus Falco, erat cõdominus vtiliter dicti castri calacij, sed etiã quoad parerias alterius vel aliorum condominorum. Et ita videtur, quod idem do. falco et sui successores potuerint vti mero, et mixto imperio. etiam quo ad breuia aliorum, condominorum, nisi probaretur quod tempore venditionis de qua supra, alius, vel alij condomini dicti castri haberent in suis breuibus, merum et mixtum imperium quod tamen hic non fuit propositum parte dictorum magnificorum dominorum de transio, et stramono, licet propositũ extiterit, quod merũ et mixtũ imperiũ, et regalia sibi aut suo predecessori concessa extiterint per recolende memorie do. renatũ olim Hierusalẽ, et sicilie regẽ, puincie et forcalquerij comitẽ, anno vero dñi. M. cccclij. et die. vij. mensis Julij: de quo etiã est facta fides per literas insertas. fo. 144. sed hoc fuit longe post vẽditionẽ, de qua supra et post prouisiones datas per recolẽde memorie do. Mariam, et Isabellẽ olim regnorũ et comitatuũ predictorũ reginas, et comitissas, Et post etiam homagium pro mero, et mixto imperio, et alijs pstitũ per dictũ do. Bermũdũ de põteues dicto do. Renato regi, et comiti. Preterea quãuis deducta et pbata extiterit possessio meri, et mixti imperij, et regalium facta prefato quondam do. Arnaudo de Villanoua condomino de transio ac alteri do. Arnaudo de Villanoua tũc dño de arcubus, et moderno domino de transio, pposita preterea fuerit, et probata missio in possessionẽ cũ designatione loci furcarũ ac pillorij, et costelli, non tamen apparet quinimo nec propositũ extitit qõ furce, pillorij, et costellũ ibi erecta extiterint, nec quod prefati domini, in castro predicto vsi fuerint mero et mixto imperio, vel regalibus omnibus, pposuit et deduxit prefatus de Bargema, tã se quã suos predecessores vsos fuisse et in eorũ possessione seu quasi extitisse per tempus de cuius initio nõ est memoria. Super quibus vt existimo fuerunt testes producti, et auditi quorum depositiões nõ vidi: et sic nihil dicere possum, Et hec dixerim quoad regalia ac merum et mixtum imperium et quo ad ea que prefat. do. de transio, et stramono petũt ratione contrauentionis, trãsactionis de qua supra. Quo vero ad laudimia que sibi deberi pretendit prefatus do. de Bargema etiam pro alienationibus bonorum aliorum pareriorum castri predicti calacij, vel quo ad ius retinendi iure prelationis, qñ talia bona alienantur existimo quod nisi alia deducãtur et probẽtur per dictum de Bargema ipse deberet succumbere, maxime quoad bona corporalia et vtpote predia vrbana, et rustica, et quoad iura, preterquam quoad merũ, et mixtum imperium, et iurisdictionẽ: quia non eo ipso quod bona aliqua existũt
7 † infra districtũ prouincie, infertur quod illa teneantur de, et sub dominio directo dicti domini comitis: nec quoad hec habet fundatam iurisdictionẽ per ea que vt dixi not. Host. Jo. an. in nouel. et Panor. in. d. c. nimis. de iureiur. et Panor. in. c. si diligenti. de prescrip. Cui obstare non videtur qõ dicitur in literis recolende memorie domine marie, olim Hierusalẽ et Sicilie regine ac tũc tutricis, et baiule do. Ludouici, Regis et comitis regnorum et comitatuum predictorum: quatenus inibi dicitur, quod si vassalli et nobiles castrorum dicti quõdam do. Falconis de Põteues in eius castris, seu territorijs venderent, laudamẽtum ad ipsum do. Falconem, et suos pertinaret pleno iure: et etiã ius retinendi, si vellet eo pretio, quo res vendite essent. Tum quia litere huiusmodi videntur intelligende de rebus prefatorum vassallorum et nobilium, que de, et sub feudo vel emphyteusi ipsius dudum cõcedentis tenebũtur; vtpote de mero et mixto imperio et iurisdictione alia vero esse poterũt, et possunt allodialia: nec presumuntur feudalia, vel emphyteutica, nisi quatenus talia esse pbãtur. Tum et quia litere huiusmodi non loquuntur expresse in parerijs, seu condominis castrorũ etc. sed duntaxat in vassallis, et nobilibus, qui fortasse multi erãt: et qui non erãt parerij, vel cõdomini: et idem videtur dicẽdum de literis recolende memorie domine Isabellis, concessis anno domini. M. ccccxl. et die. x. mensis Decembris, insertis. fo. 162. que etiã alia ratione obstare non videtur. Pro eo quia ratificatio, approbatio, et cõfirmatio et pretensa noua cõcessio, de quibus ibi, non fuerunt pure facte, sed cõditionaliter, sub hac scilicet cõditione, si et quatenus dictus do. Bermũdus de Ponteues, de quo ibi, et eius predecessores gratia, de qua ibi vsi fuissent: et in ipsius possessione, seu quasi persisteret laudimij, et retentionis predictarum. Propter qõ nisi appareat de visu, possessione, ac existẽtia huiusmodi, non videtur, quod ratificatio, approbatio, et noua concessio eidem do. Bermundo profuerint, vel prodesse possint ipsi do. Moderno de Bargema. l. cedere diẽ. cũ suis simi. ff. de ver. sig. Si autem de visu et possessione, seu quasi huiusmodi et illius, tunc existentia appareat per testes de iure non potuit: pro eo quia vt predixi illorum attestationes non sunt inserte in processu, Que omnia dixerim sub correctione,

1 ¶ Relatiuum quis, vel qui quomodo sumatur,
2 Dispositio cessat, vbi verba non conueniunt.
3 Prestationi seu actioni prescribitur spatio centum annorum,
4 Vassalli in quibus propter eorum feuda teneantur dominis et nu. sequenti.
5 Filius non tenetur soluere debita patris.
6 Dispositio incertitudinis ratione remanet inutilis.
7 Dictio secundum ponitur causaliter, non conditionaliter,
8 Mandatum interuenisse nunquam presumitur.

¶ Epitome.

¶ Sententia vbi est lata in posterum non possunt in ea contẽti aut eorum heredes conueniri, nec cogi ad aliquid faciendum nisi iuxta formam illius sententie. Item in quibus vassalli propter eorum feuda teneantur obedire eorum dominis et eos iuuare.

¶ De subdit.vassal. Consi.clxxxiiij.


Iso instrumēto cuius
dam pretense sententie arbitramentalis, olim
late, vt ex aduerso pretēditur de ⁊ super quibus
dam pretensis differentiis ortis per, ⁊ inter pre
tensos tunc dominos oppidi, seu castri de Cygrerio, ex vna
parte. Et vniuersitatem seu homines eiusdem castri ex alia.
Visis preterea multiplicibus articulis tam parte nobilis et
generosi viri Joannis de monteorserio quondam eiusdez ca
stri, quam vniuersitatis, ⁊ hominum ipsius loci. Et auditis
que parte vniuersitatis, ⁊ hominum huiusmodi mihi relata,
⁊ exposita extiterunt, dico ⁊ respondeo ad dubia, seu quesita
mihi facta, prout infra.
¶ Et primo ad illud quo queritur, an in vim dicte pretense
arbitramentalis sententie possint, ⁊ valeant homines predi
cti castri, ⁊ quilibet eorundem habentes boues proprios ad
sufficientiam vnius aratri cogi, ⁊ compelli, ad soluendum lo
co, cuiusdam pretense trate ipsi nobili de Orseriis duas emi
nas ānone, duas eminas bladi, ⁊ duos solidos monete currē
tis apud tallardū in foro. Et an alii homines ⁊ quilibet ipso
rum vt premittitur, non habentes boues cogi possunt dare
medietatem predictorum, scilicet vnam eminaz annone, vnā
bladi, ⁊ duodecim denarios. Dico ⁊ respōdeo in primis, ꝙ cū
in capitulo dicte pretense sententie concernente presentez ar
ticulum, non legatur simpliciter ordinatum, ꝙ omnes homi
nes castri superius mentionati soluere teneātur prout supra
sed dictum extiterit, ꝙ homines dicti castri, qui faciebāt tra
tum soluere teneantur ⁊c. Juxta formam quam predixi con
ueniri non possunt in vim huiusmodi asserte sententie, nisi il
li, qui tempore eiusdem dictam tratam faciebant quia illud
1 relatiuum qui † in dicto capitulo positū, ⁊ insertū. stat restri
ctiue, non declaratiue per doctrinam quaz ponit Bar. ⁊ post
eum Bal. Salice. ⁊ docto. in. l. j. in prin. C. de sum. trin. ⁊ fid. ca
tho. Bar. in. l. omnes in. j. oppositione. ff. de instit. ⁊ iur. idem
Bar. in. l. demōstratio. in. iij. questione. ver. oppono de. l. talis
scriptura ⁊c. ff. de condi. ⁊ demonstra. Et Ange aret. in. §. j. in
in prin. insti. de act. Ex quorum dictis colligitur ꝙ licet quā
do relatiuum quis, vel qui adiunctum qualitati, que natura
liter inest cuilibet de genere ponatur declaratiue dicta. l. oēs
populi. ff. de iustitia ⁊ iu. tamen quando relatiuum huiusmo
di adiicitur qualitati, que naturaliter nō inest cuilibet de ge
nere, tunc si ponatur sine copula, ⁊ ponitur restrictiue. l. ca ta
men vbi etiam per Bar. ff. de lega. iij. Cuz ergo, qualitas, seu
factum huiusmodi, quod est facere tratum, dominis, dicti ca
stri de Cygrerio, non naturaliter inesset cuilibet homini eius
dem castri, dictum relatiuum qui, positum in dicto capitulo,
⁊ sine copula ⁊, censeri debet positum restrictiue. Ex quo in
fertur, ꝙ etiam viuentibus illis, qui viuebant tempore dicte
pretense arbitramentalis sententie, cogi non poterant in viz
illius ad soluendum juxta formam eiusdem capituli nisi qui
conuinci poterant fecisse dictam tratam: quia cum hoc esset
fundamentum intentionis dictorum dominorum, pro eo, quia
annone, bladi, ⁊ pecunie quantitates subrogate extiterunt lo
co, dicte asserte trate, ipsi domini probare tenebātur, ꝙ con
uenti tratam fecissent quia qui illam non fecerāt, ad solutio
nem predictam loco trate surrogatam, non tenebantur ex vi
eiusdem sententie, quia quoad eos, cessabant verba sententie
que solū procedunt in his qui tratam faciebant non in aliis:
2 ergo in aliis cessare debet ipsa sententia, quia † vbi cessant
verba dispositionis, cessare debet ⁊ ipsa dispositio. j. §. loquit
ff. de aqua quoti. ⁊ esti. l. ita autem. ff. de administra. tut. l. iiij.
§. abesse. ff. de dam. infec. l. si seruum quis. §. nō dicit. ff. de acq.
here. facit. l. hos accusare. §. omnibus cum suis similib. ff. de
dā. infe. Et vbi domini qui tunc erāt, pretēdissent ꝙ ante sen
tentiā predictā omnes domini faciebāt tratā eis incumbat
probatio: quia ei qui dicit ⁊c. l. verius cū suis simil. ff. de proba
tiōi. Dico itaq; illos homines hodie cogi nō posse ad solutio
nē, de qua supra, q nō ꝓbātur olim fecisse dictā tratā vel aliq
ex illis successisse. Preterea etiā dico ꝙ si q ꝓbant successisse
illis q illaz faciebāt, aut aliquibus ex eisdē, si tn̄ per eos, aut
predecessores eorum cessatum extiterit in solutione anno
ne, bladi ⁊ pecunie de qua supra, ꝑ spatiū cētū annorū, prescri
ptū est aduersus prestationē hmōi ⁊ per hāc cessationē subla
tū est omne ius ar. l. si vsusfruct⁹ municipib⁹. ff. de vsufr. leg.
3 ⁊. l. an vsusfructus. ff. de vsufruc. Quinimo si cessatum † est, in
solutione predicta, per. xxx. vel. xl. annos, videtur esse aduer
sus predictā prestationē, seu actionē, q̄ ꝑ ea cōpetebat, pres
criptū. l. omnis. l. cōperit. ⁊. l. cū notissimi. C. de prescrip. xxx.
vel. xl. anno. ⁊. c. de quarta cū suis simili. de prescrip. ꝙ proce
dit etiā, si dicta ptēsa ꝓstatio fuisset annua, aūt fieri debuisset
annis singulis, postq̄ illa deberi pretendit ex dispositione in
ter viuos per id ꝙ voluit gl. Jac. Butri. Bar. ⁊ Ang. in. d. l.
cū notissimi. §. in his etiā Jo. An. ⁊ Panor. in. c. auditis de
prescrip. Bar. ⁊ Alex. de Jmo. in. l. de pupillo. §. si pluribus.
ff. de noui. oper. nunti. Quis in hoc secundo articulo Jac. de
Are. Pe. Cy. ⁊ Rayn. tenuerint cōtrariū in. d. l. cū notissimi.
Pro quorum opiniōe refert do. Gui. pape, se vidisse iudicari in
eminenti Delphinali parlamento propter ꝙ non multū insi
sto super hac ratione, cū ⁊ iura ⁊ consuetudinē, seu stylū eius
dē eminētissimi parlamenti optime nouerint qui de his ius
sunt dicturi.
¶ Ad aliud vero, de quo in dicto capitulo fit mētio, scilicet
de prestatione vigintiquinq; librarum, fienda, si vnus de ca
sibus qui dicuntur reales, contingeret. Respondeo vt sequi
tur, ꝓmittēs tamen responsionē huiusmodi, qđ Rofr. in tra
ctatu suo, de libel. sub rubrica sacramē. cuiusq; vassalli, ⁊ que
4 continen. sacramento. fid. dicit, ꝙ vassalli † propter feuda
que a dominis recipiunt, tenentur eisdem obedire in sex casi
bus. Primo pro exercitu imperiali tenetur conferre vassal
lus secundum qualitatem, ⁊ quantitatem sui feudi, quod vo
catur adiuuamentum: secundum pro Corredo imperiali: vt
vide quando princeps transierit per illum locuz, contribuat
vassallus in sumptibus eius: ⁊ in his duobus fuit vassallus
pro curia. in aliis vero quatuor casibus, vt dicit Rofre. vbi
supra, habuit vassallus propter domini vtilitatem: qui casus
sunt pro filia domini maritanda, pro domino, vel filio milite
faciendo, pro domino capto ab inimicis redimendo, ⁊ pro
terra per dominum emenda. Et subiungit idem Rofre. ꝙ in
his quatuor casibus, qui principaliter tangunt dominū non
regem, vel imperatorem, possit dominus vassallum liberare:
non in duobus primis: quia illi duo statuti extiterūt pro vti
litate principis. Et per omnia effectualiter idem dixit Spe
cu. titu. de feu. §. quoniam. versic. ⁊ nota ꝙ vassalli comitum
vel baronum ⁊c. Et latius Joā. Blan. in sua summa, tit. qui
bus mod. feu. amitta. sed vt dicit Joan. And. in addit. Spe
cu. in dicto versic. et not. ꝙ vassalli Comitum ⁊c. quidam re
sistunt Rofre. dicenti hoc legibus vel feudorum consuetu
dinibus non probari. Et potissime resistunt tertio casui, qui
est de filia maritanda, ⁊ quarto, qui est pro se, vel filio milite
faciendo, ⁊ sexto, qui est vt vassallus dominum iuuare debeat
pro terra emenda: non enim, vt dicunt vident quare dixerit
Rofre. ꝙ vassalli teneantur iuuare dominum pro filia mari
tanda, cum mater non teneatur dotare filium: nec filius ma
trem: nec frater sororē: nec tutor pupilli talibus munera nu
ptialia conferre. De sexto casu, scilicet ꝙ vassallus teneatur
iuuare dominum pro terra emenda, dicunt se non videre vn
de Rofre. hoc dixerit. Nam etiam filius causa ciuilium mu
nerum, vel causa sui debiti a patre conueniri non potest. C.
5 ne fili. pro patre. l. patris. licet cum † filius patrem alere te
neatur, non tamen tenetur eius debita soluere. l. si quis a libe
ris. §. si vel parens. ff. de liber. agnoscen. vel alen. a parentib.
Pro quo facit cap. licet. in fine. si de feud. controuer. fuer. vbi
etiam pro euitando periurio domini, qui iurauerat soluere
certa die vassallus habens pecuniam etiam paratam illam
pro eodem domino soluere, vel sibi credere non tenetur. Et
in hoc residet Joan. And. vbi supra. vide ꝑ Pet. Anthibo.
in suo diuerso. ⁊ Jo. Rey. in suo cōpreh. l. imperialē. §. firmi
ter de ꝓhi. feu. alienat. ꝑ Fede. versi. quero de filia dn̄i hāc ēt
partē tenuit pe. Jac. in. suis libel. sub rub. de caus. ex q. vassal.
quan. est de iu. scrip. dz amitte. feu. ver. audiui a quibusdā ⁊c.
vbi inter cetera dicit idē pet. ꝙ quia Rofr. ⁊ Jo. Blā. premissa
dixerūt, male fecerūt, ⁊ ver. deterius quia illa in scriptis redege
rūt inde eīn vt ait, turbātur, ⁊ errāt multi dn̄i terrarū nostri
tēporis: q tota die satagūt subditorum sanguinē sugere, ⁊ gau
dēt dictis eorū, q̄ simpliciter loquēdo de iure ciuili falsa exi
stūt ꝙ ꝓbat: primo quia hec nō reperiūtur de iure cauta. Ergo
hec dicere nō debemus quia erubescimus cū sine lege loquimur. l.
illū. C. de colla. ⁊ auth. de triē. ⁊ semis. §. cōsiderem⁹ colla. iij.
Secūdo ꝓbat quia iure cauet, ꝙ dn̄s nō dz aliqua innouare, vl
molestiā inferre colonis, seu hominibus suis: ⁊ si cōtrariū fe
cerit, moderator ꝓuincie lesionē resarciri faciet ⁊ veterē ꝯsue
tudinē in reditibus prestādis obseruari. l. cū satis. §. cauēāt
C. de agrico. ⁊ cēsi. lib. xi. ⁊ ꝙ vassalli cogi nō possint ad cōtri
buēdū in dote filie sui dn̄i tenuit Jac. Rebu. in. l. j. C. de excu
cto. Trib. li. x. Pro quo alleg. d. l. ⁊. l. placet. C. de excus. mune.
eo. li. ⁊. l. ij. in. fi. C. in. q. cau. col. cēsi. li. xj. ⁊. l. fi. C. de statu. ⁊ ima
gi. Adde ad materiā ⁊ intellectū illius ꝙ scribit Cy. i. l. ij. C. q
sit lōg. cōsue. ⁊ Ang. cōsi. cclix. hāc etiam partem sequutus
est Bertran. de den. per multas rationes, prout refert Pe
trus Anti. in suo diuersorio. ver. sz quero nunquid baro, vel
comes

comes ⁊c. sequendo igitur hanc partem que mihi videtur pro
babilior, dico ⁊ respondeo, ꝙ cum in dicto.c. non fuerit sim-
pliciter ordinatum, ꝙ si vnus de casibus qui dicuntur reales
contingeret scilicet de militia, filia maritanda ⁊c. illa vice qui
libet dominorum, posset exigere ab hominibus loci predicti
Cygrerij dictas vigintiquinqꝫ libras, sed dictum fuit, ꝙ il-
las exigere valeret ab hominibus suis, qui in predictis casi-
bus alias contulissent: non potest dictus nobilis de Orserijs
huiusmodi pecuniam, aut partem illius: exigere in vim di-
cte pretense arbitramētalis sentētie, nisi a suis hominibus et
nō ab omnibus suis, sed solum ab illis, qui probantur contri
buisse in predictis casibus vel qui illis titulo hereditario, vł
alio vniuersali successerunt: quia vt predixi, in alio quesito,
cum illud relatiuum, qui positum in dicto capitulo, adijciatᷣ
qualitati, seu facto, quod naturaliter non cōuenit cuilibet de
genere preposito, seu premisso, illud situꝫ est restrictiue nō
declaratiue.d.l.ea tamen adiectio.ff.de lega.iij. quod autem,
qualitas seu factum dicto relatiuo adiectum, naturaliter nō
inest cuilibet homini Cygrerij, vt apparet per predicta, in
quibus ostensum est etiam vassallos, qui feuda tenent a domi
nis in his contribuere de iure non teneri. Et multominꝰ ad
6 contribuendum tenentur alij subditi non vassalli. ratiōe † igi
tur incertitudinis remanet dictum pretensum capitulum in-
utile, nisi quatenus probaretᷣ, quod vel moderni homines cō
tribuerant, vel ijs qui contribuerant vniuersaliter successe-
runt. Pro quo facit quod in simili. not. Cy. Bal. ⁊ docto. in.l.
priuilegia.C.de sacrosanc.ecclesijs.

¶ Nec opponat aliquis de eo, ꝙ voluit Cy. ⁊ post eum Sali.
in.l.secūdū.C.de cōtrah. ⁊ cōmitt.stip. ⁊ Bar. in extrauag. ad
reprimendum super verbo, pront. Ex quorum dictis colligi-
tur, ꝙ si quis condemnetur per iudicem ad soluendū libram
piperis secundum ꝙ illam prestare consueuit, vel secundum
quod maiores sui illam prestare consueuerūt, valet huiusmo
di sententia, etiam si non appareat ꝙ ille, vel predecessores
sui libram illam prestitissent, vel quomodo prestitissent. Quo
niam respondeo, ꝙ in casu in quo loquitur Cy. ⁊ post eum alij
non erat incertitudo quoad personam condemnatam: quia
de illa constabat, sed erat incertitudo quo ad preteritam pre-
stationem. Et vt dispositio aliquid operetur in dubio dictio
secundum ponitur causaliter non cōditionaliter pront alias
ponitur in.c.abbate de verbo.signifi. In casu vero nostro est
incertitudo quoad personam condemnatā: quia non omnes
homines Cygrerij condemnati sunt ad soluēdū dictas.xxv.
libras, sed solum homines sui. Et non oēs sui, sed dumtaxat
illi, qui alias contribuerunt illi ergo dumtaxat, vel corū vni-
uersales successores pretendi possunt teneri ad dictam con-
tributionem, dicto autem nobili de orserio incumbit onus ꝓ
bandi, qui sunt illi. dicta. l. verius ⁊. l. actor. cum suis simili-
bus.C.de proba.

¶ Ad illud vero quod queritur de calcādis bladis dicti no
bilis de monteorserio, dico ⁊ respondeo ꝙ in dicta pretensa
arbitramētali sentētia nihil cautum reperitur illa enim que-
rela, quam fecisse pretenduntur homines de Cygrerio, in o-
ctauo capitulo nō concernit blada domini calcanda: nec ipsi
homines conquerebantur ꝙ dominus eosdem compelleret
ad calcandum blada, sui ipsius domini. Sed conquerebātur
de, ⁊ pro eo ꝙ idem dominus eosdem compellebat, ad calcan
dum blada, non dico ipsius domini, sed sua hoc est ipsorum
hominuꝫ cum animalibus, seu per animalia eiusdem domini
hoc est vt breuius loquar conquerebantur ipsi homines, pro
eo, qđ dominus eisdem auferre nitebatur facultatem eligen
di equas, per quas sua ipsorum hominum blada calcari face
rent. Et eos cogebat ad calcari faciendum per animalia ipsiꝰ
domini: ⁊ hoc vt puto faciebat propter emolumentum, quod
inde recipiebat. Et quod hec esset querela satis colligitur ex
pretensa ordinatione, que facta pretenditur super dicto.viij.
capitulo. Et quia verba non vidētur habere dubitationem,
ego vlterius non insisto.

¶ Quo vero ad alia multa dubia, que proponuntur de ⁊ su-
per multis alijs, que idem nobilis de monte orserio preten-
dit sibi deberi annis singulis, in viꝫ dicte pretense arbitramē
talis sentētie, dico prout superius dixi, in primo articulo, sci
licet quod cum in eorum solutione cessatum extiterit per cen-
tum annos, quinimo cum non appareat aliquid vllo vnquaꝫ
tempore, fuisse de illis ipsi de monteorserio vel suis predeces
soribus ex solutū, obstat sibi prescriptiōis exceptio quinimo
nisi obseruantia aliud habeat, sufficeret ad prescriptionem
huiusmodi tempus.xxx.aut.xl.annorum: secundum opinio-
nem glo. Joan. And. Barto. ⁊ sequacium que videtur magis
communis. Et pro qua esset, iudicandum secundum doctri-
nā Jac. But. in.l.j.C. qui pro sua iuris. iudi. dare dari ve pos.

¶ Illud non videtur esse pretermittēdum. quod de syndica-
tu, ⁊ sic de mandato illorum pretensorum syndicorum, qui cō
promissum, de quo in instrumento dicte arbitramētalis sentē
8 tie fecisse dicuntur, non apparet: nec † mandatum huiusmo
di interuenisse presumitur per ea que not. Bald. in.l.ij.C. si ex
fal. instru. ⁊ in.l.j.C. de reb. alie. non alie. Alexand. de Imo. in
l. sciendum versi. Et ad hoc ibi ponderat ⁊c.ff.de verbo. obli.
⁊ in.l. qui in aliena. in principio.ff.de acqui. here. Et esto ꝙ de
syndicatu huiusmodi appareret, forte propterea conueniri
non possent moderni homines, loci predicti de Cygrerio, ni
si qui probarentur vniuersaliter successisse constituentibus,
aut alieri eorundem quemadmodum nec post latam senten-
tiam conueniri potuissent nisi illi, quos apparebat cōstituis
se per id quod notat Baldus in. l. ciuitas in fin. ff. de rebus
creditis.

1 ¶ Dictio alias ponitur ad maiorem demonstrationem.
2 Nomen persone exprimi debet cum duabus demonstrationi
bus seu accidentijs congruis: sicut ⁊ locus cum duobus con
finibus.
3 Varietas corporum confinatorum presumitur ex varietate
confinium.
4 Actioni pro censibus prestandis prescribitur centuꝫ annis.

¶ Epitome.

¶ Agens contra me tanquam habentem causam a Titio si
alius reperiatur eius nominis, nec in libello clare demōstret
nomen ⁊ cognomen, succumbet tanquam minus legitime de-
monstrans de quo senserit. Idem ꝙ aduersus prestationem
census prescribatur spacio centum annorum.

¶ De censib. Consi.clxxxv.



Licet alias allegata
parte prouidorum virorum stephani deside-
rij, ⁊ Claudij in magno processu, quem se de-
fendendo prosequuntur aduersus nobilem ⁊
generosum virum Joannem de monteorse-
rio dominum eiusdem loci, sufficiant, ⁊ sufficere debeant ad
obtinendam sententiam absolutoriam, ⁊ victoriam in hac cā
maxime quoad quosdam pretensos census personales parte
eiusdem de monteorserio ab eisdeꝫ petitos. Tamē quia post
allegationes huiusmodi. Idem de monte orserio produxisse
dicitur duo pretensa instrumenta vnum videlicet cuiusdam
asserte recognitionis facte vt pretenditur per quosdam Ja-
cobum, ⁊ Petrum Borrelli fratres, anno domini millesimo
trecentesimo.xlv. ⁊ die.xxiij. mensis Februarij. Et alium al-
terius pretense recognitionis facte vt asseritur per Joannē
Borrelli, alias Martini anno predicto, ⁊ die.xj. mensis mar
tij. Addendo allegationibus antedictis, dico ꝙ nec huiusmo
di pretensa instrumenta seu asserte recognitiones de quibus
in eisdem, nocent prefatis desiderij, ⁊ congij, nec per ea iustifi
catur intentio. dicti nobilis de monteorserio: quoniam vt ex
tenore, libelli parte eius oblati, dictus Stephanus Deside-
rij conuenitur pro dictis pretensis personalibus censibus ad
causam cuiusdam pretense recognitionis olim facte vt asseri
tur per quondam Petrum Borrelli alias Martini. Et pre
fatus Claudius congij, conuentus est ad causam cuiusdam
alterius pretense recognitionis facte, vt ex aduerso asseritur
per quendam Joanneꝫ Borrelli. alias Ricart, dictum vero
instrumentum supra primo loco mentionatū, ⁊ nouissime di-
ctū, quanuis loqui pretendatur de petro Borrelli, ⁊ Jacobo
fratribus, nō tamen adiecta est in cognominatione eorundē
alias Martini. Et sic hic Pet. Borrelli nō apparet esse ille
idē Petrus Borrelli alias Martini, propter eius pretēsam
recognitionē cōuenitur prefatus Stephanus quinimo, cen-
setur, ⁊ cēsendus est fuisse alius ab illo. Propter illā adiectio
1 nē, alias Martini, q̄ † ꝓ alio cognomine, ⁊ ad maiorē dmōstra
tionē illius Petri Borrelli, videtur adiecta arg. eius ꝙ po
nit Bar. in.l. demōstratio. in princ. versi. septimo quero.ff.de
2 condi. ⁊ demō. quēadmodū cū ad † demōstrandū fundū expri
mi dꝫ nomē loci cū duobꝰ cōfinibꝰ.l. forma in princ.ff.de cēsi.
ita ⁊ ad demōstrādū psonā pfecte exprimi dꝫ nomē cū duobꝰ
dmōstratiōibꝰ, seu duabꝰ accidētijs cōgruis illi psone vt no.
Bar. in.d.ver.vij. qro ⁊c. ꝙ fiebat quoad dictū Petrū Bor-
relli alias Martini. Ex cuius pretēsa recognitiōe idē deside
rij cōuenitᷣ, sꝫ dicta ptēsa recognitio nouissime ꝓducta, nō dr̄
facta ꝑ Pet. Borrelli. alias Martini, sꝫ ꝑ Pet. Borrelli, ⁊

Jacobuz fratrem:⁊ sic non videtur iste Petrus sufficienter
demonstratus. Et maxime, vt comprobatur fuisse ille idem
qui dicebatur Petrus Borrelli alias Martini, per id qđ
voluit Bar.in.d.l.demonstratio.in fi.principij. Pro quo al-
legat.l.Pomponius scribit si frumentum.§.fi.ff.de rei ven-
3 di.ad quod facit quod dici solet, scilicet ꝙ ex † varietate con
finium presumitur varietas corporum confinatorum dicto
§.fi.⁊.l.j.iunctis ibi not.per Bar.C.si vnus ex pluri.appel-
la.de quo per Jo.An.in.c.auditis de in inte.resti. ¶ Insu-
per ⁊ quanuis dictum pretensum instrumentum supra secun-
do loco mentionatum, ⁊ nouissime productuz contra prefatũ
Claudium loquatur de quadaz pretensa recognitione facta
vt inibi asseritur per quendam Joannem borrelli non tamẽ
ibi dicitur, quod illa facta extiterit per Joannem borrelli a-
lias Ricart: sed per Joannem borrelli, alias Martini. Et
sic, isti non censentur vnus Joannes, sed duo propter varias
cognominationes. Et hoc per iura ⁊ rationes superius alle-
gatas. ista igitur duo pretensa instrumenta, non videntur fa
cere ad factum. Preterea cum a tempore pretensarum reco-
gnitionum cucurrerint cẽtum, ⁊ quadraginta septem anni,
vel circa nec appareat ꝙ a tempore recognitionis huiusmo
di dicti pretensi census soluti extiterint, palam infertur di-
cto de monteroserio obstare exceptionez prescriptionis, que
ei opposita est, per ea que not.glo.Bar.⁊ docto.in.l.cum no-
tissimi.§.in his.C.de prescrip.xxx.vel.xl.annorum Barto.⁊
Alex.de Jmo.in.l.de pupil.§.si pluribꝰ.ff.de.ope.no.nunci.
quod sine dubio procedit secundum opinionem glo.⁊ Bart.
in.d.l.cum notissimi.§.in his, quam etiam tenuit Jo.And.
⁊ Panor.in.c.auditis de prescrip.Jaco.Butri.⁊ Angel.in
dicto.§.in his. Et idem Ange.in.l.si stichum.§.stipulatio
ff.de verb.obli.q2 presumptione iuris, iuris prefati Petrus
Borrelli, alias Martini et Joãnes Borrelli, alias Ricart
presumuntur mortui, iam sunt.l.anni ⁊ vltra cum homo non
presumatur viuere vltra centum annos.l.fi.C.de sacrosan.ec
cle. Cum enim a tempore dicte pretense recognitionis prete-
4 rierint, vt predixi † centum ⁊.xl.vij.anni, ⁊ tempore illius pre
sumantur ipsi Martini ⁊ Ricart habuisse saltez.xiiij.annos
per id, quod habetur in.c.in presentia. Cum ibi not.per Pa
nor.de proba.infertur ꝙ a tempore natiuitatis eorundẽ mar
tini, ⁊ Ricart preterierunt centum ⁊ sexaginta anni. Et cum
non presumantur vixisse vltra centuz annos presumitur eos
dem decessisse iam sunt sexaginta anni vel circa. Et sic nemi-
ni dubium est, quin secundum opinionem glo.Barx.⁊ sequa-
cium prescriptum extiterit aduersus pretensam actionem,
que pro dictis censibus competijsse pretenditur. Quinimo ⁊
aduersus eam prescriptum fuisse videtur: etiam si sequeren-
tur opinionem Jaco.de Are.Pet.Cy.⁊ Ray.in.d.l.cum no
tissimi.§.in his.C.de prescrip.xxx.vel.xl.annorum quia licet
in aliquo discordant a glo.⁊ sequaciuz in prescriptione iuriũ
annuorum ipsi tamen fatentur, ꝙ p cessationem centum an-
norum omne ius sublatum sit: etiam in promissione annua ar-
gu.l.si vsusfructus municipibus.ff.de vsufruc.lega. Et.l.an
vsusfructus.ff.de vsufruc. Quoniam vt audio iam preterie-
runt centum anni, ⁊ vltra a tempore mortis ⁊ decessus prefa
torum Petri Borrelli, alias Martini, ⁊ Joannis Marti-
ni alias Ricart. Et sic secundum omnes obstare debet pre-
scriptio. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet me-
lius sentientis.

1 Pacto contrahentium regulariter non impeditur transla-
tio dominij, si postea fiat contractus habilis ⁊ sequitur tra-
ditio.
2 Pactum sine traditione dominium non trãsfert: nec itidem
retransfert in venditorem nisi in pacto legis commissorie, et
adiectionis in diem.
3 Actus gestus in temporalibus contra iuramentum valet.

¶ Epitome.

¶ Ut in primo ⁊ secundo collectaneis.

De pact. Consi.clxxxvj.

Ponitur in facto qđ
dudum post certam transactionem celebra-
tam, ⁊ initam per ⁊ inter magnificum viruz
dominum de pictauia dominum sancti Ua-
lerij ex vna parte. ⁊ magnificum dominum
mõtislauri ex alia de ⁊ super bonis maternis ⁊ per quẽ par-
tes ipse transegerunt, ⁊ conuenerunt ꝙ castra, loca, terre, ⁊ se
gnorie de Florac, ac sancti priuati, sabiani, ⁊ darlempde cum
suis mandamẽtis, censibus, reuenutis ⁊c. essent, ⁊ pertinerẽt
dicto magnifico do.sancti Ualerij ⁊ suis heredibus, ⁊ succes-
soribus. Certa vero alia castra inibi mẽtionata essent, ac spe
ctarent, ⁊ pertinerent ipsi domino montislauri ⁊ suis heredi
bus, ⁊ successoribus: fuit celebrata, ⁊ inita ex longo interual-
lo, inter partes predictas alia transactio in qua pretermissis
alijs que proposito non seruiunt inter cetera conuenerunt,
pactum inierunt, ⁊ transegerunt sub verbis sequentibus. Et
pareillement si le cas aduenoit que icelluy seigneur de sainct
vailler vende ou autrement transporte aulcunes desdictes
terres a luy adiugees par ceste trãsaction, ou partie dicelles
quil soit loysible ⁊ permis audict seigneur de montlaur. puis
set, doient, ⁊ vuillent acheter, ⁊ recouurer se q̃ ledict seigneur
de sainct vailler vendra ou autrement transportera en bail-
lant ⁊ payant la somme que vng autre en donneroit, ⁊ baille-
roit, ⁊ iceluy seigneur de montlaur puisse ⁊ doiue preferer en
ce tous autres acheteurs..
¶ Deinde post transactionem huiusmodi, facta est diuisio
de terris prementionatis, per et inter ipsum magistrum do.
sancti Ualerij ac nobilem ⁊ potentem virum dominũ Guliel
mum de pictauia eius fratrẽ: qui dominus Gulielmus suc-
cessu temporis aliqua de castris huiusmodi: ad ipsius partẽ,
seu portionem peruentis vendidit, ⁊ titulo venditionis expe
diuit, ⁊ tradidit nobilibꝰ viris Philippo, ⁊ Cathelino com-
be fratribus: qui castra huiusmodi cum suis mandamentis,
pertinentijs, ⁊ iuribus tenuerunt, ⁊ possederunt a septẽ an-
nis, ⁊ citra, ⁊ ea tenent ⁊ possident sciente, vidente, ⁊ non con
tradicente dicto domi. Montislauri, excepta controuersia,
quam eisdem nouissime dicitur a paucis diebꝰ citra, in vim
rescripti regij, pretendens, vt audio, se posse castra huiusmo
di cum dictis suis iuribus ab ipsis nobilibus Philippo et
Cathelino in vim pacti de quo supra aduocare.
¶ Quesitum est an pro eo, quia vt ex aduerso pretenditur,
prefatus domi. Cleriaci pinguiorem portionem, seu partem
reportasse, et habuisse dicitur in bonis magnifice quondam
domine eius matris, virtute, ⁊ occasione trãsactionis supra,
primo loco mentionate, ꝙ reportaturus esset per arrestum
Regij parlamenti coram quo ex tẽpore de ⁊ super bonis ma
ternis prefatorum domi. sancti Ualerij, montislauri, et cle-
riaci. tunc pendebat indecisa teneatur ad obseruantiam pa-
cti, ⁊ aliorum de quibus in dicta secunda transactione.
¶ Secundo quesitum est, an propter patientiam de qua su-
pra idẽ domi. Montislauri sibi preiudicauerit, vt sic in vim
pacti predicti contra dictos nobiles combe experiri non
valeat.
¶ Tertio quesitum est si prefatus dominus Montislauri,
sciuerit alia ex bonis peruentis ad partem ⁊ portionem di-
ctorum dominorum sancti Ualerij, ⁊ cleriaci vendi ⁊ distra-
hi, nec illa curauerit recuperare, rehabere, vel retrahere, an
possit nihilominus experiri, ⁊ agere pro castris, ⁊ iuribus di
ctis nobilibus combe venditis.
¶ Sed his quesitis pretermissis, quia vt mihi videtur illis
fuit quatenus opus erat sufficiẽter responsum per egregiuz
virum dominum Ludouicum de iuncheretis iurium profes
sorem, dico, ꝙ etiam si essemus in casu, in quo prefatus domi.
Cleriaci teneretur ad obseruantiam pacti de quo supra. vt
quia ipse pactum huiusmodi cum dicto domino Montislau
ri celebrasset, vel inijsset, vel factum suo nomine ratum ha-
buisset, non propterea posset ipse domi. Montislauri agere
vel experiri contra ipsos nobiles Combe emptores, et pos-
sessores predictorum castrorum, ⁊ qui illa emerũt a dicto do-
mi. Cleriaci illorum tunc possessore, ⁊ domino: quia dictũ pre
tẽsũ pactũ nõ est illius efficacie, ⁊ momẽti vt impedire potue
rit quominus si castra hmõi per dñm vẽderẽtur, transferret
dñiũ in emptores, sequuta traditione. Nec potuit idẽ pactũ
retrãsferre dñiũ ad effectũ castra hmõi vẽdicãdi in ipsuz do.
1 mõtislauri: q2 pactũ cõtrahẽtiũ † nõ impedit regulariter trãs
lationem dñij si postea fiat cõtractus habilis ⁊c. ⁊ sequat tra
ditio.l.ea lege.⁊ ꝙ ibi p gl, ⁊ doc.C.de condic.ob cau.l.si ita qs
pmiserit.§.ea lege, ⁊ ꝙ p gl.⁊ doct.ff.de verbo.oblig.de quo
ẽt gl.⁊ doc.in.l.fi.C.de reb.alie.nõ alie.Dy.Bar.Frã.de are.
Alex.de Jmo.⁊ doc.ĩ.l.q absenti.§.j.ff.de acq.pos.Bar.⁊ do
cto.in.l.nemo.ff.de pac.⁊ in.l.filiusfamilias.§.diui.ff.de leg.j.
⁊ cano.in.c.raynaldus de test.⁊ ꝙuis hec regula patiat duas
fallẽtias, vt not.doc.in.d.l.ea lege, Jo.de Jmo.⁊ Frã.de are.
in.d.l.si ita qs.§.ea.l.quarũ vna est vbi alienatio sui natura
est irreuocabilis verbi gratia, datio libertatis vel consecra-
tio rei, seu si res sit religiosa.lege, ea quidam.C.si mancipiuz
ita

ita fue.alie.7 dicta.l.C.de reb.alie.non alie.Secunda est,quā do apponens pactum de non alienādo sibi reseruat aliquod ius in re,saltem pignoris,vel hypothece spiritualis.l.fi.C.de iure emphy.7.l.si creditor.§.fi.ff.de distrac.pigno. secundum lecturam pisanam.Et quamuis etiam dentur aliqua consilia, seu cautele per quas dominij translatio impedit,7 retrāsit in primum.De quarum aliquibus per Bart.7 alios in.d.l.qui absenti.§.j.per Petr.7 Cy.in.d.l.fi.C.de re.alie.non alie.per Odofre,Bal.7 alios in dicta.l.ea lege,nullam tamen ex cautelis huiusmodi video adhibitam,in pacto de quo supra: nō igitur videtur φ pactum huiusmodi casu si per dictum dominum cleriaci,vel initum,vel vt predixi, ratificatum extitisset impedierit quominus dictus do.cleriaci postea vendēdo,7 tradendo castra superius mentionata eorum dominiū transtulerit in dictos nobiles combe.Nec hoc efficere φ ipse do.Cleriaci postea vendēte alteri φ̄ dicto domino mōtislauri.ipsorum castrorum dñium in eundem do.montislauri re-
2 transiret, quia † quemadmodum pactum sine traditione,dominium non transfert.l.traditionibus.C.de pac.no. gloss. et omnes scribentes in dic.l.ea lege.C.de condi.ob.caus.7.d.l.fi. C.de reb.alie.non.alie.Ita nec potest pactum dominium retransferre in primū dantem preterquam in pacto legis commissorie 7 adiectionis in diem vt etiam not.glo.7 docto.in dictis duabus legibus proxime allegatis 7 glo.in dicta.l.traditiōibus.Et si opponatur φ dicta.l.ea lege.7.l.si ita quis promiserit.§.ea lege loquuntur in alio casu 7 diuerso a nostro,pro eo quia in casibus legum huiusmodi fiebat pactum de non alienando,hic autem non sic sed vt premisi,scilicet φ in euz casum in quem prefatus magnificus do.sancti Ualerij a ligna ex castris predictis,aut partem eorundem venderet vel alias transportaret eidem licitum esset,7 permissum, qōq̄ posset, deberet,7 valeret emere,7 recuperare ea que idem do. sancti Ualerij venderet,aut alias transportaret dando 7 soluendo summam 7c.palam fateor quōd tex.huiusmodi loquuntur in alio casu.Et quod huic occurrenti casui vicinior est casus,de quo in.l.qui rome.§.coheredes.ff.de verborum obligationibus.sed vtrobiq̄ est eadem ratio:quia neutrum ex pactis huiusmodi illam habet efficaciam, vt impediat translationem dominij,si contra fiat.Nec vt in casum contrauentionis dominium retransferat in primum per iura predicta quod procederet etiam si prefatus do.Cleriaci iurasset nō vendere alteri,quam dicto do.montislauri vel iurasset in aliuz non trāsferre,quam in eum:quinimo procederet etiam si iurasset eidē do.montislauri dicta castra vendere.Nam non obstante iuramento,de quo in casibus huiusmodi,si idem do.cleriaci,7 castra predicta vendidisset 7 tradidisset dictis nobilibus combe,prout 7 fecit,ipse in eos dominiuz transtulisset:7 ita ab eis per dictum do.montislauri vendicari non posset per doctrinā Inno.quam inibi quoad temporalia sequuntur Hostien. Jo.An.Panor.Jo.de Jmol.7 communiter omnes docto. in.c.dilect.de preben.7 idem voluit Joan.de Jmol.in sua solenni repetitione.c.cum contingat in.ix.membro ver.sed circa istud de iureiuran.quorum omnium hec est communis sententia, quod actus gestus in temporalibus contra iuramentum valet quinimo vt dicit Jo.An.in.d.c.dilecto hec procedit etiam in spiritualibus.c.sicut ex literis de sponsa. saltem si illa non sint mere spiritualia vt voluit Jo.de Jmo. in dicto.c.dilecto 7 in repeti.dicti.c.cum contingat in.ix.membro. Possent 7 alie multe rationes pro defensione boni iuris prefatorum nobilium Philip,7 Cathelini,7 impugnatione intentionis dicti do.montislauri allegari.Sed q2 premisse mihi videntur sufficere quia etiam non vidi instrumenta dictarum pretensarum transactionum.Ego pro nunc vlterius nō insisto.

1 ¶Iuri agendi ad supplementum legitime quanto tempore prescribatur.
2 Solutio dotis est facienda de moneta currente tempore mātrimonij contracti,aut eius valorē.
3 Mora commissa in soluenda dote potest per maritum peti interesse:7 qualiter mora committatur:7 quatenus ascendat dictum interesse.nu.4.
5 Usure propter dotem non solutam sunt permisse de iure canonico:7 quare nec in his tam breui tempore prescribitur sicut in alijs.
6 Actionibus personalibus aut officio iudicis non prescribitur minori spatio triginta annis.
7 Partus vtero exsecto editus succedit matri,tam iure pretorio,quam ciuili.
8 Renuntiatio generalis bonis paternis 7 maternis trahitur ad successionem intestati.
9 Dominium cum titulo 7 traditione transfertur in emētem.
10 Mulier presumitur in dubio de bonis seu pecunia sui viri presumitur acquisiuisse etiam post annum luctus:sicut 7 filius non industriosus de bonis sui patris.

¶Epitome.

¶Ut in collectaneis.

¶De pres.7 de vsur.7 mora. Consi.clxxxvij.



Uiso casu mihi exhibito parte nobilis 7 generose mulieris domine Clementie de Brācassijs 7 dubijs ex casu huiusmodi elicitis,dico 7 respōdeo breuiter 7 succincte ad dubia huiusmodi put ecce.Et
1 primo ad primum, quod licet † Bar.in.l.si quis filium. C. de inoffi.testamento 7 in suo consilio.xiiij. exordiente an ius agendi ad supplementuz 7c.tenuerit quod iuri agendi ad supplementum legitime prescribitur quinquēnio motus rationibus,de quibus per eum in.l.7 consilio antedictis contrariuz tamen tenuit Bal.in dicta.l.si quis filium 7 in auth.presbyteros el.j.C.de episco.7 cleric.7 in repeti.l.pater filium.ff. de inoffi.testa.volens quod condictio.ex.l.omnimodo.C.eo.titul. per quam petitur supplementum legitime,vt not.in.l. papinianus.§.si conditioni.ff.de inoffi.testa.durat perpetuo,7 sic triginta annis:7 ita petitioni supplementi,non prescribitur quinquēnio,quod etiam voluit Sali.in dicta.l.si quis filium idem voluit ibi Ange.7 omnes moderni 7 dicit Flo.φ cōmunis opinio est contra Bar.hanc eandem sententiam tenuit Ange.in.d.l.omnimodo in principio 7 in.l.certi condictio in principio.ff.si cert.petatur.vbi refert se ita de facto pluries consuluisse.Idem tenuit Ange.in.l.si eum.§.qui iniuriarum ff.si quis cautio.in.l.si a dño in princ.ff.de peti. here. auth.de trien.7 semis.in principio 7 pleni9 in.d.l.papinianus.§.si cōditioni.ff.de inoffi.testa.vbi etiā dicit se ita pluries obtinuisse,7 consuluisse de facto vna cum pluribus alijs docto. per vnum fini.Ita consuluit Paul.de castr.consil.cxxij.exordiente dubia de quibus queritur 7c.vbi dicit hanc esse cōmunē opinionem antiquorum 7 modernorum docto.7 Alexand.de Jmo. consil. cviij.exordiente,l,Uiso themate, 7 diligenter considheratis 7c.Nisi igitur a tempore mortis nobilis quōdam 7 strenui militis,domini agonti de agonto ipsius domine Clementie quondam patris,preterierint triginta anni, potest ipsa domina Clementia si viuat alioquin eius heredes agere ad supplementum eius legitime:si summa quatuor millium florenorum auri per dictum quondam ejus patrem sibi relicta, ad illam non sufficiat.
¶Ad secundum dico 7 respondeo quod ratio,7 considera-
2 tio habenda est ad genus monete,7 valorem:qui † erat tempore conditi matrimonij,7 constitutionis dotis, de qua ibi, Pro eo quia quando mutatio monete contingit in pondere vel in materia,vt pote,quia tempore cōtractus moneta erat argentea bone lige,tempore vero solutionis currit moneta ere contaminata,7 minoris lige,tūc fieri debet solutio de moneta non quidem de noua currente tpe solutionis,sed de antiqua scilicet que currebat tempore contractus:si tamen illa reperiatur 7 si antiquam non habeat debitor,soluet de noua 7 supplere debet bonitatem,in nouam vt sic satisfaciat ad rationem antique monete.c.olim de censi.not. Barto. 7 doctores communiter in.l.Paulus.ff.de solu.Albe.7 Barto.in.l. cum quid.ff.si certum petatur.7 Alexander de Jmo.in.l.qd te.eodem titu.Anto.de Butri.Panormita.7 alij in.c. quanto de iureiuran.7 Mar.de Lau.in suo tracta.de mone.versi. accedo.ad secundum articulum.Et hec est communis sententia scribentium in iure.Cum igitur tempore constitute dotis de qua supra,moneta esset melioris lige,quam nunc existat,7 nunc sit magis ere,vel alio metallo contaminata,quaz tunc existeret,tenetur heres constituentis soluere de dicta moneta antiqua,si illa valeat vel si illam non habeat de noua ad rationem illius antique.
¶Ad tertium dico 7 respondeo quod post† moram commis-
3 sam in dote soluenda nobili quondam 7 generoso viro,domino Joā. de brancassijs eiusdem domi. Clementie quondam marito,quod factum est post lapsum terminum fiende solutionis.lege,magnam.C.de contrahenda 7 committenda stipu.7.l.j.§.exacto.C.de rei.vxo.actio.vel post interpellationē

legitime factam per dictum nobilem Joannem, si terminus
fiende solutionis prefixus non extiterat. l. si ex legati causa
ff. de verborum obligationibus. vel post lapsum biennium a
tempore quo eadem domina Clementia ad domum dicti no-
bilis Joãnis ducta extitit, & ipse onera matrimonij sustinuit
si nec terminus fiende solutionis erat prefixus nec debitor
dotis interpellatus extiterit de ea soluẽda. l. fi. §. pterea. C. de
iure do. Potuit idẽ nobilis Joãnes petere interesse propter
dotem non solutam. l. in insulam. §. vsuras. & qd ibi per Bar.
Pau. de Cast. & doc. communiter. ff. solu. mat. c. salubriter. et
quod ibi Inno. Host. Panor. & doct. magis communiter. de
vsuris. Quod procedit non solum de iure ciuili, sed etiaz de
iure canonico. d. c. salubriter. & quod ibi docto. not. Barto. et
docto. in dicta. l. in insulam. §. vsuras. Pro quo facit qd not.
gloss. in. l. socium qui in eo. ff. pro socio. & in. l. ij. C. de vsu. et. l.
curabit. C. de actio. empt. & in. c. conquestus. de vsu. hoc etiaz
voluit Raph. & Pau. de Cast. in dicto. §. vsuras. Bal. & An-
ge. in. l. genero. §. non tantum. ff. de nego. gest. Bartol. in suo
consilio. cxxviij. exordiente, Franciscus habuit in vxorẽ &c.
Bal. in. l. pluribus. C. de iur. dot. & in. l. fina. §. j. eodem titu. et
in rubrica. C. de vsu. in quarta questio. & in. l. j. C. de summa tri
nita. & fide catholi. & Lauren. de Rodulph. in sua solenni re-
petitio. capi. consuluit. de vsur. Et quanuis fuerint alie due
opiniones, quarum vna fuit Joan. Andr. in dicto cap. sa-
lubriter enitẽtis illud restringere ad casum de quo ibi. Alia
vero fuit Joan. de Imol. quam sequitur Alexan. de Imol.
in dicta. l. in insulam. §. vsuras, tamen opinio Barto. de qua
predixi est communis. Ideo & in consulendo et in iudicando
videtur esse sequenda. per ea que not. docto. in cap. primo. de
constitu. in cap. prudentiam. in princip. de offi. delega. et in. l.
cum prolatis. ff. de re iudica. Possunt igitur, secundum hãc
communem opinionem, heredes dicti nobilis Joannis de
Brancassijs petere interesse per eundem Joannem pas-
sum propter dotem non solutam: quod, vt sentit Pau. de ca
4 stro. in dicto. §. vsuras. ascendit quatenus † per eundẽ Jo-
annem impensum est in dictam dominam Clementiam ejus
vxorem: est tamen ad vnum aduertendum, quod Bald. con-
silio mihi. clvj. exordiente, post biennium a die ductionis &c.
in quinto volumi. dicit quod si maritus omiserit per decen-
niũ petere hoc interesse videatur illud tacite remisisse. Pro
quo allegat. l. cum quidam. §. diuus. ff. de vsur. cuius dictum
refert Angel. in. §. fuerat. versicu. vnum tamen tene menti q
post biennium &c. & Jason. Et illud multum commendat An
ge. vbi supra, sed postea illud impugnat dicens, quod cõtra-
rium consuluit in facti contingentia, quanuis subijciat, qd
non repererit illud ab alio tactum. Et fuit motus idem An-
ge. non alio fundamento, nisi quia non reperitur iure cautũ,
et ad dictam. l. cum quidam. §. diuus. respondet idem Ange.
quia ille loquitur in vsuris, que sunt odiose. vt habetur in. l.
tertia. & l. cum allegas. C. de vsur. ergo sunt restringende; et
faciliter presumuntur remisse. argumen. regule, odia. de re-
gulis iuris. in sexto. et. l. cum quidam. ff. de liberis et posthu.
alimenta vero debentur marito, pro suo interesse, et fauore
sui, cum sustineat onera matrimonij. l. pro oneribus. C. de iu-
re dotium. & ideo non ita faciliter, nec tam breui tempore de-
5 bent presumi remisse, Preterea in vsuris † debitis marito
propter dotem non solutam maritus tractat de damno eui-
tando. Et hinc est quod sunt permisse etiam de iure canoni-
co, vt predixi. d. c. salubriter in illis vero vsuris, quas preten
dit alius creditor, puta mutuans, tractat ipse de lucro captã
do: quo fit vt non videatur bona argumentatio de ijs ad il-
las qr alia est rõ eius qui lucruz captat, alia illius, qui dãnũ
vitare nititur. l. fi. §. licentia. C. de iur. delibe. & l. fi. §. pen. C.
de codi. Et ideo, non tam breui tempore, videtur debere pos
se prescribi vsuris debitis marito, seu interesse, de quo supra
sicut prescribitur in alijs vsuris, per dictam. l. cum quidã. §.
diuus. Et quanuis Jason vbi supra dicat q pro illo singula
rissimo dicto Bal. de quo supra multum & ineuitabiliter strin
gat dictus. §. diuus & responsio Ange. ad illum tex. multum
debilis existat tamen si casus in facto contingeret, ipse tene-
ret. & consulendo, & iudicando contra illud dictum Bal. vide-
licet, q per lapsum decennij non prescribatur, quominus ma
ritus petere possit vsuras, seu interesse de quo supra & moue
6 tur per regulam vulgatam que habet, q actionibus † perso-
nalibus non prescribitur minori tempore triginta annorum
l. si quis emptionis. l. sicut. & l. omnes. C. de prescript. xxx. vel
xl. anno. Si igitur dicamus vsuras hmõi vel interesse peti
posse iure actionis, illud peti poterit durãtibus triginta an
nis. Et idem si non iure actionis, sed officio iudicis peti va-
leant secundũ q tenet, & declarat Jo. de Imo. in. d. l. insulam
§. vsuras quã refert & sequitur. Ange. Are. in. d. §. fuerat. qr
officio iudicis non prescribitur minori tempore triginta an
norum. vt est glos. que vulgo reputatur singularis in. l. sicut
ver. persequutione. C. de prescrip. xxx. vel. xl. annorum quam
Bal. ibi dicit alibi non haberi causam etiã dicit singularem
Bal. in. l. ij. C. de exequu. re. iudi. que tamen habet sociam li-
cet loquatur per verbum, forte in. l. querela. C. de fal. Ad di-
ctuz vero. §. diuus respondet Jason, prout ibi videri potest.
Sequendo igitur hanc opinionem interesse de quo supra po
tuisset & posset peti. etiam si petitio illius omissa extiterit per
decẽnium si tamen esset omissa per triginta annos putarẽ il
lud peti nõ posse. Quo vero ad interesse qd pretẽdit dicta do-
mina Clementia propter dotem predictam sibi non solutam,
dico, q ipsa secundum communem sentẽtiã illud petere non
potest. Et quidem non contra constituentem, vel heredem il
lius: quia ille non est sibi obligatus ad dotem sibi soluendam
nec ipsa, sine cessione videtur posse contra eum agere pro do
te sibi soluenda per id quod habetur in. l. iij. C. de iur. dot. & l.
socer. §. Lucius. ff. solu. matr. Non etiam ab heredibus dicti
quondam nobilis Joannis, quod procederet etiaz, si dos hu
iusmodi fuisset dicto Joãni exsoluta, & eius heredes fuissent
morosi in illius restitutione secundum communem sententiã
docto. in dicto. c. salubriter & in. d. l. in insulam. §. vsuras quã
uis contrarium senserit isto vltimo casu Bal. in auth. ei qui
ver. quero mulier est missa in possessionez &c. C. de bon. auto.
7 iudi. possi. Ad quintum quesitum dico, & respondeo † dictam
do. Clementiam debuisse vocari & vocatam extitisse, ad suc-
cessionez domine Ludouice eius matris vna cum fratribus
de quibus ibi non solum de iure pretorio, sed etiam de iure ci
uili. l. j. §. si qua. ff. vnde cogna. l. j. & l. matri. cum suis simili-
bus. C. ad senatusconsul. orph. Alie vero filie dicte do. Ludo
uice debuerunt, & debent a dicta successione repelli, presuppo
sito q renuntiatio facta de bonis maternis facta fuerit cum
juramento, non vi nec dolo prestito, & alias legitime. c. quan-
uis pactũ & q ibi p doc. de pac. in. vj. q pcedit nõ solũ eo casu,
quo ille renũtiauit bonis paternis, vel maternis postea vult
patri vel matri succedere cum alijs liberis contra patris, vel
matris testamentariam vel aliam dispositionem sed etiam
vbi pater & mater, quorum bonis renũtiatum extiterat, post
ea decesserunt intestati, & hoc operatur generalis renuntia-
8 tio, que † etiam concernit & concernere potest successionez ab
intestato: vt sic ex quo simpliciter, & generaliter renuntiauit
vtrique iuri renuntiasse videretur. l. i. §. sed videndum cum ibi
not. ff. de successorio edicto qui enim effuso sermone loquitur
in promptum incidit periculum. l. fi. C. de iur. dot. hoc tenuit
pe. Jac. in suis libel. sub rub. de condic. ex. l. omnimodo ver.
sed an ille filius, poterit venire ad hereditatem &c. Idem vo
luit Semi. in. d. c. quanuis pactũ ver. sed pone q in terminis
&c. referens do. de Rota in antiquis decisionibus, decisione
exordiente vtrũ filia dotata q̃ promisit &c. que situata est sub
rubrica de pac. vbi idez sensisse videntur, pro eo qr relata opi
nione zense. qui refertur tenuisse contrarium motus rationi
bus de quibus ibi postea recitatur aliorum contraria opinio
de qua predixi. Et respondetur motiuis zense. per quod vi-
dẽtur domini adhesisse huic contrarie, & vltime opinioni vt
dici solet opinionibus per glo. recitatis per id quod not. gl.
in. l. qui filium. §. sabinus. ff. ad trebel. & de recitatis per doct.
per id, quod notat Bald. in. l. j. in fi. ff. de consti.

¶ Ad quintum quesitum, dico & respondeo eandem dominã
Clementiam etiam vocari debere cum dictis suis fratribus
ad successionem bonorum acquisitorum per dictam nobilem
Ludouicam tempore tutellaris administrationis, si tamen
appareat eandem dominam Ludouicam bona huiusmodi
9 proprio eius nomine acquisiuisse. Per titulum enim † iustũ
& capacem ad translationem dominij, vt pote per tituluz em
ptionis cum traditione transfertur dominium in ementem
l. traditionibus. C. de pact. & l. & si de tua & l. si filij. C. de dona-
tionibus inter virum & vxorem. l. cum te. & l. multum interest
C. si quis alteri vel sibi. Si tamẽ, bona huiusmodi empta exti
terint infra annum luctus pretium illorum solutuz presumi
tur de pecunia seu bonis eius quondam viri, si non appareat
vnde queri ex alio potuerit. Per id quod voluit Ange. con
silio suo. cxxxvij. exordiente, dissoluto matrimonio morte vi
ri &c. quod etiam videtur fuisse de mente Alberi. in. l. quint9
mutius. ff. de donationibus inter virum & vxorem. Et idem
10 † etiam puto, vt in dubio presumatur emisse de pecunia seu
bonis eius quondam viri etiam si illa emerit post annum lu-
ctus. Dum tamen eadem emerit, durante sua administratio
ne & hoc etiã fuit de mẽte Ang. in. d. cõsi. & mouet Ang. p ea q̃
dici solent in filio nõ industrioso, & de quo non apparet vnde
querere

querere potuerit aliunde, quam ex bonis paternis quo casu dicunt docto. debere presumi, ꝙ de bonis paternis quesiuerit. l. cum oportet ⁊ ꝙ p gl. ⁊ Bar. C. de bo. que lib. idē in prelato aliquid acquirēte aut. licentiam. C. de epis. ⁊ cle. Et istud videtur sensisse Albe. in d. l. quintus in fi. respondendo ad l. si defunctus. C. arbi. tute. in qua videtur probari contrariū eius quod dicit vbi sentit illam legem procedere regulariter ⁊ fallere in matre tutrice, nisi forte dicamus Albe. loquutus de bonis acquisitis per vxorem viuente marito iuxta casum dicte. l. quintus.

1 ¶ Testes astruentes negatiuam nec loco nec tempore coarctatam, sunt de falso suspecti.
2 Testes debent deponere tantum de eo quod viderūt vel audiuerunt: ⁊ eorum dictum est vnicum cum tantum fundetur super iuramento.
3 Sacramentorum ministratio fieri potest per curatum etiam extra parochiam.
4 Probatio non concludens est impertinens.
5 Negatiua ab eo probanda qui se fundat super ea.
6 Decime prediales integre sunt soluende, consuetudine aut prescriptione non obstante. nu. 7. 8. 15. 17. ⁊. 18.
8 Tituli post dicita testificata non debēt admitti nec probatio per facti euidentiam.
9 Pars citanda visura iurare testes contra se producendos.
10 Sententia a non suo iudice lata est nulla.
11 Instantia qualiter dicatur deserta.
12 Ad impediendum cursum fatalium non sufficit in causa esse conclusum.
13 Iudex non tenetur ferre sententiam nisi petatur.
14 Appellans quando excusetur a cursu fatalium.
16 Consuetudo non valet que non potest seruari absq peccato mortali.
19 Secundum fatale datur a lege.

¶ Epitome.

¶ Decime prediales ex integro debēt solui, cōsuetudine aut prescriptione aliqua non obstante: nec item valet consuetudo vt pro decimis detur certa quantitas. Item multa de desertione appellationis ⁊ cursu fatalium.

¶ De deci. ⁊ de tempo. ⁊ repa. appellat. Consi. clxxxviii.



Ultis ⁊ varijs etiam calumniosis diuerticulis conati sunt ⁊ nituntur Blasius de Rulberia, Joannes Martini ⁊ consortes, se defendere, ⁊ tueri quominꝰ veram ⁊ integram tenementorū, seu territoriorum, in actis cause diutius ⁊ in diuersis instantijs agitate per, ⁊ inter reuerendum in christo patrem, ⁊ do. do. Thossanum de Villanoua Cauallicensem episcopum, veluti priorē Firmigniaci actorez originariuz maxime vero appellatum, ⁊ prefatos de Rulberia, Martini, ⁊ consortes reos originarios plenius expressoruz eidez domino priori exsolui aut que tamen ipso do. priori non refragantur, neq obstant nec eosdē de Rulberia, Martini, ⁊ consortes in aliquo tuētur, aut releuant, quominus decimam huiusmodi tam de veteri ⁊ nouo testamento, quam de iure canonico debitam dicto domino priori, ⁊ suo prioratui soluant. ¶ Et primo quidem conati sunt ipsi de Rulberia Martini ⁊ consortes inficiari, ⁊ negare ꝙ territoria ante dicta sita existant infra parochialem ecclesiā sancti Ferreoli a prioratu predicto, dependentem. Et nihilominus etiam dixerunt quanuis vt puto, non solum cōtra veritatem, sed etiam contra eorum proprias cōscientias in quibusdam pretensis articulis exordientibus, ad finem ⁊ effectum ⁊c. insertis fol. 122. territoria huiusmodi sita erant infra parochiam sancti Desiderij: quorum contrarium fuit sufficienter probatum ⁊ ostensum per multos testes parte dicti reuerendi dom. episcopi ⁊ prioris productos, ⁊ examinatos super libello in prima instantia parte eius oblato ⁊ inserto fo. 82. Ex quorum depositionibus aperte colligitur ꝙ territoria ante dicta sunt infra predictam parochiā sancti Ferreoli, ꝙ p quidā riuus vulgo dictus Loseron alias legat de la Rulberie, est limes, seu terminus diuidens, seu limitās parochias sanctorū Ferrioli, ⁊ Desiderij. Et ita etiā deponunt multi alij testes parte eiusdem do. episcopi, producti, ⁊ examinati super. xxviij. articulo schedule exordientis vt vobis venerabili ⁊c. inserte fol. 209. deponunt preterea testes ipsi super. xxviij. articulo schedule proxime mentionate ꝙ predicta territoria sita sunt citra fluuiū predictum, a parte sancti Ferreoli. Et ita etiā pluries cōfessi sunt tā prefati rei, ꝙ eoꝝ predecessores ⁊ quidē nō verbis tātū, sed etiam facto, quatenus videlicet die festi gloriosi martyris beati Ferreoli, consueuerunt annis singulis cessare a cultura dictorū territoriorū: ⁊ nōnunq, quinimo sepissime venire codē die ad ecclesiam eiusdē sancti martyris, pro missa audienda. Et deinde accedere ad culturā, nō quidē dictorū territoriorū, sed aliorū existētiū vltra riuū predictū a parte santi Desiderij. De hoc etiā, vt deponūt multi testes super dicto libello, alias ⁊ diu est deposuerunt multi alij examinati per modū informationes siue summarie aprisie, cum olim cōtentio nota esset per ⁊ inter predecessorem ipsius do. prioris ⁊ homines de Rulberia. Et quanuis aduersarij oppositū deduxerint, vt predixi, scilicet ꝙ territoria predicta sita sunt infra parochiā sancti Desiderij, ⁊ super hoc testes multos produxerint qui pro eis deponere conati sunt presertiz super articulis. xi. xij. ⁊. xiij. dicte schedule exordientis, ad effectū ⁊c. eorū tamē depositionibus, seu dictis non est fides adhibenda pro eo qꝛ vt aparet ex his que testes ipsi visi sunt deponere super. xxi. articulo eiusdē sche-
1 dule ipsi testes conati sunt astruere, † ⁊ astruunt positionem negatiuā nec loco, nec tēpore coarctatam ⁊ in qua dicitur, ꝙ possessiones ⁊ terre que mouentur de dominio directo abbatie silue benedicte, non soluūt, nec soluere consueuerunt decimas prediales dicto do. priori firmigniaci etiā si reperirētur situate infra limites eiusdē prioratus ⁊ ita censentur falsarij seu de faso suspecti ⁊ propterea repellēdi. c. cū ecclesia ⁊ quod ibi Inno. Jo. An. Bal. ⁊ Panor. de causa poss. ⁊ proprie. not. Bal. in. c. si quis per triginta si de feu. contro. fue. inter do. et agna. Idem voluerut Dyn. ⁊ Jaco. de Are. in. l. j. §. j. ff. de itine. actuq priua. ⁊ Bal. in sua marga. in verbo, negatiua. Et ex hoc inualidatur non solū id quod dixerunt sup dicto. xxi. articulo, sed totū eorū testimoniū: ⁊ sic quicquid dixerunt, et dicere conati sunt super alijs articulis per id ꝙ no. Inn. i. c. fraternitatis de hereticis cū quo ibi transit Pet. de Ancha. ꝙ etiā voluit Old. consi. mihi. lxxix. ꝙ alij habet consi. xxxv. exordiē. ad primā questionē qua queritur an depositiones testiū ⁊c. Idē tz Archi. in. c. si ad sacras distin. ix. Spe. ti. de teste. §. j. ver. Itē ꝙ aliquid de suo ⁊c. Bal. Sal. ⁊ doct. in. l. si ex falsis. C. de transac. Bal. Ange. ⁊ moderni. in. l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verbo. obli. Bald. in. l. fi. in. iiij. oppo. C. de edic. diui Adri. tol. ⁊ idē Bal. in. l. ij. C. de fideicō. liber. Et hoc procedit siue testes pfati sciēter siue ignorāter falsuz deposuerūt
2 qꝛ vt dicit Inn. in. d. c. fraternitatis nō dz testis † deponere, nisi id ꝙ nouit, vel vidit. Hec aūt quomodo videre potuerūt ꝙ pdia q mouent de dñio pdicte abbatie etiā sita, infra parochiā sancti Ferreoli. seu vt aptiꝰ loquar, eorū possessores nō soluūt nec soluere cōsueuerūt decimas pdiales dicto. do. priori: cū eis absentibꝰ, vl etiā dormiētibꝰ, ⁊ sic ijs inscijs potuerit mille vicibꝰ eidē do. priori exsolui ⁊ sic anceps subierūt periuriū. Et sic nec quo ad illud, nec quo ad reliqua, dz eis fides adhiberi, qꝛ vt dicit Pet. de An. in. d. c. fraternitatis dictuz testis est semp vnicū, qꝛ fundat sup vnico fundamēto, scz iuramēto. l. iurisiu. C. de test. Quo fit, vt dictū eius dici debeat vnicū arg. l. cū eiusdē. ff. de edil. edic. p quo bonus tex. in dicto. c. si ad sacras. ⁊. c. pura. iij. q. ix. Pro quo allegat Old. in. d. cōsi. id ꝙ hr in. c. ex literis de fid. instru. Preterea nihil pdest eisdē de Rulberia, Martini, ⁊ cōsortibꝰ, ꝙ parte eorū deductū est in. xiiij. ⁊. xv. articulis dicte schedule, ad finē ⁊c. scz, ꝙ a septē annis citra vigēte peste in loco de Rulberia, habitantes seu parochiani eiusdē loci, aufugerūt, ad dicta territoria, ⁊ in cabotis, inibi factis permāserūt: ⁊ ꝙ prioratꝰ dicte parochialis ecclesie eis inibi sacramēta ministrauit. Dū respōdeo, †
3 ꝙ cū administratio hmōi, sit volūtarie iurisdictionis, illa fieri potuit pcuratū eorūdē parochianorū, seu habitatorū loci de Rulberia etiā extra parochiā p id ꝙ no. Inn. ⁊ doc. in. c. nouit. de offi. deleg. Host. in summa tit. de penitētijs. §. cui cōfitēdū. Bal. in. l. emācipari. ff. de adop. ⁊ gl. in. l. fi. ff. de iurisd. omni. iud. Etiā nec pdest ad persuadēdū ꝙ territoria antedicta sunt infra parochiā sancti Desiderij, id ꝙ parte eorūdē de Rulberia Martini, ⁊ consortum in. xvi. ⁊. xvij. articulis schedule pñctioāte deductū est quin esto ꝙ locus de Rulberia, ⁊ sue pretense pertinētie existerent in dicta parochia, ⁊ ita probatum extitisset, nō tamen fuit probatū ꝙ territoria antedicta, sunt de pertinētijs dicti loci de Rulberia. Non enī de hoc deponūt testes in dicto. xvij. arti. sz potiꝰ deponūt territoria hmōi fuisse possessa p dictos d rulberia, martini ⁊ cōsortes, ⁊ eoꝝ pdecessores oliz habitatores dicti loci rulberie ita ꝙ testes ipsi dicūt territoria hmōi possessa p hoēs Rulberie

non autem quod ipsa sunt de pertinentijs Rulberie, quod tamē
probari oportuisset: pro eo quia castro vel oppido nihil cor-
porale est a iure deputatum, quod sit eius pertinentia: licet
ab hominibus, & eorum statutis consueuerit castris, certum
territorium assignari, vt not. Inno. in. c. cum ad sedem de re-
sti. spoli. & ibi Panor. versic. sed nunc quero &c. nec ex eo, quod
probatum est bona huiusmodi extitisse possessa per habitato
res, vel incolas de Rulberia, infertur territoria huiusmodi
esse de pertinentijs Rulberie: vel infra illius districtum, naz
si probatum extitisset, ipsum locum de Rulberia habere
territorium, vel districtum; quia potest quis extra locum sui
domicilij, seu habitationis bona possidere: prout notorium
4 est. Et sic probatio de qua supra vtpote non † concludens,
est impertinens. l. neque natales. l. ad probationem. C. de pro-
ba. & l. non hoc cum suis simili. C. vnde cogna. Preterea & se-
cundo conati sunt prefati de Rulberia, Martini & consortes
se tueri, & defendere a solutione dicte vere & integre decime
dictorum territoriorum pro eo quia vt pretendunt ipsi, decimā
exolunt ecclesie predicte sancti Desiderij: sed hoc eisdem nō
profuit. neque prodest vtpote non probatum: quamuis enim
testes, eorum, parte producti & examinati super, xviij. & de-
cimonono articulis dicte schedule, ad finem &c. videantur de
hoc, & pro eis deponere: igitur tamen hoc non probant quia
ratio eorum testimonij seu dicti est inualida dicunt enim se sci-
re, quia recipiunt aut recipi viderunt procurato predicte ec
clesie, sex sextarios siliginis: sed hec ratio nō concludit, quod pro
pterea decima dictorū territoriorū exsolui consueuerit dicte
ecclesie sancti desiderij quia sex sestarij solui potuerunt ex alia
cā quam ex causa decime dictorū territoriorū: & forte pro cēsu alio
rum. Et procedit hoc, quia in dicta pretensa redditione ra-
tionis, seu cause, non dicunt testes siliginem predictum exti-
tisse ceptū in predictis territorijs: nec de fructibus excretis
in eisdem. redditio igitur rationis non concludit dictum: er
go dictum non probat vt colligitur ex his que not. docto. in
l. solam & in. l. testium. C. de testi. Et vbi probatur receptio di-
cte pretense decime, non tamen hoc sufficit, cum non sit pro-
batus titulus, nec possessio eius temporis, cuius initij memo
ria non existat, quod tamen videtur fuisse necessarium: & neces-
sarium esset, etiam si dictus curatus sancti Desiderij dictaz
decimam peteret per id quod habetur in. c. j. de prescript. in
vj. quod procedit in hoc casu, cuz vt predixi territoria predi
cta probentur esse sita in parochia sancti Ferreoli: & sic in
parochia domini prioris, qui propterea habet de iure com
muni fundatam intentionem. c. cum contingat & quod ibi gl.
de decimis not. Inno. in. c. ad apostolice. eo. ti. & Host. in sum
ma. eo. ti. §. nec cui dāda. & Jo. an. in. addi. Spe. eo. ti. in addi.
exordiente, si ista ecclesia est baptismalis &c. In super etiam
opposuerunt dicti de Rulberia, Martinus, & consortes se nō
teneri ad predictam decimam pro eo quia vt pretēdebant di
cta territoria, vtpote que moueri, & teneri pretenduntur de
& sub dñio directo venerabilis abbatie silue benedicte sunt
exmepta a prestatione decim. Sed nec hoc eisdem opponen-
tibus prodest, nec officit intentioni prefati do. prioris pro eo
maxime quia illud probatum non extitit quamuis enim pro-
ducte extiterint in hac causa quedam pretense litere recolen
de memorie domini Bonifacij, vt puto pape octaui per illas
tamen non probatur intentio dictorum opponentiuz eo ma
xime quia, prout colligitur ex literis huiusmodi, ille exigūt
quod tempore earum impetrationis terre, de quibus ibi, ad ci-
stercensium ordinem pertinerent: & quod de eis nullas decimas
perciperet: prout alias vt opinor, extitit plenissime allega-
tum in quibusdam allegationibus exordientibus, pro decesio
ne casus predicti &c. §. ad tertium respondetur ex quo allega
tiones inserte sunt fol. 6. xxxij. vol. vbi si placet, videatur que ta
men probata non fuerunt, quinimo nec proposita. Non enim
sine causa dictum est in huiusmodi pretensis apostolicis lite
ris, de quibus tamen aliquis decimas seu primitias non per
cipit: quia licet olim ante concilium generale, de quo in. c. nu-
per de decimis recolende memorie Adrianus papa fratribus
cisterciensis ordinis decimas laborum suorū, quos proprijs
manibus, vel sumptibus excolebant indulsisset. De quo in-
dulto cōmemoratio legitur in. c. ex parte. el. j. c. lz & c. ad audiē-
tiam. de deci. & in. c. si de terra de priul. tamen indultum post-
ea tpe recolende memorie domini Innocentij. iij. quod le-
gitur celebratum anno domini millesimo ducentesimo deci-
moquinto fuit limitatum & restrictum ad terras ante conci-
lium huiusmodi acquisitas: & in eodem concilio constitutum
vt de alienis terris postea acquirendis, etiam si eas proprijs
manibus aut sumptibus excolerent, decimas persoluerent
ecclesijs &c. d. c. nuper. vbi super verbo, & a modo in. d. c. posito
dicunt Hosti. & Jo. And. quod ex eo sumitur verbum, quod ap-
poni consueuit in literis apostolicis quando impetrantur su
per possessionibus post concilium acquisitis, quod factuz nō
reperitur in dictis pretensis literis licet ille impetrate extite
rint si quatenus vere existant post dictum concilium: quādo
Bonifacius, viij. multis intermedijs pōtificibus successit pre
fato do. Innocentio. iij. Et ita non videtur idem do. Bonifa
cius sensisse de decimis terrarū post concilium acquisitarum
de quibus seu earum prouentibus vt predixi voluit conciliū
antedictum decimas exsolui, siue colerentur per Cistercien-
ses siue per alios colende forent. Sed potius intellexisse vide
tur, de terris ante concilium acquisitis, vel saltem, de quibus
tempore concessionis dictarum pretensarum literarum nul-
lus decimam percipiebat patet igitur quod cum probatum
non extiterit quinimo nec propositum, quod dicta territoria ac
quisita extiterint per Cistercienses ante concilium de quo
supra vel quod tempore concessionis dictarum pretensaruz
literarum nullus de terris huiusmodi decimas perciperet,
non prosunt ipse litere prefatis de Rulberia, Martini & cō
sortibus. Nec oppenūt dicti aduersarij quod non incumbat eis
5 † onus probandi hanc negatiuam, scilicet quod tempore concef
siōis &c. nullus de territorijs antedictis decimas perciperet
sed potius dicto do. priori incumbat onus probandi affirma
tiuam, scilicet quod aliquis decimas perciperet. Quoniam res-
pondeo, quod cum negatiua pro predicta sit fundamentum eorū
intentionis, eis incumbit illius probatio, non dicto do. prio-
ri per id quod not. Bar. Alex. de Imol. & doctores in. l. hoc
iure. ff. de verb. oblig. vbi Alexand. de Imol, ponit multas
remissiones quas breuitatis studio nō refero. Sz si placet,
ille videri poterūt. allegat enim inter cetera. l. penultimā. §. do
cere & quod ibi per Bar. & doct. ff. ne quis eū qui in ius voca.
c. j. & quod ibi Gemi. de confes. in. vj. Jo. An. in regula, in fa-
mibus & regula, sine possessione de regu. iu. in. vj. in mercu. et
Inno. in. c. cum in iure de offi. deleg. ¶ Preterea etiam op-
posuerunt prefati Blasius de Rulberia, & consortes, in quadā
eorū schedula exordiēte vt lz clericus &c. iūcta inserta fo. 335.
quod in regno Francie, & multis illius prouincijs presertim
in ling. occitana, & maxime in diecesi Auinio. multe soluūtur
decime quod etiam in eadem diecesi sunt multe parochiales ec-
clesie, quibus loco decime predialis, datur certa bladi quan
titas. Et quod huiusmodi pretensa consuetudo non soluen
di decimas prediales, presertim in diecesi huiusmodi, vel sol
uendi cum vna decima, vel etiam aliquid soluendum pro
decima, est, & fuit tanto tempore inibi obseruata, quod de initio
vel contrario hominum memoria non existit. Et quod si exigere
tur fieret scandalum in populo, & tumultus. Sed huiusmodi
pretensa consuetudo, etiam si illa probata extitisset non no-
ceret dicto do. priori pro eo quia alias clarissime allegata ex-
titerunt parte eiusdem do. prioris in quibusdam iurium alle
gationibus exordientibus, regnum nouum &c. & quibusdam
alijs exordientibus, pro decisione casus &c. insertis folio.
132. quos repetere nec oportet, nec expedit quibus addo quod
secundum Hostien. Jo. An. & docto. in. c. a nobis de decimis
preceptum in soluēdo decimas presertim predictis, quantū
ad substantiam precepti remanet, vt morale, vel quasi: in cor
de enim cuiuslibet scriptuz est. vt cōmunicanti & semināti spi
ritualia, communicentur & ministrentur temporalia. firma
tur preterea secundum eos propter huiusmodi, vt propter
6 iudiciale † quātū ad formā, hoc est quantū ad taxationem, &
determinationem decime partis: & quantū ad illius ecclesias
quibus ex debito decima est reddenda quinimo & si dicamus
secundum eos quod hoc preceptum maxime quantum ad solu-
tionem determinate partis, non sit morale nature vel quasi,
ad minus est morale discipline hoc est legis, per quam habet
vita humana legi obediendo. institutorum diuine & humane
c. j. §. preterea. de iura. calum. & c. j. de cōstitu. Et est morale di
sciplinę, quia legis scripte humane, ac canonice vt plenius de-
monstrāt & ostendūt Hosti. & Jo. An. vbi supra. quinimo, quod
plus est, est etiam euangelice Matthei. xxiij. Luce. xj. vbi di
citur, hec oportuit facere & illa non omittere. Et in hoc etiaz
concordant sancti quatuor docto. eccle. principales vt notat
Hostien. in. d. c. a nobis ver. quinimo & si dicimus & in sum-
ma tit. de eden. §. fi. sub. §. septimo. versicu. per predictas au-
toritates & Inno. in. c. fi. de parrochi. ibi habent super rubri
ca de deci. vbi etiam allegat multas autoritates veteris, et
noui testamenti, per quas apparet decimā esse vel deberi de
7 pscripto, & debere solui ex integro. Nec † cōsuetudo aliqua. l.
vel prescriptio laicos excusat vt patet in eo quod dicitur & no. in
c. fi. de consuetudi. & c. fi. de prescrip. pro quo facit quod alibi
voluit augusti. pro Host. recitatus in dicto. §. septimo dicit enim

hec est

hec est dñi iustissima consuetudo, vt si tu decimã illi non de-
deris, tu ad decimã reuoceris. Et qꝛ inualiditas huiusmo-
di pretense consuetudinis patẽter ostenditur ex his que no-
tant, Doct. Jo. Andr. ⁊ alij in.d.cap. a nobis et idem Doct.
in.d.§.vij.⁊ Inn. vbi supra. ego vlterius non prosequor que
intelligenda sunt, nisi consuetudo esset approbata per sum-
mum põtificem. ¶ Etiam opposuerunt dicti de Roulberia,
⁊ consortes in predicta schedula. de regijs ordinationibus:
Sed nec ille obstant.c.tua.de deci.vbi optimus text.cum eñ
vt ibi dicitur, laicis nulla sit de spiritualibus cõcedendi, vel
disponendi facultas, imperialis concessio quantumcunqꝫ ge
neraliter fiat, neminem põt a solutione decimarum eximere.
¶ Preterea allegauerunt ꝙ quidẽ Eusticus, de quo ibi, re-
cognouit duo sestaria siliginis pro decima prediorũ, seu ter
ritoriorum que habebat in dicta parochia sancti Ferreoli,
⁊ ꝙ ipse tenebat territoria, de quibus supra. Sed nec hoc ob
stat quominus teneantur dicti Blasius ⁊ consortes ad deci-
mam integram fructuum exeũtium in illis territorijs. Etiã
si ab annis centum, vel ducentis, nec ipsi, nec predecessores
soluissent annis singulis, nisi duo sestaria siliginis: qꝛ vt pre-
8 dixi, nec consuetudo nec † prescriptio excusat, quominus sol
uatur integra decima. Ex quibus patet egregium virum
dñm Officialem Auenionensem seu eius locumtenentem be
ne ⁊ iuste processisse in repellendo, seu non admittendo dictã
schedulam, vt luce clarius, ⁊c. et contra in eadem: cum illa es-
sent impertinentia, ⁊ partem non releuarent, proponentẽ.l.
ad probationẽ.C.de proba.l.non hoc.C.vnde cog.⁊.c.cũ con-
tingat cum suis similibus.de offi.deleg. Ex quibus vlterius
infertur prefatos de Roulberia, ⁊ cõsortes nõ habuisse cãm
appellandi a predicta repulsione: insuper nec a diffinitiua
contra eos sancte ⁊ iuste promulgata. ¶ Nec prefatos de
Roulberia, ⁊ cõsortes releuat, qđ dicũt in pedẽ schedule pre-
mentionate se obtulisse paratos soluere dicta duo sestaria si-
liginis pro decima dictorum territoriorũ: pro eo quia vt ap-
paret ex predictis, huiusmodi oblatio erat insufficiẽs. tene-
bantur enim, ⁊ tenẽtur ad veram decimã fructuum in eis ex-
cretorum, ⁊ excrescentiũ: nõ in duobus sestarijs siliginis. Et
sic oblatio in nullo eosdem releuauit: quinimo eisdem nocuit
⁊ nocet: Saltẽ quominus per oblationẽ huiusmodi cẽsentur
confessi se teneri eidẽ do.priori soluere decimã dictorum ter-
ritoriorum. ¶ Uerum quia scđa instantia ipse de Roulbe-
ria, ⁊ cõsortes conati sunt, vel iam proposita, ⁊ deducta refri
care, vel alia de nouo deducere vidẽdũ est an illa sibi prosint.
Quod vt facilius videri possit, premitto ꝙ in quodã ꝑtenso
libello appellatione parte eorũ cõram d. Officiali Valẽtineñ.
pretenso commissario apostolico, oblato ⁊ producto, multa
proposita, ⁊ deducta extiterũt. Et primo quidem a principio
libelli huiusmodi, vsqꝫ ad.xviij.articulũ.eiusdem recitarẽtur
quedã acta facta in prima instantia: que in nullo obsunt pre-
fato do.priori.in.xix.vero articulo ⁊ sequẽtibus.vsqꝫ ad xxv.
conati sunt ipsi de Roulberia, ⁊ cõsortes deducere media, per
q̃ territoria ꝑdicta apparerẽt esse infra limites parochie sctĩ
Desiderij. Sed isti articuli admitti non debuerunt pro eo qꝛ
super contraria eorum que inibi deducuntur, fuerunt testes
parte ipsius domi. Prioris in prima instantia ꝓducti, ⁊ exa-
minati, et auditi, ac etiã super eisdem fuerãt testes in prima
instantia parte ipsorum de Roulberia, ⁊ cõsortum producti,
5 tum in hac causa productum: per † cuius productionem vidētur confessi contenta in eodem instrumēto: per ea que ponūt docto. in. c. cum venerabilis de excepti. τ Bar. in. l. post legatū. ff. de his quib. vt indig. Cum etiam nō procedit dicta pretensa intentio prefatorum Bergeronis τ consortum, quia vt apparet ex actis cause huius, τ ita etiā asseruerunt prefati Bergeronis, τ consortes, tam in eorum pretensa supplicatione q̄ in. xxiij. τ. xxiiij. articulis libelli parte eorum oblati ipsi Bergeronis τ consortes ex vna parte τ vniuersitas, seu syndici prefati nomine eiusdem vniuersitatis ex alia transegerūt de τ super condemnationibus τ alijs predictis parte ipsoruȝ Bergeronis, τ consortum in hac causa petitis. Et quidem non vt cauetur in instrumento transactionis huiusmodi errantes, in aliquo, aut decepti, seu etiam ab aliquo, vel per aliquem circunuenti, sed scientes, prudentes, τ spontanei per q̄

6 verba † tollitur omnis erroris presumptio. l. sed τ si quis. §. fi. τ qđ ibi Bart. τ Bal. ff. si quis cautio. Bar. in. l. fi. §. idem que fiit. ff. de condic. indebi. τ in. l. si dari. ff. de ver. oblig. Bald. in. l. mater. C. de rei ven. vbi ad hoc allegat. l. cum precibus. C. de proba. Et idem Bal. in rub. C. de confes. τ in. l. secunda. q. vij. C. de rescin. vend. Ex quo sequitur eosdem Bergeronis τ cōsortes, non posse allegare se fuisse ignorantes, τ circunuētos aut deceptos. l. cum donationis. C. de transac. τ. l. j. in. fi. ff. de

7 actio. empti. Preterea transactio. † non rescinditur ex capite lesionis, etiam si pretensa lesio excederet dimidiaȝ iusti precij. vt no. glo. Jnno. Jo. An. τ Pet. de Ancha. in. c. pe. de emptione τ venditione. Specu. titu. de emptio. τ venditio. §. nūc vidēdū restat ver. quid de trās. τ ita tenuerūt multi alij quos refert Alexand. de Jmol. in. l. si qs eū aliter. versic. iuxta hoc querit hic Bartolus. ff. de verborū obligationibus. idem cōsuluit Joannes de Jmola consilio mihi. xlij. versic. octauo, quia in primo volu. dato φ dici posset τc. idem etiam voluit Franciscus de are. in dicta. l. si quis eum aliter. vbi allegat τ eleganter τ subtiliter multa bona fundamenta a quorum recitatione supersedeo. Et quāuis Bartolus in dicta. l. si quis cum aliter. τ in. l. Lucius. §. fin. ff. ad trebellianum. Et quidē alij quos refert Alexand. de Jmola in dicta. l. si quis eū aliter. tenuerint contrarium, eorum tamen opinio non refragatur neqȝ obstat vniuersitati, seu syndicis prelibatis. sentiunt enim Bartolus τ alij prefati eius sequaces, quod ad hoc, vt ex capite lesionis rescindatur transactio, non inspicitur, an pars que illam rescindi postulat, lesa extiterit vltra dimidiā iusti pretij vere estimationis, sed inspici τ attendi debet estimatio dubij euentus litis, super quo celebrata τ inita extitit transactio. vt verbi gratia, pro obtinenda rescisione transactionis, de qua in actis, nō sufficit prefatis Bergeronis, τ cōsortibus ostendisse, quod quadraginta quinqȝ floreni, quos dare, τ soluere promiserunt, ac etiam soluerunt vniuersitas τ syndici prefati multo minorem summam constituant, q̄ cōdemnationes expresse, τ alia predicta: ita vt in transactione prementionata lesi videātur, τ re ipsa decepti prefati Bergeronis, τ consortes vltra dimidiam iusti pretij, sed ostendisse oportuerat eosdem Bergeronis, τ consortes eam summā potuisse in vim dicte pretense promissionis, que tāta esset, quod illius respectu prefati Bergeronis τ cōsortes lesi essent τ decepti vltra dimidiam iusti pretij, quod tamen nō ostenderūt: quia vt predixi dicta pretensa promissio si de illa appareret, de iure non valuit, vtpote facta ab eis, qui donare non poterant. d. l. contra iuris ciuilis regulas. §. fi. inspecto igitur futuro litis euētu, litis videlicet super qua fuit per partes predictas conuentum, τ transactū, dici nō possunt prefati Ber-

geronis, et dimidium iusti pretii: vt pote qui in vim dicte pretense promissionis, et prefatis vniuersitate et syndicis nihil exigere poterant: quinimo fuissent vniuersitas et syndici, vel saltem ab illis absolui debuissent: et hoc inspici debet. Quo fit, vt siue sequamur opinionem eorum qui dicunt transactionem rescindi non debere ex capite lesionis, etiam si lesio excedat dimidium iusti pretii, tamen sequamur opinionem contrariam que fuit Bar. et plurium sequacium, illud restat quod hoc non prodest prefatis Bergeronis et consortibus: vt pote non probantibus se lesos extitisse vltra dimidiam iusti pretii habito respectu ad dubium litis euentum. Preterea vbi promissa cessarent quorum tamen nullum cessat, est quod adhuc refragetur et obsistat prefatis Bergeronis, et consortibus: scz iuramentum, quo se astrinxisse apparet ad attendendum conuenta, promissa, et transacta per eosdem, et ad non contraueniendum. Ad quorum

8 propterea obseruationem tenentur †: cum illa seruari, possint sine interitu salutis eterne, et detrimento alterius. c. cum contingat. de iureiurando. et c. quamuis pactum. cum suis similibus. de pac. in. vi. Nec releuantur per quandam pretensam dispensationem, et absolutionem, siue relaxationem iuramenti: quia illa fuit nulla: vt pote facta parte non vocata. Regulariter enim ad absolutionem a iuramento confirmatorio contractus seu obligatorio partis, requiritur partis aduerse citatio vt concludit Ant. de Butri. et Jo. de Imo. in. c. debitores de iureiurand. Fred. de se. consi. mihi. ccc. exordiente, factum proponitur esse tale secundum quod refert Anto. de Butri. in dicto. c. debitores. Ita etiam tenet ibi Cardi. flo. dicens se pius ita consuluisse, scilicet quod non valet absolutio a iuramento, facta non citata parte, de cuius preiudicio agitur iuxta. c. i. de can. pos. et proprie. c. inter quatuor de maio. et obedien. l. de vno quoque. ff. de re iudi. et l. nam ita diuus. ff. de adop. in absolutione enim a iuramento, requiritur cause cognitio. vt not. Inno. in. c. ad aures quod iuncta. caus. et Spe. in titu. de indi. deleg. §. nunc ostendendum ver. vicesimoquarto cum duobus ver. sequen. ergo requiritur partis citatio. l. in cause. §. causa cognita. ff. de minorib. l. si deserta. C. si prop. publi. pensi. et l. fi. C. si per vim vel alio mod. et ita etiam late tenuit Panor. in. c. primo. de iureiuran. et consuluit Pet. de Ancha. consi. mihi. cxcix. aliis vero. clxxxvi. exordiente, predictis subtiliter et ad plenum deductis etc. Ubi plene et dicit Jo. de Imo. c. debitores, quod etiam ad hoc, vt fiat simplex habilitatio persone iurantis, ne incurrat periurium, precedere debet citatio, quia si pars citetur, poterit esse, quod ostendat quod per calumniam petitur talis habilitatio. arg. l. ii. C. ad le. corne. de fal. Et ita dicit probari per not. per Fre. in dicto consilio hoc etiam voluit Pet. de Ancha. in consi. superius allegato. Quod autem vltimate oppositum est parte dictorum Bergeronis, et aliorum in quibusdam articulis exordienti. Pro pleniori etc. insertis folio. 225. eisdem Bergeronis et consortibus non prodest, nec nocet vniuersitati. et syndicis prefatis. Et primo quidem non quatenus in eisdem negatur quod tempore transactionis de qua supra penderet lis inter partes predictas: nisi prout deducitur in primo dictorum articulorum cum contrarium narretur in instrumento eiusdem transactionis. Cui standum est. l. optimam. C. de contrahen. et committen. stipu. et quod ponit Joan. de Imo. in. l. qui volebat. ff. de hered. institu. Etiam eisdem Bergeronis, et consortibus non suffragatur, nec vniuersitati et syndicis prefatis refragatur, siue obstat, quod pretenditur in articulis huiusmodi, dubium euentum litis oppositionis facte per syndicos aduersus quoddam pretensum monitorium parte eorundem Bergeronis, et consortum impetratum, et summam quam vniuersitas et syndici prefati se affirmant, et asserunt exsoluisse, non ascendere vltra triginta vel. xl. florenos. Quoniam respondeo, quod salua pace et reuerentia domini aduocati partes aduerse, hic inspici non debet sumptus faciendus per syndicos, et vniuersitatem in prosequutione oppositionis antedicte, sed inspici et considerari debet quantum attento dubio huiusmodi consequi poterant prefati Bergeronis, et consortes. Et quidem nihil vt predixi, per dictam. l. contra iuris ciuilis regulas. §. fina. Ex quibus apparet alia in dictis articulis proposita, et deducta, eisdem Bergeronis et consortibus in nullo suffragari, quia quicquid inibi deducatur, stat in hoc veritas quod dicta promissio non valuit, quatenus concernebat, vel concernit vniuersitatem loci predicti de augusta possunt et alia multa dici: sed quia premissa mihi videntur sufficere. Ego vlterius non insisto.

1 ¶ Minor presumitur ius ignorare: nec illi renuntiare intelligendus est.

2 Iuramenti vis et effectus.

3 Minor vt a beneficio minoribus indulto excludatur, de eo debet certiorari.

4 Iuramentum an et quando excludat minorem a beneficio. l. secunda. C. de rescind. vendit. et an a beneficio restitutionis in integrum.

5 Sententia ad acta referenda.

¶ Epitome.

¶ Ut in tertio et quarto collectaneis.

¶ De minorib. Consi. ccv.

Nouissime deducta parte nobilis viri Joannis Clauerii contra et aduersus honorabilem virum Melchionem Bruni in duabus eius pretensis schedulis exordientibus vna videlicet, quia Melchion Bruni, etc. et alia procurato. nobilis Joannis Clauerii etc. non refragantur, neque obstant prefato Melchioni, etiam si per acta appareret de pretensis iuramentis ex aduerso allegatis. Et primo quidem non obstat illud quod primo loco prestitisse pretenditur in concessione pretense refutationis, seu quittantie ex aduerso allegate. vbi renuntiasse asseritur beneficio minoris etatis, et restitutionis in integrum ac etiam ad sancta dei euangelia promisisse et iurasse ad illud nullo vnquam tempore habere regressum: tum quia non apparet eundem Melchionem fuisse certificatum de beneficio huiusmodi nec quid per ipsum sibi concederetur: quod tamen videtur fuisse necessarium ad illius efficacem exclusionem

1 vt consuluit Dyn. quia cum minor presumatur † ius ignorare. l. regula in principio. ff. de iur. et fac. igno. presumitur per consequens nescire beneficium restitutionis sibi competere aut quod beneficium illud existat. iuri autem quod quis ignorat, nemo renuntiare videtur. l. mater decedens post medi. ver. nec enim que ex testamento etc. ff. de inoffi. testam. l. fi. §. si nautem. C. de furt. et l. Claudius Clodianus cum ibi no. ff. de acqui. hered. Cuius illa est ratio, quia de iure quem quis ignorati non vi-

2 detur cogitasse, iuramentum † autem non trahitur ad incogitata. l. fi. C. de non numera. pecu. l. fi. ff. qui satisda. cogan. et c. veniens de iureiuran. vbi per. host. super. verbo, iurauisset ver. sed nunquid etc. qui vltra predicta allegat. c. quintanallis de iureiuran. c. ex multiplici. de deci. c. audita de resti. spolia. c. ne quis. xxii. quest. ii. l. cum aquiliana. et l. qui cum tutoribus. in fi. ff. de transac. facit quod not. Bar. et docto. communiter in. l. sed et si quis. §. quesitum. ff. si quis cau. et docto. in. l. prima. C. commoda. et in. c. i. eo. tit. et Bal. in. c. i. de controuer. seu apud par. termi. vbi loquentes de generali renuntiatione casuum etc. dicunt eam non validari, nec extendi propter iuramentum ad ea ad que sine eo non extendebantur. ad quod facit quia iuramentum obligationem non auget, sed ei intra suos limites manenti, addit religionis vinculum. Arg. l. titius. in. fi. ff. ad trebel. quod voluit Oldr. consi. mihi. clxxxvii. exordiente, cum mulier donatrix etc. et consi. ccliiii. exordiente ex forma istius statuti etc. Pro quo allegat dictam. l. fin. C. de non numera. pecu. l. si libertus. ff. de ope. liber. c. petitio. et d. c. veniens, et quod ibi per Inno. et Hosti. de iureiurand. Hoc dictum Oldra. commemorauit Bal. in. d. l. fi. circa principium C. de non numera. pecu. Et quod ad exclusionem beneficii minoris

3 etatis opus sit, quod † minor de illo certificatus extiterit. voluit Cy. in. l. ii. C. de rescin. vendi. idem voluit Jo. And. in. c. pen. de emptio. et vendit. Et hec opinio. vt dicit Joan. de Imol. in. l. sciendum. ff. de verbo. obliga. habet multam equitatem et quam ibi sequutus est Fran. de Are. et dato quod ex aliquando ex conuentione partium posset trahi conuentio ad incogitata vt voluit Bar. in. l. Aurelio. §. Caius ver. ad causas quas ignorabat etc. ff. de liber a. lega. hic tamen non apparet quod prefatus Melchion voluerit dictam eius pretensam refutationem seu quittantiam trahi ad incogitata: quinimo apparet de contraria in instrumento dicte pretense quittantie versic. huiusmodi autem quittationem et liberationem etc. ibi, prout dicta sunt et expresse et specialiter, et generaliter intellecta. vbi attendendum est verbum, dicta verbum expresse, et verbum intellecta. Tum esto, quod premissa cessarint prout tamen non cessant, et quod per iuramentum huiusmodi censendus esset idem Melchion Bruni exclusus a beneficio restitutionis in integrum, sibi competenti propter minorem etatem, non propter ea censendus est exclusus a beneficio. l. ii. C. de rescind. vendi. quia huiusmodi pretensa renuntiatio vt pote limitata, et restricta ad beneficium competens ratione minoris etatis, debet

debet parere effectum limitatum arg.l.in agris.ff.de acqui. re.domin.et l.ita autem in principio.ff.de admini.tuto.

4 ¶ Preterea et nec etiam obstat aliud pretensum iuramentum quod prestitisse scribitur in dicto ver.huiusmodi autem quittationem etc.quia cum iuramentum huiusmodi simpliciter prestitum extiterit per ipsum,non excluditur dictus Melchion Bruni a beneficio.d.l.ij.C.de rescin.vendi.vt ibi no.gl. et docto.communiter et in.d.c.penul.de emptio.et vendit. Nec opponat aliquis, quod cum primum iuramentum reputauerit eundem Melchionem maiorem.xx.annis,secundum iuramentum eundem Melchionem vt pote maiorem.xxv.annis excludere debuerit a beneficio dicte.l.ij.C.de rescin.vendit. a quo secundum communem doctrinam gloss.et docto.in dicta.l.ij. per iuramentum excludi consueuerunt minores.xxv.annis. Quoniam respondeo quod iuramentum ita demum excludit minorem a beneficio.d.l.ij.et.c.pe.de emptio.et vendi.quando iurauit non venire contra ratione deceptionis vltra dimidiam iusti pretij:vt sentit gl.in.d.l.ij.et in allegato.c.pe.de emptio. et vendi:vel quando post renuntiationem minoris etatis, et eius beneficij adijcitur hec clausula,vel alia quacunque ratione,siue causa vt hec colligitur ex not.per multos in.l.et.c.proxime allegatis et per Jo.de Imo.in repeti.c. cum contingat de iureiuran. Nec est bona,illa consequentia,primum iuramentum per minorem prestitum representat eum esse maiorem. Ergo iuramentum postea subsequens debet eum excludere a beneficio,a quo per iuramentum excluderetur maior.xxv. annis quod vt appareat,do duas instantias in simili in possessione enim minor habetur pro maiore et tamen si ledatur, non perdit beneficium restitutionis glo.est in.l.i,quam ad hoc ibi commendat Bal.C.si de momenta.possess.fue.appel.Bal. in.l.j.C.qui legi.perso.stand.in iudi.habet.et in.l.exigendi.C. de procura.et hec prima instantia.Secunda est,quod licet iuramentum representet minorem pro maiore, non propterea sibi aufertur beneficium restitutionis in integrum vt post Bald. alibi not.Jason.in auth.sacramenta puberum.C.si aduersus vendi.quod si verum est,multominus debet ille,qui reuera minor est.xxv.annis quamuis per iuramentum representetur tanquam maior,excludi a beneficio maioribus concesso per aliud iuramentum; nisi dicatur eundem iurasse non venire contra pretextu deceptionis, seu lesionis.etc. vel quid simile:vt pote,vel alias qualibet occasione,siue causa. Multo enim facilius iurat minor simpliciter, et secundo,et tertio, et vt ita dixerim viginti vicibus,quam fortasse iuraret semel si ab eo exigeretur iuramentum de non contraueniendo,etiam si esset deceptus vltra dimidiam iusti pretij.Et quod predixi maxime debet procedere in hoc casu attenta forma refutationis seu quittantie superius mentionate circa principium ibi,mediantibus et attentis relatione iam dictorum dominorum computorum auditorum supra,et modo iam dicto celebrata,ac facta per que verba quasi prefationalia apparet eundem Melchionem ideo motum ad quittandum non quia aliquid de suo donare intenderet et saltem grandem summam, et per quam lederetur vltra etc.Sed quia pretensi auditores retulerant,quod visis,et calculatis introitu,et exitu,seu receptis,et expensis,reperierint prefatum Clauerij tantum recepisse. Et tantundem quinimo plus expendisse,quod si ita non erat. prout nec est, apparet eum circumuentum, et deceptum et facti errore inductum ad quittandum:quod propterea in eo,in quo non habet consensum idem Melchion sibi preiudicare non debet quantumcunque quittantia huiusmodi iurata extiterit.l.qui iurasse in principio ver.quamuis etc.ff.de iureiurando.et arg.eius quod not.glo.in auth.quod eis.C.de nupt.et quod eleganter ponit Bal.in.d.l.ij.versi.quero vndecimo.in fi.C.de rescin.vendit. Non igitur obstant dicta pretensa iuramenta quominus petitiones prefati Melchionis eidem adiudicari debeant.

¶ Preterea nec eidem Melchioni obstat pretensum decretum seu sententia iudicis lata paulo ante refutationem,seu quittantiam superius mentionatam,quatenus inter cetera contenta in sententia huiusmodi refertur prefatum Clauerij prestitisse reliqua:quia per hoc non probatur codices, seu libros rationum,et tutelaris administrationis fuisse per dictum Clauerij restitutos.Non enim asserit notarius eundem Clauerij reliqua restituisse. Nec etiam hoc fatetur idem Melchion Bruni,sed inibi narrat notarius iudicem decreuisse,et ordinasse prefatum Clauerij de rectis,gubernatis, et administratis persone,et bonorum prefati Melchionis, bonum debitum,legalemque,et verum computum ac bonam, debitam,legalem,et veram rationem reddidisse,et prestitisse reliqua:cuius vt alias demonstratum est,et ostensum,sententia fuit nulla,in efficax,et irrita.Et ideo non obstat et vbi hoc cessaret, quia tamen

5 huiuscemodi pretensa sententia, tacite et refert ad acta.c.cum ad sedem de restitut. spolia.l.tertia.C. de senten. que sine certa quanti.no.glo.et docto.in.l.si quis ad exhibendum ff.de excep.rei iudi.et l.hec enim cause in principio.ff.de suspec.tuto.deberet sententia huiusmodi quatenus de reliquorum restitutione loquitur intelligi quoad ea super quibus fuerant auditores reputati,ac de et super quibus ipsi tutores fecerunt eorum relationem:quod etiam videtur confirmari quia post relationem decreti,seu ordinationis huiusmodi, prefatus Melchion in quittantia per eundem concessa nullam mentionem facit de predictis libris sed solum de tutela,et tutelari administratione de quibus tamen vniuersaliter fecisset mentionem attenta morositate prefati clauerij. Quibus adijcio, quod vt apparet ex actis cause,inter eosdem Clauerij et Melchionem agitate,Et alias etiam scriptum fuit, libri predicti remanserunt penes eundem Bruni,et postea etiam penes eum visi sunt.Et ita etiam in cursu cause huius expresse aut saltem tacite confessus est prefatus Clauerij.Debet igitur eosdem libros exhibere.Nec opponat,aut sibi persuadeat, quod libros huiusmodi perdiderit,quia hoc probare deberet per ea que voluit glo.et docto.in.l.si quis ex argentarijs.§.prohibet.ff. de eden.quod etiam voluit Pe.de Anch.consi.mihi.cccxvj. exordiente in causa que vertitur inter ser.Jacobum etc.Pro quo facit,quia quemadmodum actor probare debet id quod est fundamentum eius intentionis,ita et reus.l.in exceptionibus.ff.de proba. Nec sufficeret ad probationem amissionis huiusmodi iuramentum eiusdem Clauerij quia vt dixi. glo. vbi supra.ipse probare debet amissionem librorum,facit et argentarius. Juramentum autem non dicitur probatio,sed quasi probatio,seu releuatio ab onere probandi vt dicit glo.in.c. si quis in verbo, absoluendum tit.si de inuestit.inter do.et vassal.lis oria.et in.c.sciendum in verbo,inuestiture de cogn.feu. facit.l.cum qui.in principio in verbo,exonerandi.ff. de iureiurand.et declarat Bal.in.c.i.§.conuenticula.de pac.iura.fir. et in.auth.sed nouo.C.si cer.pe.et in rubrica.C.de proba.Pro premissis facit quod post Bal.alibi not.Alexand.de Jmola in.d.§.prohibet de notario a quo petitur instrumentum,quia si dicat se illud perdidisse,non stabitur suo instrumento. Possent et alia multa tam super hoc articulo, quam precedentibus allegari.Sed quia premissa videntur sufficere cum alijs alias allegatis. Ego vlterius non insisto. Premissa autem dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ¶ Damnum illatum presumitur ab inimico,et inimicitie ratione potest quis torqueri:dum tamen capitalis sit etc.

2 Minarum ratione potest quis subijci tormentis,licet non sit consuetus exequi minas.

3 Variationis ratione inducitur presumptio contra aliquem.

4 Confessio minoris in criminalibus non valet sine curatoris autoritate.

5 Torquere quis an possit ex depositionibus secretis testium.

6 Actio iniuriarum solum punit dolum a quo quelibet causa etiam iniusta excusat.

¶ Epitome.

¶ At in primo collectando,

¶ De questionib. Consi.ccvi.



Multa sunt que faciunt pro intentione venerabilis viri domini procuratoris curie sauonoui et contra Joannem et Huguetum Boneti, filios Claudij Boneti delatos,et in carceribus eiusdem loci detentos. Primo quidem, quia vt apparet ex confessionibus factis per eosdem Joannem et Huguetum,tam coram egregio viro domino vicebailliuo,et iudice ferri commissario per delphinalem excellentiam deputato,quam coram vobis venerabili, et circumspecto viro domino iudice huius loci sauronoui, et respondendo titulis contra eos formatis prefati

Joannes ꝛ Huguetus confessi fuerunt † se fuisse ꝛ esse inimicos prefatorum alleriorum, ac Joannis ꝛ domini Gulielmi allerij prefati Joannis fratris, propter quod presumendum est contra eos. l. se inimicitia. ff. de his qui. vt indi. de quo per Ange. Are. in suo tracta. malefi. in glo. super verbo quod fama publica ver. si erat aliqua inimicitia ꝛ non solum prout talem inimicitiam presumitur contra eos, sed etiam multum: Per id quod no. Spec. titu. de presump. §. species. versic. Et idem est, si aliquis interfectus sit vbi ipse per iura inibi allegata dicit, quod si aliquis interfectus extiterit, ꝛ nesciatur a quo: sed probetur quod Petrus erat illius inimicus, ꝛ ab illo offensus, poterat idem Petrus ex tali presumptione torqueri quod tamen limitat Rom. in. l. j. §. hoc rescriptum. ff. ad Silley. prout refert Ange Are. in suo tracta. malefi. in gl. super verbo, quod fama publica ver. quero si reperitur quidam occisus, ꝛ ignoratur a quo ꝛc. procedere in inimico capitali, vel si de maiori parte bonorum litigatum extiterat inter occisum ꝛ inimicum argumento eorum que not. glo. in. l. licet. ff. de arbi. ꝛ Bartol. in. l. iij. §. finali. ff. de adimendis legatis.

¶ Etiam contra eandem Joannem facit vltra, ꝛ preter inimicitias superius mentionatas, ꝙ prout deducitur in octauo articulo titulorum nouissime in hac causa productorum per eum confessato, ipse verba sua dirigēdo aduersus predictum Joannem alleri dicit, ꝙ pater eiusdem Joannis Boneti dictis allerijs centum scutis constiterat: sed dicti Claudij liberi vrbis tantundē constabunt, si vixerint. Et hec etiā extiterunt anno domini. M. cccc xcj. ꝛ de mense Octobris, ꝛ pauloante incendium de quo in actis cause huius propter quod est multum contra eum presumendum. per id quod ponit Specu. titu. de presump. §. ij. versi. sed pone. P. minatus

2 est ꝛc. vbi † sentit talem sic minantem, etiam si non consueuerit exequi minas suas, posse subijci tormentis. argumen. l. si vero non remunerandi. §. contrario. in fine. ff. mandati.

¶ Preterea et contra ambos facit, quia licet ipsi ambo respondendo articulis, tam coram dicto domi. vice baillivo et iudice scorti, quam coram prefato do. iudice sauornoni, responderint, ꝛ dixerint se ꝛ dictum eorum patrem fuisse, ꝛ esse inimicos dictorum alleriorum, ipsi tamen nouissime respondendo interrogatorijs negauerunt inimicitias huiusmodi: ꝛ quanuis etiam coram dicto vicebaillivo confessi extiterint se loquutos de mense Octobris cum Antonio Agulloni in territorio sancti Vincentij, ꝛ dicto mense Octobris, ipsi tamen nouissime respondendo articulis coram dicto domino iudice contra eos oblatis, negauerunt se fuisse cum eodē loquutos: ꝛ sic videntur variasse: imo reuera variarunt: ratio-

3 ne cuius † variationis multum presumitur contra eos per id quod not. Barto. in. l. de minore. §. tormēta. alias incipit, plurium. in princip. ff. de questio. ꝛ post eum Ange. Aret. in dicto suo tracta. in gloss. super dicto verbo, ꝙ fama publica ꝛc. in materia torture. versic. nono quero quid si alia indicia ꝛc. facit quod voluit Barto. in. l. fina. ibi, ꝛ tunc ex sermonibus, ꝛ ex voce ꝛc. ff. de questio. Et fortasse si solēnia essent obseruata, possent isti torqueri. per ea que predixi: sed audio ꝙ

4 † ipsi sunt minores. xxv. annis. propter quod non valent eorum confessiones, nisi responderint de ꝛ cū autoritate curatoris. l. clarum. ꝛ quod ibi Cyn. Bald. ꝛ docto. C. de auto. prestan. Ange. Are. in suo tracta. malefic. versicu. in glos. super verbo, comparent inquisiti, ꝛ confitentur totum ꝛc. versicul. et sis bene cautus tu iudex. de quo cano. in. c. ex parte. de con-

5 fes. depositiones † etiam testium, pro secreta informatione examinatorum per dictum domi. Vicebaillivum nihil probant nec preiudicant dictis delatis quoad torturam inferendam: pro eo quia ipsi delati citati non extiterunt visuri eos iurare. Pro quo allegasse sufficiat, quod voluit Barto. in. l. si quis in principio. ff. de adulte. ꝛ in. d. l. fi. ff. de questio. ꝛ Ange Are. in dicto tracta. malefi. in gl. super verbo, quod fama. v. ꝛ aduertas, ꝙ quādo isti testes ꝛc. Que omnia scribo vt super eis opportune prouideatur.

¶ Non dubito probos viros pontium ꝛ Joannem Allerij eō veniri non posse actione iniuriarum per dominum vel curiā de spina, seu etiam per Joannem, ꝛ Huguetum Boneti quia cum actio huiusmodi solum persequatur, ꝛ puniat dolum per id quod voluit glo. in. l. magna negligentia. ff. de verbo. sign. Bar. in. l. quod nerua versi. item quero vtrum lata culpa ꝛc. Ibi fallit in omnibus actionibus que puniunt tantum dolū ff. depositi. Archi. xv. q. i. illud ꝛ glo. in. l. item apud labeonem §. si quis astrologus. ff. de iniur. ꝛ omnis causa iusta quinimo ꝛ iniusta excuset quem a dolo. l. igitur. §. pe. ff. de libera. caus not. glo. in. l. j. in fi. ff. de abige. ꝛ in. l. plagij. el. ij. C. ad leg. flaui. de plagi. ꝛ Paul. de cast. consilio mihi. xv. exordiente, pro clariori examinatione istius negotij ꝛc. Non possunt prefati allerij iniuriarum actione conueniri, vt pote qui causam habuerunt recurrendi ad magnificum Delphinale parlamentum pro eo quia iudex sauornoni dictos bonetos fideiussoribus commendauerat, qui timere attenta casus grauitate debebant remanere in carceribus, ꝛ qui etiā causam habuerūt prosequendi hanc materiam contra dictos bonetos attentis multis indicijs. Et non solum in his videntur habuisse causam, sed ꝛ causam iustam: que ꝛ si iniusta extitisset prout non est, eos excusaret a dolo, ꝛ sic ab actione iniuriarum.

1 ¶ Succedentes ab intestato testator grauare potest: ꝛ nullo condito testamento in codicillis relinqueret legata.
2 Verbum volo an ꝛ quando dispositionem inducat ꝛ numero sequenti.
3 Seminatio multa operatur.
4 Soror ꝛ legatarius testes adhibentur in testamento.
5 Obligatio naturalis oritur ex minus solenni dispositione.
6 Intellectus. l. j. ff. quor. legator.

¶ Epitome.

¶ Legata relicta per verbum volo, etiam nullo condito testamento debentur a venientibus ab intestato: cum verbum volo habens determinationem certe rei, ꝛ deliberate prolatum inducat dispositionem.

¶ De legatis. Consi. ccvij.



Ponitur in facto qđ cum nobilis quondam vir, Balthasar de lisara, ciuis aquensis graui infirmitate teneretur ꝛ in lecto decumberet nobilis ꝛ honesta mulier, que de illius vita desperabat, conquerēdo sibi dixit a Balthasar vous me lesses bien desolada car vous mauies promis de bien me colocar ꝛ me leisser biē ayse. Nōnꝙ interpositis quibusdam verbis prefatus de lisara tūc dixit ꝛ respondit, ie vole que vous ayaz loustal portas serradas, ꝛ la bastida ꝛ lec cabres fian de Bertholomeo mō filz. Et hoc sub presentia Petri mitrij Guidonis saluatoris ancthonete vxoris Bernardi de Bruissellis, Joanne vxoris prefati saluatoris, ac etiam nobilis viri Joannis Mirmidoli patris prefatorum Bartholomei ꝛ Catharine.

¶ Qui nobilis de lisara nullo condito testamento nec facta alia dispositione ab humanis sine liberis decessit, superstitibus pfato nobili Gulielmo Mirmidoli ꝛ Amedeo eius fratre, ipsius de lisara nepotibus ex sorore. Et propinquiorib9 ab intestato: ꝛ qui eiusdem de lisara hereditatem adiuerunt.

¶ Quesitum est an dicta relicta valeant. Dubium facit quia hic non videtur interuenisse legitimus testium numerus. Cū etiam presupposito ꝙ hec voluntas, seu dispositio huiusmodi fuerit codicillus, requirerentur quinꝙ testes. l. fi na. C. de codicil. facit etiam dubium quia prefatus nobilis de lisara non videtur vsus verbo dispositiuo, sed verbo volo, quod nō semper disponit insuper ꝛ qꝛ non repetijt relicta huiusmodi ab intestato.

¶ Viso casu de quo supra, ac dubio, ex eodem elicito, dico me inficiari non posse, quin casus presens videatur multū dubi9 propter duas primas rationes: quo vero ad tertiam cum idē quondam de lisara nullum testamentum condiderit, nō fuit opus ꝙ relicta predicta repeterentur ab intestato: quia nulli censentur grauati nisi eidem succedentes ab intestato, quos

1 grauare † potuit ꝛ nullo condito testamento in codicillis legata relinquere. §. non tantum ꝛ quod ibi Jason. in addi. ad parium, institu. de codici. no. Azo, in summa. C. tit. de codi. v. hieri possunt codicilli. Allegand. de Jmo. post Bart. in. l. qui filio. §. j. ff. de here. institu. ꝛ Joan. de Jmo. in. c. indicante de testa.

testa.ꝛ fuerunt codicilli huiusmodi cõsummati per aditionẽ hereditatis ab intestato vt no. Bar. in dicto.§.j. Et nimirum si nullo facto testamento censeri debeant legata in codicillis relicta a venientibus ab intestato quia illi creditur qui sic pcedit legitimam hereditatem reliquisse, l. conficiuntur in principio, ff. de iu. codi. de quo etiam per Azo, vbi supra. ver. ab intestato autem ꝛc. ꝛ per Joan. de Imo. vbi supra. Remanet igitur dubium propter alias duas rationes, scilicet quia nõ est vsus, vt videtur verbo disponitur, sed verbo volo ꝛ qꝛ etiam non interuenit numerus testiũ de iure requisitus. Sed puto sub correctione cuiuscꝫ domini melius sentientis, ꝛ presertim spectabilium virorum dominorum quorum cognitioni, ꝛ decisioni casus iste remissus est quod his non obstantib⁹ dicta relicta valuerint. Et primo quidez non obstat id, quod
2 opponitur de verbo volo quia † dico ꝛ respondeo, quod cum verbum huiusmodi habeat determinationez certe rei scilicet huius, quod dicta nobilis Catharina habeat domum clausam, ꝛ prefatus nobilis Bartholomeus, habeat bastidam cũ capris, illud inducit dispositionem per id quod no. Barto. in l. serui electione. ver. pro cuius declaratiõe in prin. ff. de leg. j. fuit etiam verbum huiusmodi probatum ad petitionem, seu planctum, aut querelam dicte nobilis Catharine quo casu, vt pote deliberate prolatum, importat dispositionem. vt etiã not. Bar. in d. l. serui electione. ver. idem si ad interrogationẽ. Pro quo benefaciũt not. per glo. Bal. Sali. ꝛ docto, in l. in vendentis alias in ementis. C. de contra. emp. Propterea esto quod huic verbo, volo adiectum extitisset verbum infinitiui modi, vt quia dixisset dictus nobilis de lisara, volo vos Catharinam habere domum clausam, ꝛ Bartholomeum bastidam cum capris, adhuc videretur quod dictum verbum volo, induxisset dispositionez pro eo quia actus importatus per verbum infinitiui modi, explicandus erat nõ quidẽ per ipsum nobilem de lisara, sed per ipsos Catharinam ꝛ Bartholomeum: et quod fiendum erat per agnitionem, seu acceptationem dictorum legatorum. Quo casu etiam verbum volo, inducit dispositionem. l. j. ff. manda. l. non dubium. C. de legi. ꝛ. l. ij. C. communi. de lega. de quo Bar. in d. l. serui electione. ver. pro cuius declaratione ꝛc. Cuius illa redditur ratio, quia in volente nõ est faciendum aliud, nisi explicare voluntatem suam: quod facit per verbum volo de quo etiam no. Barto. in l. j. C. de sum. trin. ꝛ fid. catho. Et esto quod actus, per verbum infinitiui modi importatus, explicandus venisset per prefatum de lisara, adhuc dictum verbum volo, induxisset dispositionem, secundum Bar. qui ita not. in d. l. serui electione. per. l. Pamphilo. §. propositum, ff. de lega. iij. vbi, si dico, volo relinquere, verbum volo, inducit dispositionem: est perinde acsi dictũ esset, relinquo quod etiaz voluit Cy. in d. l. serui electione qui pro hoc allegat in arg. l. huiusmodi. §. stichum. ff. de leg. j. Et idem quod Bar. tenuerunt antiqui in d. l. serui electione prout refert ibi Bal. ꝛ Rom. in l. j. §. quis ita de verbo. obliga. Pro premissis facit qõ not. Bal. in d. l. serui electione vbi licet sentiat quod id quod dicitur in dicto. §. propositum procedat magis ex interpretatione quam ex significatione verborum, ipse tamen sentit hanc interpretationem esse fiendam in vltima voluntate: ne illa pereat. Et quia in vltima voluntate verba enuntiatiua emissa principaliter propter se inducant dispositionem. Premissis non obstat ꝙ not. Jo. de Imo. in c. indicante de testa. vbi querens quid si testator dixerit vellem titium habere decez sentit valere legatum per dictum. §. propositum quando ille qui dixisset fuisset in apparatu testandi seu condendi vltimam voluntatẽ quasi secus senserit, si non fuisset in apparatu testandi ꝛc. Tum qꝛ aliud est dicere volo vobis relinquere, vel volo ꝙ habeatis: aliud est dicere vellem vobis relinquere, vellem vos habere, vel vellem quod haberetis, per id quod not. gl. in d. l. in vendentis circa fi. ibi item quid si dicam, vellem vendere. Cuius illam reddit rationem, quia verbum vellem vt pote preteriti imperfecti rem imperfectam significat. Et idem est secundum Bald. ꝛ Sali. in d. l. in vendentis in vj. q. si diceremus, illud verbum vellem, esse futuri optatiui modi: qui potius significat motum desiderij quam rem perfectam: in casu vero nostro non dixit vellem, sed volo. Tum etiam non obstat dictum Jo. de Imo. vbi supra imo potius qõ, quatenus remittit ad no. per Bar. in d. l. serui electione.

¶ Et quod verbum volo, inducere debeat dispositionem in casu predicto, multum facit interrogatio dicte nobilis Catharine, ꝛ commemoratio seruitiorum facit etiam vrgens ratio instantis periculi mortis. de quo eadem Catharina videtur ipsum nobilem de lisara admisisse: cum dicit vous ne scaues, si vous le fera etiam facit, quia vt audio prefatus quondam de lisara, alias eius voluntatem super his relinquẽdis prefatis Catharine, ꝛ Bartholomeo expresserat. Et sic fue
3 runt verba geminata. Geminatio † autem multa operatur vt not. Bar. in l. cum scimus. C. de agrico. et censi. lib. xj. Panor. in c. si cautio. in fi. de fid. instrumento. Pau. de Cast. cõsi. lxxxij. exordiente, quod prefata sententia arbitralis ꝛc. ꝛ Roma. consi. cccxc. Et hec omnia ponderant quidam moderni in d. l. serui electione qui quanuis in aliquo contradicant Bar. quatenus dicit, verbum volo, adiectum verbo infinitiui modi inducere dispositionẽ, eorum tamen dictuz si bene attendatur, premissis non obstat: imo facit intentione dictorum Catharine ꝛ Bartholomei.

Preterea etiam videtur non obstare quod superius in principio opponebatur. de defectu numeri saltem quatenus casus predictus concernit dictum nobilem Bartholomeum, qꝛ quoad eum, interuenerunt quinque testes; scilicet quatuor
4 de quib⁹ supra ꝛ prefata Catharina que † licet eius soror existat, tamen potest pro eo esse testis. l. qui testamẽto. §. quicũcꝫ ver. quero quid in fratre de testa. Cui etiam non obstat, quod sit legataria, quominus in causa per ipsum Bartholomeum, ꝛ pro suo legato mouenda deponere valeat vt not. Jo. And. in d. l. qui testamento ver secundo casu ꝛc. ꝛ Ang. Aret. in §. legatariis autem institu. de testa. quinimo etiam videtur qõ prefatus nobilis Gulielmus mirmidoli dictorũ Catharine ꝛ Bartholomei pater qui dispositioni de qua supra dicitur interfuisse, possit deponere pro vtroꝫ: postquam alias veritas haberi non potest per id quod limitando. l. parentes. C. de testi. voluerunt Anto. de Butri. ꝛ Jo. de Imol. in c. dilectorum de testi. cogen. quod saltem videtur posse procedere vbi idem mirmidoli renuntiaret vsufructui ꝛ quia etiam sibi magis noceret, quaz prodesset.

¶ Preterea negari non potest, quin ex huiusmodi dispositione, etiamsi fuisset † minus solennis, orta extiterit obliga
5 tio naturalis. per id quod not. gloss. Bar. ꝛ Jason. in l. cum quis, C. de jur. ꝛ fac. igno. Barto. ꝛ Alexan. de Imol. in l. j. ff. de condic. indebi. ꝛ Jo. de Imol. in c. is qui. de testa. Quo fit vt cum, vt audio, prefati Catharina, ꝛ Bartholomeus dicta relicta possideant, possint ipsi aduersus dictos heredes excipere, ꝛ eos repellere per id qõ no. Bar. ĩ. l. nemo. ff. de leg. j. Pro quo alleg. l. mili. codicil. §. veteranus. ff. de test. mili. qõ Alexan. de Imol. in d. l. nemo. versi. item inquantum Bart. ꝛc. post Joan. de Imol. dicit procedere in legato relicto minus solenni voluntate: secus autem secundum vtrunꝫ hereditate sic relicta: quia illa cui sic relicta esset, non posset etiaz si possideret per exceptionem repellere heredem. l. ex parte, ff. de adimen. lega. quanuis in foro cõscientie illam possit retinere: vt voluerunt Joan. ꝛ Alexand. in dicta. l. nemo. post Innocen. in c. quia plerique. de immunita. eccl. Cum igitur sermo patris sit non de hereditate, sed de legatis p̄fatis Catharine ꝛ Bartholomeo relictis poterunt ipsi si possideant, repellere dictos heredes: nisi forte dicatur ꝙ eisdez obstet,
6 l. j. in princip. ff. quorum legato. sed respondeo ꝙ illa † ita demum locum habet, si immineat locus Falcidie detrahende, vel hoc deducatur in libello, ꝛ ibi Barto. ꝛ per gloss. Bald. ꝛ docto. in l. j. C. quorum lega. vbi etiam dicit Bald. ꝙ bonum consilium est, ꝙ vxores, quibus aliquid relictum est per maritos, sint veloces in acquirenda possessione relictorum.

¶ Preterea adiicio predictis, ꝙ etiam presupposito, ꝙ nec hic interuenisset sufficiens testium numerus, nec prefati Catharina, ꝛ Bartholomeus possiderent, quia tamen ex dispositione predicta etiãsi fuisset minus solennis orta est, vt predixi obligatio naturalis: possent ipse Catharina ꝛ Bartholomeus contra dictos heredes procedere in foro ecclesiastico: per viam denuntiationis euangelice. per ea que not. Barto. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, denuntiationem, ꝛ Joan. de Imol. post Anto. de But. in cap. cum esses, de testa. ꝛ ita fuit de mente Bald. in dicta. l. cum quis. versi. ex hoc infertur ꝛc. presupposito ꝙ ex voluntate minus solẽni oriať obligatio naturalis, quãuis ipse aliter sentiat, quoad presuppositũ: ȝ cõis opinio gl. ꝛ doc. tȝ cõtrariũ. vt apparet ex his que predixi. et in remissionibus per me allegatis. vbi videri possunt motiua Petri, quem visus est sequi Bald. et motiua partem tenentium contrariam, ꝛ veriorem, quẽ etiã sequitur Panormita. in dicto cap. quia plerique. circa finẽ, de immunitate ecclesie.

1 ¶ Pactum de futura successione non valet, ꝛ an firmetur iuramento.
2 Testandi facultatem nemo sibi adimere potest.

3 Iuramenti effectus ꝛ nu. 5. 8.
4 Cessio sine titulo non valet.
6 Donatio inter patrem ꝛ filium in potestate valet, si sit iuramento firmata.
Patria potestas non attenditur quoad spiritualia.
7 Matrimonio fauendum.
9 Donatio ob causam insinuatione non eget: ꝛ que dicatur simplex donatio.
10 Verbi reuertatur natura.

¶ Epitome.

¶ Donatio particularis rei facta fauore matrimonij valet nec eget insinuatione. Item licet filius in sua legitima grauari non possit eius tamen progimiores sibi succedentes ab intestato grauari possunt.

¶ De donatio. propter nuptias. ꝛ de vulgari ꝛ pupillari. substitu. Consilium. ccviij.



Ponitur in facto qd pridem de anno domini. M. cccclxxvi. ꝛ die quinta mensis Martij, fuit matrimonium contractum per verba de futuro. Et deinde per verba de presenti, ꝛ carnali copula consummatum per ꝛ inter nobilem quondam ꝛ generosum virũ Ioannem Artaudi, filium primogenitum magnifici quondam ꝛ potentis viri domini Gulielmi Artaudi militis domini Aysij, ꝛ montismauri. Et egregiam domicellam Margaritam Lonete, filiam naturalem ꝛ legitimã magnifici quondam viri domini Ioannis Loneti. Cuius matrimonij contemplatione, ꝛ fauore. Et alias ob verum amorem quem idem do. Gulielmus habebat erga dictum nobilem Ioannem, ipse do. Gulielmus pater voluit, ꝛ ordinauit, ꝛ per pactum expressum fuit inter eum dictos nobilem Ioannem eius filium do. Ioannem Loneti, ꝛ dñam Mathelinam eiusdẽ loneti vxorẽ, conuentum, ꝛ concordatum, atq; per ipsum do. Gulielmũ irreuocabiliter promissum, quod dictus nobilis Ioannes filiꝰ eidem succederet in dominio, ꝛ nomine domini de Aysio. Et in nomine ꝛ dominio, de montemauro. Et inde primogenitꝰ masculus ipsius nobilis Ioannis post eum, si sit habilis. Et si ille filius primogenitus moreretur sine filio masculo, alter filius dicti nobilis Ioannis, ꝛ sic gradatim quandiu erunt masculi vnus post aliũ succederet: quod factum tenere, attẽdere, ꝛ tanquam contra facere, vel dicere conuenit, promisit, ꝛ iurauit idem dominus Gulielmus.

¶ Quin successiue anno predicto ꝛ de mẽse Octobris condidit eius testamentum, in quo heredem vniuersalem instituit dictum nobilem Ioannem: alteri vero nobili Ioanni scilicet iuniori eius ꝛ nobilis Catharine filio, ꝛ filie certas pecuniarum quantitates iure institutionis reliquit: ꝛ deinde mortuus est, superstite prefato nobili Ioanne primogenito, qui bonis ꝛ hereditati eiusdem se immiscuit. Postea vero anno videlicet. M. cccclxiiij. dictus nobilis Ioannes condidit testamentum, in quo heredem vniuersalem instituit magnificũ virum dominum Gaspardum de montealbano, militem filiũ suũ: nobilibus vero Balthasari, Melchioni, Christophoro, Claudio, Guichardo, Magdalene, Delphine, Ludouice. ꝛ Annete eiusdem nobilis Ioannis filijs, ꝛ filiabus, ꝛ cuilibet eorundem legauit, ꝛ iure institutionis reliquit, certas res ꝛ pecuniarum quantitates; quibus voluit eos, ꝛ quemlibet eorundem esse contentos. Et deinde mortuus est.

¶ Quo mortuo dictus do. Gaspardus bonis, ꝛ hereditati eiusdem cum inuentarij beneficio, quod infra iuris tempora ꝛ alias solenniter fecisse dicitur, se immiscuit, ꝛ immiscet, tenuitq;, ꝛ possedit baronias Aysij ꝛ montismauri ꝛ bona que fuerunt dicti quondam nobilis Ioannis eius patris.

¶ Et quia prefatus do. Christophorus tam suo quã cessionario nominibus dictorum dominorum Melchiõis, ꝛ Claudij contra eum experitur, ꝛ agit ad supplementum legitimarum eorundem do. Christophori ꝛ pretensorũ cedentiũ. Quesitum est an ante detractionem predicte legitime, deduci debeat dominium Aysij, ꝛ montismauri tanquam es alienum.

¶ Viso casu predicto, ꝛ dubio ex eo elicito premitto, pro illiꝰ solutione, ꝙ hic dubium facit quia pactum de quo supra, videtur esse de futura successione. Et propterea non valere: ex

1 eo quia hereditas per pactum † dari non potest. l. hereditas ꝛ quod ibi glo. ꝛ docto. C. de pac. conuen. l. stipulatio hoc modo concepta. ꝛ quod ibi Bar. ꝛ docto. ff. de verbo. obliga. l. pactum quod ibi docto. C. de pac. ꝛ. l. cum donationis. C. de trãsactio. Quod videtur procedere non solum quãdo fit pactũ de succedendo insolidum in tota hereditate paciscentis, sed etiam quando fit pactum de succedendo in medietate hereditatis, vel in alia quota vt voluit Pet. de Ancha. ꝛ post eum Io. de Imo. extra de test. super rubrica ꝛ Alex. de Imo. in. l. fi. C. de pac. Sed contrariam sententiam scilicet, ꝙ pactum de futura successiõe valeat tenuit Bal. in. c. moribus si de feu. contro. fuer. inter do. ꝛ agna. pro quo allegat. c. quanuis pactum de pac. in. vj. qꝛ iuramentum non vi vel dolo prestitum ꝛ quod potest seruari sine interitu salutis eterne, seruandum est. c. cum contingat cum suis similib. de iureiur. iuramentũ vero interpositum super pacto affirmatiuo de succedendo, potest seruari sine interitu secundum eũdem Bal. ergo videtur seruandum. Cui non obstat vt dicit idem Bal. si opponatur, ꝙ inducant votum captande mortis: qꝛ hoc ignoramus sed bene certi sumus, ꝙ tale iuramentum seruari possit sine interitu salutis eterne. allegat preterea Bald. pro hac sua opinione Petrum de seruotis, qui videtur idem tenuisse sup dicto. c. moribus. Quibus premissis respondeo, ꝙ si in casu nostro esset factum pactum de succedendo simpliciter, vel de succedendo vniuersaliter dicto quondam do. Gulielmo pactum secundum communem opinionem modo voluisset, per ea que supra in prima parte allegata extiterunt. Et huius dicti solet reddi duplex ratio per docto. vna, qꝛ hereditas dari nõ põt in cõtra. l. hereditas ꝛ alijs iuribꝰ superius allegatis.

2 Alia, qꝛ per pactũ sic cõceptuz afferret † sibi paciscens facultatẽ testãdi ꝙ facere nõ licet, etiã indirecte, vel per obliquuz per ea que habentur in. d. l. pactum quod dotali ꝛ in. d. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. ꝛ ꝙ no. Bar. ꝛ doct. in. d. l. stipulatio hoc modo concepta ꝛ in. l. fi. C. de pac. de donatione inter viuos facta de omnibus bonis presentibus, et futuris, quam ea potissimum ratione dicunt doct. communiter non valere pro eo: qꝛ per eam vel propter eam auferretur saltem per indirectuz libera testandi facultas. Non quia de facto testamentum facere non posset, ꝛ sibi heredem instituere. Sz qꝛ nullus per eũ institutus vellet adire eius hereditatem: vt pote ex ea nihil lucraturus. Etiam si in casu presenti esset factum pactum de succedendo eidem do. Gulielmo in dimidia parte vel alia quota hereditatis eiusdem domi. Gulielmi. esset adhuc dubium de validitate pacti huiusmodi: pro eo quia quanuis per tale pactum non auferatur paciscenti testamenti factio: vt pote, qui de alia medietate vel quota non donata testari poterit, tamen per tale pactum videtur velle sibi facere heredem in dimidia vel quota huiusmodi, super qua initur pactum, quod non licet. d. l. hereditas. C. de pac. cõuenit. Et ita tenuerũt Pe. de Anch. ꝛ Jo. de Imo. in dicta rubrica. Sed contrarium tenuerunt Pe. Cy. ꝛ. Bal. in. d. l. fi. C. de pac. moti ea ratione: qꝛ sic pacisceti superest de quo testari valeat. Sed nos non sumus in his casibus, aut altero eorundem: qꝛ pactum de quo supra non est factum de succedendo vniuersaliter, vel in omnibus bonis, vel etiam in quota hereditatis eiusdem quondã do. Gulielmi. Sed de succedendo, in certis particularibus rebus, in dominio videlicet ꝛ nomine Aysij ꝛ montismauri per qđ non agebatur de danda in contractu hereditate, vel quota hereditatis dicti quondam Gulielmi. Nec de sibi succedendo in omnibus bonis. Et propterea nec de auferenda libera testamenti factione quoad alia bona. Cessant igitur due rationes superius allegate ꝛ propter quas secundũ docto. reprobatum est pactũ future successionis. Et sic iura in prima parte superius allegata nõ obstant validitati pacti hmõi. Pro cuiꝰ etiã validitate allegari possunt ea que de donatione oĩum bonorum presentium, not. docto. in. d. l. fi. C. de pac. ꝛ in. d. l. stipulatio hoc modo concepta quã omnes tenent valere. Et puto quod licet in pacto predicto mentio facta non fuerit quo iure deberet dictus nobilis Ioannes eidem dom. Gulielmo patri suo succedere in dominio, ꝛ nomine antedictis hoc intelligi de-

3 beat iure donationis. Tum ratione iuramenti, † cuius ille est effectus, vt faciat ꝙ actus qui ratione defectus forme nõ potest valere prout agitur. valeat vt valere potest. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. ij. Tum ꝛ qꝛ in dubio sic est fiẽda interpretatio vt res potius valeat, quam pereat per id ꝙ habetur in. l. quoties. el. ij. ꝛ quod ibi glo. ff. de re. dub. Et pro premissis bene facit quod not. Cy. in. l. patrem. ff. de his que in frau. credi. ꝛ post eum Bald. Sali. ꝛ docto. in. l. ij. C. ne lice. poten.

4 poten.dicunt enim † q licet in cessione requiratur titulus in l.ab Anastasio.C.manda.⁊ propterea vt dicunt alibi docto. si de eo non appareat cessio non valet, tanquam simulata. Tamen si fiat inter coniunctas personas presumitur fieri titulo donatiõis: quod etiam vt refert Sali.in.d.l.ij.voluit Rayne.in allegata.l.patrẽ. Pro quo allegat Sali.l.procula.ff.de
5 proba.⁊.l.dotem.ff.de castren.pecu. Et puto † q hec fuerit, donatio non causa mortis, sed inter viuos propter iuramentum de non contraueniendo vel eã reuocando prestitũ.l. vbi ita donatur.ff.de dona.cau.mor. quanuis putem effectum donationis huiusmodi propter verbum futuri temporis succedet, esse collatum post tempus mortis prefati do. Gulielmi quod fieri potuit: vt apparet ex his que not.docto.in.d.l.fin. C.de pac. Puto igitur quod idem fuerit sic pacisci prout supra, ac si prefatus do. Gulielmus donasset post eius mortem donatione inter viuos dicto Joanni eius filio, ⁊ post illius mortem, ⁊ decessum dominium.
2 disposuisse de iam acquisitis. Quo fit, quamuis † mens testatoris, vbi de illa apparet, omnino sit sequenda. l. in conditionibus primum locum. ff. de conditionibus et demon. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. iij. ⁊ l. cum questio. in fine. cum suis simili. C. de lega. Tamen hoc non obstat, cū hic non expresse appareat de mente huiusmodi, sed potius videātur verba sonare in contrarium: vt predixi: a quorum significatione non est recedendum. dicto. §. cum in verbis, ⁊ l. non aliter. ff. de legat. iij. Preterea si voluisset idem Petrus, q patrocinia huiusmodi fierent communia, hoc erat facile exprimere; quemadmodum expressit de nominibus ⁊ aliis acquisitis per prefatum Guidonem: quod quia non fecit, ergo ⁊c. c. ad audientiam. de deci. Tum etiaz non videtur posse petere prefatus Guido de Rua in vim pretense testamentarie dispositionis: q: ipse illā quoad cōtenta in. d. xxij. capitulo, non
3 seruauit, sed ei vt in facto presupponitur cōtrauenit: q: † nō debet quis fructū consequi ex eo q nixus extitit impugnare regula iuris ex eo. de reg. iur. in. vj. vbi glo. ponit multas concordantias que pñt ibi videri. Preterea nec videtur idez Guido posse aliquid petere in dictis patrociniis pretextu, ⁊ ad causam iurate cōuentionis inter ipsos nobiles Gulielmū ⁊ guidonē de obseruando dispositionē testamentariam dicti quōdā eorū patris; tuz q: vt predixi idē pater nihil videtur super patrociniis hmōi disposuisse: tuz ⁊ q: prefatus Guido testamentariā dispositionē eidē nobili Gulielmo non seruauit; sed in multis cōtrauenit: quo fit vt se conuentione hmōi iuuare nō valeat. l. quero. §. inter locatorē. ⁊ qd ibi Bar. ff. locati. Bal. in. l. inciuile. C. de rei vē. ⁊ in. c. j. quali. de proprie pu. ca. Bal. in. l. inciuile. C. de rei vē. ⁊ in. c. j. quali. de proprie pu. facit. l. si ita. §, Sera. ff. de verb. obli. ⁊ l. si cōueniat. ff. pro soc. frangēti em̄ fidē licitū est fidē frāgere; vt no, glo. ⁊ doc. in. l. cū pponas. el. ij. C. de pac. gl. ⁊ Anto. de but. in. c. cū inter. R. seniorē. de elec. qd pcedit etiā vbi interuenit iuramentū. vt ex tex. in. c. iij. ⁊ qd ibi Inno, ⁊ cano. de iureiur. ⁊ in. c. sicut. el. iij. in fi. ⁊ qd ibi Panor. de iureiur. facit qd not. glo. in. c. j. de no. for. fide. dicit em̄ q si dñs nō seruat fidē vassallo, vassallus similiter nō tenetur ei seruare iuramentū fidelitatis. Possunt ⁊ alia adduci: sed quia premissa mihi videntur sufficere, vlterius non insisto.

1 Actore non probante reus absoluendus.
2 Accusator g in libello accusatorio posuit diē cōmissi criminis eo casu quo nō tenebat ponere, si nō pbet diē, debet incūbere, ⁊ an ⁊ qñ minans mortē ex minis hmōi possit torqueri.
3 Contra me non eo ipso est presumendum, q delictum est cōmissum per meum consanguineum.

Epitome.
Vt in secundo collectaneo,

De

¶ De accusationibus. Consilium.ccxvij.



Tiam si verum esset, quod prouidus vir Claudius Monerij incarcerari potuisset pretextu, z ad causam certorum assertorum indiciorum, que contra z aduersus eundem Claudium habuisse pretenditur venerabilis vir dominus iudex ciuitatis, z totius principatus Aurayce. nihil tamen probatum reperitur propter quod idem Claudius Monerij debuerit aut debeat condemnari aut torqueri vel etiam vlterius detineri in carceribus curie loci Sigondani, aut alterius cuiuslibet pretextu, z ad causam commissi homicidij, vt dicitur in personam prouidi quondam viri Joannis Arnaudi eiusdem Claudij generi. Et primo quidem ex inspectione actorum cause criminalis per z inter venerabilem virum dominum procuratorem fiscalem predicti principatus ex vna parte, z eundem Claudium Monerij ex alia agitate, constat z apparet, quod nec ipsius confessione nec testium depositionibus, vel alias probatum est eundem Monerij dictum pretensum homicidium commisisse, nec alteri, z presertim Gabrieli eius filio precepisse aut mandasse vt illud perpetraret. non igitur debet ad causam homicidij huiusmodi condemnari: quia si in causis
1 ciuilibus actore non† probante reus etiam si nihil prestiterit, veniat condemnandus, sed potius absoluendus. l. qui accusare. C. de eden. l. fi. C. de rei ven. l. negantes. C. de actio. z obliga. z. c. j. vt eccle. benefi. sine dimi. cose. multominus in causa criminali venit delatus condemnandus: cum in causa criminali exigantur probationes luce meridiana clariores. l. sciant cuncti. C. de probatio. canonizata. vj. q. v. ¶ Etiam nec est aliquid probatum propter quod debuit, vel debeat idem Claudius Monerij questioni subijci aut tormentis, nisi forte, quod vt pretenditur tertio articulo titulorum inquisitionalium, Claudius Monerij iam est annus, vel circa qui pluries protulisse pretenditur aduersus eundem Arnaudi talia verba aut i effectu similia, ribaut ladre que tu ses ie te feray tant batre que ne te souuendra que de mourir, z tenuoyre au diable. Sed hoc non obstat: tum quia ille pretense mine non probantur. Testes enim qui de minis deponere conati sunt super dicto tertio articulo, non deponunt de minis factis iam est annus vel circa, sed de minis factis vt pretendunt a paucis mensibus, zc. quo fit vt per eos non censeantur probate mine ex aduerso allegate. Pro quo allegasse sufficiat quod post Richa. Malumb. in quadam sua disputatione. voluit Bartol. z docto. communiter in. l. is qui reus. ff. de iudicijs. Joannes de Anania in capit. qualiter z quando. §. debet. de accusationibus. z per doctores in. l. libellorum. ff. de accusationibus. in illa
2 questione que fieri solet, an † accusator qui in libello accusatorio posuit diem commissi criminis eo casu, quo non necessitabatur illud ponere, succumbere debeat si diem non probet: etiam presupposito, quod testes alias deponant de crimine. super qua questione docto. communiter notant z respondent accusatorem debere succumbere. Tum etiam quia presupposito quod mine ex aduerso allegate probate extitissent prout fuerunt deducte, ille tamen non sufficerent ad torturam ea vel maxime, vel saltem ratione, quod prefatus Monerij non conuincitur, quinimo nec proponitur esse talis, qui minas de occidendo, aut faciendo occidi, z deinde minas huiusmodi exequutioni demandari facere consueuerit. Nec probatur male conuersationis, seu vite inhoneste: que tamen videbantur necessaria. pro quo quia viro trito z multum docto loquor, allegare sufficiat not. per Baldum z plenissime per Joannem de Jmola in. l. fina. ff. de heredibus instituendis. z per Angelum Are. in suo tractatu malefi. super verbo quod fama publica. zc. versicul. quero quid si aliquis fuerit minatus alicui mortem zc. pro quo facit quod voluit Cynus z doctores in. l. metum. C. quod metus causa. Cynus in. l. prima. C. si quis imperatori maledixerit. Et Joannes de plat. in. l. quecunque. C. de apo. publi. Ex persona enim z dictis minantis factum excusari debet, scilicet si sit homo qui suas minas exequutioni mandare consueuerit, vel non. dicta. l. prima in fi. C. si quis imperatori maledixerit. z. l. in fundo, in principio. ff. de rei vendicatione. Sepe enim minus faciunt homines qui magna minantur. vt dicit Baldus in. l. finali. ff. de heredibus instituendis.

¶ Nec ex hoc est contra eum presumendum quod dictus Gabriel Monerij eius filius dicatur occidisse: tum quia istud non est probatum: tum z quia apparet de prohibitionibus per eundem Claudium factis dicto eius filio: quibus eidem inhibuit, z defendit ne eundem Arnaudi verberauerit: tum z quia non ex eo, quod prefatus Gabriel est filius dicti Claudij monerij, presumendum est contra eundem monerij. Pro quo si placet videatur quod voluit Panormita. in ca. z causam que inter archiepiscopum. z cap. constitutis. de testi. vbi
3 not. quod non eo ipso presumendum est contra me, quia† delictum momentaneum: vtpote homicidium, vel percussio facta est per meum consanguineum: sed opus est probatione alterius. ca. quia presulatus. j. questio. iiij. quod si procedat, eo casu quo consanguineus aliquem vel occidit, vel percussit pro facto meo, multofortius procedere debet quando factum non probatur pro facto meo. vt in casu presenti, in quo etiamsi probatum appareret quod prefatus Gabriel dictum Arnaudi occidisset, non tamen probatum est, quod illum occiderit pro facto dicti Claudij monerij: z si hoc fecisset, illud factum extitisset post, z contra prohibitionem eiusdem monerij. Ex quibus omnibus illud sequitur vt predixi, quod prefatus Claudius nec condemnari, nec torqueri debeat: sed ob rem non probatam ab impetitis absolui: z a carceribus relaxari: etiam si esset qualisqualis contra eum prescriptio: quia non debet quis ex presumptionibus damnari. argumen. l. absentem. ff. de penis. attendendum est, quod dicit ex presumptionibus, quia multominus ex presumptione: quia si non sufficiant vincula, multominus sufficit vinculum. auth. de consangui. et vterfra. §. hec igitur. colla. vj.

¶ Epitome.

¶ Pretium rei mee aut partem pretij rei communis non possum petere a venditore per eum suo nomine vendite, nisi re mea aut parte me concernente prescripta.

¶ De commu. rer. aliena. Consil. ccxviij.



Tiam si verum esset, quod territorium, z districtus locorum et oppidorum rambaudi, z de bastida veteri inter vniuersitates z homines locorum huiusmodi indiuisa existant, non propterea ipse vniuersitates, aut altera earundem, fundant earum intentionem super singularibus possessionibus, seu rebus territorij, et districtus huiusmodi: nec super vtili, nec super directo dominio. vt colligitur ex his que not. Hostien. Jo. And. Panormita. z docto. in cap. nimis. de iureiuran. z Panormi. in cap. si diligenti. versicu. not. secundo. de prescript. zc. quo fit, vt nisi vniuersitas z homines dicti loci bastide veteris, probent, z iustificent locum vulgo dictum z appellatum. lapalut, ad eosdem pertinere aliter, z aliis medijs, seu causis, quam quod loca, ac vniuersitates, z homines huiusmodi habent, z habere confirmauerunt districtum, z territorium indiuisos, de iure non possunt, vel valeant vniuersitas z homines bastide veteris agere z experiri contra vniuersitatem, z homines loci predicti de reprobando: hinc sequitur, quod vniuersitas z homines ipsius loci de rambaudo, etiamsi nihil prestiterint, absolui debeant ab impetitis. l. qui accusare. C. de edend. l. fina. C. de rei vendi. z. l. negantes. cum suis similibus. C. de actio. z obligationi. ¶ Preterea vt audio vniuersitas z homines loci predicti de rambaudo bona fide tenuerunt z possederunt paludem extra mentionatam scientibus, z videntibus, et ita fieri patientibus prefatis de Bastida veteri, non solum triginta, vel quadraginta annis, qui ad tuendum possessorem etiam aduersus pretensum alium dominum sufficerent. l. si quis emptionis. z quod ibi gloss. Bald. z Salicc. et communiter omnes docto. C. de prescript. triginta vel quadraginta anno. sed tanto temporis spacio, z per tantum tempus, quod de initio vel contrario hominum memoria non existit: que possessio censet habere vim priuilegij. ca. super quibusdam. §. preterea. de verborum significatio. habet etiam vim tituli. capitulo primo. de prescript. in sexto. ad quod facit quod habetur in. l. hoc iure. §. ductus aque. de aqua quoti. z esti.

¶ Preterea esto, quod palus de qua supra, communis esset inter vniuersitates, et homines prefatos libellus tamen parte vniuersitatis, et hominum loci bastide veteris oblatus contra vniuersitatem, et homines de Rambaudo, quo exponunt, aut experiri satagunt pretextu et ad causam tertie partis pretij nonnullarum Salicum per ipsos de Rambaudo, vt dicitur venditarum, non procederet ex narratis. Non enim petere possum a venditore pretium rei mee vel partem pretij rei communis per eum suo nomine vendite, nisi

vel re mea vel parte me concernente prescripta.pro quo videatur.l.j.⁊ quod ibi Salice,⁊ doctores.C.de rebus alie.non alie.⁊.l.j.et qđ ibi Bal.⁊ doc.C.de cōmu.rerum alie.Cū enim venditio fit nomine vendentis,non potest alius etiam rei vēdite insolidum vel pro parte dominus experiri,vel agere ad pretium,nisi post ratificatam venditionem;quod facere non potest,nisi in subsidium post completam prescriptionem rei aut partis illius,que fuerat eiusdem ratificantis,vel re ipsa perdita aut consumpta.dicta.l.j.C.de rebus alie.non alie.et C.de commu.rerum aliena.no.glo.Salic.⁊ doctores communiter excepto Barto.in.l.mater.C.de rei vendication.Cum itaqꝫ in dicto libello deductum non extiterit venditionem salicū,de qua supra,factam fuisse insolidum,aut pro parte nomine vniuersitatis,⁊ hominum Bastide veteris,nec etiā,qđ salices predicte aut perdite,aut prescripte extiterint,patet libellum huiusmodi esse ineptum;⁊ conclusionem illius non inferri ex narratis.⁊ propterea cum fuisse ab initio repellendum,vel si illi responsum extiterit,vniuersitatē⁊ homines de Rambaudo,vel syndicos eorundem propter illius ineptitudinem ab instantia relaxandos.l.prima.§.primo.ff.si mensor fals.mod.dixe.⁊.c.examinata.cum suis similibus.de iud. Et ita mihi videt̄ sub correctiōe cuiuslibet melius sentiētis.

Epitome.

Mulier binuba licet non possit plus donare secundo viro quā vni ex liberis primi matrimonij,illi videlicet cui minus:illud tamen locum non habet in genero,vel in vno ex liberis,quibus potest donare quātum voluerit,dum legitima supersit.

De donationibus. Consilium.ccxix.



Viso instrumēto matrimoniorum dudum contractorum per et inter honorabilem virum Stephanū Bartolerij habitatorē loci de Salis ex vna parte,⁊ nobilem Claudetam Augerie filiā nobilis quondam viri Gulielmi Augerij de Grinbano ex alia ⁊ rursum per ⁊ inter honorabilem virum Jacobum Bachelerij eiusdem loci de Salis ex vna parte,⁊ nobilem Monetā de Genestone filiam eiusdem nobilis Claudete:ac etiam donationis inter viuos cōtemplatione matrimoniorum huiusmodi eisdem Jacobo ⁊ Monete facte de medietate omniū bonorum mobilium ⁊ immobilium eidem Claudete dudum donatorum per Joannem Rufū,alias Burigol:dico et respondeo,quod in vim donationis huiusmodi predicta medietas eisdem Jacobo ⁊ Monete coniugibus spectat ⁊ pertinet.Quanuis enim dicta nobilis Claudeta prefato Stephano eius secundo viro donare non potuerit plusquā vni ex suijpsius Claudete liberis primi matrimonij, illi videlicet cui minus.l.hac edictali.C.de secundis nuptijs.⁊ authē. de nuptijs.§.optime.collatione.iiij. Nihil tamen prohibet, quominus donare potuerit dicto Jacobo eius genero,dum tamen superesset,prout eis superfuit eidem nobili Claudete Augerie,vnde alij eius liberi haberent vel perciperent legitimam:quia pater,mater,vel alij superiores non coguntur eorum liberis relinquere vltra legitimam seu debitum bonorum subsidium.l.omnimodo,l.quoniam in prioribus.⁊.l.sancimus.in principio.C.de inofficioso testamento.iuncta.l.in re mandata.C.mandati.⁊.l.polla.C.de his quibus vt indig. legitima vero seu debitum bonorum subsidium prefate Monete,⁊ trium aliorum liberorum eiusdem nobilis Claudete, erat tertia pars omnium bonorum suorum.authent.de triēte ⁊ semisse.§.primo.collatione tertia.⁊ transumptiue in authenti.nouissima.C.de inofficioso testamento.Et sic legitima cuiuslibet erat pars duodecima omnium bonorum.Potuisset igitur prefata quondam Claudeta donare eidē Jacobo eius genero bessem,hoc est duas partes omnium bonorum suorum:multofortius ergo quadrantem, hoc est quartam partē:quia cui licet quod est plus,licet vtique quod est minus.de regulis iuris in sexto.⁊ regula,nō debet cui quod plus.ff.eodem titulo.valuit ergo predicta donatio sibi facta de quadrante.valuit etiā ⁊ multofortius donatio facta dicte nobili Monete per easdem rationes.argumento eorū que habentur in.l.si totas.⁊.l.si liqueat.C.de inofficiosis donationibus.Debent igitur prefati Jacobus et nobilis Moneta habere ad minus dimidiam partem bonorum dicte quondā nobilis Claudete.Et hoc videtur mihi habere dubium.Nec opponant alij liberi prefate quondam nobilis Claudete,qđ ipse dicte Monete plus donare non potuerit, quam vni ex eis:quia hoc est falsum.poterat enim vt predixi, sibi donare vltra legitimam duas partes omnium bonorum.Nec etiam opponat aliquis,quod donatio predicta non valuerit:pro eo quia videtur donasse omnia bona sua presentia et futura.Et hec inspectis donationibus factis prefatis Stephano ⁊ Jacobo ⁊ Monete:⁊ quod propterea non valuerit donatio per ea que ponunt doctores in.l.finali.C.de pactis.⁊ in.l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verborū obligationibus.Quoniam respondeo, quod istud non obstat multis rationibus: tum quia vt apparet ex instrumento predicto, dicta nobilis Claudeta sibi retinuit quartam partem:voluit enim qđ ipsa ⁊ prefatus Stephanus haberent dimidiam partem dictorū eius bonorum,tum quia non donauit,nisi bona sibi donata per prefatum Burigol.Preterea etiam non legitur donasse iura que constituunt tertium genus.l. quam tuberonis sententiam.ff.de pecu.

Epitome.

Filiusfamilias maior vigintiquinqꝫ annis,sine patris cōsensu potest agere ⁊ conueniri:⁊ habet legitimam personam standi in iudicio.

De iudicijs. Consilium.ccxx.



Viso casu mihi exhibito exordiente, Quidam nomine.P.⁊c.quo effectualiter queritur,an processus cause criminalis seu inqsitionalis agitatus de ⁊ super inpro cōtra filiūfamilias maiorem.xxv.annis,sine patris cōsensu, valeat.ad qđ breuiter ⁊ succincte respondeo,quod siue agat, vel accuset filiusfamilias maior vigintiquinqꝫ annis,siue cōueniatur pro delicto,ipse habet personam legitimam standi in iudicio:etiam sine consensu patris secundum magis communem theoricam doctorum in.l.cum non solum.§.necessitate.C.de bonis que liberis.vbi Barto.Bald.Joannes Faber in suo breui.Bald.in l.inter liberas.§.filiusfamilias.ff.de adulterijs.⁊ in.l.fina.§.pupillus.ff.de verborum obligationibus.Angel.are.in suo tractatu malefi.in glo.necnon ad querelam,versic.quero quando filius ⁊c.idem voluit ipse Ange. in.§.penales,versi.in ea.glo.ibi,non habeat vsumfructū ⁊c. insti.de actio.⁊ Pet.de Anchar.consilio mihi.lxxi.exordiēte,Visis omnibus ⁊ singulis de quibus supra fit mētio,⁊ maxime allegationibus iuris factis in fauorem curie ⁊c.Quanuis alij habeant consilium huiusmodi sub alia quota,seu numero.pro quo dicto solent docto. communiter allegare ⁊ dicere q̄ in casibus in quibus patri non queritur vsusfructus, non quia nolit,sed quia non potest, non est pater legitimus administrator.Et ideo sine illius autoritate,vel consensu potest filius maior.xxv.annis.per se stare in iudicio:secundum vnam lecturam glo.in.d.§.necessitate.que fuit opinio antiq. glo.pro qua secundum doc.est hodie tex.in.c.si.de iudi.in.vi. Cum itaqꝫ in causa criminali,presertim vbi queritur de delicto per filiumfamilias perpetrato.⁊ ex condemnatione, vel absolutione fienda,non queratur patri aliquis vsusfructus, aut aliquid commodi vel incommodi.l.j.C.ne filius pro pat. ⁊.l.sancimus.C.de penis,non requiritur in causa huiusmodi patris consensus.ex quibus infero,q̄ nisi dictus fili⁹ habeat alias defensiones,quam pretēsam exceptionem nullitatis ex defectu paterne hereditatis,seu consensus,non est sibi tutū prosequi appellationem, que parte eius interposita extitit. Pro premissis videri potest qđ refert dominus Guido pape in decisione parlamenti Delphina.decisione.liiij.exordiēte.Tempore quo aduocatum ⁊c.

Et reuera quoad materiam principalem consulo illi filiofamilias,quod ipse potius soluat summam quatuor librarū, in qua dicitur condemnatus, quam q̄ prosequatur dictam eius appellationem.Quia vt mihi videtur iudex a quo satis benigne processit.poterat enim eum longe seuerius condemnare,idem posset facere iudex superior sententiam reformando:quod vitandum est,⁊ ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Filia patri ab intestato vitafuncto volens succedere cum fratribus debet dotem pro ea constitutam conferre:que collatio altero de duobus modis fit.

2 Donatio nunquam presumitur,cum subest alia causa quam donationis

donationis.

3 Debitor creditori dans speciem pro debito in solutū presumitur in dubio pro toto debito donare.

4 Ingrediens monasterium non potest filium priuare sua legitima: nec contra filius patrem.

5 Legitima debita in bonis ingressi religionē an statim post eius professionē peti possit, an vero mors eius sit spectāda.

¶Epitome.

¶Ut in primo, quarto, & quinto collectaneis.

¶De collatio. dot. & de regularibus. Consilium. ccxxi.



Viso casu parte nobilis viri Philippi de Rubiaco mihi exhibito, exordiente, nobilis Girardus de Royssijs &c. & dubijs ex casu huiusmodi elicitis, dico & respondeo ad dubia, & quesita huiusmodi breuiter & succincte prout infra: premittens pro solutione primi dubij, ꝙ illius difficultas oritur nō quidem ex iuris incertitudine, sed facti: eo videlicet quia quoad factū incertum est que bona mobilia vel immobilia, que etiam honesta mulier Catharina de Royssijs filia & heres pro tertia parte nobilis quondam Girardi de Royssijs. Est etiam alia incertitudo: quia nescitur que bona mobilia immobilia seu iura dicte nobilis Catharine, peruenerint ad honorabilem quondam virum magistrum Petrū Lengerij eius virum vita functum: insuper etiam est et alia incertitudo: quia nescitur an ea bona que de bonis hereditarijs dicti quōdam nobilis Girardi, tenuit & possedit, vel exegit idem magister Lengerij fuerit sibi data in solutū dotis sibi constitute per ipsum nobilem Girardum: an vt bona huiusmodi tanquam bona parafernalia eiusdē nobilis Catharine ad ipsum Lengerij peruenerint: si cum de his appareret, vel constaret, non esset magna difficultas in hoc casu.

¶Preterea etiam premitto, quod licet dictus quondā nobilis Girardus prefato Lengerij dotem de qua in casu, constituisset pro dicta nobili Catharina eius filia, potuit nihilo minus eadem Catharina dicto Girardo eius patri ab intestato vita functo succedere cum nobilibus Ludouico & Armissanda. l. si pater. l. filie dotem. l. dotis. & l. si proc. cum mul-
1 tis similibus. C. de collatio. Que tamen tenebatur † dotē pro ea constitutam dictis fratribus conferre. vt probatur in dictis iuribus. & l. j. §. filiam. ff. de collationibus do. huiusmodi vero collatio, cum dos predicta nondum soluta extitisset, poterit fieri altero de duobus modis, scilicet liberari faciendo dictos fratres coheredes per dictum Lengerij eius virum. dicta. l. prima. §. filia3. ff. de collatio. dot. & allegata. l. si pater. C. de collatio. aut eis cauendo de indemnitate: vt notat glo. & doctores in dicta. l. si pater. Quibus premissis dico sub correctione cuiuslibet melius sentientis, quod si prefatus Lengerij bona eiusdem Catharine a tempore mortis dicti quondam Girardi, seu facte diuisionis per & inter prefatos Ludouicum & Catharinam, & Armissandam, & citra vsque ad tempus mortis, & decessus suijpsius Lengerij tenuerit & possederit vt & tanquam sua presumi debeat in primis prefatam nobilem Catharinam fecisse dictos Ludouicum et Armissandam liberari per dominum Lengerij eius virum: vt dicto Girardo eius patri, succederet vna cū eisdem Ludouico et Armissanda eius fratribus. & bona eiusdē Girardi diuiderent. Et hoc ne presumamus eosdem Ludouicum et Armissandam remisisse exceptionē eisdem competentem, & per quā eandem Catharinam repellere poterat ne cum effectu p tertia parte succederet, aut saltem eis de indēnitate cautū esset d. l. si pater. ibi, & qd gl. in d. l. filie licet. C. de colla. qd non est presumendum. argumē. l. cum de indebito. ff. de probationi-
2 bus, nemo enim donare † presumitur. & cum aliam causam, ꝙ donationis presumere possumus, nūquam est donatio presumenda. l. si cum aurum. ff. de solutio. & l. elegāter. §. qui reprobos. ff. de pignoratitia actione. De quo Cynus in. l. si a patre. C. de condictione indebiti. Petrus de Ancharano consilio mihi septimo exordiente, In questione agitata inter nobiles &c. consilio trigesimoprimo exordiente, Subtiliter & copiose &c. & consilio centesimoquinto exordiēte, Dubitatur vt infra. Angelus consilio mihi nonagesimo. exordiente, Cum lis & questio &c. & Paulus de Castro consilio centesimo sexagesimotertio exordiente, In causa quam magnificus dominus &c. paulo ante medium in versi. item non obstat &c.

¶Dico insuper ꝙ si ita est, vt predixi, ꝙ idem quōdam magister Petrus Lengerij dicta bona possederit, non quidem parafernalia: sed vt sua propria, ꝙ presumi debent bona huiusmodi sibi data extitisse per dictam Catharinam insolutū trecentorum florenorum pro et nomine ipsius eidem Lengerij in dotem cōstitutorum. Non enim presumitur illa sibi donasse: quia cum hic assumi possit alia coniectura, seu presumptio, scilicet ꝙ illa sibi tradiderit in solutum dicte dotis, non debemus donationem presumere. dicta. l. si cu3 aurum. quod procedit maxime in mulieribus, quarum genus auarissimū est. l. si a sponso. iuncta gloss. C. de donatio. ante nupt. l. sed si ego. ff. ad Velleianum. & l. si stipulata. §. primo. ff. de donationib. inter viru3 & vxorem. sed potius debemus presumere, ꝙ eidem tradiderit ex alia causa, quam ex causa donationis et potius ex causa predicte dotis, quam ex alia: postquam de alia non apparet. per id quod not. in. l. triticum. ff. de verborū obligatio. Pro quo bene facit quod not. Bartol. in. l. solent. §. primo. ff. de offic. proconsul. & in. l. cum de in rem verso. ff. de vsur. Et debet presumi, qd bona huiusmodi eidem quondam Lengerij tradita extiterint in solutum totius dotis:
3 quia vbi † debitor dat speciē in solutum pro debito, ipse censendus est in dubio illam dare in solutum pro toto debito. vt not. Joan. de Jmol. quem ibi sequitur Alexand. de Jmol. in l. a diuo pio. §. si pignora. ff. de re iudi. Pro quo allegat ide3 Joan. de Jmol. in. l. quamuis alias incipit, Calipodius. & qd ibi Barto. ff. de solut. et. l. si fundus. §. fina. ff. de pigno. quam dicit singularem. & idem etiam voluit Paulus de Castro, in dicto. §. si pignora. quamuis Bartol. aliter senserit, sed quod predixi videtur verius. Ex quo infero prefatā Catharinam posse experiri, & agere contra heredem dicti quōdam Lengerij, & ab eo repetere dotem superius mentionatam.

¶Ad secundum quesitum dico, et respondeo, quod quem-
4 admodum parens pater ingressus monasterium, vel † alium locum religiosum, & in eo professus, priuare filium non potest sua legitima, etiā donando monasterio. authentica, si qua mulier: & quod ibi per gloss. et docto. C. de sacrosanctis ecclesijs. cap. cum scimus. de regulis iuris. & capi. quandoque. in principio. xvij. questione quarta, vbi dicit Angel. Quicunq3 vult exheredato filio heredem facere ecclesiam, querat aliu3 qui suscipiat, non Augustinum: imo deo propicio neminem inueniet &c. Jta nec potest pater, vel mater filij monasteriu3 ingressi priuari sua legitima in bonis eius filij. vt not. gloss. post Jrnerium et Azon. in dicta authentica, si qua mulier. Et idem voluerunt ibi Bartol. Salic. & docto. communiter. Ex quo infertur quod Philippus de Royssijs factus monachus de quo in casu predicto, donare non potuit eius bona Egidio eius fratri, quominus in eis habere debeat prefata nobilis Catharina eorum mater dictam eius legitimam: que est tertia pars bonorum dicti do. Philippi quia quemadmodum legitima, quam habēt liberi in bonis suorum parentum aucta est. authentica, nouissima. C. de inofficio. testamen. Jta etiam aucta est legitima, quam habent parentes in bonis suorum liberorum. authenti. de trien. & semis. §. primo. ibi, hoc obseruando. &c. collatio. iij. not. gloss. & docto. communiter in dicta authentica nouissima.

¶Ad tertium quesitum dico, et respondeo quod gloss. ordinaria in dicta authentica si qua mulier. et docto. et ibi et in multis alijs locis, vt infra dicetur, formauit questionē in legitima filij, cuius pater ingressus est monasteriū, an videlicet filius possit statim post professionem patris petere legitimam in bonis, que fuerunt ipsius, an vero expectare debeat mortem eius patris. Super quo articulo glossa. in dicta authentica, super verbo, moriatur recitat duas opiniones: quarum prima est, quod ita demum post mortem patris petere possit filius legitimam: et quod interim alendus sit filius per monasterium: secunda opinio est, quod filius possit statim post ingressum monasterij petere legitimam. et allegatis rationibus pro vtraque, tandem nihil clare firmat: et si quid firmare dici posset, potius videretur firmare secundam. per ea que notan. in lege qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebellianum. & quod not. Bald. in lege prima. in fine. ff. de constitutionibus. Et hanc secundam opinionem firmāt due alie gloss. quarum vna est in authentica, nunc autem. in verbo, tractatur. C. de sacrosanctis ecclesijs. alia in authentica, de monach. §. illud quoque. colla. prima. Bald. etiā in dicta authenti. si qua mulier. versicu. quinto not. & cetera. dicit, quod licet quoad petendam legitimam filij expectens

naturalem mortez patris de iure ciuili. tamē de equitate canonica secus videtur. ⁊ ꝙ filij possunt intentare condictionē ex canone pro legitima statim facta professione per patrem. c. cum scimus. de regula. quez textum dicit non esse alibi, hoc etiam videtur sensisse Panor. in dicto. c. cum scimus. et in. c. Raynutius. in fine. de testamen. ⁊ apertius in. c. in presentia. versicu. sed quia supra visum est ꝙ ingrediens ⁊c. de probat. idem ibi voluit Pet. de Anch. Joan. de ana. in. c. ij. de delic. pucro. ⁊ Romanus in. l. si cum dotem. in princi. ff. soluto matri. Et ita videtur fuisse de mente Joan. And. in dicto. c. cuz scimus. prout ibi bene inducit Panor. pro qua opinione videtur bene facere ille text. supposito, ꝙ ille miles de quo ibi, adhuc viueret, quod videtur sonare principium illius. c. vbi recitatur nomen eiusdem militis, ⁊ non dicitur quondaz. qd verbum solet communiter apponi quando fit mentio de mortuo. c. cum contra. de pigno. ⁊ vbi hec opinio procederet, idē videretur esse in legitima parentum, scilicet ꝙ parētes possunt petere legitimam statim post professionem suorum liberorum. per id quod post Pet. not. Cyn. in. l. j. C. de inoffi. donatio. Dicit enim ꝙ sicut filius potest reuocare alienata per patrem in fraudem ipsius quoad legitimam, eodē modo poterit pater. Et vt etiam dictum est superius, quemadmoduz pater monasterium ingrediens non potest filium priuare legitima, ita nec potest filius ingrediens monasterium priuare parentem legitima. Ex quo sequitur ꝙ pater ⁊ filius in bonis vtriusqꝫ inducuntur ad paria. Et vbicunqꝫ duo regulariter equiparantur a iure, statutum etiam si esset exorbitans loquens de vno habet locuz in reliquo. vt no. glo. in. c. si postquam. §. fi. de elect. in. vj. Ergo multofortius statutum fauorabile loquens de bonis vnius, cuiusmodi videtur esse dictū c. cum scimus. habebit locum in bonis alterius. ⁊ sic non solū sibi locum vendicabit in bonis parentis monasteriū ingrediētis, sed etiam in bonis filij. stat pro premissis tex. in auth. de here. ⁊ falci. §. primum autem. colla. j. vbi text. purificat legitimam filio debitam in bonis patris, ⁊ legitimam debitam parenti in bonis filij. etiam facit. l. nam ⁊ si parentibus. vers. non minus pie relinqui debet. ff. de inoffi. testa. vbi ita pium est, ꝙ filius relinquat patri, sicut ecōtra. Possunt ⁊ alia multa induci, a quibus pro nunc supersedeo. ¶ Primam vero ⁊ contrariam opinionem, scilicet ꝙ legitima ita demum peti possit post mortem professi, tacuerunt Pet. Cyn. Bar. Sal. Paul. de Castro ⁊ alij legiste communiter in dicta authent. si qua mulier. Pro qua opinione inducit Sali. in vers. quero vndecimo ⁊c. tria fundamēta que ibi videri possunt. vbi etiā dicit ꝙ docto. communiter ita tenent, ⁊ idem ibi dicit Fulg. idez tenet Bal. in repeti. c. si pater. de testa. in. vj. vbi relatis opinionibus tenet istam per tex. in. l. statius. §. Cornelio felici. ff. de iure fisc. Et Alex. de Jmol. in. l. si cum dotem. in prin. versi. hoc limitat esse verum. Jmol. hic ⁊c. ff. solut. matri. ⁊ reuera visis fundamentis hincinde. ista opinio habet fundamenta multum vrgentia, allegata ample per Barto. ⁊ Sali. in dicta authen. si qua mulier. ⁊ per Alex. in dicta. l. si cū dotem. vbi etiam respondet ad dictum. c. cum scimus, sed vt mihi videtur perfunctorie. Sali. vero videtur perfectius respōdere. Pro cuius responsione facit dictum. c. in verbo, successio. quod etiam fuit ibi ponderatum per Panor. Ecōtra vero magna est autoritas illarum duarum glo. presertim cū vt predixi, habeant multos docto. sequaces: ⁊ quidem non contemnende autoritatis. a quibus propterea si Jaco. butr. credimus in. l. j. C. qui pro sua jurisdi. indi. dare dari ve pos. non videretur esse rēcedendum in iudicando. Et negare nō possum, quin iste articulus sit multū dubius: presertim in terra imperij, seu principis temporalis, ⁊ in casu nostro. vbi pro legitima habenda agendum est non quidem cōtra monasteriū et sic coram iudice ecclesiastico, sed contra personam laicam ⁊ sic coram iudice seculari, in cuius foro, ⁊ in materia in qua lex canoni contraria peccatum non fouet, seruanda est lex. c. per venerabilem. qui filij sint legiti. not. glo. in. c. ij. de regul. jur. in. vj. ⁊ Salic. in. l. priuilegia. C. de sacrosanctis ecclesijs.

1 ☞ Ratihabitio retrotrahitur, ⁊ mandato comparatur.
2 Conuentio de bonis viuentis certo modo diuidēdis ita demum valet si eius interueniat consensus: quo cōsensu nō obstante potest consentiens testari, ⁊ alium heredez instituere.
3 Jntellectus. l. captatorias. C. de testa. mili. ⁊ l. captatorias. ⁊ l. ille autem. ff. de heredibus instituen.
4 Doctorum dicta intelligenda secundū leges quas allegant.

¶ Epitome.

¶ Jnstitutio per quam electio personarum ⁊ nō dispositionis substantia collata est in voluntatem alterius, valet: nec dicitur captatoria. Jtem ꝙ legitima debet considerari habito respectu ad bona donata ⁊ non donata.

¶ De heredibus instituen. Consilium. ccxxij.



Ridez anno videlicet incarnationis domini. M. cccc xxxi. ⁊ die secunda mensis Octobris, contracto matrimonio per verba de futuro per et inter nobilem Petrum Chaberti filium naturalem ⁊ legitimum nobilium Claudij Chaberti, et Lyonete de montelisio coniugum ex vna parte, ⁊ nobilem Catharinam filiam nobilis Herentoni de Mareta, seu pro ea ⁊ eius nomine ipsuz nobilem Herentonum ex alia parte, prefatus nobilis Claudius spe fauore ⁊ contemplatione huiusmodi tūc futuri matrimonij, suo, ⁊ dicte Lyonete nominibus dedit ⁊ donauit donatione propter nuptias, ⁊ etiam pura, perfecta, simplici, ⁊ irreuocabili que fit ⁊ fieri dicitur inter viuos, omnibusqꝫ alijs melioribus modo, via, iure, ⁊ forma, quibus potest ⁊ debet intelligi ad bonū ⁊ sanū intellectuz cuiuslibet sapiētis dicto Pe. Chaberti tunc presenti, stipulanti ⁊c. tanquam benemerito, ⁊ cōdigno. pro omni iure, parte ⁊ portione eidem competente in ⁊ super bonis paternis ⁊ maternis, quandam ipsorū nobiliuz Claudij, ⁊ Lyonete domum. Necnon etiam medietatē omnium, vniuersorum ⁊ singulorum bonorum, eorundem cōiugum mobilium ⁊ immobilium, iurium ⁊ actionum tūc presentium ⁊ futurorum: saluis tamen eisdem coniugibus vsufructu, ⁊ administratione bonorum huiusmodi, quandiu ipsi viuerēt: ⁊ cum alijs reseruationibus ⁊ pactis plenius descriptis in instrumento donationis hmōi. Jnter que fuit etiam tractatum ⁊ conuentum, ꝙ primogenitus dictoruz Petri ⁊ Catharine tunc futurorum coniuguz, succedere ⁊ hereditare deberet in dicta medietate, ⁊ si primogenitus masculus habilis non esset, dicta huiusmodi medietas ad secunduz natū habilem, peruenire deberet. ⁊ consequenter ad tertium, et sic deinceps, si secundus vel tertius ⁊c. habiles non essent. ⁊ fuit donatio huiusmodi ad alia inibi conuenta parte dicti Claudij iurata. ¶ Successiue anno videlicet dn̄i. M. cccc xliiij. ⁊ die vltima mensis Augusti, p̄fatus nobilis Claudius Chaberti, fecit ⁊ condidit eius vltimum ⁊ nūcupatiuum testamētum in quo certam pecuniariam quantitatem ⁊ alia quedam legauit, ⁊ iure institutionis reliquit nobili Joanni Chaberti eius filio. heredem vero suum vniuersalem instituit, ⁊ nominauit dictum Petrum eius filium. ⁊ post ipsum eo nō existente tempore mortis eiusdem, suos eiusdem nobilis Petri liberos masculos naturales ⁊ legitimos: in quo nōnullas substitutiones fecisse legitur. sed quia illę proposito non seruiunt, ideo omittūtur. ¶ Postea vero anno incarnationis domini millesimo quadringentesimo quadragesimoquinto, ⁊ die. x. mensis Februarij prefati nobiles Petrus ⁊ Joānes Chaberti fratres, cum autoritate ⁊ licētia dictorum nobiliū Claudij ⁊ Lyonete suorum parentum tunc presentium, ac autoritatem, licentiam, ⁊ consensum eisdem Petro ⁊ Joāni presentium fecerunt nonnulla pacta, ⁊ cōuentiones mutuis ⁊ validis stipulationibus interuenientibus. Et inter eas cōuenerunt, ꝙ dum ⁊ quando dicti eorum parentes, ab hoc seculo migrarent, ipsi fratres omnia bona mobilia ⁊ imobilia eorundem parentum videlicet ea in quibus ipsi parētes participare vellent, vigore testamenti donationis causa mortis vel inter viuos, aut ab intestato, vel alias qualitercunqꝫ diuidere deberēt ⁊ partiri in tres partes equales. De quibus due partes pertinerēt ⁊ pertinere deberent ex integro dicto nobili Petro: ⁊ alia tertia pars dicto Joanni: excepta ⁊ per ipsum Petrum retenta domo habitationis eorundē parentum: sita apud castrum diplum, ipsi Petro per eosdem donata in cōtractu dicti sui matrimonij. Excepta etiā ⁊ p ipm Joānem reseruata medietate cuiusdam alterius domus site apud caberlum. Que conuentiones ⁊ pacta cum alijs de quibus in instrumento superius confecto, que referre non expedit, iurauerunt ipsi fratres tenere, ⁊ obseruare in forma. ¶ Consequenter autē anno videlicet incarnationis domini millesimo. cccc xliiij. ⁊ die. xxij. mensis Augusti dicta nobilis Lyoneta condidisse dicitur eius vltimum ⁊ nuncupatiuum testamentum, in quo inter cetera legauit: ⁊ iure institutionis reliquit dicto nobili Petro eius filio quinqꝫ florenos monete currētis, ⁊ vsumfructum omnium bonorum suorum mobilium ⁊ immobilium quorumcunqꝫ ad eius vitam, ⁊ prefato Joanni alteri suo filio quinqꝫ florenos eiusdez monete, cum quibusdam

quibusdam aliis de quibus ibi. Heredem autem vniuersalē, fecit, instituit, & esse voluit liberum masculum, naturalem & legitimum procreatum, & procreandū ex legitimo matrimonio per dictum Petrum chaberti, illum videlicet, quē idem Petrus chaberti sibi, in heredē suū vniuersalem seu ipsius Petri eligere, & nominare vellet. Et post liberum eligendū, & nominandū substituit alios suos eiusdem Petri liberos, & liberos liberorum suorum masculos, vsque in infinitum. In quo etiam fecit alias substitutiones, sed quia ille proposito non seruiunt, ideo omittuntur. Finaliter, anno vero incarnationis dominice. M.cccclix. & die. xxi. mēsis Julii, prefatus nobilis Petrus fecit, & condidit eius vltimū & nuncupatiuum testamentū, in quo inter cetera heredem vniuersalem fecit, & nominauit nobilē Gulielmū chaberti eius filiū, & post ipsū eius liberos legitimos, & de legitimo matrimonio procreatos. Et quia nobilis Blanchia chaberte filia, & heres dicti quondam nobilis Johannis chaberti, dicit, & pretendit quod in vim conuentionum, & pactionum superius mētionatarum tertia pars bonorum dicte quondā nobilis Lyonete eius auie paterne, sibi pertineat & spectet, prefato nobili Gulielmo filio quondam dicti Petri Chaberti contrarium asserente, & dicente, quod imo ea omnia sibi pertineant, & spectent in vim testamentarie dispositionis eiusdem Lyonete. Quesitum est quid iuris. Viso casu predicto, & dubio ex eo elicito, premitto pro illius faciliori solutione, quod licet in casus positione relatū extiterit prefatum nobilem Claudium suo, & dicte Lyonete nominibus donasse dicto Petro eorum filio medietatem omnium bonorum eorundem coniugum. Nihil tamen dicitur de ratificatione ipsius Lyonete: quod ideo dico: quia si illa facta fuerit, idē Gulielmus in illa succedere non potuit, in vim testamentarie dispositionis facte per dictam Lyonetam, sed sed in vim testamenti facti per prefatum Petrum: cui huiusmodi medietas fuisset acquisita in vim donationis, de qua supra, per ipsam Lyonetam ratificata: haberetur enim donatio huiusmodi quoad ipsam Lyonetam perinde, ac si ab initio dictus Claudius ex potestate sibi concessa per eandem Lyonetam, donationem huiusmodi celebrasset, vel fecisset:
1 quia ratihabitio retrotrahitur, & mādato comparatur. l. hoc iure. §. deiecit. ff. de reg. iur. l. fi. C. ad maced. & regula, ratihabitionem: cum ibi no. de regu. iur. in. vi. Et sic isto casu quoad hanc dimidiam partem putarem quod illa deberet diuidi inter ipsos Gulielmum & Blanchiam iuxta formam pactorum, & conuentionum predictarum, que cum nec contra leges, nec contra principum cōstitutiones &c. existant, seruande sunt. l. iurisgentium. §. ait pretor. ff. de pac. Et quia idem Petrus, vt pote moderator rei sue, de ea disponere potuit, prout libuit, saltem interueniēte consensu prefati eius patris. l. in re mādata. C. manda. & l. polla. cum suis simil. C. de his qui. vt indi. iuncta. l. cum non solum. §. filiis autem. a contrario sensu. C. de bon. que libe. Premitto preterea, quod pacta, & cōuentiones
2 premētionate, quatenus cōcernebant bona, que adhuc erāt dictorum nobilium Claudii & Lyonete, non ideo possunt dici inualide, quia facte extiterunt de bonis, & hereditate eorundem Claudii & Lyonete, tunc adhuc viuentium, certo modo inter eosdem Petrum & Joannem disponendis, aut diuidēdis: quinimo dici debent efficaces, & valide, postquam in eis, interuenit consensus dictorū Claudii, & Lyonete. per casum. l. fi. C. de pac. Habent tamen dicte conuentiones aliquid obscuritatis propter illud verbum, participare, in eis positū, ob quod redduntur pacta & cōuentiones predicte quoad bona, de quibus pacisci intendebāt, obscure & incerte. ¶ Illud autem certum est, quod non obstante cōsensu huiusmodi potuit prefata nobilis Lyoneta condere testamentū, & aliū heredem instituere a prefatis nobilibus Petro, & Joanne eius filiis, prout & fecit. Cuius testamentum non ideo puto fuisse inualidum, seu nullum: quia non fuit in eo eius heres nominatus, sed commissa nominatio prefato Petro eius filio: vel fuerit in eodem testamento, ille heres institutus, quem idem nobilis Petrus sibi ipsi instituisset, & heredem nominasset: quia quamuis prima facie institutio huiusmodi videatur fuisse captatoria, & propterea nō valuisset. l. captatorias. C. de test.
3 mili. l. captatorias. & l. ille autem. ff. de hered. instit. Illa tamen non fuit captatoria. Non enim substantia dispositionis, sed electio personarum collata est, in voluntatem dicti nobilis Petri: quod videtur fieri potuisse. l. vtrum. §. i. ff. de reb. dub. quod saltem procedit eo casu, quod de certis personis, fienda est electio. vt in casu nostro, in quo nō passim, & indistincte. de quibuslibet hominibus, vel personis poterat ipse Petrus nominare, vel eligere sed de certis, scilicet, de eius liberis, & non de omnibus eius liberis, sed duntaxat de masculis. Illo enim casu valet institutio facta. Et vbi idem Petrus neminem elegisset. vel nominasset, eius masculi successissent ita voluit Bart. in. l. illa institutio. ff. de here. insti. per. l. cum quidam. in princ. ff. de leg. ii. cum quo transit Alexā. de imol. in. d. l. captatorias. C. de test. mil. Et quod eo casu censeri non debeat institutio fuisse captatoria, voluit Dyn. in. l. captatorie. ff. de leg. i. Cyn. Bar. & Ang. in. d. l. captatorias. C. de test. milit. qui ideo sentiunt institutionem, per quam testator instituit Christi pauperes per gardianum eligendos, non esse tanquam captatoriam reprobatam, seu nullam: sed esse validam, quia in ea non confertur substātia institutionis in gardianum: sed Christi pauperum electio. Pro quo adducit Bart. quod habetur in. l. fi. ad fi. ff. de fideicommis. libert. sed melius. facit. d. l. vtrum. §. i. ff. de reb. dub. & l. vnum ex familia. in princi. ff. de legat. ii. Et quamuis doct. prefati. in. d. l. captatorias. videantur loqui in relicto ad piam causam, hoc tamen non obest: quia non defendunt relictum huiusmodi ex capite priuilegii pie cause, sed ex eo quia non substantia institutionis, sed heredis electio collata est, in arbitrium alienū. Pro quo allegare cōsueuerunt. d. l. vnum ex familia. in prin. & allegatam. l. vtrum. §. i. que vt apparet ex eisdem, non magis loquuntur in relictis ad pias causas, quam ad non pias. & sic sentiunt doctor. quod etiam in non relictis ad pias causas eo modo quo supra, scilicet quando, non dispositionis substātia, sed personarū electio confertur in aliū, valet dispositio:
4 quia doctor. dicta intelligi debent secundum. l. quam allegant vt voluit Bart. in. l. non solidum. §. libertationis. ff. de libera. lega. Alex. de imo. in. l. si prius. ff. de no. ope. nunt. in. l. si constante. in prin. ff. solu. matr. & consi. cxxviii. in. i. vol. Non tamen nego, quin etiam relictū in casu, in quo loquuntur doct. in. d. l. captatorias. C. de testa. mili. defendi possit etiam ex eo capite, quia relictum est in piam causam. secundum Bart. & sequaces. in. d. l. captatorias. quamuis Cyn. & Dyn. in. d. l. captatorie. ff. de legat. i. contrarium senserint. quod tamen non prosequor: quia non est presentis speculationis. Quibus premissis dico respondendo ad quesitum sub correctione cuiuslibet melius sentientis, quod prefata nobilis Blanchia, nihil petere pōt in vim conuentionū, & pactorū predictorū de bonis, de quibus dicta quondam Lyoneta disponere potuit: cū in illis non ipse nobilis Petrus, sed dictus Gulielmus successerit, in vim testamentarie dispositionis eiusdē Lyonete: que vt predixi, valuit & valet. quamuis in ea non fuerit precise, & aperte idem Gulielmus nominatus: quia sufficit quod habita relatione ad institutionem & electionem postea factam per dictum Petrum eius patrem, de eo appareat. Est tamē verum, quod dicta nobilis Lyoneta non potuit dictū nobilem Joannem eius filium priuare sua legitima: nec in ea onus, aut grauamen aliquod opponere. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. & l. scimus. C. de inoffi. testa. Et cum vt dicitur eadem nobilis Lyoneta vita functa fuerit, & ab humanis decesserit superstitibus tribus liberis, eorum omniū legitima fuit triens, seu tertia pars bonorum eiusdem Lyonete. aut. de trien. & semis. §. i. colla. iii. & transumptiue. in auth. nouissima. C. de inoff. test. qui triens diuidendus erat inter eosdem liberos equis portionibus: & sic dictus nobilis Joannes pro sua legitima erat habiturus nonam partem omniū bonorū ipsius nobilis Lyonete. Et intelligo, quod dictus nobilis Joannes debuit habere nonam partem bonorum dicte nobilis Lyonete, non solū habito respectu ad illam dimidiam partem, quam sibi retinuerat, sed & ad illā, quam donauerat dicto Petro. vt verbi gratia ponamus, quod ante donationem de qua supra, factam prefato Petro bona eiusdem nobilis Lyonete valebāt mille ducentis florenis: & quia dimidia pars donata est dicto nobili Petro, post donationem huiusmodi bona eiusdem Lyonete non valuerunt nisi sexcētis florenis: dico quod legitima Joannis debet taxari non habito respectu duntaxat ad sexcentos: quo casu non habuisset nisi tertiam partem ducentorum: sed habito respectu ad mille & ducentos. Et sic pro legitima habere debuit tertiā partē quadringentorum, & hoc est, quod dicit Bal. in. l. i. in. i. oppo. ver. tertio modo respondetur ibi, sed hic consideratur. C. de inofficio. donat. dicit enim legitimam considerari, respectu omnium bonorum donatorum, & non donatorum.

1 ☞ Interesse licet de illius certa summa non apparet, peti potest.

2 Legitima quinque filiorum, aut plurium est semis: nec si qui ex eis renuntiauerint bonis &c. non propterea eorum legitima aliis accrescet, sed heredi.

3 Mulier ex cuius bonis & pecuniis presumatur quesiuisse. Intellectus. l. quintus. ff. de dona. inter vi. & vxo.
4 Officium nemini debet esse damnosum.

¶ Epitome.

¶ Ut in primo & secundo collectaneis.

¶ De trien. & semiss. Consilium. cccxxiii.



Addendo iis, que dixi superius respondendo ad tertium quesitum dico, quod cum prefatus quondam magnificus do. Algontus de agõto, se obligauerit & submiserit curiis rigorosis, non solum pro dicta summa quatuor millium florenorũ dotalium, sed etiam pro dãnis & interesse, poterunt & possunt heredes eiusdẽ do. Algonti trahi ad curias rigorosas, etiam pro interesse, & dãnis huiusmodi: quia quamuis de certa quantitate, seu summa dãnorum, seu interesse predictorum non appareat, seu constet ex inspectione, & lectura dotalis instrumenti: ex illius tamen tenore, & lectura apparet de submissione ad predictas curias, etiam pro damnis, & interesse huiusmodi quod sufficit, quia co
1 ram do. presidentibus dictarum curiarũ, fiet liquidatio † interesse, & damnorum. Pro quo induco, quod voluit Bart. in l. j. in fi. ff. de leg. ij. & post eum Alex. vers. in glo. in verbo, neque mora &c. Bar. in l. j. vers. quero, an in fideiussore &c. ff. iudi. sol. Bar. in l. proinde. §. notandum. ff. ad l. aqui. & in l. j. in princ. per glo. ff. de eden. & in l. ij. in fi. per illum tex. C. de senten. que sine certa quanti. profer. & Bal. in l. si causam. C. de execu. rei iudi. & Ang. are. in §. curare. vers. in quadã. glo. ibi, vt si peto interesse &c. ibi, plus dico, quod si habes instrumentum de interesse &c. insti. de actio. qui dicũt, quod stante statuto, quod instrumẽta habeant paratam executionem & habeam instrumentum de interesse contracto, possum petere executionẽ instrumenti huiusmodi & pendente iudicio liquidabitur interesse. Preterea cum interesse, seu damnum huiusmodi debeantur tanquam accessoria ad dotem predictam, que adhuc debetur, nõ video, cur peti non possint cum dote, etiam in curiis rigorosis: quia accessorium &c. regula accessorium. de reg. iur. in. vj. Et vt mihi videtur istud non habet dubiũ. ¶ Ad id vero, quod postea quesitum est, quanta sit legitima dicte do. Clementie,
2 cum prefatus † quõdam do. Algontus de agonto, tẽpore eius mortis haberet, septẽ liberos: dico & respondeo, quod xiiij. pars bonorum eiusdem do. Algonti. autb. nouissima. C. de inoffic. test. Legitima enim bonorum omnium fuit semis, seu dimidia pars bonorum. dicta autb. qui erat diuidendus equis portionibus, inter dictos septem liberos. Et quãuis due domicelle contente dotibus pro eis constitutis, quittauerint bona &c. non tamen puto quod propter quittationem huiusmodi adaugeri debuerit legitima eiusdem. d. Clementie, sed illud quod minus receperunt, spectauit heredi dicti do. de Algonto ex forma quittationis & remissionis facte per illas domicellas: saltem: quoad dictam Fanetã, que quittauit, & remisit iura, & actiones dño Falconi fratri, & heredi: que propterea quittantia & remissio eidem Falconi, & heredibus profuit, non alteri. l. si vnus autem omnia. ff. de pactis. & l. si duo patroni. in princ. ff. de iureiur. Et sic quoad hãc dominam Fanetam, vel id quod pro legitima eidem debebatur vltra summas datas vel remissas, non est laborandum, vt mihi videtur super isto articulo, cui videlicet acquiri debuerit illud residuũ. de quo Bal. & docto. in dicta authentica, nouissima. C. de inoffi. testa. idem Bal. in l. huiusmodi. §. si duob⁹. ff. de leg. j. & in l. j. in. vj. C. quan. non peten. par. & alij in aliis locis. quia eorum dicta nõ attingunt hunc articulum. Preterea quia de nouo proponitur prefatam dominam Ludouicam post mortem dicti quondã do. de agonto, tenuisse multa bona temporalia, & beneficia in
3 arrendamentum: † eam ex illis multa fuisse lucratam: quodque erat mulier multum industriosa, dico quod vbi de iis appareret, recedendũ esset a presumptione. d. l. quintus. ff. de donat. inter vir. & vxor. & standum veritati: quia in incertis, & non certis locus est coniecturis. l. continuus actus. §. cum ita. ff. de verb. obl. facit. c. veritate manifestata. dist. viij. Et ita fuit de mente Alber. in d. l. quintus. ex cuius verbis satis deprehenditur illam. l. non habere locum etiam constante matrimonio. Nisi in dubio. vbi igitur appareret prefatum do. Ludouicum habuisse bona, seu pecuniam aliunde, quam de bonis dictorum eius pupillorum, nihil prohibet quominus potuerit de bonis, seu pecuniis huiusmodi predia, vel alia bona suo ipsius proprio nomine acquirere: quod maxime procederet, si essent per eam reddite rationes. per ea que not. Bald. in c. j. de contro. inter do. & vassal. Nam alias officium esset sibi damnosum quod esse non debebat. l. sed si quis ex signatoribus. ff. quemad. test. aperian. Nec debebat lucrum factum de arrendamentis superius mentionatis, communicari dictis liberis: cum vt puto, ipsa. d. Ludouica agressa fuerit insolita prefato quondam de Agonto, & ea, vt puto suo nomine non dictorum suorum liberorũ fecerit. Pro quo allegasse sufficiat not. per doct. in d. l. titium & meuium. §. altero. ff. de admini. tuto. & in l. si patruus. C. commu. vtriusque iudic.

1 Exemptio ecclesie qualiter & ex quibus probetur. Intellectus. c. si papa. de priuil. in. vj.
2 Uerba narratiua an et qualem probationem inducant.
3 Literas apostolicas, aut rescripta que vitient. & nu. 5.
4 Exemplatio literarum, publicatio testium, & productio instrumentorũ in iudicio fieri debent parte vocata: alias nõ valẽt.
6 Procuratio visitationi annexa, connumeratur inter iura episcopalia.
7 Scripture sententie ad validitatem requiritur signum vel subscriptio notarij.
8 Testi deponenti extra articulata non creditur.
9 Sententiã est nulla quando nõ est publicata partibus vocatis & auditis.
10 Procuratio ab inuitis non potest exigi in pecunia.
11 Reus negans actorẽ possidere, eũ turbat in sua possessione.
12 Processum recõuentionis vitiat omissio litis cõtestationis.
13 Actio dicit intẽtata in libello que ex verbis illius colligitur.
14 Possessio seu quasi iurium sine patientia & scientia aduersarij non acquiritur.

¶ Epitome.

¶ Multis rationibus contendit Romanensem ecclesiã esse exemptam ab omni iurisdictione Archiepiscopi Viennens.

¶ De priuileg. Consilium. cccxxiiij.



Uiso processu cause agitate per, & inter venerabiles & egregios viros dominos sacristam, canonicos, & capitulum collegiate ecclesie beati Bernardi de Romanis actores originarios ex vna parte, & reuerendissimum in Christo patrem domi. Uiennensem Archiepiscopum reum parte ex alia, videtur eosdem do. sacristam, canonicos, & capitulũ debuisse, & debere pro se victoriam reportare in conuentionali causa contra eundem reuerendissimum dominum Archiepiscopũ Uiennensem intentata: tum quia † vt apparet ex literis apostolicis recolende me-
1 morie sanctissimorũ dominorũ Eugenij, Innocentij & Alex. summorum pontificum predicta Romanensis ecclesia fuit, & est exempta, ab omni iurisdictione dicti do. Uienneñ. archiepiscopi vtpote que in iis, & dicitur in predictis literis do. Eugenij, ad beati Petri ius spectare dignoscitur: & que vt in literis do. Innocentij asseritur ad Romanam ecclesiam nullo pertinere mediante, insuper & que, vt asseritur in predictis literis. do. Alexã. in fundo beati Petri edificata est: & Romane ecclesie summo pontifici censualis & tantum eis respondere tenetur. Cum enim in literis huiusmodi, non quidem per verba narratiua, siue enuntiatiua, sed per verba assertiua, palam exprimatur predictam Romanensem ecclesiã ad ius beati Petri spectare, vel ad Romanã ecclesiam nullo pertinere mediante, vel sibi esse censualem, & tantũ summo pontifici, & Romane ecclesie teneri respondere: videtur non immerito, sufficienter esse probata exemptio predicte ecclesie. c. cum olim. el. j. §. nos vero. de priuile. c. ij. de in inte. resti. & c. cum tempore. de arbit. no. Inno. & Host. in c. recepimus. de priuil. quod procedit etiam hodie cum vt apparet ex literis superius mentionatis, super assertione huiusmodi, fundetur intentio dictorum dominorum pontificum. Per ea que not. glo. & docto. in cle. literis. de probat. c. si papa. in princ. de priuil.

priuil.in.vj.predictis obstare videtur:illis nõ obstat:qꝛ illud
intelligendum est secundũ glo. in.d.cle.literis.quando super
verbis narratiuis põtificis non fundatur eius intẽtio. Hic
autem,vt predixi,verba non sunt narratiua, sed assertiua: ⁊
super quibus fundatur intentio dictorum dominorum pon-
2 tificum. Preterea † vbi essent verba narratiua,etiam facti
alieni,adhuc videretur eis standum,donec contrarium pro-
baretur.per ea que no.gl.in.d.cle.literis.super verbo, fecisse
narramus.qꝛ communiter sequuntur ibi doc.facit ꝙ hic su-
mus in antiquissimis,in quibus illa que alias esset semiplena
probatio, ⁊ minor obtinet vicem plene probationis sicut fa-
ma,per quam probatur dominium antiquissimum.not.Bal.
in.l.proprietatis.C.de probat.⁊ in.l.conuenticulam.versi.ex
ĳs infero ⁊c.C.de sacros.eccle.⁊ hoc exemplificat Jo.de imo.
in dicta cle.literis.in literis domini pape. vbi post Anto.de
but.dicit verba narratiua pape facere presumptionẽ in anti-
quis,que vni testi equiualeat:et que faciat in antiquis plenã
fidem.vt dicit probari per duas gl. simul coniunctas:quarũ
vna est,in.d.c.si papa.de priuil.⁊ alia in.c.cum olim.de censib.
⁊ hoc fuit de mente Jo.and.in regula,non licet.de reg.iur.in
vj.⁊ voluit Fran.de are.cons.xxxvj.exordiente, Casus talis
est,presupponitur in facto ⁊c.⁊ Anto.de but.in.c.j.de success.
ab intest.facit etiam pro premissis.ꝙ prefati do.summi pon-
tifices,videntur literas predictas demandasse, nõ ad ipsius
Romanensis ecclesie postulationem,sed vt ita dixerim pro-
prio motu:⁊ vt bene informati de exemptione. Pro quo etiã
facit,ꝙ vt apparet per attestationem,⁊ relationem reuerẽdi
in Christo patris.d.Episcopi Vincentini in ea parte,aposto
lica autoritate deputati reperta sunt. In libro censuum ca-
mere apostolice verba sequentia:ecclesia Romanẽsis,que spi
ritualis est ecclesie Romane,debet annuatim pro censu, vnũ
sestarium amigdalarum,per que etiam si alia cessarent,satis
videretur esse probata exemptio predicte ecclesie: per ea que
habentur expresse de libro censuali. in.c.ad audientiam. ⁊ ꝙ
ibi glo.⁊ doct.de prescri.Pro quo faciunt ea que habentur ⁊
not.per glo.⁊ docto. in.c.cum causam.de probat.per Bart.⁊
alios in.l.j.ff.si cert.pet. Nec opponat aliquis, quod huic re-
lationi dicti do.Vincentini standum non sit:quoniam vt bre
uiter me expediam, si huic relationi stari non debeat, stetur
saltem assertioni prefati do.Alexandri.⁊ dictis eius literis.
vbi palã asseruisse reperitur,se in libro censuali camere apo-
stolice inuenisse contineri, eandem Romanensem ecclesiam
esse spiritualem Romane ecclesie.Est ergo,⁊ probatur exem
pta.d.ca.si papa.§.j.de priuile.in.vj.quod si ita est,imo qꝛ est
ita,ergo prefati do.sacrista,canonici,capitulum,⁊ aliĳ clerici
eiusdem ecclesie sunt exempti.per ea que not. Jmo.⁊ Host.in
d.c.recepimus.de quo est hodie text.in.c. per exemptionem.
de priui.in.vj.Non igitur debuerunt,aut de iure potuerunt,
vtpote non subditi, per ipsum do.Viennensem,vel suos of-
ficarios,visitari:⁊ consequenter nec pro exsoluẽda procura-
tione:que vt infra dicam, est visitationi maxime annexa ex-
cõicari, aut moneri. Premissis aũt obstare non videnẽ que-
dam pretense litere domini Calixti secundi, obtente vt pre-
tenditur,⁊ in earum calce scribitur,Anno incarnationis do-
minice.M.cxxv.Cal.martĳ,pontificatus sui anno secundo.
3 Quoniam † vt legitur in cronicis, idem do.Calixtus assum-
ptus est ad pontificatum Anno domini.M.cxx.Non igitur
hic annus potuit dici pontificatus eiusdẽ. d.Calixti,annus
secundus,sed annus primus.Et sic vidẽtur litere huiusmo-
di esse false. Et propterea non videtur eisdem fides adhibẽ-
da.Cui etiam videntur non paruꝫ derogari ex eo,qꝛ licet ad
instrumentum prefati do.Viennensis fuerint prefati do. sa-
crista, capitulꝫ ⁊ canonici predicte ecclesie de Romanis,ci-
tati per commissariũ reuerendi patris,⁊ viri egregĳ domini
vicegerentis huius cause iudicis,vt venirent, ⁊ Vienne co-
ram eo comparerent visuri extrahi quedã pretensa iura eius
dem do.Viennensis,seu sancte Viennensis ecclesie de thesau
ris,seu archiuis:ipsiqꝫ comparuerint,⁊ repertis prefato do.
commissario,ac etiam sibi adiuncto,⁊ aliĳs qui adhuc aderãt
in camera, seu loco,in quo custodiri pretẽduntur dicta asser-
ta iura: ipsi tamen obtinere non potuerunt visionem dicte
pretense bulle: quo fit, vt cuidam pretenso transumpto pre-
dictarum literarum in dicta causa producto, fides adhiberi
non debeat,etiam si litere predicte essent vere:prout non cre-
4 ditur. Certum † est enim ꝙ extractio,seu exemplatio huius-
modi literarum fieri non potuit parte non vocata. Cuius il-
la est ratio, qꝛ testes ⁊ instrumentum pari passu ambulant. l.
in exercendis. C.de fide instr.c.cum Joannes.eo.tit.⁊.c.per-
uenit.de testi.cogen.quod presertim procedit vbi viget ratio
vniformis.c.inter corporalia.de transla.epis.⁊.l.illud.ff.ad.l.
aquil. Receptio vero, vel publicatio testium facta parte non
vocata,non valet.c.ĳ.de testi. ⁊.l.si quando. C.eo.titu. Ergo
idem erit de extractione,seu exemplatione instrumentorum
hinc est, ꝙ productio instrumentorum facta, in iudicio non
prodest, nisi pars vocetur ad dicendum contra: potest enim
instrumentum esse falsum, vel abrasum ⁊c. c. inter dilectos.
de fide instru. ⁊.c.tertio loco. cum simili.de probat. ⁊ ꝙ pars
vocanda sit,voluerunt do.de Rota,in decisione.x.exordien-
te,Fuit dubitatum vtrum instrumẽtum ⁊c.Debuerunt igi-
tur ipsi do.sacrista,capitulum ⁊ canonici vocari:ergo ⁊ audi-
ri.l.j.§.cum dicitur. ff. si cui plusquam per legem falcidiam.
Ad quid enim vocantur visuri fieri extractionem si venien-
tibus eis nõ fiat ipsis presentibus:vel saltem eisdem,ita fieri
postulantibus,non ostenduntur litere, vel documenta exem
planda: vt possint videre, ⁊ palpare, an sint cum integro si-
gillo:⁊ an integre, vel abrase: ⁊ alias inspici, prout oportet.
Etiam nec obstant quedam pretense litere,domini Lotharĳ
5 asserti imperatoris:tum qꝛ in eis † non apponuntur anni do
mini:qui tamen apponi debuerant. capit. in nomine domini
xxiĳ.dist.not.Specu.versi.subsequenter ponuntur anni do-
mini ⁊c.not.doct.in.c.j.de fide instru. Non etiam in eis poni-
tur locus actus,de quo ibi:qui tamen poni debuit.vt no.glo.
in.c.abbate.in verbo,donatio.de re iudi.in.vj.⁊ docto.in.d.c.
j.⁊ Jo.de pla.in.l.generali.C.de tabula.lib.j.Preterea vel di
cte pretense litere fuerunt male exẽplate vel in eis est,in mul-
tis locis m,ala,⁊ inexcusabilis latinitas: que literas vitiat.c.
ad audientiam.el.j.de rescript. quod licet loquitur in literis
aliorum principuꝫ.vt ibi voluit Panor.Bar.in.l.plancius.
in fi.ff.de auro ⁊ argen.lega.⁊ Bal.in.l.cum quid.circa prin.
C.de fideicom.⁊ maxime hoc procedere debẽt in literis im-
peratorĳs, cuius cancellaria non presumitur esse sine viris
doctissimis. Postremo dicte pretense litere etiam si carerẽt
omni vitio, non tamen videntur suffragari dicto do. Vien-
nensi:per ea que habentur.in.c.tua.⁊ quod ibi glo.⁊ docto.de
deci.⁊.c.bene quidem.xcvj.dist in.Cum etiam debent prefati
do.sacrista,capitulum ⁊ canonici,prout predixi, obtinere qꝛ
6 cum procuratio † sit visitationi annexa,vt no. Pau.de leasa.
⁊ Jo.de imo.in cle.de iur.patro.⁊ probatur in. c. cauendum.
x.q.iĳ.ad visitationem teneri videntur,non quidem ecclesia-
rum patroni,sed ipse ecclesie visitate, seu illarum rectores,⁊
populus:vt videtur probari in.d.c.cauendum.Pro quo be-
ne facit,vt videtur quod habetur in dicta cle.j.de iur.patro.
⁊ in.c.j.de preben. in. vj. Ad quid enim vt ibi olim extitisset
constitutum,vt diecesani locorum ad presentationem eorum
de quibus ibi, nullum ad aliquam ecclesiam reciperent, nisi
tantum ei de prouentibus ipsius ecclesie coram eis fuisset as-
signatum,vnde iura episcopalia possent soluere,⁊ congruam
habere sustentationem, nisi rectores ad iura huiusmodi de
iure tenerentur:profecto causa alia non apparet. Inter hec
autem iura est procuratio.ca.conquerente.cum suis similib.
de offic.ordi.ad illam ergo tenentur de iure communi non di
cti do.sacrista,capitulum ⁊ canonici, sed rectores dictarum
ecclesiarum:presertim alio non apparente, prout nec appa-
ret.Cui non obstat quedã pretensa arbitralis sententia lata
vt pretenditur, per egregios viros dominos Lancelotum
liatardi,Thomam capitis nigri, Joannem perini,⁊ Petrũ
selacĳ,quia de illa non constat.Et quidem non per quoddam
pretensum instrumentum receptum,vt ex aduerso pretendi-
tur,per magistrum Stephanum perreti, ⁊ degrossatuꝫ, per
magistrum Ludouicum perreti:quia illud, vtpote nullum,
nihil probat. Non enim in eo ponitur annus, late dicte pre-
tense sententie:qui tamen vt superius dixi,poni debebat.Nõ
etiam apparet ꝙ in schedula dicte pretense sententie, vel in
pede post illius scripturam.vel etiam a dorso,vbi pretendũ-
tur, certa verba fuisse scripta per ipsum magistrum Ste-
phanum fuerit facta subscriptio, vel signum eiusdem magi-
7 stri Stephani appositum, quod tamen fieri † oportebat ad
validitatem scripture.per id quod not.gloss.in.d.l.generali.
docto.in.c.j.de fide instru.⁊ fuit de mente Bar.in.l.si quis ex
argentarĳs.§.si initium.in repetit. ff.de eden. Nec opponat
aliquis ꝙ in dicta pretensa schedula, vel in ea scriptura que
a dorso facta pretenditur manu eiusdem Stephani,repetiti
censeantur annus ⁊ subscriptio notarum precedentium: per
ea que habentur,ac etiam notantur per Bart.⁊ docto.in di-
cto.§.si initium.quoniam respondeo,ꝙ dicta pretensa sentẽ-
tia non reperitur scripta manu eiusdem magistri Stepha-
ni:sed vt affirmat prefatus Ludouicus,manu dicti domini
capitis nigri.Et quia etiam licet idem Ludouicus affirmet
se schedulam huius pretense sententie, reperisse inter alias
notulas eiusdem quondam magistri Stephani, non tamen

refert. ꝙ illa esset in eodem libro, vel alijs consuta erat forte cum notis in filza, vel etiã extra filzam inter eas, sicut vnus lapis in aceruo, aut congerie lapidum, inter multos lapides sine cemento, calce, vel arena: quo casu non potest notari aliqua consequentia: nec dici, ꝙ annus, vel subscriptio precedẽtis, aut precedentium notarum censeri debeat repetitus in alijs. vt voluit Bar. in repetitione. d. §. si initium. versi. quero, circa hoc, quid de pluribus actis ⁊c. dum loquitur, de cuternis, ⁊ scripturis infilzatis. Etiam nec probatur dicta pretensa sententia per testes: quia licet, aliqui videantur de ea deponere super nono, seu decimo articulo, schedule exordientis, Proposite exceptiones ex parte eiusdem do. Viennensis in ipsa causa producte, illi tamen non probant dictam pretensam sententiam. In illo enim articulo non est proposita, vel deducta hec pretensa sententia, sed quedam alia lata per quosdam alios dominos arbitros, ⁊ sub presentia illustris viri domini Joannis conuenarũ comitis gubernatoris Delphinatus. Cuius etiam sententie fit commemoratio in dicta pretensa schedula. Deponunt igitur dicti asserti testes extra articulata: ⁊ consequenter non iurati: cum ex commissione facta per eundem reuerendum dominum vice gerentem solum audiri, ⁊ examinari debuerint super articulatis: ac illi super illis, ⁊ producti ⁊ iurasse reperiantur dedu-
8 cendo veritatem super illis. Et sic † non est eorũ dictis fides adhibenda quatenus deponunt extra articulata. l. iurisiurandi. C. de testib. not. Barto. ⁊ doctor. in. l. si duo patroni. §. idem Julianus. ff. de iureiur. Preterea † non apparet ꝙ illa pretensa sententia promulgata extiterit, vel alias partibus publicata: de quo tamen apparere oporteret: cum alias sit nulla. vt dici solet de sententia iudicis. sunt enim arbitria ad instar iudiciorum ⁊c. l. j. ff. de arbit. non apparet etiam ꝙ vocatis, ⁊ auditis do. sacrista, capitulo, ⁊ canonicis dicti pretẽsi do. arbitri processerint in causa, de qua in eos pretẽditur extitisse compromissum. Et sic etiam ex eo capite fuisset nulla ipsa asserta sententia: vbi de ea apparet, prout non apparet. Non potuit igitur nec potest idem do. Viennẽ. in vim eiusdem sententie exigere a prefatis do. sacrista, ⁊ alijs procura-
10 tionem de qua in actis. Nec puto † preter eundem ꝙ procuratio ab inuitis exigi non potest in pecunia. ca. j. §. procurationes. c. exigit. ⁊ c. felicis, de censi. in. vj. male ergo pretẽdit prefatus do. Viennensis dictos do. sacristam, ⁊ alios posse cogi ad soluendum procurationem in pecunia. Et sic videtur quo ad petita in conuentionali causa condemnandus. Nisi forte opponat aliquis, ꝙ in cursu cause huius non apparuerit, vel appareat de monitione mentionata in libello dictorum dominorum sacriste ⁊ aliorum. Quoniam respondeo ꝙ satis apparuit, ⁊ apparet de molestatione prefati do. Viennẽsis in articulis parte eius oblatis. Et presertim in primis, ⁊ vltimis. Contendit enim se posse procurationem etiam in pecunia exigere ab ipsis do. Sacrista, ⁊ alijs que contentio, seu controuersia sufficit ad actionem intentatam. per ea que ponit Bar. in. l. si prius. el. j. vers. quinto oppono. ff. de no. oper. nunc. ⁊ Lap. in suis allegationib⁹, allegatione. lxv. exordiente, Nunquid ecclesia. post Spec. tit. de actio. ⁊ peti. §. superest vers. sed noster quid ⁊c. Ang. are. in. §. eque. vers. addas tamẽ singulariter. instit. de actio. pro quo facit. l. is qui se obtulit. ff. de rei vendic. ⁊. l. fi. ff. si vsufruct. pet. facit etiam in ratione sui, quod not. Inno. Host. Joan. and. ⁊ doct. in. c. suborta. de re iudi. Preterea hic est aduertendum ꝙ prefati do. sacrista, capitulum, ⁊ canonici, non solum conquesti sunt de monitione, de qua in actis, nec solum petierunt. vt prefatus do. Viẽnẽsis cessaret ab huiusmodi, vel inquietatione facta per medium illius, sed etiam petierunt ne de cetero inquietarentur in libertate, in qua pretendunt ecclesiam de Romanis, cum clero ⁊c. Et ne vt patroni ecclesiarũ de quibus in eisdẽ actis visitarentur: ⁊ ad solutionem pretense procurationis cogerentur. Super quibus omnibus idem do. Viennensis cõtradictionem interposuit, pretendens ecclesiam Romanensem, clerum ⁊ populum esse sibi subditos: vtpote quos esse pretẽdit in dieceſi, ⁊ de dieceſi Viennensi. Et in eis habere ea omnia, que sunt legis diecesane. Pretẽdit preterea ecclesias sanctorum Christophori montismirati, ⁊ alias de quibus in eisdem actis, non solum esse in dieceſi, ⁊ de dieceſi Viennensi. Et propterea se habere ⁊ habere debere iura episcopalia: ⁊ ea que sunt legis diecesane: sed etiam dictos do. sacristam, capitulum ⁊ canonicos, sicut patronos ecclesiarum huiusmodi teneri ad procurationem sibi etiam in pecunia exsoluẽdam. Et sic nemini venire debet in dubium, quin do. sacrista, capitulum, ⁊ canonici appareant sufficienter inquietati, turbati aut molestati: ad hoc vt obtinere debuerint in actione ꝑ eos intentata: etiamsi probata nõ esset monitio, de qua supra, per ea que vt superius dixi. not. Bart. in dicta. l. si prius. ⁊ alij in locis superius allegatis. quod videtur procedere non solum si pretendatur intentata actio negatoria, sed etiam si dicatur intentatum interdictum vti possidetis. per id quod voluit Bal. in. l. ordinarij. vers. deinde quero. ego ago ⁊c. ⁊ Anto. de but. in cap. audita. de restit. spolia. ⁊ quod ponit Bald. in sua disputatione. incipiente, Accusatus de vi turbatiua ⁊c. vbi
11 dicit, ꝙ quoad interdictũ † vti possidetis satis dicitur reus turbare actorem eo ipso ꝙ negat eum possidere: q̃ turbare est obscurum facere, quis possideat. vt not. glo. fina. circa medium. in. l. extat. ff. quod met. cau. dicit etiam idem Bal. in. l. non ab re. C. vnde vi. ꝙ eo ipso, ꝙ quis in iudicio contendit se possidere contra me possessorem, ipse sic contendens censetur me turbare. Insuper quia idem reuerendissimus do. Viennensis videtur in dictis eius primis articulis, ⁊ secundis non solum voluisse excipere aduersus intentionem prefatorum do. sacriste, capituli, ⁊ canonicorum, sed etiam eos reconuenire, quanuis vt videtur, non satis patenter, dico ꝙ ẽt quoad hoc debent ipsi. d. sacrista, capitulũ, ⁊ canonici quo ad illa que videri possunt in reconuentione petita pro se, sententiam reportare, ⁊ absolui vel ab impetitis, vel ab instantia cause huius, ⁊ iudicij obseruatione: causis sequentibus:
12 tum q̃ cum super reconuentione huiusmodi, non † reperiatur, lis extitisse contestata, processus huiuscemodi reconuentionis fuit nullus: ⁊ talis venit declarandus: quanuis hoc petitum non extiterit. c. j. de lit. contest. Nisi forte dicatur ex aduerso, hunc processũ posse defendi per cle. dispendiosam. de iudi. sed hoc non videtur: quia verba dicte cle. non videntur posse adaptari huic cause: ergo illa hic locum non habet: quia vbi cessant verba constitutionis, cõsequens est vt etiam cesset eiusdem dispositio. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quotid. ⁊ esti. l. ita autem. ff. de administr. tuto. l. iiij. §. abesse. ff. de dam. infecto. l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acquirenda hered. Tum etiam videntur debere absolui, presertim quoad illam querelam, quam fecisse pretenditur idem do. Viennensis, de pretenso impedimento sibi facto: vt pretendit, ne confirmationis sacramentum in dicta Romanensi ecclesia conferret: quia cum vt dicit Barto. ⁊ docto. in. l. gallus. §. j. ff. de liberis ⁊ posthu. ⁊ Cyn. in. l. edita actio. in. v. q. C. de edend. illa actio
13 dicatur † intentata in libello, que ex verbis illius colligi potest. Et cum idem do. Viennensis archiepiscopus dixerit se fuisse ⁊ esse in possessione ⁊c. ac in ea inquietatum, ⁊ turbatũ per dictos do. sacristam, ⁊ canonicos, censendus est idem do. Viennensis intentasse interdictum vti possidetis pro defensione dicte pretense possessionis. Sed in hoc obtinere non potest: duabus de causis. Prima. quia cum vt dixi prefata Romanensis ecclesia, ⁊ clerus sint exempti ab omni iurisdictione ordinaria eiusdem do. Viennensis, ⁊ immediate subijciãtur Romane ecclesie, ⁊ summo pontifici, non potuit idem. d. Viennensis per illas pretensas celebrationes ordinum, vel
14 acquirere † aliquam possessionem, seu quasi, sine scientia, ⁊ patientia Romane ecclesie. lege secunda, ⁊ quod ibi per gloss. ⁊ docto. C. de seruitu. ⁊ aqua. ⁊ quod not. docto. in. l. quod meo. ff. de acquir. poss. Bal. Anto. de but. ⁊ doct. in dicto cap. conquerente. de offi. ordina. Ipse vero do. Viennensis scientiam huiusmodi non probauit: quinimo nec deduxit, sibi ergo defuit, ⁊ deest alterum principale ex extremis interdicti vti possidetis. Secunda quia si verum esset, ⁊ probaretur eundem domi. Viennensem fuisse in quasi possessione eorum de quibus ibi, ipse illam perdidisset: propter illa pretensa impedimenta. per id quod habetur in. l. clam possidere. §. fin. cum. l. sequenti. ff. de acqui. poss. ⁊. l. j. §. siue autem. ff. de vi ⁊ vi arma. ad quod bene faciunt not. per Inno. Host. Jo. and. ⁊ alios in dicto cap. suborta. de re iudica. non igitur debebat idem do. Viennensis, nec de iure poterat intentare interdictum vti possidetis, ad causam illorum pretensorum impedimentorũ. Nec etiam confessoriam actionem obstantibus literis apostolicis, de quibus supra: per quas, vt predixi, probatur ꝙ dicta Romanensis ecclesia est exempta.

1 ☞ Emens aliquid suo proprio nomine etiam si emat ex pecunia redacta ex bonis communibus, sibi acquirit, ⁊ non alijs.
2 Filij ab intestato equaliter patri succedunt exclusis patruis ⁊ amitis ⁊c.
3 Filio ab intestato succedunt mater ⁊ fratres ipsius filij.

4 Maritus, an lucratur fructus rerum dotalium etiam si matrimonium fuerit nulliter contractum ex defectu etatis.

¶ Epitome.

¶ Ut in secundo, tertio, & quarto collectaneis.

¶ De hereditate ab intestato, & soluto matrimonio.
¶ Consilium.ccxxv.



Visis instrumentis, & aliis scripturis parte proborum virorum Sonardi & Blasii darbonis, contra & adversus Bartholomeum boueroni, & dubiis ex casu occurrenti elicitis. Auditis preterea iis, super quibus me informari oportuit per eiusdem Sonardum, dico in primis, quod si pro veritate presuponimus, bona per Antonium Boueroni fratrem eiusdem Bartholomei acquisita fuisse proprio ipsius Antonii nomine, illa
1 † fuerunt sibi duntaxat acquisita, & non alicui eius fratri, aut sorori, etiam si pecunia redacta ex bonis communibus, bona huiusmodi extitissent acquisita, seu empta, per ea que habentur in.l.si patruus.& quod ibi per doctor.C.communia utriusque iudi.& in.l.Titium & Meuium.§.altero.ff.de administra.tuto.in illis igitur nihil petere potest honesta mulier Catharina bouerone, uxor prefati Sonardi, tamen soror eiusdem quondam Antonii. Puto tamen quod ubi idem Antonius eius frater vendidisset omnia bona paterna, & tantum tempus lapsum esset, & preteriisset a tempore venditionis huiusmodi, quod tunc obstante prescriptione, non posset eadem Catharina experiri, vel agere quod sua legitima contra emptorem & possessorem bonorum huiusmodi, posset eadem Catharina in subsidium ratam vel ratas habere venditiones factas per dictum Antonium: & deinde super dictis eius bonis petere legitimam. per ea que habentur in.l.i.& quod ibi docto.C.de reb.alie.non alien. Erat autem legitima sua decimaquinta pars omnium bonorum, probi quondam viri Huberti boueroni: quia cum ille, ut audio, ab humanis decesserit superstitibus tribus filiis masculis, & quatuor filiabus, legitima eorum omnium bonorum, fuit semis, seu dimidia pars bonorum eiusdem quondam Huberti equis portionibus inter eos dividenda. auth.de trien.& semis.§.i.collat.iii.& transumptive.in auth.novissima.C.de inoffic.testa. Erat igitur legitima ipsius Catharine septima pars dimidie partis, que est decimaquarta pars omnium bonorum. Dico preterea, quod cum ut audio, dictus quondam Antonius ab humanis decesserit intestatus superstitibus, & sibi superuiuentibus Claudio, &
2 Margareta eius filio, & filia naturalibus, & † legitimis, illi sibi successerunt ab intestato: quilibet videlicet pro semisse, seu dimidia parte, repulsa prefata Catharina eorum amita, & aliis quibuscunque.authen.de heredi.ab intesta.§.i.collat.ix.& transumptive.in auth.in successione.C.de suis & legiti.liber.& instit.de hered.que ab intesta.defer.circa principium. Deinde vero cum vita functus est, & decessit intestatus & sine liberis idem Claudius boueroni sibi successerunt non detrada
3 sine eiusdem Claudii mater, † & prefata Margareta ipsius Claudii soror: quelibet videlicet pro dimidia parte.auth.de functo.C.ad Tertul.& in corpore unde sumitur. Quo fit, ut cum post mortem eiusdem Claudii prefata monneta eiusdem Claudii transegerit cum dicto Bartholomeo boueroni, & in transactione sibi remiserit, & cesserit omnia iura sibi competentia, & competitura in, & super bonis & hereditate prefati quondam Antonii boueroni, censeatur saltem ultra dotem si que sibi debebatur, remisisse quartam partem bonorum, & hereditatis, eiusdem quondam Antonii per mortem dicti Claudii eius filii, non autem videtur huiusmodi cessio & remissio debere extendi ad bona dicte Margarete tunc viventis. In quibus postea eidem Margarete successit: quia de bonis huiusmodi fieri non poterat remissio, vel cessio.l.fin.C.de pact. Hanc etiam quartam partem censetur dictus Bartholomeus donasse prefatis Catharine, & Margarete. Non autem alias tres quartas partes, seu tres quadrantes peruentos ad prefatam Margaretam. Et hoc esset verum, nisi ut predixi datum esset intelligi prefato Sonardo, & fratri per dictum Bartholomeum quod omnia bona erant prefatarum Catharine & Margarete. quod si ita esset, putarem, quod ratione sui doli teneretur idem Bartholomeus vel dimittere eisdem Sonardo, & Catharine dimidiam partem bonorum huiusmodi, vel tantundem de suis sibi dare: & hoc ne idem Sonardus uxorem habeat sine dote, dolo & versutia dicti Bartholomei. Super quo tamen articulo ulterius non scribo. Hoc excepto, quod non tenentur ipsi Sonardus & Catharina dictam dimidiam partem, aut aliquam illius particulam eidem Bartholomeo restituere donec de tanto eisdem satisfactum extiterit: cum de ipsius Bartholomei consensu dimidia huiusmodi ad eos peruenerit, argu.l.si non sortem.§.si certum.ff.de condict.indeb.& eorum que ponunt docto.in.l.fi.C.de commoda. Preterea cum idem Bartholomeus cesserit, & remiserit non solum iura sibi competentia in & super bonis &c. sed etiam competitura, non erit fortasse nec maledictum, nec iniuriosum: & eidem Bartholomeo dicere, quod dicti Sonardus & Catharina retinere possint predictam medietatem, etiam si non probent, quod tempore contracti matrimonii inter eos, idem Bartholomeus asseruerit, & intelligi dederit dicto Sonardo darbonis, quod etiam bona predicta erant dictorum Catharine & Margarete: quia certum est, quod non solum: potest quis regulariter, donare bona sua presentia, sed etiam futura: dum tamen non donet omnia presentia, & futura: nec auferat sibi testamenti factionem. Hec colliguntur ex iis que not.doctor.in.l.fi.C.de pact. Dictus autem Sonardus non donauit omnia bona sua presentia & futura, sed duntaxat bona & iura sibi competentia, & competitura. In bonis designatis in instrumento constitutionis dotium, & sic non potest donatio huiusmodi impugnari tanquam facta de omnibus presentibus, & futuris. Et hec omnia procedunt quo ad casum dicti Sonardi. ¶ Quo vero ad prefatum Blasium eius fratrem. dico, quod cum dicta Margareta esset minor.xii. annis, quinimo & octo, non tenuit matrimonium inter eos contractum nec etiam valuit pactum factum de lucranda medietate bonorum ipsius Margarete, in eum casum, in quem
4 primo decederet: prout & decessit. An autem † idem Blasius qui ut dicitur dictam Margaretam alimentauit & vestiuit lucratus extiterit fructus bonorum dotalium, de hoc sunt opiniones. glo.enim.in.l.si ante.ff.sol.matr.& in.l.dotis fructus.de iure dot.quam ut plurimum sequuntur doctor. quibusdam casibus exceptis, tenuit quod non. Contrarium tenuit Azo, prout refert gl.in dicta.l.si ante.etiam contrarium sensisse videtur glo.in.l.secunda.C.de dot.promis.& mouebatur Azo pro eo quia eadem est ratio, in isto, que in viro: ideo enim lucratur maritus fructus bonorum dotalium, pro eo quia sustinet onera matrimonii, dicta.l.dotis fructus. ergo iste Blasius fructus lucrari debuit postquam presupponitur onera predicta supportasse: quia hic eadem ratio. ergo idem ius statui debet.l.illud.ff.ad legem Aquil.hoc etiam videtur voluisse Specu.titu.de donatio.inter virum & uxorem.§.fin. vers.quod si mulier &c. ubi voluit quod licet de iure fructus repeti possint, secus tamen de equitate. Dicit etiam Alberic. in dicta lege, fructus.in principio, versiculo, quid si aliquid de facto &c. quod si mulier perseuerauerit in prima voluntate, hoc est in voluntate nubendi illi, cui est desponsata usque ad legitimam etatem maritus lucratur fructus. Pro quo allegat.l.in insulam.§.primo.ff.solu.matrimo.& l.penultima.C. quod falsi.tuto. Preterea ut audio dicti fructus erant modici, & qui non sufficiebant, nec suffecerunt ad alimentandam, & vestiendam dictam quondam Margaretam, non ergo tenetur idem Blasius ad illorum restitutionem: sed debet compensari cum sumptibus alimentorum, & vestium. videtur enim idem Blasius ideo eandem Margaretam alimentasse, & vestiisse, ut fructus lucraretur, non animo sibi donandi alimenta, & vestimenta huiusmodi.arg.l.sed si lege.§.consuluit. ff.de petitio.heredi.& l.si vero non remunerandi.§.idem papinianus.ff.manda. vel videtur idem Blasius eandem Margaretam voluisse alere, & vestire de frugibus dictorum eius bonorum.l.Mesennius.ff.de negot.gest.& l.fina.ff.de petitio. hered. Pro premissis facit quod voluit Alexan.de Imo. in dicta.l.si ante.ff.solu.matrimo.ubi dicit quod etiam ubi maritus sciebat matrimonium non esse legitime contractum, tamen si ipse lucratur fructus usque ad necessarias vel utiles impensas: etiam si mulier erat minor: quia tantundem locupletior censetur.l.apud celsum.§.si quis pupillo.ff.de exceptio. & quia etiam male fidei possessor tales expensas deducit.lege, domum. C.de rei vendic.& not.in.l.in fundo.ff.eodem titulo. Ex quibus infero, quod cum ultra, & preter alimenta, & vestimenta predicta prefati Blasius & Sonardus soluerint multa

debita hereditaria, in quibus bona predicta erãt obnoxia: & pro quibus tenebantur heredes dicti quondã Antonij ipsi possunt illi repetere, saltem pro medietate, si contingat eundem Bartholomeum euincere medietatem bonorum predictorum: quia soluendo debita huiusmodi, vtiliter gesserunt negotia. l. soluendo. ff. de nego. gestis. Nec debent pretia, pro huiusmodi debitis soluta compensari cum fructibus: quia vt predixi illa compensantur, cum alimentis & vestimentis. Et ita mihi videtur sub correctione &c.

¶ Epitome.

¶ Locus & tempus apponi debent in libello iniuriarum siue ciuiliter, siue criminaliter agatur: alias libell⁹ est ineptus & propterea reijciendus.

¶ De libel. concept. Consilium. cccxxvj.



Deliberando in, & super quodam pretenso libello, seu petitione in hac causa oblata parte venerabilis, & religiosi viri domini Jacobi de Vaesco pretensi prioris, & commendatarij ecclesie beati Stephani de speluchia, contra & aduersus probos viros Symonicum & Andream arnaudi eiusdem loci, ipsi Arnaudi seu eorum legitimus procurator, procuratorio nomine ipsorum, dicunt, & proponunt libellum huiusmodi fuisse & esse nullum, & ineptum: & alias talem, cui respondere non tenentur, ea potissimum ratione quia cum in libello huiusmodi arguantur ipsi Arnaudi quanuis minus ciuiliter & iniuste, de pretensis dolo, fraude & mẽdacio debuerunt in libello seu petitione huiusmodi apponi, & describi locus, ac annus & mensis illius pretense dolose, mendacis, & fraudulente assertionis vnius sextoryate prati cum dimidia per ea que not. Bartol. in. l. pretor edixit. in principio. ff. de iniu. & in. l. idem exigit. ff. de dolo. & ipse Bartol. Alexand. de Imo. & doctor. communiter. in. l. edita actio. C. de edend. non enim debet idem do. prior. in tanto discrimine vagari in detrimentum dictorum Symonis & Andree Arnaudi. dicta. l. pretor edixit. in princip. facit cap. tue. de procur. facit etiam quod not. Bartol. in. l. j. §. interdictum. versiculo. item quero vtrum &c. ff. vti possid. Alexan. de Imo. in. l. si prius. versicu. non obstant allegata in contrarium &c. ff. de noui ope. nunt. & Angel. Aret. in. §. quadrupli. in materia interdicti vti possidetis. versic. item dixi in libello de anno presenti &c. institu. de actio. Ex quorum dictis colligitur, quod licet interdictuz vti possidetis. sit actio ciuilis, tamen vbi arguitur dolus turbantis, debent apponi in libello locus, annus, & mensis turbationis. a simili igitur, quanuis actio ex aduerso intentata sit actio ciuilis, tamen quia ex capite pretẽsorum doli, fraudis & mendacij per dictos Symonduz & Andream, vt ex aduerso pretenditur commissorũ petuntur res, de quibus in actis declarari commisse, debuerunt in libello huiusmodi describi locus, annus & mensis commissorum doli, fraudis, & mendacij huiusmodi. Preterea licet in libello huiusmodi, nihil dictum, aut propositũ extiterit. Propter quod dici posset, vel inferri terram de qua in eo, cecidisse in cõmissum, in illius tñ cõclusione petitum est declarari etiam terrã predictam cecidisse in commissum. quod fieri non debuit, nec de iure potest: etiam si verum esset, prout non est, quod dicti Symondus & Andreas fraudulẽter, mendaciter, & dolose se habuissent, circa veram relationem pretij, & quantitatis prati, in predicto libello mentionati, quia non est aliquis puniendus vltra, quam deliquerit. Et merito, quia non debet vltra procedi pena, quam reperiatur delictum. l. sancimus. C. de penis. l. Paulus respõdit. ff. ad trebel. l. heres. ff. de ijs qui. vt indig. l. ex facto queritur. §. Julianus. ff. de vulg. & pupill. Pro quo facit. c. vassallus si feudum. & quod ibi gloss. Alua. & doct. si de feu. controuer. fuer. inter do. & agna. & capi. j. & quod ibi glo. & docto. de vassal. qui contra constitu. lotha. Postremo quanuis in dicto pretenso libello pretendatur eundem dominum priorem esse dominum directum prati & terre predictarum, tamen in dicto libello petitur declarari pratum & terram huiusmodi spectare & pertinere eidem do. priori iure dominij seu quasi. Sunt & alia ex quibus dictus pretensus libellus venit, & est repellendus: & ipse dominus prior, condemnandus in expẽsis, quod fieri petunt, postulant, & requirunt ipsi Arnaudi, seu dictus eorum legitimus procurator, procuratorio nomine ipsoruz. Et alias ius & iustitiam sibi fieri, & ministrari, verum iudiciale officium in opportunis humiliter implorando. Premissa dicentes, proponentes & fieri requirentes, saluo iure corrigendi &c.

¶ Epitome.

¶ Asserens aliquid ad dictũ alterius fide digni, item & succedens in ius alterius excusatur a dolo, & fraude, etiamsi in assertione huiusmodi mentiatur, nisi adsit propositum delinquendi.

¶ De dolo. Consilium. cccxxvij.



Etiam si verum esset, ꝙ pratum quod vendidisse dicitur probus vir Gulielmus treulha habitator loci spelucie prouidis viris Symondo & Andree arnaudi, re vera contineret duas sextoriatas prati, quia tamẽ tempore facte vẽditionis idem Gulielmus venditor dixit, & asseruit dictum Pratum esse vnius sextoriate cum dimidia, non conuincerentur ipsi Symondus, & Andreas de aliquo pretenso dolo, mendacio, seu fraude: nisi etiam probaretur ꝙ ipsi Symondus, & Andreas sciebant pratum huiusmodi esse duarum sextoriatarum: quod enim dicitur a persona fide digna inducit iustam causam credulitatis. vt not. glo. in. l. titio fundus. ff. de condit. & demonstratio. quam ad hoc pro no. allegat Bald. in. l. iudicia. C. de rei vendi. & Ang. in. l. prima. in principio. & ibi etiam Baldus in lectura antiq. ff. de eo per quem fact. erit. Barto. in. l. qui fundus. §. procurator. ff. pro empto. & in. l. non soluz. §. morte. versic. tertio principaliter. ff. de noui oper. nuntiat. pro quo facit quod voluit Bartolus in. l. celsus. & quod ibi Alexan. ff. de vsucapi. deberent igitur prefati Symondus, & Andreas ex hac causa excusari. Cui addo aliam causam, quia successerunt in ius alterius. regula qui in alterius. ff. de regulis iuris. & regula, cum quis. eodem titulo, in sexto, vbi enim cessat propositum delinquendi, cessat & delictum. lege, si ignorans. & quod ibi Baldus. ff. loca. Pro quo facit quod habetur in capi. vassallus si feudum. si de feu. controuersia fuerit inter do. & agna. arguendo a contrario sensu: qui modus arguendi est in iure fortissimus. lege, prima. §. huius. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdic. Preterea vt audio, quicquid dicatur ex aduerso, dictum pratum non continet vltra vnaz sextoyriatam cum dimidia, prout probari poterit per mensurationem fiendam per agrimẽsores, & expertos in talibus, quos iuramẽto ab eis exacto metere debebit iudex: & ad hoc debet venerabilis vir dominus Prior eorum aduersarius aduertere, ne dictos Symondum & Andream vexet, vel opprimat indebite. Est enim nobilis & persona ecclesiastica, & vt puto hic agit, vel agere debet nomine ecclesie. ecclesia autem vtpote cultrix, vel auctrix, iustitie, non patitur contra iustitiam aliquid fieri, in se, vel in alterum. ca. j. versic. sed diuersum obseruatur in ecclesia. de aliena. feu. facit cap. j. in princ. de statu. & consuet. contra liber. eccle. & maxime debet ad premissa attendere cum ipse do. Prior eosdem Symondum & Andream post factam requisitionem inuestiuerit de pretio premẽtionato, cuius fortasse presumitur habuisse notitiam, & sciuisse quantum contineret. argu. l. quisquis. C. de rescindenda venditione. & si nesciebat, debebat inquirere antequã inuestiret: vt sic plenius informatus, vel inuestiret, vel iure prelationis retineret: quanuis etiam audiam, ꝙ ante quancunque venditionem eiusdem prati fuerit per Gulielmum treulha venditorem requisitus, an illud emere vellet, qui audita canonis, seu census quantitate, respondit quod non. & eidem Treulha dixit, vt pratum venderet, cui vellet. Que omnia vt audio probabuntur. ex quibus apparet dictos Symondum, & Andream habere, & habituros multas defensiones tempore & loco deducendas.

Subdit

1 ☞Subditi an et quando possunt convertere eorum terras in prata in preiudicium sui domini. et nu. 5.
2 Proprietarius invito usufructuario non potest imponere servitutem fundo, si usufructuarii conditio efficiatur deterior.
3 Ager incultus non potest reduci ad culturam invito eo cui in eo debetur servitus pecoris depascendi.
4 Jus percipiendi vintenum, an sit servitus personalis.
6 Pacta facta in contractu emphyteutico servanda sunt.
7 Contractum non servanti, aut fidem nec etiam ei servatur.
8 Dominus emphyteuta non vocato potest dare bona emphyteutica alteri quando per triennium cessatum est in census solutione.
9 Contractus nominati non resolvuntur post eorum exequutionem propter non observantiam alicuius partis.
10 Res inter alios acta, aliis neque prodest, neque nocet. Consuetudo servanda est ubi de ea apparet.
11 Animalia sua potest quisque depascere in suis terris.
12 Refectio murorum, pontium etc. diversimode ad diversos pertinet.

¶Epitome.

¶Ut in primo, sexto, et ultimo collectaneis.

¶De servit. et de iure emphy. Consilium.ccxxviii.



Viso casu mihi exhibito exordiendi. Dominus de Albondo, et dubiis ex eo elicitis, dico et respondeo quod ad dubia huiusmodi, non possum tute, vel secure respondere, nisi primitus viso instrumento transactionis, et aliorum contractuum, in casu, et dubiis huiusmodi plenius mentionatorum: presertim quatenus casus, et dubia huiusmodi descendunt ex instrumentis. Et primo quidem non possum tute respondere ad primum dubium, in quo queritur, an homines de quorum terris, et vineis, seu ut aptius loquar, de fructibus inibi excrescentibus domini de Albondo percipiunt, et percipere consueverunt vintenum
1 in vim transactionis, de qua in casu, possint † terras, vineas huiusmodi, in prata convertere, de quorum fructu, seu herba nihil percipiunt domini de Albondo. Possent enim verba trãsactionis talia esse, et sic fuisse cõcepta, quod ipsi homines mutationem seu conversionem predictam facere non possent. Rursum possent ipsa verba talia esse, et sic concepta, quod ipsi eorũ terras, et vineas in prata mutare possent: ut verbi gratia, si verba trãsactionis hoc haberẽt, et dicerẽt quod domini de Albondo, qui erant tempore transactionis huiusmodi, et pro tempore forent, possent percipere vintenũ fructuum excrescentium, et pro tempore exeturorum in illis prediis, que tunc erant terre, vel vinee, tunc putarem quod homines, incole, vel habitatores, non possent terras, vel vineas huiusmodi in prata convertere invitis dominis de Albondo, quibus per conversionem seu mutationem huiusmodi fieret preiudicium. arg. l. preses. et l. si manifeste. C. de servitu. et aqua. et l. ii. in fi. C. ad legẽ Aquil. Pro quo facit. l. sed et si quid. §. sed nec servitutem. cum. l. sequ. ff. de usufructu. ubi habetur, quod † proprietarius non potest invito usufructuario imponere servitutẽ illi fundo, ex quo deterior fiat cõditio usufructuarii. idẽ probatur in. l. locus. §. i. ff. de usufructu. l. si usufructus. §. rescripto. ff. de aqua plu. arc. et l. si eo. in prin. ff. si servit. vendit. Per que iura deciditur, quod si dominus predii in quo debentur pascua, seu ius depascendi animalia, velit prediũ huiusmodi reducere in culturam: ut verbi gratia, cum esset ager incultus, vult reducere ad prata que secari possint, hoc facere
3 non potest cum † detrimento, seu damno eius, cui debetur servitus pecoris depascendi. Etiam si pati paratus sit, quod sua animalia inibi immittat, aut depascat. Prout antea faciebat. Et multominus hoc facere posset, si vellet predium reducere ad culturam, et ibi seminare blada, et plantare vites. Ex quibus non posset ille, cui debetur servitus, commodum percipere. sed per ea impediretur ius depascendi: ut quia dominus predii servientis nollet quod tempore culture in illo predio pecora pascerentur. dicta. l. preses. C. de servitu. et aqua. et l. fi. C. ad legem aquil. Ergo a simili idem videretur dicendum in casu premisso. Quod maxime procederet, tenendo quod
4 † ius percipiendi vintenum huiusmodi, esset servitus personalis. hoc est servitus debita a re persone. quod in simili voluit Ang. in. l. mela. §. fi. ff. de alimen. et ciba. lega. et in. l. ut pomũ. ff. de servitu. Et sequuntur Petr. et Cyn. C. de usufruct. in rub. et Joan. fab. in. §. eque. institu. de actio. Preterea adhuc videretur idem quod supra dixi, si verba transactionis antedicte hoc haberẽt, quod homines, incole, et habitatores loci predicti de Albõdo, dare et solvere tenerentur annis singulis Vintenum de illis prediis, que tunc vel vinee, vel terre existebant: quia isto casu fieret preiudiciũ dominis de Albondo, si terre, vel vinee huiusmodi converterentur in prata. Et sic non liceret, nisi saltem parati essent, etiam de iis solvere vintenum feni: alias enim venirent contra transactionem celebratam, et initam, et ut puto iuramento firmatam inter dominos, ac universitatem, et homines. quod eis facere non licet. ut sunt iura in aperto. Super quibus non videtur insistendum, donec videro instrumentum. Si vero verba
5 † transactionis aliter se haberent, ut quia forte conventum est, et transactum quod homines, incole, et habitatores tenerentur, et deberent dare, et solvere annis singulis Vintenum dominis de Albondo de terris, et vineis, tunc videretur, quod non obstante transactione huiusmodi possent homines prefati terras, et vineas in prata convertere: et sic mutare earum statum. cap. commissum. de decim. Pro quo bene facit quod ibi not. Hostiensis, in versi. quid ergo. de consuetudine. quem sequitur Joan. And. sentiunt enim quod licet de consuetudine in uno loco, vel parochia, una ecclesia perceperit totam decimam vini. Et alia totam decimam bladi. Possunt tamen vinee, in terras converti, vel terre in vineas. Et hec quoad possessiones, et predia quibus consuetudo predicta prescripta est. Ecce ergo, quod licet una ecclesia forte per tempus, de cuius initio memoria hominum non existit, decimam Bladi perceperit in dicto fundo, ut verbi gratia, in fundo semproniano, poterit nihilominus iste fundus in vineam mutari, et converti, in qua facta mutatione huiusmodi decimam vini percipiet alia ecclesia: quid autem iuris esset, si omnes terre converterentur in vineas, vel omnes vinee in terras. dicunt Host. et Joan. andr. ubi supra, quod tunc attendenda esset mens, cap. dilecti. c. suggestum. et cap. licet. de decim. ex quibus verbis colligitur, quod pro intelligenda mente contrahentium, etiam opus est visione instrumenti predicte transactionis: quid enim si pro vinteno vini, et granorum dederint, vel exsolverint magnã pecuniam domini de Albondo, vel aliquid aliud grande, vel fecerint, vel concesserint: et nunc prefati homines, velint omnes terras, et vineas, vel magnam earum partem in prata cõvertere: et sic privare dominos perceptione totius, vel magne partis vinteni: profecto hoc non esset rationabile: sed iniquum, et absurdum, et intentioni dominorum transigentium contrarium: et ideo non permittendum. l. scire oportet. §. sed et si maxime. ff. de excusa. tuto. cap. intelligentia. de verborum significatione. faciunt not. per Bald. in. l. conventiculam. versi. item est argumentum ab absurdo. C. de episcopis et cler. Sic igitur patet me non posse tute, aut perfecte dicto primo quesito respondere. Nisi viso instrumẽto transactionis. Ad secundum dubium reperio sufficienter responsum, nisi haberem pleniorem informationem. ¶Venio ad tertium, super quo dico, quod emphyteute, sive accensatores de quibus ibi, tenentur iuxta formam pactorum, et cõventionum factarum tempore accensamentorum, et in ipsis accensamentis facere eorum domicilium infra territorium
6 dicti loci Albondi: quia † pacta facta in contractu emphyteutico servanda sunt. l. i. C. de iure emphyteu. ubi text. Et quia etiã ut puto prefati accensatores iuraverunt hoc facere possunt precise cogi ad hoc faciendum: quia licet regulariter quis non possit precise cogi ad factum: ut determinant doct. communiter in. l. stipulationes non dividuntur. §. celsus. ff. de verborum obligat. tamen quando intervenit iuramentũ potest ille qui factum promisit, ad factum precise cogi. ut etiã determinat Alexan. de imo. et doctor. magis communiter. in dicto. §. celsus. quod etiam voluit gl. in. l. si pecuniam. in prin. in gl. que incipit, ut quia iurasti. quam ibi sequitur Baldus ff. de condict. ob caus. et l. sed et hec. §. pretor. ff. de procura. ubi etiam ad hoc allegat. l. si quis maior. C. de transact. idem etiã voluit Inno. Anto. de but. et Panor. in. c. veniẽs. de iureiur. et Anto. de butr. in cap. fin. ubi bonus tex. ne prela. vi. suas. in iuramento enim inest clausula, quod iurans omni efficaciori modo, quo potest obligetur. l. cum pater. §. filius matrem. ff.

de legatis secundo.cap.ad nostram.el primo.de iureiurādo. dico etiam, ꝙ nisi prefati emphyteute, seu accensatores apprehenderint, vel adepti extiterint possessionem prediorum sibi accensatorum, non tenentur domini de Abondo eis observare accensamenta sibi facta etiam eo respectu, vt domi-
7 cilium facerent vbi supra, quia † contractum non servanti contractus servandus non est. l.quero. §.inter locatorem. ⁊ quod ibi Bar.ff.loca.Bal.in.l.inciuile.C.de rei vendi.⁊ ca.j. qualit.do.proprie.priue.facit.l.si ita.§.seya.ff.de verb.oblig. ⁊.l.si conueniat.ff.pro socio. Etiam frangenti fidem licitum est fidem frangere.l.cum proponas.el.ij.iunctis ibi not.per glo.⁊ doct.C.de pactis.⁊ cap.peruenit.el.ij.de iureiurando. quod procedit etiam si contractus esset iuratus. dicto capi. peruenit.⁊ quod ibi Innoc.⁊ cano,⁊.c.sicut.in vltimo notab. ⁊ quod ibi Panor.de iureiur. Preterea etiam dico, ꝙ si prefati accensatores seu emphyteute adepti essent possessionem
8 prediorum predictorum, ⁊ postea cessassent † per triennium in solutione census, possent ipsi domini etiam eis non vocatis, predia huiusmodi alijs accensare.vt voluit Roma.cons. cccij. exordiente, Quoad primum quo queritur an recte allegetur ⁊c.quem sequitur Jason.in.l.ij.C.de iure emphyt. pro quo allegat idem Roma.multa iura:⁊ rationes.sed inter ceteras magis stringit.secundum instru.vbi supra.l.ne cui.C. loca.Sed vbi non esset cessatum.vt predixi,in solutione census,puto ꝙ eo casu, non possunt domini de Abondo venire contra accensamenta:quia contractus nominati, cuiusmodi est contractus emphyteuticus:vt not.Bart.⁊ docto.in dicta
9 l.prima.C.de iure emphyt.non resoluuntur post eorum†executionem.propter non obseruantiam alterius partis:nec in eis habet locum.d.l.cum proponas.si enim tibi librum meum vendiderim, ⁊ tradiderim, quamuis pretium non soluas,nō possum tamen librum repetere.l.inciuile.⁊ quod ibi Bald.C. de rei vendi.quod etiam not.Alex.de Imo.⁊ Jas.in dicta.l. cum proponas. ¶ Venio ad quartum,super quo nō possum tute respondere propter casum abbreuiate, ac etiam inepte, ⁊ varie propositum:narratur enim in positione casus,ꝙ dominus Abondi accensauit quibusdam grangerijs, ⁊ suis, furnum ad suum panem decoquendum, in suis grangijs. Postea vero in responsione, que ad quesitum huiusmodi facta reperitur,scriptum reperio per egregium virum dominum Petrum lesieulx, vtriusqꝫ iuris baccalarium,ꝙ huiusmodi accensamentum factum est, per dominū Abondi quibusdam suis subditis ꝓ se ⁊ suis heredibus,⁊ successoribus. Deinde etiam inibi scribitur concessionem huiusmodi factam esse patrifamilias pro se, ⁊ suis liberis quibuscunqꝫ:inter que est magna differētia. Non potest igitur dicto quesito responderi, nisi habita forma huiusmodi accensamenti. Hoc est nisi intelligam an sit factum, illis grangerijs ꝓ se, ⁊ filijs, vel liberis suis quibuscunqꝫ: an ve fuerit factum illis pro se, ⁊ liberis suis heredib⁹, ⁊ successoribus quibuscūqꝫ. An vero factum extiterit eis pro se, ⁊ heredibus suis ⁊ successoribus: aut pro se, ⁊ heredibus ⁊ successoribus quibuscunqꝫ aut pro se,⁊ familia sua, aut sub alia forma, ⁊ sub qua.quia non esset facile respondere singulis membris superius mentionatis sine multiplicatione scripturarum. Propter quod duxi potius abstinendum, quam aliquid scribendum. ¶ Ad quintū respondeo ꝙ domini de Abondo facere non possunt prohibitionem, de qua ibi. l. munerum. §.preterea. ff. de muner.⁊ hono.quod etiam voluit Cy.in.l.prima.in fi. C. que sit long. consuet.referens idem tenuisse Jacob.de Aret. Hoc etiam voluit Oldra.prout refert Christoph.de nicel.in suo tracta. de muner.⁊ hono. versic.ex predictis duabus legibus ⁊c. vbi etiam refert,quod contrarium voluit Innoc.in capi.postulasti.de foro competen.Pro cuius sententia dicit secundum Alberi.facere.l.si pendentes.§.si quid cloacarum. ff. de vsufruct. ¶ Venio ad sextum, super quo dico, ꝙ ibi queruntur duo: primo an homines de quibus ibi, qui tamen non sunt ciues,incole,vel habitatores dicti loci abōdi, possint cogi ad soluendum, vel prestandū ea,de quibus ibi, ad quod respondeo ꝙ non.l.si vnus ex argentarijs.§.ante omnia.ff.de pact. Habetur enim ⁊ est transactio,de qua ibi tanquam res inter
10 alios†acta, que alijs non preiudicat.cap.penult. de re iudi. ⁊.C.res inter alios acta.l.prima.⁊ in rubrica.⁊ in capit.inter dilectos.de fide instru. Secundo queritur an presupposito, ꝙ prefati homines cogi non possint, vel compelli ad auenam de qua ibi, possint ipsi inuitis dominis de Abondo depascere eorum animalia, in mandamento Abondi,eo tempore,quo colunt,seu laborant terras inibi existentes.Ad qđ respondeo ꝙ in primis respici debet, quid hactenus obseruatum extiterit:⁊ si appareat de consuetudine,illa seruanda est:per ea que not. Panormit.in.c.j.de in integrum restit.⁊ Paulus de cast.in.l.venditor.§.si cōstat.ff.communia pred. Si vero de consuetudine non appareat, dico ꝙ illi possunt
11 animalia†eorum depascere in suis terris, licet existat in territorio Abondi:quia quemadmodum terre sunt eorum, ita ⁊ herbe in eisdem existentes.per ea que ponit Petr. antiqu. in suo tractat.munerū. §. exoritur ex ijs alia questio,vtrum dominus alicuius castri possit apascayrare ⁊c. Quo vero ad alia predia, puto ꝙ iuxta generalem consuetudinem, que vbique obseruatur, dominus posset inhibere. Consueuerunt enim vt plurimum domini locorum,⁊ villarum,seu eorum officiarij facere preconisationes: vt nullus extraneus immittat animalia ad depascendum infra eorum territoriū sub certa pena. Et forte ex hoc sumpsit exordium mos, seu consuetudo huiusmodi:quia secundum Baldum in authen. habita.versi. denuo vos videtis. C.ne fil.pro pat. ⁊ in cap.j. de for.fide.quem sequitur Bartbol.cepol. in suo tractatu.de seruit.sub rubri.de serui.vie.domini territoriorum possunt prohibere forensibus, ne ad loca sua veniant, vel territoria ingrediantur. arg.l.dinus.ff.de serui.rusti.predi.l.heres.ff. de vsufructu.lega.⁊.l.sicuti.§.aristo.ff.si serui.vendi. ¶ Venio ad septimum,super quo dico,ꝙ vt ponit Oldra.consilio mihi. cclxxxi. incipiente, Quidam ciuis Auenionensis ⁊c.
12 reparatio†seu refectio murorum, aut menium diuersimode pertinet ad diuersos.⁊ vt dicit per hunc ordinem. Nam aliquando pertinet ad singulares, ⁊ priuatas ꝑsonas:aliquando ad publicas:aliquando ad vniuersitatem loci, vt territorij. Ad singulares ⁊ priuatas personas pertinet aliquando secundum eum,refectio menium, quando menia constructa sunt in terrulis priuatorum per circuitum ciuitatis,castri, vel loci. Nam vsus menium,⁊ turrium eis conceditur,⁊ ipsi annis singulis debent proprio sumptu menia ⁊ turres reficere: secundum ꝙ sunt in suis terrulis. Pro quo allegat.l. turres.vbi dicit esse expressum.C.de ope. publi.intelligit tamen ipse Oldra. hanc reparationem ita demum pertinere ad illas singulares personas,in quarum terrulis menia sunt constructa:⁊ que vtuntur ipsis menibus,si expensa pro reparatione fienda sit modica: prout dici solet de eo, qui habet vsum,vel vsumfructum.l.cum qui.⁊ quod ibi doctores.C.de vsufruct.l.hactenus.ff.eodem titu. ⁊.l.fi.ff.de vsu ⁊ hab. Secus autem vbi esset opus magna refectione, quia. l. turres superius allegata,possessorem astringit ad refectionem propter vsum,quem habet in muro ⁊ turribus publicis. ergo solummodo, tanquam vsuarius tenetur reficere. Et sic ad modicam refectionem tenetur. Lex enim que cum ad hoc astringit,intelligenda est,⁊ restringenda secundum suam rationem.arg.l.si is qui animo.ff.de acquir.posses.⁊.l.adigere. §.quamuis.cum suis similibus. ff. de iure patron. Et secundum hanc sententiam Oldra.videretur ꝙ illi qui habent domos confrontatas menibus oppidi de Abōdo,hoc est,quorum domus habent pro altero ex parietibus murum,seu menia eiusdem loci,tenerentur ad reparationem eiusdem muri in illa parte.si tamen ista reparatio non sit magna: hoc est magno sumptu non indigeat: quia tunc secūdum eum secus esset,sed tunc esset iudicandum,prout infra dicetur. Ubi autem vsus menium, siue murorum non pertinet ad priuatas personas,sicut est de iure communi quando menia constructa sunt in loco publico quia priuati non debent ibi habitare,nec aliquem coniūgere,vel supponere.l.sacra. §.muros.⁊ l.certum.§.fin.ff. de rerum diui.§.sane.instit.eo.tit.l.in muris.l.neqꝫ.ff.ne quid in lo.sa. tunc dicit Oldra. ꝙ reparatio principaliter pertinet ad personas publicas:videlicet ad illas,que colligunt redditus locorum illius rei publice: vt tertia pars illorum redditum annis singulis deputetur pro reparatione murorum publicorum.l.ne splendidissime. vbi tex.secundū eum.C.de ope.publi.⁊.l.restaurationi. de diuer. predi.vrba.⁊ rustico.lib.xi.sed istud secundum Jaco. rebuf. ⁊ Joan.de pla.in.d.l.restaurationi.male seruatur. Ubi vero non sunt tales redditus publici, vel non sufficiunt ad reparationem,vel constructionem meniū ciuitatis,vel loci, tunc pertinet ad vniuersitatem ciuitatis, vel loci nouos muros facere,vel veteres firmius renouare.l.omnis.C.de ope.pub. ⁊ isto casu que hodie obseruari conuenit,in reparatione menium seu murorum publicorum contribuere debent omnes ciues,⁊ incole illius ciuitatis seu loci. Debent etiam contribuere forenses,⁊ extranei, qui vel in ciuitate aut locis,vel in eorum territorijs predia habent: vt plene prosequitur Old. in dicto consilio,ver. ⁊ tunc veniet questio presens, an incole

duntaxat

duntaxat &c. De hoc etiam habetur in decisionibus parlamenti deci.vij.exordiente, Habentes possessiones &c. vbi do. Gui. pa. refert constitutionem dudu͡z factam per quondam spectabilem virum do. Carolum de bouille, tunc gubernatorem Delphinatus: postea confirmatam per recolende memorie serenissimum do. Carolu͡z septimum, quem curia seruat. Quibus omnibus adijcio q̄ non solum in hac reparatione contribuere debent plebei, ciues, incole, sed & etiam extranei, de quibus predixi, sed & nobiles etiam domini ciuitatum oppidorum, vel locorum: quia cum a contributione huiusmodi, non excusetur princeps, sed in ea de iure cōtribuat. d.l.restaurationi. de diuers.predi.vrba.& rusti.&.l.absit.C.de priuil.do.Ang.lib.xi. multominus excusandi sunt a contributione huiusmodi domini locorum: quod etiā voluit Pet. anti.in suo diuerso. versi.de dominis autem castrorum non credo esse dubium &c.

1 ☞Donatio inter patrem & filium in eius potestate firmatur iuramento.
2 Notarius deputatus ad custodiam & degrossationem notarum defuncti notarij debet eas degrossare cum mandato iudicis.
3 Pater ob ingratitudinem potest filiū priuare sua legitima.
4 Pater regulariter habet vsumfructum in bonis suorum liberorum.
Intellectus.auth.sacramenta puberum. C.si aduers.vendi. &.l.fi.§.filijs autem.C.de bon.que lib.

¶Epitome.

¶Ut in collectaneis.

¶De donatio.de instru.edit.& de bonis que liber.
¶Consilium.ccxxix.



Viso & cōsiderato casu mihi exhibito parte honorabilis viri magistri Claudij bressonis, & dubijs ex eo elicitis, dico & respondeo ad dubia huiusmodi, breuiter & succincte, prout ecce. Et primo ad primum quo queritur, an donatio inter viuos, ēt iurata facta, dicto magistro Claudio per eius filios in ipsius potestate existentes, valeat, & teneat de iure: dico, & respondeo q̄ sic, nisi opponeretur, aliud obstaculum, patria scilicet potestas.c.quanuis pactum.de pac.in.vj. Pro quo facit, q2 cum
1 ex donatione facta per filium patri, obligetur naturaliter, filius suo patri, sicuti econtra, pater ex donatione per eum facta eius filio in eius potestate existenti, videtur q̄ demum facta per filium patri, firmari possit iuramento: q2 iuramentum est vinculum spirituale. quoad spiritualia autem patria potestas non attenditur.c.si tamen.de iudi.in.vj. Preterea quando filius donat patri, lex non videtur resistere contractui: quanuis non assistat: ergo videtur obligatio cōualidari iuramēto. iuxta regulā traditam, per Bar.in dicta. l.si quis pro eo: quam omnes sequuntur: & maxime Joan.de imo.in.c. cum contingat.vers.finem.de iureiur. Pro premissis facit, q2 si donatio facta per patrem filio in ipsius potestate existēti, firmetur iuramento, quod voluit Bal. in.l.fi.C.pro dona. & repet.l.ij.ff.de iureiur.& sequitur Alex. de imo.in.l.si donatione.C.de collat.Barth. Uult.& Cath.in.d.l.si quis pro eo. multofortius, vel saltem non minus firmari debet iuramento, donatio patri facta per eius filium, q2 maior videtur esse repugnantia in donatione facta per patrem filio, quam in facta per filium patri: pro eo, quia pater donando filio videtur vna manu eidē tradere, id quod donat. Et alia manu sibi ipsi acquirere tanquam id, q̄ proficiscit̄ a substantia patris: quod non est in donatione per filium facta patri. ¶Ad se-
2 cundum quesitum, quo queritur, †an notarius deputatus, & commissus ad custodiam, & degrossationem notarum defuncti notarij possit sine mandato iudicis degrossare notā donationis facte per fratrem fratri, quam reperit cu͡z calamo, & incausto inductam ad modu͡z crucis: licet bene legatur per omnia & quāuis non appareat de anno, mēse, & die inductionis huiusmodi: nec quis eā fecerit, nec quibus presentibus, aut ad cuius requisitionem, vel in quo loco: dico & respondeo q̄ licet inductio non habeat sua solennia, scilicet testes, diem, & consulem, de quibus per doct.in.c.j.de fide instru.& per Jo. an.in addi.Spec.eo.tit.de instr.edi.in prin.& propterea quis non habet publicā formam, impedire non debeat confectionem instrumenti. vt post Mar.Syluia.in quadā sua disputatione voluit Jo.an.in casu simili, & magis dubio.in addit. tit.de instr.edi.§.ostenso.in addi.exord.dicit Rolen.&c. Cōsulo tamen, q̄ nota huiusmodi degrossetur cum iudicis autoritate. vt etiam videtur voluisse Jo.and. vbi.s. post mar.
3 Syluia. in dicta sua disputatione. ¶Ad tertiu͡z dico, & †respondeo q̄ propter ingratitudinem, pater potest exheredare liberos suos, & priuare etiā legitima. auth. vt cum de app. cogno.§.sancimus.colla.viij. cause aūt ingratitudinis, propter quas possunt parentes exheredare liberos suos, sunt xiiij. quas ponit & dinumerat tex.in.d.aut. §. causas autē. quas etiam refert glo.super verbo, exheredaret. versi.cause vero &c.in.c.quintauallis.de iureiur. ¶Ad quartum dico,
4 †& respondeo q̄ cum pater regulariter habet vsumfructum in bonis liberorum suorum.l.cum oportet.in princ.cū suis fi. C.de bo.que lib.non possunt liberi sine consensu patris alienare bona sua, in quibus habebat vsumfructum.l.fin.§.filijs autem.& quod ibi Bal.Sal.& doct.C.de bo.que lib.quod procedit etiam si filius iurasset non contrauenire.vt not.Bald. Sali.& docto.in.d.§.filijs autem. Quorum dicto non obstat authē.sacramenta puberum.C.si aduers.vendi.quoniam respondeo, quia ibi loquitur in contractu, inualido ratione etatis. in dicto vero.§.filijs autem.loquitur in contractu inualido non quidem ratione defectus etatis, sed ratione defectus paterni consensus. Cum igitur affrayramentum, seu societas cōtracta etiam in bonis mobilibus & immobilibus tam quesitis, fit quedam alienatio. l. j. &. ij. ff. pro socio. non potest fieri affrayramentum, seu contrahi societas, per filiu͡z in bonis iam quesitis, sine consensu patris. dicto. §. filijs autem. Que dixerim breuiter & succincte sub correctione &c. ¶Uerum quia post scripturam huiusmodi idem magister Bressonis mihi dixit & exposuit se nolle improbare affrayramentum de quo supra, sed potius eidem prebere consensum, & querit an possit petere vsumfructum in parte bonorū, in vim dicti affrayramenti per eius filium acquisita: dico, & respondeo ad dubium huiusmodi, q̄ quia dictum affrayramentum, non peccauit nisi in defectu paterni consensus, potest idem non per consensum etiam ex interuallo illud conualidare. per ea que habentur in.l.fi.C.ad Macedonianum. Pro quo faciunt not.per Bar.in. l.si quis mihi bona.§.iussum.vers.oppo.q̄ sufficiat &c.ff.de acquirenda hered.& quod ibi Alexan.de imo.versi.item inquantum Bart.cōcludit &c. Et sic poterit ipse pater in dicta parte acquisita tanquam legitimus administrator, petere vsumfructum, qui patri debetur in bonis per illum acquisitis.d.l.cum oportet.in principio.C.de bono.que liberis.

1 ☞Dominium sine traditione non transfertur per solam venditionem.
2 Possessio aut quasi incorporalium qualiter acquiratur, & que requirantur.
3 Jus siue facultas retinendi iure prelationis vendi vel cedi non potest.
4 Actio personalis non competit contra titulo & bona fide possidentem.
5 Constitutio precarij quando possessionem transferat.

¶Epitome.

¶Ut in primo, & tertio collectaneis.

¶De acquir.re.domi. Consilium.ccxxx.



Licet enim domine moniales vel illarum alique vēdiderint Petro patini furnerio primum laudimiu͡z super hospitio predicto, & ius seu facultatem iure prelationis retinendi quam primū venderetur emptori predicto. s̄m veritatem iuris nullum dn̄iu͡z, nullūq͡z ius in re cōpetere
1 potuit q̄m sine †traditione per venditionē solum non transfertur dominiū, neq͡z ius in re.l.traditionib⁹.C.de pac.l.traditio.ff.de acquir.re.do.&.l.si ager.ff.de rei.vend.facit quod habetur in.§.vendite. institu. de re.diuis. imo illud ius, seu facultas iure prelationis retinendi quod vendiderunt moniales solum constituit ius personale, et actionem personalem prefato patini: nec fuit exulsum a vēditricibus, nisi ali-

quod aliud factum interuenisset: quia vt dicit elegāter Bal. in.l.prima.in secunda oppositione.C.de seruitu. et aqua. in
2 quasi possidendo † requiritur factū hominis ad illam quasi possessionem ordinatum. ius enim illud, seu facultas cum sit incorporalis non potest possideri, sed quasi possideri.l.seruus.§.incorporales.ff.de acquirendo rerum dominio. Nec vt dictum est, potest quasi possideri, nisi interueniat factum ordinatum ad illam quasi possessionem. secundum Balduz, vbi supra. qui allegat Innocen.in capitu.in literis. de restitutione spoliatorum. dicentem, quod possessio iurium incorporalium fere eodem modo requiritur, sicut corporalium: scilicet corpore ⁊ animo.l.tertia.in principio.ff.de acquirenda possessione. idem dicit ipse Bald.in.l.secunda.C.de seruitu. et aqua: scilicet. quod rebus ipsis non sola animi destinatione, seu cogitatione acquiritur quasi possessio in iuribus incorporalibus: ita quod actus corporalis, in quo illud ius representetur, necessarius est, sicut in seruitutibus vsus rei. Ideo subiungit quod in istis requirūtur plura, vt quasi possessio incorporalium acquiratur: scilicet animus et congruus actus acquirentis ⁊ scientia atque patientia aduersarij: dictus autem Petrus patini et si animum forte habuerit acquirendi illud ius, seu facultatem iure prelationis hospitium predictum retinendi, quasi possessionem illius nunquam habuit: quia nullus actus congruus corporalis interuenit ad illam quasi possessionem ordinatus, quia nunquam interuenit venditio dicti hospitij, nisi postquam ipse cessit ius competens ad hoc sibi ex venditione per moniales facta: qui tamen actus interuenisse debuisset, vna cum sua retentione, ⁊ patientia illius, cuius intererat. per superius allegata. ita quod sibi per venditionem factam per dictas moniales nulla alia competijt actio, nisi ex empto. per quam etiam eas cogere non poterat ad precisam traditionem, seu quasi iuris sibi venditi: sed ad solum interesse.l.prima.ff.de actio.empt.⁊ vendit. Et vt posset petere sibi iuramentum in litem deferri. secundum Baldum, in capit. si facta. si de feud. fuerit controuer. per.l.qui restituere.ff.de rei vendic. Et sic predictus Patini non potuit in dictum dominum Georgium Genoyni aliud ius, aliamve actionem transferre, quam ipse haberet. vt dicta.l.traditio.ff.de acquirendo rerum dominio.et.l.nemo plus iuris.ff.de regul. iuris. imo etiam forte nullam actionem, nullumqꝫ ius transtulit: quia de iure communi secundum sententiam Bartol.
3 in.l. vbi.§. cum igitur.ff.de in diem adiectio. tale † ius non potest vendi, aut cedi per iura que allegat.⁊ facit quod nota. in.l.ad officium.C. communi diuidun. Et quanuis statuto patrie prouincie, illud permittatur, hoc veruz est ꝙ permittitur illud per dominum directum: de illo autem cui domin⁹ directus vendidit, vel in quem cessit, non loquitur. verba autem statuti non extenduntur ad casum non comprehensum sub illis.l.j.§.si is qui nauem.ff.de exercito.⁊.l.eum qui vectigal.ff. de verborum significatione cum similibus: quicquid autem sit, de veritate statuti non potuit patini in dominum Genoyni nisi illam actionem personalem quam habebat trāsferre: que non competit † contra dictum Petrum Gondar
4 di cum titulo ⁊ bona fide possessorem singularem. vt.l. j.§. si heres.ff.ad trebel.⁊.l. fin. cum concordan. ibi allegatis in gl. C.de heredita.actio. ¶ Item dictus Gondardi realem, ⁊ actualem possessionem adeptus fuit: Et sic si cetera supradicta cessarent, que non cessant, imo procedunt de iure, licet titulus suus sit forte posterior contractu sepedicti patini: propter possessionem dicti Gondardi ipse, potiorem causam dicitur fouere ex tex.l.quoties.C.de rei vend. que habet locum etiam in isto casu. vt optime dicit Bald. in dicto capitulo si facta. si de feu. fue. controuer. ¶ Nec iuuat dictum Genoyni illud ꝙ allegauit in processu, scꝫ ꝙ dicte moniales quando illud ius retinendi vendiderunt dicto Patini, se constituerunt ipsius nomine precario possidere: per quam precarij cōstitutionem transfertur possessio: per iura ad hoc vulgaria. Quoniam hoc allegare eo modo, quo allegatur, est importu
5 ne loqui. precarij enim † constitutio transfert possessionem, hoc plene fatendum est, si constituens se precario possidere illo tempore possideret: alias nō posset transferre quod non habet per superius allegata. iuncta glo.in.l. quanuis.§.si cōductor.ff.de acquirenda possessione.⁊ ibi firmat. Joannes de Jmol.⁊ Salice.in.l.licet.⁊ glo.in.l.minus instructus.C.eod. titu.⁊ Bald.super rubrica.xvi.questione. C. de contrahenda emptione.⁊ Ange.in.l.quedam mulier.ff.de rei vend. vbi instruit aduocatos vt sciant articulare, et probare ꝙ constituens se nomine alterius precario possidere, illo tempore possidebat: alias deberet succūbere in causis similibus. Certum est autem, ꝙ moniales domine directe, que constituerunt se precario nomine dicti Patini ius retinendi possidere, non possidebant illud: quia quanuis apud eas esset causaliter, non tamen formaliter. argu. eorumque habētur. in.l. quod nostrum.ff. de vsufruc. quia formaliter talia iura quasi possidere dicitur esse, quando euenit casus facti ordinatus ad illam quasi possessionem: vt fuit superius allegatum. qui casus non euenit, nisi postquam dictus Gondardi fuit inuestitus per Abbatissam, ⁊ moniales predictas. Ideo etiam intimatio quam fecit dictus dominus Georgius dicto Gondardi, que facta fuit post contractum habitum per ipsum Gondardi cum antedictis abbatissa, ⁊ monialibus et non causauit vllam malam fidem. vt.l.si alienam.ff.de vsucap. pro empto. not. per Bald.⁊ Salice.in.l.si fundum.C.de rei vend. Ipse igitur Patini nihil transferēs, nisi personaliter actionem in ipsum Genoyni non transtulit vllam possessionem, quam non habebat. ideo est potior in iure sepedictus Gondardi. Et ita dixerim saluo iudicio potiori.

1 ☞ Dominus directus non potest vendere vel cedere ius seu facultatem retinendi iure prelationis
2 Verborum ampliatio non fit in his que sunt iuris stricti: vt in statutis.
3 Statuti dispositio cessat, vbi cessant eius verba.

¶ Epitome.

¶ Ut in primo collectaneo.

¶ De iure emphyteut. Consil. ccxxxi.



Multa vt audio colliguntur ex his que acta sunt per, ⁊ inter egregium virum, dominum Georgium Genoyni actorem ex vna parte, ⁊ probum virum magistrum Petrum Gontardi Sabbaterium reum ex alia: per que apparet de non iure eiusdem do. Genoyni, ⁊ de iure dicti Petri Gontardi. Primo quidem, quia non apparet de sufficienti potestate illarum dñarum monialium. que primo loco vendidisse pretenduntur primuz laudimium illi Patino: que tamen necessaria erat ad hoc, vt valeret huiusmodi pretensa venditio: quia ad productionez effectus, requiritur potentia cause efficientis.l.si arrogator. §.sed an impuberi.ff.de adoptio. Secundo quidem quia non apparet de remissione, seu cessione huius pretensi iuris primi laudimij facta vt asseritur per prefatum Patinum dicto domino Genoyni. Jlla enim apocha seu priuata litera in causa producta, ⁊ vt refertur non recognita, nihil probat, prefertim contra hunc Gontardum, qui nec eam confecit, nec confecisse pretēditur ex aduerso. Et vbi recognita extitisset per prefatum Patinum, illa tamen nihil noceret dicto Petro Gontardi: nec per eum in ipsius preiudicium probaretur ꝙ illa confecta extiterit tempore de quo in ca.l. scripturas.C. qui potio.in pigno.habeāt. not. Panor.in capitulo, secundo versiculo primo casu aut pars confitetur, ⁊c.de fid.instrumē. Tertio quia esto ꝙ ⁊ de sufficienti potestate dictarum dominarum monialium, ⁊ de dicta pretensa cessione sufficienter apparet, hec tamen adhuc non obessent: eo presertim quia dicta asserta cessio non valuit: quod vt clarius appareat habeat, mitto ꝙ licet dominus directus hanc prerogatiuam habeat, ꝙ possit rem cuius est dominus directus, retinere eo pretio, ⁊c. Et in comparatione, seu emptione illius cuilibet alteri emptor preferri debeat.l.j.post prin. C.de iu.emphy. non po
1 test † tamen dñs directus hanc facultatem seu prerogatiuā alteri vendere vel alias cedere. vt not. Dy.⁊ Bart. in.l.eum qui emit.§.cum igitur.ff.de in diem adiec. Petrus. Heli in suo tractatu. de iure emphyten. Pro quo allegant aliqui dictam l.finalē.§. ne auaritia dicti.in fi. C. de iure emphyten. l.si mulier.§.ex asse. ff.de iur.dot. ad quod etiam allegatur, ⁊ facit quod notat Petrus, Cynus, ⁊ Alberi. Bal. ⁊ doctores in.l.ad officium.C.communi diuidun. ⁊ quod voluit Roma. consilio mihi. cccclxxxiiij. exordiente, hoc ꝙ vicinus ⁊ consors

sors in emptione, & cetera. Statutum igitur dominis directis concedens facultatem vendendi, vel alias cedendi ius primi laudimij, seu retentionis iure prelationis, tanquam a iure communi exorbitans, restringi debet, ut propterea non videatur facultas huiusmodi concessa etiam cessionarijs. argumento legis quo vero. ff. de legib. l. ius singulare. ff. de regulis iuris & regula, que a iure. eodem titulo in sexto. Statutū etiam est iuris stricti. ut clare prosequitur, & ostendit Oldr. consilio mihi nono exordiente, in ecclesia Valen-
2 tina statutum est & cetera. in his autem que † stricti iuris sunt, non fit ampliatio verborum: sed nisi palam dictum sit, pro omisso haberi debet. l. quicquid astringende. ff. de verborum obligationibus: verba igitur statuti proprie & stricte accipi debent. l. prima. §. si is qui nauem. ff. de exercito. actio. lege, constitutionibus. ff. ad municipalē. & l. si patronus. §. si quis cum esset. ff. de bonis liber. Cum igitur dictum pretensum statutum huiusmodi per prerogatiuam, vel permittat, vel concedat dominis directis, non debet huiusmodi permissio vel concessio extendi ad eorū cessionarios, qui digni non sunt: ut sic quanto minus fieri potest recedatur a iure communi. argumento. l. secunde. C. de noua. & capitulo, cum dilectus de consuetu. Nec hic sibi locum vendicat, identitas rationis l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrimonio. & etiam. l. quo vero.
3 Pro premissis facit, quia ubi cessant † verba statuti, cessat & ipsius dispositio. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. l. quarta. §. quoties. ff. de damno infec. l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acquirenda hereditate. l. prima. §. loquitur. ff. de aqua. quoti. & esti. & l. ita autem. cum simili. ff. de administra. tuto. Dato igitur ꝙ prefat⁹ Patinus pretēsus emptor primi laudimij domus, de qua in actis, potuisset domus huiusmodi retinere iure prelationis, non propterea hoc facere poterat dictus domi. Geneyni. Et quidem non de iure communi: quia de illo sibi cedi non potuit hec facultas. non etiā ex forma predicti statuti, quia illud loquitur de dominis directis, non etiam de eorum cessionarijs.

¶ Preterea ubi cessarent hec omnia, quorum nullum cessat, illud superest, appositam securim ad radicem arboris, ꝙ non obstante dicta pretensa venditione primi laudimij facta per dictas dominas moniales, reuerenda dña Abbatissa & moniales domum retinuerunt iure prelationis: & deinde eandem tradiderunt in emphyteusim, & ad nouum accapitum prefato Petro Gontardi. quod facere potuerunt, ut pote ad quas, seu eorum monasterium dominiū directum pertineret: & apud quas, seu monasterium remanserant iura directa etiam post dictam pretēsam venditionem. hec probarētur in dicta. l. fina. C. de iure emphyteuta. iuncta. l. tertia. C. de noua. multum vere opportune, si non desipio, inducta per egregium virum, dominum Antonium malesanguinis iuris utriusque doctorem. Hanc etiam summā, & ꝙ prefatus domi. Geneyni nullam actionem habuerit, vel habeat contra dictum Gontardi, ostendit esse verum, & probat clarissime spectabilis vir, dominus Gulielmus Maynerij clarissimus iurium interpres. horum igitur dominorum summis, ut mihi videtur, de iure procedentibus, adhereo, & quibus nihil addi oportuerat: quia rei satis demonstrate, frustra adijcitur demonstratio. l. prima. §. fin. ff. de dot. prelega. plenitudo etiam adiectione non indiget, capitulo bene quidem. in principio. xcvj. distinc. emphyteusim propterea non valuisse, quia in ea nō est seruata solennitas capitulo, sine exceptione. xij. questio secunda. Quoniam respondeo, ꝙ illa nō fuit necessaria. Pro quo allegasse sufficiat Roma. hoc tenentem consilio. lxx. exordiente visis themate & questione, &c. Que dixerim, &c.

1 ¶ Actore non probante reus absoluendus.
2 Consuetudo cum sit facti, est probanda: et quomodo et ex quibus probatur: & quanto tempore inducatur. & nu. 4.
3 Testi deponenti hanc vel illam esse consuetudinem non creditur.

¶ Epitome.

¶ Intentionem suam non probans etiam si se fundaret super consuetudine que ab eo esset probanda, debet condemnari & reus a petitis absolui.

De probatio. & de consuetud. Consil. ccxxxiij.



Etiam si ex pia donatione fidelium induci posset consuetudo parte venerabilis viri domini Francisci Clareti, in. xij. articulo eius pretensi libelli parte eius in prima instantia oblati contra & aduersus probos viros Quemetum de vineis, & eius consortes, non tamen videtur ꝙ ipsi Quemetus & consortes condemnari debuerint ad petita: causis & rationibus. sequentibus. Tum quia idem domi. Clareti non probauit, quinimo, nec opportune deduxit media, ex quibus concludi possit ea sibi deberi, que eius parte petita sunt. Non enim deduxit se esse curatum parochialis ecclesie sancti Theuderij, sed venerabilem virum dominum Claudium de Lorasio, cui propterea hec si debita essent, deberentur non eidem domi. Clareti, ut pote extraneo, & qui nullum ius habebat, in dicta, parochiali ecclesia, vel eius iuribus, ex quo capite debuerunt
1 † prefati rei absolui, etiam si nihil probassent. l. qui accusare. C. de eden. l. negantes. C. de actionib. & obliga. l. fina. C. de rei vendi. & capitulo primo ut ecclesia benefi. Cui non obstant dicta, & deposita per aliquos ex eius pretensis testibus productis, & examinatis super quarto & quinto articulis dicti pretensi libelli, quatenus deponere visi sunt, eundem domi. Clareti fuisse vicarium tempore de quo ibi. Quoniam si attendatur ad dictum tertium articulum, in eo non est deductū, ꝙ idem Clareti esset eo tempore vicarius. Non enim ponitur ibi hoc nomen vicarius: nec etiam ponitur in copia inserta in pede depositionum dictorum pretensorum testium & super qua dicti pretensi testes fuerunt examinati. Quamuis hoc ponatur in alia copia statim post: & ut puto malitiose inserta. Et dato ꝙ ipse, vel per depositiones dictorum testium, vel per assertionem prefati de vineis & consortum probetur, vel appareat fuisse Vicarius, non propterea infertur, ꝙ ipse potuit petere ea, pro quibus experitur. Opus erat enim vel accomodamento, vel cessione horum pretensorum iurium. potuit enī locasse operas suas dicto domino de Lorasio curato, & cum eo conuenisse de certa pecunia dāda, vel alias: quo fit, ut non statim sequatur, fuit Vicarius, ergo petere & suo nomine exigere potuit iura parochialia, & alia, vel de iure communi vel de iure speciali, etiam consuetudinario ecclesie parochiali, & curato debita: non igitur sufficiebat probare eū fuisse Vicarium: quia non probat hoc esse, ꝙ ab hoc contingat abesse. l. neque natales. l. ad probationē. C. de pac. l. nō hoc. C. uñ cogna. not. gl. in. c. cum contingat. de offi. deleg. Pro quo facit qđ habetur, in. c. ad id. & quod ibi docto. de sponsal.

¶ Tum etiā non debuerunt prefati Quemetus de vineis, & consortes condemnari ad petita in vim dicte pretense consuetudinis, ex aduerso allegate: quia ut infra patebit, illa nō
2 fuit probata que † tamen probari debuit. ut tenent communiter scribentes. in. l. de quibus. ff. de legi. in. l. prima. C. que sit longa consue. Et probatur hoc in capitulo cum dilectus de consue. capitulo fin. de offi. archi. l. cum de consuetudine. ff. de leg. & in. l. prima & quod ibi gloss. C. que sit long. consue. De quo per Hostien. in summa titulo de consue. §. quis probare debeat. & per Albe. C. que sit long. consue. super rubrica versiculo videamus an consuetudo debeat probari. Quod autem dicta pretensa consuetudo probata non extiterit per testes, quos ad probationem illius produxit idem domi. Clareti, sic ostenditur. Et primo quidem pro ea nihil probat venerabilis vir dominus Franciscus Verney: interrogatus enim super duodecimo articulo, in quo deducta est dicta pretensa consuetudo, respondit se nihil scire. Etiam pro ea nihil probat venerabilis vir dominus Michael de Cabanis: tum quia nihil deponit ex quo colligi possit consensus totius populi dicte parochialis ecclesie sancti Theuderij, vel maioris partis illius: qui consensus ut pote causa immediata consuetudinis, sm Bart. & doct. in dicta. l. de quibus, & doc. in. d. l. f. C. que sit lōg. consue. & in alijs multis locis, probari debebat. Potuit enim esse, ꝙ curati pro tēpore exegerant, vel alias ceperant a multis parochianis defunctorū heredibus, summam de qua in dicto. xij. articulo: & hoc ignorante populo vel maiore parte illius. que receptiones ꝓpterea nō debent alijs p̄iudicare quo ad hoc, ut inuiti cōpelli possint ad sic faciendū. Quemadmodū enim etiā multi, dumtamen populū nō faciant, vel maiorem partē illius legem condere non possunt, que omnes cōstringat, ita nec possunt consuetudinem inducere: quia ut communiter concludunt omnes doctores. ista procedunt a pari. Nec opponat aliquis dictū dominū de Cabanis deposuisse super dicto duodecimo articulo verum esse, ꝙ ex laudabili consuetudine curati. &c. Quoniam respō-

3 deo, ꝙ testi deponenti † hanc vel illam esse consuetudinem, non creditur: quinimo cum etiam peritissimi discordant in diffinitione consuetudinis: vt apparet ex his que not. Albe. C. que sit lõg. consue. s. rub. ꝛ Bal. in d. l. de quibus. Cy. ꝛ alij in allega. l. j. fatuus est testis, qui sic deponit. ꝛ anceps subijt periuriũ: qđ faciendũ nõ est. l. videamus. ff. de in litem iuran. Preterea testis debet deponere de his, que sunt facti: ꝛ que corporeo sensu percipiuntur per ea que no. Inno. ꝛ docto. in capitulo cum causam. de testi. et docto. in. l. solum. C. eodem titulo non autem de his, que sunt iuris: vt pote de his que sensu corporeo non percipiuntur. quod etiam voluit Alberi. in dicta rubrica versiculo qualiter autem debeant deponere
4 testes. Ibi alij dicunt ꝙ testes deponunt, ꝛc. debent † ergo testes producti super articulo consuetudinis deponere, non illam esse consuetudinem, sed de facto, in quo consistit consuetudo: vel si deponant eam esse consuetudinem, debent adijcere, ꝙ tot ꝛ tales actus interuenerũt, ex quibus colligi possit tacitus consensus populi, vel maioris partis. Et vt dicit. Joannes Andre. testes debent probare tria scꝫ vsum populi, vsus frequentiam, ꝛ temporis diuturnitatem: qꝛ ex istis vt dicit Albe. in dicta rubrica inducitur regulariter consuetudo. vbi attendendũ est ꝙ dicit vsum populi, non aliquorum de populo, etiam plurium: sed populi. vbi tamen subaudiendum est vel maioris partis eiusdem. Et quod dico consuetudinem nasci ex vsu populi, actuum frequentia, ꝛ temporis diuturnitate, intelligo ꝙ ex his nascitur tanquam ex causis remotis: sed causa immediata ipsius consuetudinis est tacitus consensus populi. vt predixi. ꝛ not. Barto. Ange. et docto. in dicta. l. de quibus. ꝛ domini cano. in capit. fina. de consuetudine. Etiam nõ obstat dicto domino de Sabanis: pro eo, quia dicit summam de qua in articulo consueuisse exigi, vel recuperari per curatos, vel vicarios sancti Theuderij a chadelerijs, seu capita domum facientibus: quia hic non est prostratum ꝙ illi defuncti a quorum heredibus petuntur illi tres grossi, de quibus in dicto duodecimo articulo essent chadelerij: ꝛ ideo non obest. etiam dicit idem domi. de Sabanis ꝙ de hac pecunia, de qua in dicto articulo, solui consueuit taꝫ pro labore, ꝛ pena, ꝙ pro missa, ꝛ alijs suffragijs: qđ si ita est, non videñ qua de causa idem domi. Clareti a prefatis Quemeto, ꝛ cõsortibus heredibus illorum defunctorum petere potuerit, qđ petijt: cum non appareat, ꝙ pro eis laborem sumpserit, dixerit, aut dici fecerit missas, vel alia suffragia: quinimo apparet eos tanquam iuuenta irrationabilia fuisse sepultos in terra prophana: ꝛ quidem non vicina cymeterio, sed multum remota. Apparet preterea ꝙ defectu ipsius domi. Clareti, ꝛ illi, ꝛ alij parrochiani loci caluimontis caruerunt presbytero, ꝛ sacramentis tempore pestis ibi vigentis: ꝛ presertim durãte infirmitate domini Petri Fur nerij eius pretensi vicarij, vel subuicarij: in quo reuera se male habuit, pace sua salua dixerim, postquam enim prout ipse asserit in dicto quarto articulo sui libelli onus cure sibi assumpserat, debebat curam exercere: ꝛ eam preferre proprie saluti: presertim eo tempore, quo periclitabantur ne etiam cum interemptione corporum interirent anime pereuntium vnde non video qua conscientia ipse, qui fuit negligens in exercitio cure, petere non audet que petijt. Dominus enim ꝛ saluator Petro interrogato, si eum amaret, ꝛ respondenti trina vice, dñe, tu scis, quia amo te, dixit, pasce oues meas, pasce agnos meos. non dicit tonde, vel aufer eis lanam. Cuius contrarium fecit, ꝛ facere nititur idem domi. Clareti. Non enim pauit: ꝛ tamen lanam querit, agnorum custodiam pretermisit, ꝛ neglexit, ꝛ mercedem expetit. Preterea etiam depositiones venerabiliuꝫ virorum Dominorum Joannis Cheuardi, ꝛ Joannis Arnaudi presbyterorum non nocent: tum quia licet nullus eorum pretendatur esse memorie quadraginta annorum, ipsi tamen deposuerunt dictum duodecimũ articulum esse verum, ꝛ cõtinere veritatem, in quo proponitur, ꝙ ex laudabili consuetudine pia deuotione fidelium introducta, ꝛ obseruata per temporum, hominuꝫ memoriam excedentia. quod profecto nec facere debuerunt, nec de iure potuerunt. quomodo enim sciunt illam esse obseruatam per centum annos, qui non dicuntur, prout nec sunt memorie. xl. tum etiam non probat depositio dicti domi. Cheuardi: quia nihil deponit ex quo colligi possit tacitus consensus populi, vel maioris eius partis. quod tamen erat necessarium: vt predixi. Potuerunt enim vt supra dictum est, curati ꝛ Vicarij, vel recuperare, vel exigere ab aliquibus, etiam multis, ignorante populo, aut maiore parte illius: quo casu non esset consuetudo inducta: quinimo nec iudici potuisset: quia non affuisset tacitus consensus populi, vel maioris partis illius. Nam qui nescit, non consentit. Et propterea dicit Panorm. in dicto capitulo fin. versiculo septimo requiritur, ꝛc. de consue. ꝙ secundum eam opinionem, tot actus, ꝛ ita Notarij requirnntur ad consuetudinem, vt verisimiliter transiuerunt in notitiam populi. Et vt colligitur ex his que not. Angel. Perusi. in dicta. l. de quibus. versiculo tertio queritur ꝛc. et versiculo iuxta hec, ꝛc. ꝙ non solum ad consuetudinẽ inducendam exigitur tacitus consensus populi in primo actu sed etiam ad confirmationem illius requiritur cõsensus in quolibet actu, donec inducta extiterit. Et si consensus requiratur, ergo ꝛ scientia: vt predixi. Cui non obstat, quod dixit idem domi. Cheuardi se vidisse vti in pluribus interramentis, quia non propterea apparet, ꝙ populus vel maior pars hec viderit. Poterãt enim in illis interramentis esse pauci homines, ꝛ qui non videbant que, aut quanta pecunia daretur. Et quamuis ex hoc secundo capite, impugnari non possit depositio, seu dictum dicti domini Arnaudi: pro eo quia dixit, ꝙ ipse cum esset Vicarius predicte ecclesie. sic obseruauit et vsus est pacifice ꝛc. Et ꝙ adhuc obseruatur dictũ publice, ꝛ notorie: eius tamen depositio non obstat: tum quia quo ad hoc est vnicus: ꝛ sic vox eius, vox nullius. l. iurisiurãdi. C. de testamen. ꝛ capitulo, tam bonis eodem titulo. Tum quia quo ad hoc non deponit de tempore requisito, ꝛ necessario ad introductionem consuetudinis eodem modo impugnatur depositio venerabilis viri domini Antonij Seguireti, qui licet parum aduertenter deponat dictum duodecimũ articulum esse verum, tamen causam sue scientie reddens dicit se sciuisse, ꝛ vidisse a decem annis citra, ꝛ sic non deponit de obseruantia saltem decem annorũ ante incohatum iudicium: que tamen secundũ verius loquentes de hoc articulo, requiritur regulariter ad inductionem consuetudinis. iuncto eo quod voluit Bart. in. l. celsus. ff. de vsucap. Etiam redditio cause scientie eiusdem Seguireti verificaretur, si ita obseruari vidisset per vnum mensem, vel etiam minus tempus, ante dictam eius depositionem: prout dici solet de dicto illius, qui deponit saliginem possedisse rem talem a decem annis citra. verificatur enim illius depositio, etiam si duntaxat vno die possedisset: ꝛ ideo non probat possessionem deceꝫ annorum. cap. licet causam. ꝛ quod ibi per Hostien. et omnis de probatio. not. Bartol. et alij in dicta. l. celsus. ꝛ Bald. in. l. falsus. C. de furtis.

¶ Depositio magistri Alberti Roylocij nihil officit: quia quo ad id de quo in articulo nihil deponit. Non est igitur ꝓbata intentio dicti domini Clareti: propter quod vt dixi in principio prefati Quemelus et consortes etiam si nihil probassent, debuissent absolui dicta. l. qui accusare. C. de edendo. et cap. primo. vt ecclesia. benefi. Ubi vero probata fuisset intentio, tunc fuisset videndum an eidem domi. Clareti obstare debuerit. et obstet id quod predixi: scilicet quod sacramenta nõ ministrauerit, scilicet sacramentũ corporis domini nostri Jesu Christi, quod illorum confessiones non audierit, ꝙ illorum reliquias, seu corpora in cemiterio, vel alibi non sepelierit, nec pro illis sepeliendis apud caluummentem accesserit: sed sepulta fuerint, et quiescunt, non quidem in cemiterio, ꝛ cum suis progenitoribus: sed in campo cum pecudibus, et iumentis: quamuis sint qui dicant, et deponant, quod locus ille postea benedictus extiterit per reuerendissimum in Christo patrem, et do. do. Viennensem archiepiscopum. Nec etiam apparet, quod cum vellet, vel sacramẽta illis ministrare, vel eorum corpora deferre, aut deferri facere apud sanctum Theudericum, et sepelire in cemiterio prohibitus, vel impeditus extiterit. Et vt breuiter me expediam non apparet eundem domi. Clareti aliquem sumpsisse laboꝛꝫ: quo fit, vt nihil videatur potuisse petere etiam si appareret de dicta pretensa consuetudine. Et dato quod illa esset alias rationabilis vt dicta: super quibus tamen articulis non insisto: tum quia predicta sufficiunt tum ꝛ quia ꝛ pudet, ꝛ tedet pro hac vilissima causa tot sermones effundere.

1 ¶ Filia renuntiãs cum iuramento bonis paternis, non prohibetur eidem ab intestato succedere: maxime vero si nulli alij supersunt liberi. ꝛ per totum consil.
2 Verba generalia sic sunt restringenda, vt non videatur quis alienam posteritatem proprie anteponere.
Renuntiatio fauore persone facta vltra illam non extenditur.
De veritate respondetur per verbum forte.

Juramentum

3 Iuramentum tacite intelligitur rebus sic stantibus.
4 Effectus cessat causa cessante.
5 Argumentum a contrario sensu validum.
6 Successionis ab intestato proxima causa est descendentium.

¶Epitome.

¶Vt in primo collectaneo.

¶De hered. ab intesta. Consi.ccxxxiij.



Uia ⁊ ad patrem, ⁊ ad virum peritissimum scripturo in causa de qua infra, sermo mihi habendus est, ero paucioribus contentus. Premittens pro faciliori responsione fienda ad id, de quo queritur, ꝙ prout apparet partim ex confessione prouidi viri Gulielmi Langerij, ⁊ plenius ex depositionibus testium in hac causa productorum tempore, quo pretenditur, honestam mulierem Antonetam Lāgerie eiusdem Gulielmi neptem ex fratre, ⁊ filiā naturalem ⁊ legitimam honorabilis quondā viri Antonij Langerij, cessisse, remisisse, finiuisse, quittauisse liberasse, donasse, ⁊ verba inculcando, desamparasse Joanni eius auo paterno, ⁊ prefato Antonio eiusdem Antonete patri, iura ⁊ actiones de quibus in pretenso instrumento cessionis, remissionis, ⁊c. supererant alij liberi eiusdem Antonij: Et quidem, non solum femine, sed etiam filij masculi, qui oēs viuente eodem Antonio communi patre ab humanis decesserunt. Quorumcꝫ idem Antonius vt postea vita functus est, ⁊ decessit superstite dūtaxat prefata Antoneta eius vnica filia.
1 Quo premisso dico, ꝙ † etiam si prefata Antoneta, renuntiasset bonis eiusdem quondam Antonij eius patris, ⁊ alias iurasset se nullum regressum habituram ad bona huiusmodi. Et alias conuenisset. ⁊ esset pacta iuxta formam capi. quanuis pactum. de pact. in. vj. non propterea impediretur eadem Antoneta succedere prefato Antonio eius patri ab intestato vita functo. hoc enim voluit in casu magis dubio Senze in dicto capitulo quāuis pactum relatus per dominos de Rota. in antiquis decisionibus, decisione mihi exordiente vtrum filia dotata. ⁊c. dicit enim idem Senze. quod pro filia que sic renuntiauit, vel pactum iuratum promisit, ꝙ dote contenta nullum haberet regressum ad bona paterna, potest nihilominus patre ab intestato decedente eadem succedere cum alijs fratribus, ⁊ sororibus. motus iuribus ⁊ rationibus de quibus ibi. quas non refero. Et hanc Senze opinionē sequuti sunt domini de Rota vbi supra ⁊ Dominicus in dicto capitulo quanuis pactum circa fin. quod non dicerem eos videlicet sequutos opinionem Senze in casu proxime narrato, quando scꝫ supersunt alij liberi, nisi hoc affirmaret. Franc. de Aret. consilio mihi xvij. exordiente, consideratis diligentissime, ⁊ mature donationibus, ⁊c. versiculo item nec prohiberetur succedere ab intestato. ⁊ esto, ꝙ hec Senze opinio non procederet, vbi superessent alij liberi presertim masculi, tamen vbi alij liberi nec masculi, nec femine superfuerunt patri ab intestato vita functo, non impedit͂ filia que sic renuntiauit succedere patri suo: quia verba generalia
2 sic restringi debent, vt non videatur † quis alienam posteritatem sue anteponere. l. generaliter. §. cum autem. C. de institutionibus ⁊ substitutionibus. l. cum acutissimi. C. de fideicommissis ⁊ l. cum auus. ff. de conditionibus ⁊ demōstrationibus. Adijcio quod renuntiatio contemplatione persone facta vltra illam non extenditur. l. iubemus. C. ad velleyanum. Et vt refert Joannes de imola in. l. qui superstitis versiculo item tertio dicunt ⁊c. ff. de acquirenda hereditate. hec fuit opinio Richardi de Saliceto patrui domini Bartholomei de Sali. quam opinionem sequutus est idem Bartholo. in dicta. l. pactum quod dotali. Nec aliquem moueat quod idem Salice. loquitur sub dubio forte, quia respondeo ꝙ per verbum forte respondetur de veritate. vt not. glo. in. l. si duo ff. de arbi. in. l. gallus. §. forsitan. ff. de libe. ⁊ posthu. glo. in. c. secundo de testa. in. c. admonere. xxxiij. questio. secunda glo. ⁊ docto. in. l. in substitutione. ff. de vulga. ⁊ pupil. de quo ponit multas concordantias Andre. Sicu. vulgo Barbat. in sua ioānina. Hanc etiam opinionem tenuit Bal. in. l. pactum ꝙ dotali. in quarta questio. C. de colla. pro quo allegat etiam. l. Julianus. C. ad velle. eādem opinionem sequutus est Paul. de Castr. in. l. pactum. proxime alleg. in versi. Item queritur quid si tempore renuntiationis ⁊ iuramenti pater haberet filios masculos, ⁊c. Pro quo allegat, ꝙ filia sic renuntians videtur se voluisse excludere fauore masculorum qui hic cessat.
3 talis enim renūtiatio † ⁊ iuramentū fieri intelliguntur, secundum eum, rebus sic stantibus, seu remanentibus in eodem statu: id est, ꝙ successio possit ad fratres masculos peruenire saltem ad vnum, si alij premorerentur: argu. l. quod seruius. ff. de condi. ob cau. hanc eandem opinionē sequutus est Joannes de Imola. in dicta. l. qui superstitis. versiculo. item tertio dicunt. Pro quo allegat dictam. l. iubemus. Nec moueat quod idem Joannes subiunxerit, ꝙ vtrobicꝫ debeat seruari pactum iuratum, ⁊c. quia Joannes de Imol. ibi non loquitur in casu nostro: sed quando filia etiam nulla dote habita renuntiasset cuꝫ iuramento bonis paternis: sentit enim ꝙ non solum eo casu, quo dotem habuisset, sed ⁊ isto, obstaret pactum iuratum cum vt subijcit, vtrobique locum habeat ratio dicti capituli quanuis pactum. quod non est in casu nostro, propter coniecturam paterne voluntatis, ⁊ filie: de qua supra. opinionem predictam etiaꝫ sequutus est Alexan. de Imol. in. l. stipulatio hoc modo concepta. versiculo alias limitationes vide per Bald. ⁊c. ff. de verborum obligationibus. vbi etiam affirmat vt predixi, hoc tenuisse Bald. duos Salice. et Joanneꝫ de Imola in locis superius allegatis. dicit etiam idipsum tenuisse Roma. in dicta. l. qui superstitis: Preterea etiam dicit, ꝙ cum opinione Baldi concordant domini de Rota, conclusione. cccxxix. vt dicit referri per Dominicū in dicto capitulo quāuis pactum. quanuis dicat decisionem huiusmodi se non inuenire in ordine suo. etiam opinionē predictam sequutus est Ambro. de vina in suo tractatu iuramentorum, longe post medium. versiculo quero
4 quid si filia quittauit, ⁊c. Pro quo allegat † etiam ꝙ cum cesset causa cessare debet effectus. l. quod dictum. ff. de pact. debet itaque restringi dictum capitulū quanuis pactum. secundum Salicetum in dicta. l. pactum. C. de pactis vt non habeat locum quando filia que cum iuramento renuntiauit, veniret ex patris voluntate expressa, vel tacita que non habeat contra se presumptionem aliam sibi oppositam. quod etiam satis apparet fuisse de mente doct. predictorum: qui omnes mihi loqui videntur eo casu, quo tempore renuntiationis supererant masculi: qui postea viuo patre superesse desierunt: qui propterea, si non desipio, videntur a contrario sensu sentire, ꝙ etiam si alie filie superessent, non deberet hec que renuntiauit, repelli a successione: quasi tunc esset contemplatio, seu causa propter quam facta est renuntiatio.
1 mũ quoad bona aliunde peruẽta per dictũ quondã nobilẽ Joannẽ, vel aliunde per eũ acquisita, q̃ ex successione dicti quondã nobilis Aymonis, eius patris, q illa non veniebãt in restitutiõe fideicõmissi: q2 per fideicõmissum succedit substitutus testatori grauanti, non heredi, vel alteri de restituẽdo grauato. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. et pupil. Et sic potuit idẽ nobilis Joannes de bonis huiusmodi, si que erãt non obstante substitutione superius mẽtionata testari, et disponere. l. i. C. de sacrosanc. eccle. auth. de nup. §. disponat. collatio. iiij. et. c. vltima voluntas. cũ suis simi. xiij. q. ij. est enim quilibet moderator rei sue. l. in re mandata. C. manda. et. l. pol
la. C. de his quibus vt indig. ¶Preterea cũ prefatus quon-
2 dam nobilis Joannes grauatus extiterit, non quidem pure, sed sub conditione, scilicet si sine liberis &c. ipse potuit detrahere legitimam aduersus fideicommissariũ vniuersalem: quia in illa grauari nõ potuit. l. omnimodo. l. quoniã in prioribus. et. l. sancimus. C. de inofficio. test. et potuit detrahere legitimam non solum eo casu quo fecisset inuentariũ de bonis dicti quondam nobilis Aymonis, sed etiam si illud non fecerit. vt not. gloss. in auth. sed cum testator. C. ad legem Falci. et in auth. hoc amplius. C. de fideicommis. Et hec est cõmunis docto. opinio. Erat autem legitima dicti nobilis Joannis, dimidia pars eius quod habiturus erat ab intestato, si dict⁹ quondam nobilis Aymo intestatus decessisset: quia cum essent septem filij masculi, et quinque filie, et sic duodecim liberi eorum omnium legitima erat semis seu dimidia pars omniũ bonorum eiusdem Aymonis. authen. de trien. et semisse. §. primo. collatio. iij. et transumptiue in authen. nouissima. C. de inoffi. testa. Hec autem dimidia pars erat pro legitima equaliter inter dictos duodecim liberos de iure diuidenda: et sic facta debita calculatione quilibet ex eis habere debebat pro legitima vicesimam quartam partem bonorum dicti quõdam Aymonis. Et de hac vicesima quarta parte potuit etiã idem quondã nobilis Joannes disponere et testari. c. Raynaldus.
3 de testamen. Quo vero ad trebellianicam dico, q si supponeretur eundem quondam nobilem Joannem confecisse inuentarium de bonis dicti quondam nobilis Aymonis, dubium non esset, quin etiam illam detrahere potuisset ipse nobilis Joannes secundum communem opinionem gloss. et docto. de qua in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testamẽto. et. l. q̃q̃. C. ad legem Falc. dicto. c. Raynaldus. de testamẽ. Sed si presupponamus eum non confecisse inuentariũ, tũc sunt opiniones. quidam enim dicunt, q etiam eo casu nõ perdiderit trebellianicam. Et ita disputãdo tenuit Jacobus de belloviso quod postea posuit auth. de heredi. et falci. §. in nobis. in. xiij. q.. Et idem voluit Roffre. in suis libellis. titul. de senatusconsul. trebel. Joan. And. in additio. Speculato. tit. de instrumen. edi. §. fina. versic. de trebellianica &c. Bartolus in. l. marcellus. §. quod autem. ff. ad trebellianum. qui etiam pro hac opinione consuluit. cuius consilium exorditur, Domino Joanni Aydini &c. alia fuit opinio huic contraria, scilicet, quod propter omissionem confectionis inuentarij perdatur trebellianica. quam opinionem sequutus est Cynus in dicta authẽtica, sed cum testator. C. ad legem Falci. Distinguens tamen inter restitutionem fideicommissi statim fiendam, et fiendam ex interuallo, vt primo casu procedat prima opinio, secundo vero casu secunda opinio placuit Paulo de Castro consilio. ccx. exordiente, Super primo dubio. dictam secundam opinionem tenuit Bald. in dicta authent. sed cum testator. vbi etiam dicit quod doctores tenẽtes primam opinionem non ponderauerũt text. authent. de here. et falcid. §. in nobis. versicu. illo adiecto &c. vbi dicit expresse probari cõtrarium. Pro hac opinione consuluit Oldradus consi. mihi cij. exordiente, Satis credo consonum rationi &c. alij etiam multi pro eadem opinione tam legendo, quam consulendo scripserunt. Sed quia existimo, quod in Delphinatu, et presertim in magnifico Delphinali parlamento iudicari consueuerit pro prima opinione nõ videtur vlterius super hoc articulo esse multum insistendum. Sequendo igitur primam opinionem, potuit indistincte dictus nobilis Joãnes detrahere trebellianicã que hoc ordine detrahitur. Primo enim de illis bonis in quibus extitit institutus dictus nobilis Joannes detrahenda erat eius legitima. que vt colligit ex his, que predixi non attenditur respectu horum bonorum, in quibus idem Joannes fuerit heres institutus: vt sic cum dicamus trientem seu tertiam partem eorundem bonorum, sed attẽditur respectu totius patrimonij dicti quondã Aymonis. Et est vt predixi vicesima quarta pars. et hec primo detrahit de dictis bonis in quib⁹ fuit ipse Joãnes heres institutus. vt notat glossa in capitu. Raynaldus. versiculo, licet ipsas. Joannes de Imola in dicta. l. coheredi. §. cum filie. et Joannes Andreas in regula qui prior. de regulis iuris in sexto. in questione quam ibi facit de decima porrorum. Dein de vero detrahitur trebellianica que est quarta pars residui vt not. gloss. Joannes Andreas Joan. de Imola vbi supra. hec etiam fuerunt de mente Bald. in dicta. l. quanquam. C. ad legem Falcidiam. Non est ergo verum, q dictus quondam nobilis Joannes potuerit disponere de dimidia parte eorum, in quib⁹ heres extiterat institutus. Et hoc pro eo quia legitima non est triens illorum, sed multo minor. Nisi presupponeremus, q illa bona, in quibus idẽ Joannes fue-

rat institutus, ascenderent duntaxat ad valorem dicte vice-
sime quarte partis, ⁊ trium aliarum partium similium. Cō-
3 cludo igitur prefatum † nobilem Joannem potuisse dispo-
nere de dictis duabus quartis, ⁊ de aliis ad eū aliunde per-
uentis, vel per ipsum acquisitis, q̃ ex bonis dicti quondam
Aymonis. Residuum vero debuit peruenire ad substitutū
eiusdem nobilis Joannis.

¶ Ad secundum quesitum dico ⁊ respondeo, qđ licet, istud
non sit sine magna difficultate, mihi tamen videtur sub cor-
rectione cuiuslibet domini melius sentientis, qđ dictus do-
minus Ludouicus sit ille, qui censeri debeat primo gradu
substitutus eidem nobili Joanni. Hoc enim clare sonant
verba substitutionis superius mentionate, facte eidem Jo-
4 anni † a quibus non videtur in dubio recedendum. l. ille aut
ille. §. cum in verbis. ⁊ l. non aliter. ff. de legat. iij. Cui nō ob-
stat, ꝙ voluntas dicti nobilis Aymonis fuerit non substi-
tuere aliquem ex eius liberis in sacris ordinibus constitu-
tum, vel religionem professum. Quoniam respondeo, qđ li-
cet hoc reperiatur expressum quoad prefatos nobiles Hen
ricum, ⁊ Guigonem, non tamen quoad ipsum dominū Lu-
douicum, quem indistincte substituit nulla facta distinctio-
ne an professus, aut in sacris existeret tēpore mortis ipsius
nobilis Joannis aut non. Et sic non videtur dicta preten-
sa voluntas fuisse, quia quamuis voluntas testatoris, que
5 † transierit in dispositionem, ⁊ de qua constat seruanda sit. l.
in conditionibus primum locum. ff. de condi. ⁊ demonst. et. l.
cum questio. in fi. C. de lega. secus tamen est quando illa non
transiuit in dispositionem. l. quidā cum filium ⁊ qđ ibi Bal.
ff. de here. insti. vbi licet testator voluerit hereditatem veni-
re ad filium, tamen quia non disposuit, agi non potest ex te-
stamento qđ etiam voluit Alex. de Jmol. in. l. si quis filium
in fi. C. de libe. preter. vel exhere. Secus etiam quādo de vo-
luntate, non apparet: quia tunc potius standum est verbis
q̃ pretense voluntati. l. in ambiguo. ff. de reb. dub. ⁊ quod ibi
Bar. dum respondet ad dictam. l. non aliter. ff. de legat. iij.
⁊ idem voluit Alexand. in dicta. l. si quis filium. in hoc vero
casu non videtur, ꝙ dicta pretensa voluntas dicti quondā
nobilis Aymonis transiuerit in dispositionem quoad di-
ctum domi. Ludouicum. Nec etiā bene apparet de hac pre-
tensa mente illud enim certū est, quia idem domi. Ludoni
6 cus reperitur † primo loco substitutꝰ, ipse presumitur fuisse
magis dilectus, q̃ prefati Guigo, et Henricus. l. Publius.
§. j. ff. de conditio. ⁊ demonstra. quo fit, vt licet voluerit prefa
tos nobiles Guigonem ⁊ Henricum ita demū sibi post mor
tem Joannis succedere, si tunc professi, vel in sacris nō exi-
sterent, non tamē statim infertur, vt idipsum voluerit de di
cto do. Ludouico: ⁊ hoc propter maiorem dilectionē, quam
ad eum habuisse presumitur, q̃ ad prefatos nobiles Guigo
nem ⁊ Henricū, vbi vero essemus in casu, in quo presumere
tur idem nobilis Aymo plus dilexisse dictos Guigonem et
Henricum, q̃ dictum dominum Ludouicum, tunc esset ni-
mis dubium ⁊ verisimilius videretur posse dici eo casu de-
buisse repelli dictum domi. Ludouicum propter ingressum
monasterij, q̃ in casu nostro. ex ea ratiōe, quia si propter in-
gressum erant repellendi magis dilecti, multofortius et mi-
nus dilectus, argumē. l. si viua matre. C. de bo. mater. ⁊ eorū
que ponit Paul. de Castr. consil. lxxix. exordiente, casus iste
frequenter contigit ⁊c. in prima parte. de testatore habente
filium, ⁊ filias, ⁊ qui filiabus dictum quid iure institutionis
reliquit, filium vero heredem vniuersalem instituit, ⁊ sibi si
sine filiis, vel liberis decederet, substituit: vbi refert Pau. se
alias consuluisse, ⁊ quosdam docto. post eum, ꝙ filio deceden
te sine liberis masculis, quamuis sibi supersint femine, non
excluditur substitutus, per rationes de quibꝰ ibi, qui tamen
ibi refert docto. Bononienses, et Perusinos non collegia-
liter consuluisse contrariū. Et idem refert de collegio Aue-
nionensi, sed hic sumus in casu contrario: ⁊ sic non videtur
bona argumentatio de qua supra.

¶ Preterea si substitutioni facte de dicto domi. Ludouico
adiecta extitisset per dictum nobilem Aymonem illa preten
sa conditio, si tempore mortis dicti nobilis Joannis nō es-
set prefatus domi. Ludouicus in sacris cōstitutus, vel pro-
7 fessus illa vtpote inualida, ac † etiam turpis ⁊ impediens vi
tam contemplatiuam, debuisset reiici, ⁊ pro non scripta ha-
beri, ⁊ consequenter ea non obstante debuisset idē dominus
Ludouicus in vim substitutionis predicte succedere. Per
id quod voluerunt Dynus ⁊ Richardus malum. relati per
Bartolum in. l. si quis. §. primo. ff. de legatis secundo. quos
ibi sequitur Barto. ⁊ in quodam suo consilio exordien. Par
mensis filium instituit ⁊c. Et Albericus in. l. deo nobis. C. de
episcopis ⁊ clericis. vbi etiam refert Dyn. Richar. malumb.
⁊ Thom. de formagi. ⁊ Cyn. authen. nisi rogati. C. ad trebel-
lianum. ⁊ Barba. in repetitione dicti. c. Raynaldus. versicu.
capio secundum, circa quod querit Bald. ⁊c. que si ita se ha-
beant, vt eo casu quo fuisset dicta pretensa conditio per testa
torem adiecta, debuisset tāquam inualida, ac turpis, ⁊ impe-
diens vitam contemplatiuam reiici ⁊ pro non scripta habe-
ri, multofortius pro non apposita, ⁊ nō scripta haberi debet
vbi reuera apposita non est: videtur igitur prefatum domi-
num Ludouicum fuisse inuitatum, et eo mediante monaste-
rium quod ingressus est, non dictum nobilem Henricum.

¶ Nec opponat aliquis ꝙ bona de quibus supra sint feuda-
lia. Et quod propterea in eis nec ipse dominus Ludouicus
nec monasterium succedere possint. c. si clericis. si de feud. cō-
trouersia fuerit inter dominum ⁊ agnatum. Quoniam respō
8 deo, † quod monasterium nō est passim ⁊ indistincte incapax
rei feudalis: sed cum distinctione, de qua per doctores in au-
thenti. ingressi. C. de episcopis ⁊ clericis. et in. c. in presentia.
de probationib. Preterea dicit Joannes Faber in dicta au-
then. ingressi. feuda regni Francie fiūt hodie de consuetudi
ne vassallorum eiusdem regni patrimonia, ⁊ vendi et donari
possunt. ⁊ in eis filie succedunt. Et idem vel de consuetudine
vel de priuilegio principis obseruatur in Delphinatu, vbi
sunt predicta feuda propter quod monasterium nō videtur
talium incapax: quia saltem posset ea vendere ⁊ sibi retinere
pretium. ¶ Postremo si premissa cessarent, adhuc non vide
retur quod idem nobilis Henricus aliquid petere posset in
vim dicte pretense substitutionis: quia ipse legitur substitu-
tus, sub conditione, que non euenit. Substituit enim dictus
quondam nobilis Aymo prefato nobili Joanni, dictam do-
minam Ludouicam, si viueret, alias vnum predictorum no-
bilium Henrici ⁊ Guigonis: quod idem est, acsi dictum esset
substituit dictum dominum Ludouicū si viueret, substituit
vnum predictorū ⁊c. quia vt dicit Bartolus in. l. prima ver-
sicu. quinto quero de dictione, alias, ⁊c. ff. de conditionibus ⁊
demonstrationibus. dictio, alias, quandoq; facit conditionē
sicut dictio, alioquin. l. diuortio. circa principium. ff. de nego-
tiis gestis. ⁊ resoluitur in fi. non censetur ergo idem Henri-
cus substitutus prefato nobili Joanni, si Ludouicus nō vi
ueret. Cum igitur adhuc viuat idem dominus Ludouicus,
non est locus dicte pretense substitutioni: quia conditio pu-
rificata non extitit. l. cedere diem. ff. de verborū significatio.
clemen. prima de concessio. prebend. ⁊ l. qui heredi. in fi. ff. de
9 conditionibus ⁊ demonstrationib. Nisi forte † voluerit quis
opponere prefatum dominum Ludouicum cum monachus
existat haberi pro mortuo. l. deo nobis. cū suis similibus. C.
de episcopis ⁊ clericis. Sed istud non obstat, quia licet mors
ciuilis equiparetur morti naturali, ⁊ veniat appellatiōe mor
tis, eo casu quo mors ciuilis cooperatur eundem effectū, quē
naturalis, ita ⁊ taliter quod ex naturali nihil amplius con-
sequi possumus, quam ex morte ciuili. secundum Petrū, Cy
num, Baldū, ⁊ alios doctores in dicta. l. deo nobis. ⁊ docto-
res in. l. ex ea parte. §. in insulam. ff. de verborum obligationi
bus. tamen vbi mors naturalis potest aliquid afferre plusq̃
mors ciuilis, tunc appellatione mortis non venit mors ciui-
lis. dicto. §. in insulam. quod etiam ibi voluit Franciscus de
are. dicens hanc opinionem communiter approbari per legi
stas, hoc etiam fuit de mente Bal. in. l. si decesserit. in fi. ff. qui
satisdare cogantur. ad quod facit. l. cum pater. §. hereditatē.
ff. de legatis secundo. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad trebellianū. ⁊
l. Statius florus. §. cornelio felici. ⁊ quod ibi Bartolus post
Dynum. ff. de iure fisci. Cum itaq; in casu nostro posset mors
naturalis prefati domini Ludouici plus commodi afferre,
quam mors ciuilis, hoc est quam monachatio, pro eo quia, vt
predixi per medium ipsius poterat succedere monasterium,
maxime in non feudalibus. nō debet idem dominus Ludo-
uicus haberi pro mortuo. Non obstat. l. deo nobis. quia quā-
tum ad matrimonium de quo ibi, religio ⁊ mors naturalis e-
quiparantur: quia sunt eiusdem effectus: et vtrunq; eorum
dissoluit matrimoniū, Non est igitur purificata conditio sub
qua dictus nobilis Henricus pretēditur substitutus. Et sic
nihil pretendere potest in vim dicte pretense substitutionis.
¶ Ad tertium quesitum respondeo breuiter et succincte, qđ
10 prefato domino Raymundo si mortuus est † intestatus, suc-
cedere debeant proximiores ab intestato. authent. defuncto.
cum suis similibus. C. ad tertullianum. Non enim vt mihi vi
detur habet locum quoad eum aliqua ex substitutionibus fa
ctis per dictum quondam nobilem Aymonem. Et quidē nō
in personam dicti nobilis Henrici: quia ille nō videtur fuis-
se substitutus, nisi primo decedenti, et eo casu quo prefatus
dominus

dominus Ludouicus non viueret. Non etiam habuit locum in personam dicti nobilis Guidonis: quia conditio non euenit. Non enim illi tres filij, quos pater ecclesiasticari ordinauerat, sunt in sacris: pro eo quia dictus nobilis Henricus, qui est viuus de illis non est in sacris. Et sic cōditio sub qua heredes vniuersales superuinentes seu superuiuens, vel eorum liberi, fuerunt substituti primo morienti, sed primo morientibus non euenit, ergo non est locus substitutioni huiusmodi. dicta. l. qui heredi. §. fina. ff. de conditionibus & demonstrationibus. & dicta. l. cedere diem. ff. de verborum significatione. Et quamuis super existētia status laicalis in dicto nobili Henrico impediat hanc substitutionem habere effectum in dicto nobili Guidone altero ex heredibus vniuersalibus dicti quondam nobilis Aymonis, illa tñ eidem nobili Henrico non proficit, pro eo quia in dicta substitutione non est positus dispositiue, sed conditionaliter: scilicet si ipse & alij duo ordinati vt fierent &c. essent infra sacros. verba enim conditionalia dispositionē nō inducūt. l. ex facto. l. si quis ita heres instituatur si legitimus. cum ibi nota. ff. de heredibus insit. & l. si quis sub conditione. ff. si quis omis. caus. testamen.

¶ Postremo pro eo quod superius dixi super secundo quesito. scilicet qđ prefatus nobilis Henricus nihil petere possit in vim substitutionis de eo facte, vt pretendit, dicto nobili Joanni, facit transactio dudum celebrata, & inita per & inter dictum quondam nobilem Joannem & ipsum nobilē Hēricū, ex cuius verbis & tenore colligitur & apparet ipsos Joannem & Henricum conuenisse, concordasse & transegisse, qđ idem Joannes tam iure nature, q̄ iure substitutionis, aut alio quocunq; iure, parte aut portione, quod & quam habere poterat ipse nobilis Henricus, sibiq; tunc vel in futurū cōpetere possent, in et super bonis et iuribus paternis sibi ipsi nobili Joanni iure ordinationis testamentarie per prefatū nobilem Aymonem in eius testamēto datis & relictis traderet, & expediret ipsi nobili Henrico tunc presenti, prout & tradidit castrum Ruppis Pauiote cum aliis in transactione huiusmodi plenius mentionatis. Pro quibus idem Henricus contentus extitit, conuenitq; & transegit, quod nil aliud iuris, proprietatis, requisitionis, seu demande petere posset & super bonis ipsius nobilis Joānis quouis iure, titulo, vel
11 occasione: que transactio reperitur † iuramento firmata, & sic videtur per eam idem nobilis Hēricus posse repelli a petitione pretensi fideicommissi. etiam si verum esset, prout non videtur, q̄ idem Henricus censeretur substitutus p̄fato nobili Joanni. per id quod not. Bartol. in. l. qui Rome. §. duo fratres. in. vi. questione. ff. de verborum oblig. quod procedit signanter, quia vt existimo idem Henricus tempore transactionis huiusmodi habuit notitiam testamenti prefati quondam nobilis Aymonis: & per consequens constitutionum in eo factarum: quod puto posse probari per testes. & quod etiā videtur presumi per narrata per eum in dicta transactione: in qua expresse cōmemorat predictū testamentum: & quod in
12 eo sibi fuit relictum. Videtur igitur † per dictam transactionem remisisse fideicommissum. per id quod voluit Bal. in. c. j. in titu. imperator lotharius. in vsibus feu. vbi dicitur q̄ in instrumento renuntiationis est facta mentio testamenti vel codicillorum, in quibus ius relicti fideicommissi continetur illud intelligitur esse remissum. l. j. C. de pac. ratione etiam iuramenti censentur partes predicte voluisse vt valeret trāsactio omni eo meliori modo quo valere posset. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. ij. & declarat Bar. in. l. si quis pro eo. in. vij. membro. ff. de fideiusso. iurando enim non cōtrauenire videtur in genere cogitare de omni remedio, per quod contrauenire potest. vt colligitur ex his que not. gloss. & clarius Barto. in. l. ij. in duabus questionibus, C. de rescindenda venditione. videtur enim quod dispositioni. l. de his. ff. de transactio. possit taliter, hoc est per interuentum iuramenti renuntiari. per nota. per Bartol. in dicta. l. si quis pro eo. in vltimo membro. vbi hoc firmat Rapha. Pro eo quia solennitas illius. l. est iuris dispositiui & idem clare firmat Joan. de Jmola in. c. cum contingat. de iureiurando. Pro quo facit regula quod habet. quod iuramentum seruari debet vbi potest sine dispendio salutis eterne. dicto. c. cum contingat. & in. c. si vero. cum suis similibus. de iureiurādo. Et licet dicta l. de his facta extiterit in odium occultantium testamēta. vt ibi not. & hec ratio suadeat, quod non possit per simplex pactum renuntiari: non tamen suadet q̄ hoc cum iuramēto fieri possit, per ea que habentur in. c. significāte. de pigno. & per no. per Jo. And. in addi. Spe. tit. de instru. editione. §. porro. circa finem. & per Joannem de Jmol. in dicto capit. cum contigat.

1 ¶ Societas cōtrahitur & expresse & tacite: quia finita potest quilibet sociorum pro ratione habenda lucri et damni inter eos diuidendi. 2.
3 Libellus in actione pro socio quomodo formandus.
4 In actione generali, vt est pro socio, non est opus quod pendente lite fiant probationes specifice administrationis.
5 Instrumento non impugnato standum.
6 Confessionis aut alterius actus geminatio quid operetur.
7 Realis reputationis effectus.
8 Societas ex quibus probetur & presumatur renouata.
9 Doctor iterato vocatus ad legendum nō constituto salario, intelligitur repetitum primum salarium constitutum.
10 Socij pro equalibus partibus in dubio intelliguntur societatem contraxisse.

¶ Epitome.

¶ Ut in primo & octauo collectaneis.

¶ De societate. Consilium. cclxj.



Viso pcessu cause agitate per & inter honorabilem virum Berengonū de ponte, mercatorem loci Albenbassi ex vna parte & honorabilem viruз magistrū Bernardum de Saltu notariū, reuз ex alia parte, dico & respōdeo sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, dictum magistrum Bernardum fore et esse condemnandum ad petita per eundem de ponte. Pro cuius
1 dicti faciliori demonstratione premitto, † quod societas contrahitur non solum expresse, & cum verbis interueniente stipulatione, vel pacto. l. societatem coire. & quod ibi gloss. & l. vt sit pro socio actio. & l. nam cum tractatu. ff. pro so. Sed etiam tacite actus sociales exercendo. vt colligitur ex his que not. Jacobus de are. Oldradus Richard. malumb. Bartolus & doctores in. l. titium & menium. §. altero. ff. de administratione tutorum per Bartolum in. l. j. §. si quis hoc interdicto. ff. de itinere actuque priuato. & per doctores in. l. si patruus. C. communia vtriusq; iudicij. quod etiam fuit plene allegatum in septimo articulo libelli parte eiusdem articuli in hac cau-
2 sa oblati. ¶ Preterea premitto, quod finita † societate potest socius agere & experiri contra eius olim socium pro habenda vniuersali ratione lucri & damni inter socios diuidendi. iuxta legem, veram. §. fi. & in principio. l. sequen. ff. pro socio. iuncta. l. pro socio arbiter. ff. eodem titu. de quo glossa et Barto. in. l. prima. ff. de edend. de quo Ange. are. & Jason in §. sequens. institu. de actio. Et quamuis vt dicit glos. in dicta l. j. in prin. super verbo, vt proinde ibi, item in generali suffi-
3 cit &c. † sufficiat in actione generali, q̄ res exprimatur generaliter: vt verbi gratia, peto q̄ reddas rationem tue administrationis generalis: quia gessisti negotia mea: consultius tamen est, q̄ in libello ponatur, peto te condemnari vt rationē reddas, & reliqua restituas, vt voluit Bart. in. d. l. j. ff. de edē. Et ita etiam format libellum Ange. are. in dicto. §. sequens. versi. in actione vero pro socio pro societate facta &c. Et ita fuit de mente Salice. in. l. edita. versi. iudicium vero generale. C. de eden. pro quo facit. d. l. pro socio arbiter. ff. pro socio. & l. cum seruus. cum ibi not. ff. de condi. & demōstratio. Et ita formatus est libellus, seu articuli, & bene in hac causa. Et quāuis nec in libello vel articulis parte dicti de ponte in hac cā oblatis, nec in prosequutione eiusdem cause specificatuз, aut declaratum & probatum extiterit, quas pecuniaruз summas & a quibus firmariis, dictus de Saltu receperit durante tempore firmarum, de quibus in actis eiusdem cause: istud ta-
4 men nō officit: quia in † actione generali cuiusmodi est actio pro socio, dicta. l. pro socio arbiter. ff. pro socio. sufficit facere petitionem, vt predixi. & vt colligitur ex mente Bal. Angel. Fulgo. & Alexand. de Jmol. in dicta. l. prima, in princip. ff. de edendo. & Salice. in allegata l. edita. C. eodem titul. non est opus, quod pendente lite in actione generali fiant probationes specifice administrationis, sed sufficit pponere & probare administrationem generalem. postea vero facta cōdemnatione ad reddendam rationem administrationis in quem potest actor in exequutione siue liquidatione specifice de administratione reruз, sicut fit de exequutione sententie late in iudicio vniuersali. vt dicit glossa in dicta. l. ij. ff. de edend. Et hanc opinionem videtur sentire gloss. in eadem. l. dum dicit, potero &c. & sic non denotat necessitatem. hoc etiam expresse voluit Bartolus in. l. ij. C. de sentent. que sine cert. quantita.

quamuis contrarium voluerit in dicta.l.prima.ff.de eden. sed quod prediri videtur verius:et communiter obseruatur. nec contrarium probat.l.licet.C.de iudicijs.per Bartolum allega. ¶ His presuppositis dico, q cum idem de ponte probauerit se socium in firmis prementionatis dicti magistri de Saltu,et quod idem de Saltu de firmis huiusmodi pecunias receperit,debet idem de Saltu cōdemnari ad petita: hoc est ad reddendum rationem etc.et quidez q ipse de ponte socius extiterit dicti magistri de Saltu in firma trium primorum annorum ceptorū anno domini.M.cccclxxxiij.et die prima mensis Septembris,et finitorum anno domini.M.cccclxxxvj.et die vltima mensis Augusti,hoc probatum est per instrumentū in causa productum,receptum anno domini.M.
6 cccclxxxiij.et die.xiij.mensis Martij:cui † cum impugnatuz non extiterit standum est.l.cum precibus.et quod ibi Bal.docto.C.de proba.l.quamuis.C.si quis alte.vel sibi.c.i.de feud. dat.in vicem legis commisso.vbi Bal.facit qd voluit Bart. in.l.si heredes palam.in principio.ff.de testamen.Huic autē non obstat,quod ex aduerso oppositū est,videlicet q firma in qua idem de Saltu dictum de ponte associauit anno et die superius mentionatis,extincta extiterit propter pretensam generalem reuocationem factam per dominos cōmissarios et consequenter expirauerit et ipsa societas.l.verum.§.fin.ff. pro socio. Quoniam respondeo,quod esto,quod huiusmodi prima firma expirasset,non tamen perijt ius equiualentie, sed remāsit in rerum natura. Preterea post huiusmodi pretensam reuocationem noue firme,factam per dictū de Saltu de eodem iure equiualentis diecesium et locorum eorundē idem de Saltu dictum de ponte appellauit socium:vt apparet ex eius literis in hac cā productis, scriptis anno domini.M.cccclxxxiiij.et die secunda mensis Augusti.in quibus, et per quas idem de Saltu fecisse,constituisse,et condidisse legitur eius procuratorem.et cōmissarium eundez Berengonem suum socium in dicta firma ad actus de quibus ibi.et sic eum socium eius appellat. Idem fecisse comperitur in alijs suis literis scriptis anno domini.M.cccclxxxiiij.et die quarta mensis Octobris:que etiam si facte essent in absentia eiusdem Berengoni:ille tū probant:vtpote que semper loquuntur.et ideo cum ad eum peruenerunt sibi loquuntur per id qd voluit Barto.in.l.media.ff.de donatio.et Bal.in.l.i.versic.secundo oppo.l.de confes.et Bald.in.l.si quis ex argentarijs.§. ex hoc.ff.de eden.vbi recitata opinione Jaco.de are.vltimo loco recitat opinionem Barto.de qua supra,quam etiam corroborat iuribus.Et ideo videtur illi adherere:per id quod ipse not.in.l.j.in fi.ff.de constitu.princip.et glo.in.l.qui filiuz. §.Sabinus.ff.ad trebellia.Hoc etiā sepe et pluries in diuersis locis,et coram diuersis personis respondit,cum de hoc interrogantibus,et cōfessus est dictus magister de Saltu:que confessio si facta extiterit absente eodem Berēgono, probat secundum Joannem andr.et Anto.de but.quod etiam videtur fuisse de mente Hostien.in summa titul.de confes.§.qualiter intelligatur.versicu.verum est autem.Et esto q confes-
6 sio vna non probaret.tamen † vbi est geminata confessio,illa videtur plene probare.argumen.eius quod not.Barto.in l.cum scimus.in fi.C.de agrico.et censi.lib.xi.dicit enim Bar. q licet confessio facta non in figura iudicij,non preiudicet.si tamen bis emanauerit,forte ita preiudicaret sicut ea que facta est in figura iudicij.pro quo allegat idem Barto.glos.in dicta.l.cum scimus.dicēs eā hoc velle.dicit etiam ad ducēdum id quod not.in.l.triticum.ff.de verbo.obligatio.vbi dicit,q due confessiones plus operantur q vna.actus enī geminatus vel perseueratio multum arguit ad validitatem eius quod agitur.Ad quod facit.l.si mulier.C.ad Velleyanū. facit etiam quod notat Jason de may.in.§.in personam.institut.de actio.vbi referens Hostien.et Anto.de but.in.l.per tuas.de arbitris.et eundem Anto.in.c.cum contingat.et in.c. quintaualis.de iureiurando.dicit esse regulare.q ex pacto nudo geminato super eadem re etiam ex interuallo apposito,oritur actio etiam de iure ciuili.ad quod optime facit secundum eum text.in.l.fina.C.ad legem falcidiam.qui secundum Ange.inibi probat subtiliter intuenti, quod vbicunq est geminata naturalis obligatio,illa est actionis productiua.Facit etiam quia geminata conuentio sine causa valet,secūdum Angelum in.l.petens.in.vj.lectura.C.de pactis.que tamen si vnica existeret,non valeret.Dicit etiam Romanus consilio.cccc.exordiente, In casu proposite consultationis etc.quod licet confessio extraiudicialis,et sine causa,et sic indiscreta,et prima fronte non probans.l.cum de indebito.§.sinali.ff.de probatio.tamē si geminata extiterit,illa habet vim confessionis iudicialis:quam certum est valere etiā sine causa.vt not.glo.in.l.prima ad fin.super verbo apud iudic em. ff.de interroga.actio.et Bald.in.l.sicut.C.de repudianda hereditate.Sunt et alibi multi effectus quos operatur geminata confessio:quorum recitationi non insisto:cum predicti mihi videantur sufficere quoad casum nostrum.Preterea vbi confessiones huiusmodi non probarent,que tamen probant, illud saltem caret,et carere debet omni scrupulo,quod instrumentum publicum,cōmune eiusdem de Saltu,de quibus supra.et confessiones antedicte plene probant:quia que nō prosunt singula,multa iuuant.l.instru.et quod ibi gloss.C.de probationibus.et.c.cum causam.cum cōcordan.ibi allegatis.de probationibus.et not.glo.in.l.iij.in principio.ff.de excusa.tuto. ¶ Preterea vt apparet ex actis cause huius.et tā per instrumenta arrendamentorum,quam etiam per testes, idem Berengonus se gessit pro participe earundem firmarum, et socio eiusdem magistri de Saltu:nisi ab eo tanquam a participe,seu socio et confirmario multi emerūt, seu arrendarunt particulares firmas,et tanquam tali pecunias exoluerunt.et pro tali etiaz fuit ab alijs habitus,reputatus,et nominatus. ipse etiam reperitur pluries accessisse Lugdunum,vt solueret assignatis,et etiam mutuas pecunias ab alijs recepisse,p satisfaciēdo assignatis,super denarijs firme:que multū operantur:quia esto,quod sola verbalis reputatio aliquando nō multum operetur.l.imperatores.§.penultimo.ff.ad munici-
7 pa.realis † tamen,multū operatur.l.seruis vrbanis.in principio.et in secundo responso.ff.de legatis tertio.l.sed si accepto.ff.de iure fisci.et.l.si quis patremfamilias.ff.ad macedonianum.et illa vt dicit Oldra.consilio mihi.cciij.exordiente, Quia tota decani et capituli etc.constituit cum pro quo est in quadam quasi possessione illius iuris super quo existit huiusmodi realis reputatio.l.prima.§.Julianus.ff.de agnoscen. libe.et.l.non epistolis.et.l.nudus.et quod ibi no.C.de probationibus.arguit etiam vt dicit idem Oldradus scientiā aduersari.Non enim est verisimile eundem de Saltu vidisse arrendamenta,seu venditiones firmarum factas per ipsum Berēgonum,quas fecit vt firmarius.Sunt et alia apparentia ex processu predicto.per que etiam probatur huiusmodi societas quoad dictos tres primos annos.

¶ Quo vero ad alios tres,qui inchoati extiterunt anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimosexto.et die prima mensis Septembris et finiti anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimonono.et die vltima mēsis Augusti,dico quod per ea que ī actis probata sunt,dicta prima
8 societas probatur † extitisse renouata.Primo quidem per literas proprias dicti magistri de Saltu, per eum scriptas anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimoseptimo.et die decimaoctaua mensis Aprilis.Et sic post finitā primam firmam,et tempore secunde,in quibus eundem Berengonum appellat eius socium in firmaz sibi tribuit facultatem exigendi,et recuperandi etc.hoc etiam probatur per instrumentum publicum sumptū anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimoseptimo,et die decimaquarta mēsis Augusti, in quo ipsi de ponte et de Saltu se dicentes firmarios iuris equiualentis,leguntur ipsi ambo et simul,et eorum quilibet insolidum cōfessi extitisse se debere et soluere teneri domino Raymundo Nicolai summam centum ducentorum auri causa mutui.Et hoc pro soluendo,et solutionem faciendo domino nostro regi ad causam dicti iuris equiualentis,quod post factum ab ipsis Berengono et de Saltu reperitur fuisse cancellatū anno domini.M.cccclxxxvij.et die.viij. mensis Januarij.hec enim simultanea obligatio p eos simul facta,et pro soluendo domino etc.ad causam dicti iuris equiualentis multum operatur.Et vt apparet ex his que notāt Barto.Alexand.de Jmol.et doct.in.l.cum pater.§.libertis. ff.de lega.ij.Bal.Ange.Jo.de Jmol.et moderni in.l.his qui heres.§.neq.ff.de acqui.heredi.Bald.in.l.si.C.ad Macedonianum.et Bald.in.l.filius.in fi.ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris.Ex quorū dictis colligitur q talis simultanea obligatio operatur consensum vnius ad alterum,et ecōtra.per cū etiam cum ibi dicant socios in dicta firma probatur societas.per ea que habentur in.l.optimā.et qd ibi Jaco.Butr.et docto.C.de cōtrahen.et cōmitten.stipula.etc.Joā.de Jmol.in l.qui volebat.in prin.ff.de here.instit.Probatur etiā per instrumentū publicū sumptum anno dñi.M.cccclxxxvij.et die xiij.mensis Junij,per quod apparet,q anno,mense,et die illis,ipse de Saltu eundem Berengonum,quem inibi in dicta firma iuris equiualentis socium nominat,procuratorē constituit ad manu leuandum,et mutuo recipiendum summam quadringentarum librarum turonen.monete regie.per talē enim nominationem probatur eundē Berēgonum fuisse socium

cium,etiam si facta extiterit eo absente.per ea que habentur
in.l.optimam.⁊ quod ibi docto.C.de contrahen.⁊ committē.
stipula.⁊ Joan.de Jmol.in.d.l.qui volebat.in princ.ff.de he
redib.institnen,iunctis his que not. Barto.in dicta.l.nuda.
ff.de donatio.Bald.in.l.j.versic.secundo oppono ⁊c.C.de cō/
fessis.dico,hec etiam passus est,imo consensit idem de Sal/
tu,quod prefatus Berengonus se gereret pro socio,⁊ confirma
tio.¶ Preterea vt apparet ex his que deposuerunt testes
parte dicti Berengoni super septimo ⁊.xviij.articulis dicti
eius libelli seu articulorum idem de saltu sepe ⁊ pluries asse
ruit,⁊ confessus est se associasse,⁊ eius socium existere eundē
Berengonum in dicta firma.vt videri potest in depositioni/
bus Stephani nobilis Antonij de angussio Joānis la pau/
se eiusdem Ludouici magistri testis ⁊ Antonij deoctani no/
ui testis,magistri vitalis sabbaterij magistri Gulielmi ma/
letonis,Antonij quatrepies,⁊ Petri de may.alias belleti,
que confessiones sic reiterate,etiā si facte sint absente eodē Be/
rengono,probant ipsum de Saltu.per ea que superius dixi
in simili,super primo articulo,dum allegaui Bart.in dicta
l.cum scimus.C.de agrico.⁊ cēsitis.libro.xj.pro quo vltra ea
que ibi dixi allego quod idipsum voluit Paul.de Castr.con
silio mihi.lxxxiiij.exordiente,quod prefata sententia arbitralis
⁊c.pro quo allegat.c.fina.de successio.ab intestato.⁊ quod vo/
luit Barto.in.l.admonendi,ff.de iureiuran.Etiam comme/
morat dictum Bar.in.d.l.cum scimus.⁊ consilio.clxxv.exor/
diente,Super primo dubio.Etiam vt apparet ex actis idē
Berengonus durantibus dictis vltimis tribus annis,fecit
multa arrendamenta seu venditiones de particularibus fir
mis,vt ⁊ tanquam cōfirmarius,seu socius dicti magistri de
Saltu:etiam concessit multas literas vulgo dictas de bail,⁊
alias se gessit in dicta firma,vt ⁊ tanquam cōfirmarius:⁊ vt
in primis annis fecerat:⁊ pro tali etiam fuit habitus,tētus,
⁊ reputatus.prout hec omnia colliguntur ex depositionibus
testium parte eiusdem Berengoni in hac causa productorū:
inter quos etiam sunt qui testificantur,⁊ deponūt emisse,seu
mandasse aliquas firmas ab eisdem Berengono,⁊ de Saltu
tanquam firmarijs.Sunt enim qui deponūt de solutione vi/
ni,⁊caseorū vltra ⁊ preter pretium dari conuentum pro fir/
mis,⁊ que solutio facta est nō solum eidem magistro de Sal/
tu,sed etiam prefato Berengono.per que satis apparere exi
stimo probatam esse renouationem societatis superius mē/
tionate:per jura allegata in dictis articulis:et presertim in
vij.articulo.pro quo facit qđ habetur in simili in locato ⁊ cō/
duct.quia finito tempore locationis ⁊ conductionis rema/
nente conductore in re conducta sciente,⁊ ita fieri patiente
locatore,tacito consensu,censetur renouata locatio,⁊ condu
ctio.l.item queritur.§.qui impleto.et.l.qui ad certum.ff.lo/
cati.⁊.l.legem.C.eodem titu.⁊ quod voluit Bald.in.l.etiam,
circa finem.C.de iure dotium.Facit etiam quia vt dixi circa
principium societas potest contrahi,non solum expresse,sed
etiam tacite.vt etiam voluit Paulus de Castro cōsilio.ccc.
xxxiiij.exordiente,Jn causa que vertitur ⁊c.ver.restat ergo
videre,Et debet huiusmodi societas cēseri renouata ad me
dium lucrum ⁊ medium damnum:prout abinitio contracta
extiterat;quia huiusmodi renouatio est quedam consequentia,
⁊ reliquie precedentis,⁊ prime societatis.debet igitur ab ea
regulari.vt sic a primordio tituli posterior formetur euen/
tus.l.j.⁊ qđ ibi doctores in.v.dicto.C.de impo.lucr.descript,
libro.x.⁊ voluit Bald.consilio mihi.cxiiij.exordiente,Pun/
ctus super quo petitur cōsilium.in secūda parte ⁊c.ad quod
etiam facit quod voluit Bald.in dicta.l.etiam.in fi.dicit enī
quod si ciuitas conduxerit doctorē cum certo salario pro vno
9 anno quo finito si doctor domum recesserit,Et † deinde inter/
positis pluribus annis iterato idē doctor reuocetur sine re/
petitione salarij.intelligitur primum salarium tacite repeti/
tum.l.penultima.§.vxor.ff.soluto matrimonio.Et idem di/
cit esse in famulo,⁊ similibus.ad quod dicit facere.d.l.etiam.
quia actus secundarius regulatur a primitiuo.Preterea ni
10 si aliud † appareat:socij presumūtur esse socij pro partibus
equalibus,non pro inequalibus.l.si non fuerit.ff.pro socio,
¶ Ex predictis satis apparet proposita,⁊ deducta in articu
lis exordientibus,vt vobis parte dicti de Saltu in hac cau/
sa oblatis,quatenus articuli huiusmodi concernunt preten/
sas defensiones eiusdē de saltu dicto de ponte nō obesse;nec
eidē de Saltu suffragari.quatenus vero ipse de Saltu conatus
est eundē de pōte recōuenire ad reddendū rationē ⁊ reliqua
cōsignādū,hoc frustratorie factū est;cū vt apparet ex actis
cause huius,idē de Ponte paratum se obtulerit hec facere:
duntamen vice versa hoc etiam sibi faceret dictus magister
de Saltu:quod vt dixi facere tenebatur,et tenetur:⁊ ad hoc
est condemnandus. Non fuit igitur,nec est ipse de Ponte
in mora,sed potius idem de saltu. Preterea hic est aduer/
tendum quod prefatus de saltu,non agit contra eundem de
Ponte actione persone,sed actione mandati.et sic non iu/
dicio generali:propter quod forte non bene conclusit.Debe
bat enī particulariter,⁊ in specie deducere,⁊ probare a qui/
bus firmarijs,et quas summas idem de Ponte receperit,⁊
petere in specie eum condemnari ad illas exsoluendas.Su/
per quo tamen vlterius non insisto.Que omnia dixerim sub
correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Componens pro furto efficitur infamis: et repellitur
a testimonio.et per hanc confessionem censetur fateri fur/
tum.
2 Perseuerare in delicto quis presumatur ex quo non egit pe
nitentiam,vel egit simulatam.
3 Jnimicitie graues repellunt a testimonio.
4 Testis varius ⁊ contrarius non probat.
5 Testimoniū de proprio auditu vt valeat,quid requiritur.
6 Juramentum in defectum probationis quādo deferendū,
⁊ quid requiratur.⁊ an in matrimonio deferatur.

¶ Epitome.

¶ Testes in matrimonio ab vtraque parte debent rogari;
nec in eo vtpote in causa graui ⁊ ardua,non defertur iura/
mentum in defectum probationis.

¶ De testib.⁊ iureiuran. Consil.ccxlij.



Jso processu cause ma
trimonialis cepto,⁊ pendente indeciso per
⁊ inter Angelicam valde agentem ex vna,⁊
nobilem Aymarum Martini reum,⁊ se de/
fendentem partibus ex altera:premitto qđ
pro faciliori responsione fienda ad id,de quo queritur, quod
prefata Angelica pro iustificatione eius pretēse institutio/
nis produxit multos testes,inter quos non reperio nisi tres,
qui se interfuisse pretendant,siue dicant illi asserto matri/
monio,de quo contenditur:scilicet Gulielmum Blache,ma
gistrum Joannem Bontosij notarium,⁊ dominum Arnul/
phum de faudono.Est igitur videndum an per istorum de/
positiones,seu dicta sufficienter probatum extiterit dictum
pretensum matrimonium:⁊ primo quidem,quoad depositio
nem prefati Gulielmi Blache,dico et respondeo, quod illa
non probat:tum quia ⁊ apparet ex depositionibus honora/
bilium virorum magistri Gulielmi benedicti Olerij,⁊ Pe/
tri Bouarij notariorum idem Blache ante per eum latum
1 testimonium in hac causa, composuerat † pro furto per eū/
dem perpetrato , et commisso, aut de quo inculpatus exti/
terat:quo fit vt propterea effectus sit infamis.per ea que
habentur in.l.athletas.§.fina.et.l.quoniam.et quod ibi per
Bartolum,Baldum,Angelum,⁊ doct.ff.de his qui notan,
infa.⁊.l.non potest.ff.de furt.iuncto. cap.testimonium. ver/
sicu.si dico.ibi,et cum non committetur infamia,⁊c.de testi,
infamia enim concomitatur infamē,⁊ eum associat:et quo/
cunque se verterit sibi inheret,sicut lepra leproso.argumen,
cap.cito turpem.prima questio.j. Et ob hoc infamis potest
in quolibet loco tanquam infamis repelli:quia infamia afficit per
sonā.Pro quo facit quod not.Jnnocen.in capit.qualiter et
quando.el.ij.de accusatio.et Frederic.de senis. consil.xxiij.
Tum quia cum per transactionem,seu compositionem de qua
supra censetur confessus furtum, de quo tempore illius , et
ante eam intitulabatur.dicta.l.quoniam.nec appareat ex a/
ctis cause huius eūdem Gulielmum Blache extitisse de fur
to huiusmodi emendatum;non est eius depositioni, seu di/
cto fides adhibenda;etiamsi essemus in casu,in quo propter
transactionem per se factam,non incurrisset infamiā. dicto
cap.testimonium.⁊ ca.super eo quod quesiuisti. de testibus.
Jdeo autem dixi non apparere prefatum Gulielmum Bla
che fuisse de predicto crimine emendatum, quia non appa/
ret,quod de illo penitentiam egerit perseuerat igitur in illo:quia
vt dicunt Hostien.⁊ Joan.And.in dicto cap.testimonium,
2 super verbo,perseuerat.⁊ post eos Panormita.quod † perseue
rare dicitur quis in delicto,ex quo non egit penitentiā: vel
egit simulatam,⁊ ad vomitum rediit,tanquam canis.de pe/
niten.distinctio.iij.in princi.⁊ cap.si autem. Tum etiā non
videtur eidem Blache pro eo fides adhibenda. quia vt appa
ret ex actis cause huius,idem Blache alias ante eius pre/

tensam depositionem,seu testificationem in hac causa factã
denuntiauit in curia spirituali Uapincensi.et denuntiando
conquestus est cõtra dictum nobilem Aymarum,ꝙ cum gla
dio euaginato eum insequutus extitisset animo & intentione
eundem Blache offendendi in eius personam.hoc enim ap-
paret tam ex confessione eiusdem Gulielmi Blache,quã per
processum inquisitionalem in hac causa productum.quo fit,
3 vt sit & esse censeri debeat grauis inimicitia† inter eosdẽ no-
bilem Aymarum & Gulielmũ Blache:que inimicũ repellit
a testimonio ferendo per ea que not.doct.in.c.cum oporteat.
de accusa.& in auth.si dicatur.de testib.& non solũ talis inimi
cus repellitur a testimonio,sed etiam de tali inimicitia suspe
ctus.sic suspectos.iij.q.v.not.Inno.in.c.cum.P.in nouella.
de accusa.Bald.in dicta authen.si dicatur.& Francis.de are.
in allegato.c.cum oporteat.¶ Quo vero ad depositionẽ ma
gistri Joannis brutosij,& ad illius impugnationem opponi
tur de tribus.primo ꝙ tẽpore per eum lati testimonij inqui-
rebatur per curiam Uapincensem,contra eundem nobilem
Aymarum,ꝙ ipse dictum brutosij verberauerat:sed nec ap-
paret,quod idem brutosij denuntiauerit,vel alias procura-
uerit fieri inquisitionem huiusmodi,nec probatum est eun-
dem brutosium fuisse per prefatum Martinũ verberatum.
Et sic nec probata est illius brutosij inimicitia, nec inimici-
tie suspitio:propter quod non existimo ꝙ ex capite huiusmo
di veniat a testimonio repellendus.¶ Opponitur preterea
& secundo ꝙ eidem brutosij pro eo credi non debeat,quia du
xit in vxorem consobrinam prefate Angelice,sed puto,quod
istud non obstet:pro eo quia non est probatum,quinimo nec
deductum est nobilem Aymarum esse nobiliorem,ditiorem,
potentiorem,vel honorabiliorẽ eadem Angelica.Quo fit vt
testimonium huius brutosij.etiam si prefata eius vxor pro-
betur esse consobrina,suspectum non existat,per id quod ha-
betur in.c.super eo.el.ij.& quod ibi Innocen.Hostien.Joan.
And.Bald.Panormi.de testi.&.c.videtur.et quod ibi doct.
qui matri.accus.pos.¶ Opponitur preterea & tertio,ꝙ pre-
fatus brutosij erat de intrusis,& nominatis in literis aposto-
licis in processu cause huius parte dicti Martini exhibitis,
& productis:insuper & ꝙ erat substitutus cuiusdã magistri
cherubini:sed hec non obstant,vtpote non probata.Non igi-
tur videtur idem brutosij repellendus,ex capitibus,siue cau
sis contra eum allegatis.videtur tamẽ ex alio repellendus:
pro eo quia interrogatus super libello parte prefate Angeli
ce,in hac causa producto,dixit & deposuit libellum huiusmo
di,& contenta in eodem fore,& esse vera,sue pretense depositio
nis causam reddens,quia dum fierẽt inibi contenta ipse fuit
presens,viditq́ & audiuit,prout in dicto libello continetur.
Deinde vero interrogatus.si erat in presentia dictorum no-
bilium Aymari & Angelice,dixit & respondit,qõ erat in vna
& eadem camera,& in presentia eorundem Aymari et Ange-
lice.quodam tamẽ linteamine cortinarum intermedio,et qõ
non videbat eosdem Aymarum & Angelicam propter dictũ
linteamen.Ecce ergo quod ex depositione eiusdem brutosij
colligitur contrarietas.primo enim dixit,quod dum contẽ-
ta in dicto pretenso libello acta,& facta extiterunt,ipse fuit
presens,& quod ipse illa vidit & audiuit.Hic autem dixit,qõ
non videbat,& causam adijcit,pro eo quia cortina erat in me
4 dio.Est igitur† varius:ergo non probat.l.qui falso.cũ suis
similibus.ff.de testibus.Et quod Innocẽ.& doctores in capi.
quoniam contra falsam.de probatio.Et non solũ est varius
sed vt videtur contrarius:& consequenter periurus.Primo
enim dixit,vidisse & audiuisse omnia cõtenta in libello:post-
ea vero dixit,ꝙ propter cortinam existentem in medio, non
viderit:que sunt cõtraria.in nullo ergo sibi creditur.per id
quod habetur in dicto.c.testimonium.iunctis not.per Inno
cen.& docto.in.c.fraternitatis.de hereticis:& quod ibi notat
Alexand.de Jmol.in.l.si ex falsis.C.de transactio.post alios
ibi,& in alijs locis per eum inibi allegatis.Preterea nec di-
cto huius nec alterius precedentis testis.credi debet ex alio
capite:quia videlicet non viderãt.nec videbãt prefatos no-
biles Aymarum,& Angelicam tempore quo pretẽdunt ma
5 trimonium adinuicem contraxisse.Quanuis† enim testimo
nium de proprio auditu regulariter valeat,secũdum magis
communem opinionem glo.& docto.illud tamen ita demum
videtur procedere,si testes voces contrahentium,vel alias
aliquid agentium notas habeant:vt videtur voluisse glossa
iij.q.iiij.&c.c.testes.Specula.titu.de teste.§.i.versic.sed nun-
quid eccus.Joan.And.& Anto.de But.in.c.ex literis.de cõ
suetudi.Joan.And.Panormita.in.c.cum causam.de testi.
Ange.in.l.si non speciali.C.de testa.Jo.de Jmol,& Alex.de
Jmol.in.l.ij.§.idem labeo:ff.de aqua pluuia arcend.Quo fit
vt cum probatum nõ extiterit,quinimo nec propositum,aut
alias assertum per dictos pretensos testes,ꝙ ipsi notas ha-
berent voces prefatorum Aymari & Angelice,non videan-
tur ipsi testes probare dictum pretensum matrimonium.Et
eo presertim:quia dictus nobilis Aymarus non ciuis,habi-
tator,vel incola Uapincensis,sed dicitur de Monteorcerio,
testes vero dicuntur habitatores Uapincẽses.Propter qõ
potius presumendum est hos testes non solum non habuisse
notam vocem dicti nobilis Aymari,sed etiam illius perso-
nam.argumento.l.verius.ff.de probatio.Preterea cum vo-
cum notitia censetur,vt predixi, fundamentum eius quod
dicimus testimonium,scilicet de proprio auditu esse efficax,
& validum,hoc fundamentum probandum est per eũ qui stat
pro defensione testimonij huiusmodi per id quod not.Bar-
to.Alexand.de Jmol.& doctores in.l.ex hoc iure.ff.de verbo
rum obligationibus.¶ Postremo etiam credendum nõ vi-
detur depositioni seu dicto domini Arnulphi de fundono.
Tum & quia veris existẽtibus impugnationibus,de quibus
supra.iste remanet vacuus:cuius propterea vox cẽsenda est
vox nullius.l.iurisiurandi.C.de testibus.&.c.tam literis.eo-
dem titulo.ille etiã deponit pro duabus horis,vel circa post
tractum pro aue Maria noctis,contractum fuit dictũ pre-
tensum matrimonium.Alij vero dicũt qõ vna hora,vel cir-
ca.Et sic sunt varij in tempore.non igitur sunt cõtestes.per
ea que habentur in.c.nihilominus.iij.q.ix.& quod not.docto,
in.c.cum causam que inter archiepiscopum.de testi.& in.l.te-
stium.C.eodem titul.Preterea alij pretensi testes dixerunt
prefatam Angelicam fuisse promotricem:hic aũt de Fando
no dixit dictũ nobilem Aymarum fuisse procuratorem.Et
sic etiam quoad hoc fuerunt contrarij,vel ipse de Fandeno
singularis.Et sic non valuit eius depositio.Preterea aduer
tendum est ꝙ opinio eiusdem de Fandono videtur non mo-
dicum grauata ad causam illius facti commissi in bonis do-
mini Raymbaudi de vacherijs.Postremo cõtra depositio-
nes prefatorum Gulielmi Blache,& magistri Joannis bru-
tosij facit quia nec ipsi attestãtur,nec alias apparet eos fuis
se ab vtraq́ parte rogatos,vt testes essent de dicto pretenso
matrimonio:& tamen in matrimonijs testes debẽt rogari ab
vtraque parte.vt voluit glossa.in.§.de his.iij.questione.ix.&
videtur fuisse de mente Speculato.in titu.de teste.§.primo.
versicu.item quod non est rogatus.Fateor tamẽ quod aliqui
tenent contrarium.sed esto ꝙ hec contraria opinio vera exi
steret,videntur alie rationes superius allegate sufficere ad
impugnationem depositionum dictorum pretẽsorum testiũ:
ita etiam vt non videatur iuramentum deferendum prefate
6 Angelice in vim pretense plenioris probationis:quia† illud
ita demũ defertur,vbi ille qui hoc sibi deferri postulat, pro-
bauit semiplene.l.in bonefidei.C.de iureiuran.&.l.admonen-
di.cum suis similibus.ff.eodem titulo.Exigitur etiam quod
causa non sit ardua.vt volunt docto.vbi supra.causa autem
matrimonialis ardua est.vt fatentur omnes docto.in locis
preallegatis.& dicit Bald.in dicta.l.in bonefidei.quod ma-
trimonium est quasi grauis seruitus.& ꝙ omne quod dissolui
nõ potest,est contra naturam libertatis:& ideo graue.Et ꝙ
¶ Preterea vbi essemus in casu,prout tamen non sumus,in quo videretur eidem insigni curie debere fieri depositũ,aut sequestrum, &c. q2 tamẽ predicti firmarij se obtulerunt promptos, & paratos obligare & idonee cauere q̃ in casum victorie ipsi sine procrastinatione dabunt,soluent & expedient eidem do.Epo id,in quo eos teneri apparebit ad causam salis vecti, & pro dicto pedagio ipsi sunt audiendi: nec debet fieri depositum,aut sequestrum.l.senatus.ff.de offi.presi.&.l.si fideiussor.§.fin.& quod ibi cõmuniter omnes scribentes.ff.qui satisda.cogan.& quod scribit Cyn. Bart.& docto.in. d.l.j. C.de prohibi.sequestra.pecu.quod etiam sentit Joan. Mona. in dicta regula,locupletari.& Joã.And.in.d.c. dilectus in vna appostilla super glo.& clarius in addi. Spec.tit.de sequestra posse.& fruc.super rub.& Spec.eod.tit.§.j.versic. Item pone & Panor.in.d.c.dilectus.versi.Sed nunc quero nunquid sit aliquod remedium & And. Sicu.consi.xj.exord.illud afferã in medium qđ psalmiste,&c.versic.& sic cum comes possideat, non grauabitur sequestratione. Et hoc maxime procedit, & procedere debet in hoc casu in quo predicti firmarij dei gratia sunt notorie opulenti,& diuites.Et ita non sit de consumptione,&c.& q̃ non sunt habituri de quo sine procrastinatione satisfacere poterunt eidem Reuerend. do.Epo, si vicerit in causa.hoc idem consultissime etiam ante probationes obseruauit hec insignis curia in dicta antiqua causa olim scz mota cõtra dictos nobilem Franciscum Mayandi,& Martialem Fornerij: quod si verum est,imo quia verum est fortius est in hac causa obseruandum,si tamen & quatenus visum fuerit, vt nõ creditur q̃ dicti firmarij cogi possint ad deponendum aut q̃ fieri possit sequestrum:Cui dicto non obstat si forte de hoc opponitur id , quod habetur in.l.si pecunie. §.fin.& quod ibi Bart.ff.vt in posse.lega.& quod not.Paul.de Cast. Alex.de Jmol.& do.Jas.in dicta.l.si fideiussor.§.fi.scz q̃ licet sequestrum factum ob litem agitandam sit tollendũ mediante idonea cautione, vt predixi, secus tamen est quando illud factum fuit ad finem, vt debitor solueret, vt puta in executionem sententie: vt videretur posse dici hic, cum pro dicto reuerend. do. Episcopo lata fuerit sententia super manutentione eius pretense possessionis.Quoniam respondeo, q̃ a dicta sentẽtia fuit appellatum & sic extincta eius virtus si quam habuisset.l.j.§.fi.ff.ad turpi.l.ij.ff.de pe.l.si quis filio exheredato.§.ij qui. ff.de iniust. rup. & irri.testa.&.l.furti. in prin.& quod ibi glo.ff.de his qui not.infa. per id qđ not. Cuma.in.l.si expressim. ff.de appella. quia nihil nouari debet pẽdente appellatione. Preterea illa sententia fuit,& est notorie nulla: & de cuius nullitate notorie apparet ex actis in dicta causa productis:Vnde cum de nullitate hmõi oppositũ extiterit, & vt audio opponatur, oppositio seu exceptio hmõi impedit executionem dicte asserte sñie:prout in effectu concludit Bart.in.l.quarta. §. condemnatum. ff.de re iudi. in.l. fin.C.si ex fal.instru.& qđ not. Philip.Fran.in.c.dilecto.vñ. circa fin de effectu suspensionis.de appella. & potuerunt, seu etiam possunt predicti firmarij non solum agendo, seu supplicando impugnare dictam assertam sententiam de nullitate,& ad fines vt declaretur nulla,sed etiam de ea excipere ad fines vt impediatur illius exequutio. vt voluit Jo. de Jmol. in dicto.§.condemnatum.quod etiam fuit de mente Bald.in c.cum in iure peritus.de offi.deleg.& facit quod not.in simili in.c.ij.&.c.fi.de ordi.cogni.& Philip.Fran.in.d.c.dilecto.vñ. sed aduerte,q2 omnia precedẽtia dicta.&c.Presupposito igitur q̃ pendẽtia cause nullitatis principaliter per viã actionis intentate non videretur impedire exequutionem sententie,vbi nullitas huiusmodi euidens non existeret,vel nõ posset probari incontinenti,tamen vbi excipiẽdo opponitur de nullitate debet exceptio huiusmodi impedire exequutionẽ: vt predixi.quam exceptionem opponere non prohibetur ille qui principaliter,& per viã actionis prosequitur nullitatem vt voluit Joan.de Jmol.in.d.l.iiij.§.condemnatum.ff.de re indi.& Bal.in.d.c.cum in iure peritus de offi.deleg. Philip. Fran.in.d.c.dilecto.in.x.quest.prin.versicu.sed aduerte quia omnia precedentia,&c.vbi etiam do.preposi.in.x.quest.princ.

versic. fallit primo ista conclusio, nisi eadem nullitas contra exequutionem deduceretur de appella. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domi. melius sentientis.

1 Pater testans inter liberos debet omnibus relinquere iure institutionis.
2 Filia preterita per clausulam codicillarem censetur rogata de restituendo heredi instituto: detracta tamen vna quarta.
3 Clausula codicillaris an subintelligatur in testamento paterno.
4 Bonorum & iurium appellatione an veniant futura, & post donationem acquisita.
5 Ratio vbi est eadem, idem ius censeri debet.
6 Donatio medietatis omnium & quorumcunque bonorum facta contemplatione matrimonij valet.

¶ Epitome.

¶ Pater testans inter liberos omnibus debet relinquere iure institutionis: alias eius testamentum esset nullum, nisi in eo apponeretur clausula codicillaris: per quam preteritus censeretur de restituendo heredi instituto rogatus, vnica tamen quarta detracta. cetera vt in quarto & sexto collectaneis.

¶ De testa. & de dona. propter nup. Consil. ccl.



Quamuis glo. ordinaria in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. senserit non esse opus, quod quando pater testatur inter liberos, ipse relinquat omnibus iure institutionis quam opinionem ibi, vbi, ego teneo primam opinionem sequutus est domi. Jacob. de May. doctor profecto clarissimus, motus multis & bene apparen-
1 tibus rationibus: tamen quia communis † opinio scribentium est in contrarium, prout etiam ipse fatetur, esset periculum in iudicando, aut consulendo ab hac communi opinione discedere. l. prima. versic. crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. capitulo, nouimus. & quod ibi Antonius de Butrio de verborum significatione. & capitulo, in canonicis. versiculo in eis vero distinctione. xix. & quod not. Hostiensis Joannes Andr. & alij in capitulo primo de constitu. Bart. & alij in. l. fin. C. de pena iudi. qui male. iudica. propter quod adherendo sententie spectabilis domi. doctoris primo scribentis, dico testamentum Antonij Bretonis, in quo nihil iure institutionis relictum reperitur vni eius filie naturali & legitime, non valuisse nec valere iure testamenti. Sed manet difficultas an saltem valuerit, aut valere possit iure codicillorum, propter clausulam codicillarem, que communiter apponi consueuit in testamentis, & describi post illa verba: hoc est autem testamentum vltimum nuncupatiuum. Sed quia materia non reperitur extensa in instrumento mihi exhibito, sed ponitur ibi dictio, & cetera. abbreuiate descripta, non possum respondere. Esset autem recurrendum ad stylum Notarij in similibus. iuxta ea que scribuntur per Barto. & alios in. l. gallus. §. idem credendum. ff. de liberis & posthumis. & alios in alijs locis. Et si comperiretur quod sub illo verbo, & cetera abbreuiate scripto consueuerit apponere clausulam codicillarem,
2 tunc dicerem, quod illa † filia preterita censeretur rogata de restituendo eius portionem hereditariam heredi instituto. per ea que scribunt doctores. in authen. ex causa. C. de libe. prete. vel exhere. posset tamen tanquam grauata detrahere vnam quartam, non duas. secundum legist. iuxta id quod ponit gl. Bart. & doctores in. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficioso testamento. de quo in multis locis per doctores tam in scribendo, quam consulendo, quos non refero. non me latet
3 multos sensisse † quod in testamento patris semper subintelligatur clausula codicillaris. hoc enim voluit glo. in. l. coheredi. §. cum filie. versi. non valebit. vbi etiam Joannes de Jmol. ff. de vulgari & pupillari. & domi. Jacob. de May. in. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. versiculo adde quod vltra priuilegium C. de testamen. Sed semper consueui tenere contrarium, quod videtur mihi verius. Quo vero ad pactum in quo fuit conuentum, quod omnia bona & iura premorientis essent superstitis, & ad illum peruenirent, an videlicet pactum predictum valuerit, & valeat. Et quidem si esset expressum de omnibus bonis, & iuribus presentibus, & futuris, esset maior difficultas: quamuis etiam in hoc articulo multi, & quidem solennes doctores varia scripserint, de quibus in. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligationibus: & in. l. fin. C. de pac. Sed quia de presentibus aut futuris nihil fuit in dicto pacto expressum, sed solum dictum, quod omnia bona & iura premorientis sint superstitis, & ad eum perueniant post mortem pre-
4 morientis: est dubium an in casu isto appellatione † bonorum, & iurium veniant etiam futura, super quo Richar. de Sali. & Barth. eius nepos, dixerunt quod sic. in dicta. l. fin. contrarium tamen videtur, scilicet quod non veniant. nisi bona tunc, hoc est tempore eiusdem pacti presentia, hoc est que tunc habebant paciscentes, non futura, seu postea acquisita. l. si ita. ff. de aur. & argen. lega. & l. fin. §. qui indiuisam. ff. de lega. secundo. & quod post Petrum scribit Cy. in dicta. l. fin. ibi, iste intellectus ponit questionem. &c. vbi etiam Alberi. versiculo & ex predictis dicit solutam questionem, & cetera qui sentiunt & volunt, quod si quis donet dimidiam partem bonorum suorum post eius mortem, non debet donatarius habere dimidiam partem bonorum postea acquisitorum: sed solum eorum que habuit donator tempore facte donationis. Et cum hac opinione transit Roma. & post eum Alexand. de Jmol. multa pro ea inducens in dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. versiculo. Sed quid si duo tibi. & cum ea transeunt Petrus de Ancha. & Joan. de Jmol. extra de testamentis. super rubrica. & Paulus de cast. in dicta. l. fin. versiculo. in glo. ibi, per stipulationem. & cetera. Et quamuis aliqui ex predictis loquantur in donatione partis bonorum, non in donatione omnium bonorum, tamen ni-
5 hil obstat: pro eo quia vtrobique est eadem ratio, † ergo vtrobique idem ius censeri debet capitulo, secundo de translati. episc. capitulo, cum dilecta. de confir. vtil. vel inutil. l. libertum §. senatus. ff. de ritu nupt. & vulgata. l. illud. ff. ad leg. aquil. & quinimo videtur quod potius donatio, seu pactum facta seu factum de omnibus bonis, & iuribus debeat intelligi de presentibus: hoc est de illis, que habebat donator, seu paciscens tempore facte donationis seu pacti, quod in alio casu, quando scilicet donatio facta esset, aut pactum de parte bonorum donatarum: & hoc tenendo, quod donatio omnium bonorum presentium et futurorum non valeat, quia in dubio verba sic debent interpretari, vt actus potius valeat, quam pereat. l. quoties. in stipulatione. ff. de verborum obligatio. et. l. quoties. ff. de rebus dubijs. Et sic non videtur quod dictum pactum potuerit, aut possit impugnari ex eo capite, quod factum extiterit de omnibus bonis presentibus & futuris. Verum attenta forma dicti pacti, potest non immerito dubitari, & queri an dictum pactum censeri debeat pactum future successionis: quod certum est non valere. dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. l. pactum quod dotali instrumento. C. de pactis. l. cum donationis. C. de transactio. l. hereditas. C. de pact. conuen. et. l. ex eo. C. de inutil. stipulatio. Et quidem attentis verbis dicti pacti, scilicet quod omnia bona & iura premorientis sint post ipsius mortem superstitis, et ad eum perueniant, videtur quod istud pactum fuerit pactum future successionis. per id quod scribit Bartol. consilio mihi. ccviij. alias. cciij. exordiente, promitto tibi, & tu mihi, vt premorientis &c. Super quo tamen nihil pro nunc firmo: pro eo quia non datur mihi opportunitas, vtpote alijs longe grauioribus impedito, alias autore domino plenius scripturo, si contingat casum mihi remitti: quod si fiat, remittantur mihi omnia.
6 ¶ Quo vero ad donationem medietatis † omnium, & singulorum bonorum mobilium & immobilium, presentium et futurorum quorumcunque, quam dudum, anno scilicet incarnationis dominice Millesimo quatercentesimo nonagesimo septimo, et die decimasexta mensis Januarij, fecisse dicitur dictus Antonius Bretonis Gulielmo Bretonis eius filio naturali & legitimo, dico quod illa valuit ab initio: tum quia esto quod illa dici non deberet donatio propter nuptias, ea scilicet de qua & cuius natura habetur in. §. est & aliud. insti. tu. de donatio. in. l. si constante. l. penultima. §. sancimus. l. fina. §. igitur. & authenti. dos data. et multis alijs iuribus positis. C. de donatio. ante nup. pro eo quia donatio propter nuptias de qua in dictis iuribus fit, & fieri consueuit per virum, vel ex eius parte sue vxori. dicta. l. fina. §. sancimus. & capitu. nuper. in fine. & quod ibi gloss. de donatio. inter virum & vxorem. Et que fit propter multas causas, quas post Pet. Abbas antiquus. et Jo. Andr. colligit Panormita. in capi. final. de donatio. inter virum et vxorem. tamen non potest negari, quin illa facta extiterit contemplatione matrimonij, et nuptiarum: quod matrimonium forte alias sequutum non extitisset

extitisset: & cum multa debentur. vt voluit Ambro. de Vina. in quodã suo cõsilio exordiente, pridem contractum fuit matrimonium per verba de futuro. in vltimo quesito. pro quo multa inducit, que pro nunc non refero. Tum & quia donatio predicta fuit iuramento vallata. & sic per ipsum confirmata. per id quod no. Bald. in. l. si donatione. C. de colla. & apertius in. l. tertia. C. de vsucap. pro dona. & consilio. ccclxv. in. iij. parte. Alexand. de Jmola in dicta. l. si donatione. versiculo vtrum autem donatio. & consilio. viij. exordiente, consideratis his que in themate. in secundo volumine. & domi. Jason. in. l. frater a fratre. versiculo decimo predicta regula fallit. in lectura, & in repetitione. versiculo septimo limita. ff. de conditio. indebi. & hec est communis opinio: & ideo non est ab ea discendendum. Non ergo donatio predicta habuit vim relicti, nec fuit per mortem confirmata cum iam esset valida. Ex quibus infertur, quod si dominus Gulielmus donatarius velit succedere iure hereditario dicto quõdam Antonio eius patri vna cum Stephano fratre suo, ipse debet conferre, hoc est communicare illam dimidiam partem sibi donatam. per id quod scribit Alexand. de Jmol. in auth. ex testamento. versiculo ex quo infertur idẽ esse. C. de collat. vbi etiam Philippus de Peru. & domi. Jason. & alij in alijs locis. Que omnia scripserim sub. &c.

1 Beneficium ecclesiasticum esse potest sine dote, aut bonis temporalibus. & nu. seq.
2 Ecclesia aut altare construi potest antequam dotetur.
3 Deponens de voce publica & fama, debet causam sui dicti reddere: alias non probat.
4 Fama qualem probationem faciat.
5 Indicium ad probandum regulariter requiruntur duo testes.
6 Indicium & fama non debent simul iungi ad integrandam probationem: & quare.
7 Turpitudinem suam allegans non debet audiri.
8 Jus in capellania queritur per collationem de ea factam.

Epitome.

Beneficium ecclesiasticum ad sui existentiam non requirit dotẽ assignari, nec permutatio beneficij modici redditus cum alio magni redditus ex hoc capite impugnatur: Itẽ allegans permutationem simoniace factam debet id probare, & qualem fidem fama faciat, & qualiter probetur.

De consec. eccle. vel altari. Consil. cclj.



Ex processu cause cepte, & pendentis indecise per & inter domi. Joannem Culmi, & Petrum de Cugno ex vna parte, & venerabilem virum domi. Anton. Peyreti ex alia, de & super quadã perpetua capellania in ecclesia Burgi Morasij Vienen. dioecesis & sub titulo beate Marie fundata colligitur quod dictus dominus Culmi conatus est, & conatur impugnare permutationem olim per eum factam de dicta capellania cum capellania Beati Sebastiani in ecclesia diue Marie veteris Vienen. fundata, & in actis seu processu predicto latius mentionata. Primoquidem ex eo, producta capellania beati Sebastiani non reperitur habere aliquos fructus, aut prouentus, & sic quod non videatur esse beneficium ecclesiasticum quasi ad esse beneficij ecclesiastici requiratur dotatio, aut fructus, seu prouentus. Secundo ex eo quia supposito quod dicta capellania Sancti Sebastiani reperiatur fuisse dotata, aut habere aliquos fructus, seu prouentus, illi fuerunt & sunt pauci, & tenues habito respectu ad fructus, & prouentus dicte capelle beate Marie Burgi morasij, ita vt videatur dictus Culmi fuisse circumuentus, aut deceptus vltra dimidiam iusti pretij: & propterea videatur permutatio predicta esse rescindenda ex capite enormis lesionis. Tertio ex eo, quod idem Culmi pretendit se simoniace dictam capellaniam beate Marie Burgi Morasij resignasse, datis sibi scilicet, & per eum receptis a dicto domino Peyreti pecunia, & quibusdam vestimentis: & ex his pretendit capellaniam predictam debere sibi restitui, & quam sibi restitui postulauit, & postulat. Quesitum est igitur, & queritur an ex capitibus huiusmodi, seu eorum aliquo vitietur dicta permutatio? Ad quod respondeo sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis. Et primo ad primum, quod † ad esse beneficij ecclesiastici videtur prima facie requiri dos, aut fructus, seu prouentus. & quod beneficium ecclesiasticum esse non possit sine dote, aut bonis temporalibus: quia vt dicit Seneca in princi. de offic. capitulo quid est ergo. & post eum Ober. de orte. in. c. primo. versicu. in premissis titu. in qui. caus. feud. amitta. in vsib. feud. & Bald. in sua marga. in verbo. beneficium. Beneficium est beniuola actio tribuens gaudium, capiensque tribuendo. Idem scribit Pet. de Ancha. in capitulo. j. versi. venio ad questionem. de regu. iur. in. vj. Panor. in. c. j. in penul. notabili. de commoda. & in capitulo ad audientiam. in vltimo notabili. de prescrip. hanc diffinitionem beneficij commemorat, & sequitur frater Ang. de Claua. in sua summa. tit. de benefi. & subiungit, quod ista diffinitio comprehendit omne beneficium non solum ecclesiasticum, sed etiam temporale. Quo fit vt videatur quod beneficium ecclesiasticum quoad esse, aut ad sui existentiam exigat dotem, vel alia bona temporalia: quia aliter non videretur esse beniuola actio gaudium tribuens, &c. & consequenter nec videretur esse beneficium: ergo nec ecclesiasticum beneficium: quia a quo remouetur diffinitio generis, remouetur & ipsum genus, & species generis. vt verbi gratia, id quod non est corpus animatum, non est animal, nec homo, seu asinus, aut alium sub animali contentum. l. si causa cognita. C. de transac. & quod not. Bald. in. l. conuenticulam. versiculo. item est arg. a remotione generis. C. de episcopis. & cleric. Et pro hoc, scilicet quod beneficium ecclesiasticum exigat pro sui existentia dotem, &c. videtur bene facere id, quod habetur in capitulo nemo. de consecra. distinc. j. auth. vt nul. fabri. domu. Ora. §. primo. colla. v. & aut. vt determina. sit nume. cle. §. primo. collatio. j. vbi prohibetur fieri, aut fabricari ecclesia, vel oratoria sine dote. facit etiam capitulũ primũ. de censi. & quod habetur not. per glo. & doc. in capitulo cum sicut de consecra. eccle. vel alta. & hec videtur sentire domi. Phili. deci. consilio. cclviij. exordiente. prestantissime doctor. versic. quia ecclesiam. & glo. in capitulo pie mentis. super verbo, pie mentis versic. si quis autem post consecrationem. xvj. quest. vij. vbi dicit, quod qui ante consecrationem dat aliquid ecclesie, fit patronus illius: & hoc ideo quia ipse producit rem de non esse ad esse: & ita videtur quod dici non debeat ecclesia vel beneficium ecclesiasticum ante dotationem. Et sic videtur quod dicta permutatio fuerit, & sit nulla: pro eo quia si permutatio facta de beneficio ecclesiastico per eũ qui in eo ius habebat pro alio beneficio ecclesiastico, & cum illo cui in eodem beneficio nullum ius competebat, etiam si ad illud ius sibi competebat vel spectabat non valeat. vt voluit Joan. Andr. in capitulo primo. de rerum permuta. in. vj. & post eum Joan. de Jmola in capitulo cum vniuersorum. versic. secundo querit. eod. tit. iuncto eo quod idẽ solẽnis doctor scribit in capitulo quesitũ versic. item querit nunquid possit beneficiũ, &c. eod. tit. Multominus, aut saltem non magis valere debet permutatio facta de beneficio ecclesiastico pro pretenso beneficio, quod non solum non competebat compermutanti, sed nec in rerum natura existebat. auth. multomagis. C. de sacrosanct. eccle.

Sed his non obstantibus contrariũ videtur esse verius, scilicet quod permutatio superius mentionata facta scilicet de dicta capellania beate Marie fundata in ecclesia Burgi Morasij cum dicta capellania sancti Sebastiani in ecclesia dñe nostre veteris Vienne de iure valuerit, & valeat, etiam si hec capellania sancti Sebastiani non reperiatur, vel nunc non appareat fuisse dotata, vel habere fructus, aut prouentus seu alia bona: quia cum appareat quod hactenus fuerint de illa facte nulle prouisiones, & collationes, & quidem non vni tãtum, sed pluribus, & diuersis personis, & hec per Reuerendissimos in Christo patres dominos. Vienen. archiepiscopos, qui pro tempore exiterunt, seu eorum vicarios que earũ effectum sunt sortite a temporibus longissimis, presumendum est quod capellania huiusmodi fuerit erecta in beneficium ecclesiasticum: quod non est presumendum factum extitisse, nisi prius fundãda dos collata extitisset. dicto capitulo, nemo. & alijs iuribus super hoc allegatis iuncta. l. merito. ff. pro socio.
2 Preterea † construi potest ecclesia, vel altare, aut fundari beneficium antequam dotetur: per id quod habetur in dicto capitulo. cum sicut. & quod ibi Hostien. & docto. de consecra. eccle. vel alta. & quod presupponit glo. in dicto capitulo pie

mentis. Panor. et docto. in capitulo quoniam de iur. patro. Inn. eod. tit. super rubrica. versiculo posset tamen dici licet alii contrarium dicāt, ꝙ si ab initio, etc. et quod scribit Roch. cur. in suo tract. de iur. patro. super verbo, et dotauit. versicu. secundo quero, etc. quatenus presupponunt ecclesiam fuisse fundatam sine dote, et postea per alium illius non constructorem, seu edificatorem fuisse dotatam: et querunt an iste dotans sibi querat ius patronatus. Sic enim presupponunt doctores prefati ecclesiam posse construi et consecrari ante collationem dotis: quamuis hoc fieri non debeat. Non requiritur ergo ad illius existentiā ꝙ dotem habeat, quamuis sine substantia rerum ecclesie non posset deseruiri. capitulo, si quis obierat. prima questio. tertia. Preterea cum dicta capellania fuerit a temporibus longissimis collata multis, et variis personis, ut et tāquam beneficium ecclesiasticum, et collationes huiusmodi extiterint suum effectum sortite, verisimile est, ꝙ ipsa fuerit dotata: quia non solum ita fieri solet, sed et fere semper, vel communiter, et ut in pluribus qui modi arguendi a solitis scilicet, vel a communiter seu ut plurimum accidentibus, sunt validi in iure. De primo non multa ponit, et scribit Alberic. in. l. ut liberos. super verbo, assolet. ubi etiam domi. Jason. de May. C. de collatio. et idem dominus Jason. in. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si certum petatur Alexand. de Jmol. in. l. huiusmodi. in fine princip. ff. de lega. primo. et domi. Feli. in capitulo ex literis. versiculo septima et ultima declaratio. de fid. instrumen. De secundo vero not. glossa. in. l. prima. C. de arbit. et docto. in. l. neque natales. C. de probatio. Nec ex eo, ꝙ non apparet de fundatione, seu dote predicta, aut aliis bonis, opportune infertur ꝙ nunquam habuerit dotem, vel bona: quia non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse. dicta. l. neque natales. et. l. nō hoc. C. und. legi. Potuit enim, vel propter negligentiam, vel dolosam administrationem rectorum dos capellanie huiusmodi amitti, seu perdi, vel alienari: quod duce experientia quotidie videmus contingere. Non etiam opportune constat ꝙ dicta capellania sancti Sebastiani nulla bona, siue prouētus habeat aut reditus: de quo tamen utpote de eo quod pro suo pretenso fundamento intentionis eiusdem domi. Culmi assumptū est, debebat ipse Culmi fidem facere. l. actor. C. de probatio. l. in exceptionibus. in princip. ff. eodem tit. et quod not. Bart. Joan. de Jmol. Alexand. de Jmola. et alii communiter in. l. hoc iure. et. l. in illa. ff. de verborum obligationibus. Et per hec satis patet quid sit respondendum ad obiecta siue in oppositum allegata. ¶ Ad secundum vero fundamentum parte dicte domi. Culmi assumptum, scilicet ꝙ prouentus et reditus dicte capellanie sancti Sebastiani si qui essent, erant pauci, et tennes habito respectu ad reditus, et prouentus dicte capellanie beate Marie Morasii, fuit plenissime responsum per Speculatorē et clarissimū iurium doctorem dominū Philippum Decium et propterea ad illud ulterius respondere non expedit. ¶ Ad tertium dico, et respondeo non esse sufficienter probatum, ꝙ dictus domi. Culmi simoniace resignauit dictam capellaniam beate Marie Morasii, aut ꝙ ipse ad resignationem huiusmodi, et faciendam de ea permutationem cum capellania beati Sebastiani per simoniam inductus extiterit: quamuis enim aliqui ex testibus parte eius-
3 dem Culmi productis videantur deposuisse ꝙ vox, † et fama publica referebant in dicto loco Morasii dictum domi. Culmi fuisse inductum ad resignandam dictā capellaniam beate Marie Morasii pro certa pecunie summa, illi tamen famam huiusmodi non probant: pro eo quia non reddunt causam sufficientem sui dicti: et quam sensu corporeo perceperint: scilicet ꝙ hoc dici audiuerint a toto populo, aut maiore parte populi dicti loci Morasii: quod tamen requirebatur. per id quod scribit Bart. in. l. de minore. §. plurimum. versic. quero qualiter probabitur fama. ff. de questi. ubi relata opi. gloss. in. l. tertia. §. eiusdem quoque. ff. de testi. concludit, ꝙ testis debet deponere, et dicere aliquid quod perceperat sensu corporeo. l. qui testamento, in fin. ff. de testa. l. prima in princi. ff. de his que in testa. dele. et quod nota. Innocen. in capitulo cum causam. de testi. et subiicit Bart. ꝙ ut seruetur glossa. in dicta. l. tertia. §. eiusdem quoque, etc. volens, ꝙ sufficiat famā probari per duos testes qui dicant maiorem partem populi hoc sentire: oportet ꝙ illi testes reddant causam sui dicti, dicendo scilicet maiorem partem populi hoc sentire: quia audiuerunt maiorem partem eiusdem populi sic dicere: quia ex eo qd testes deponunt hoc dici audiuisse a toto populo, vel maiore parte illius, et cetera infertur ꝙ dictus populus, seu maior pars sentiebat. l. labeo. §. idē tubero. et versiculo ceterū nemo. ff. de supellect. lega. et quod scribit beatus Augustinus psalmo. xxxiiii. sermo. secundo versiculo tentauerunt. et de trini. libro nono. capitulo septimo. et libro decimoquarto. capitulo septimo. post medium. Et ita intelligit Bart. l. si arbiter. ff. de probatio. et quod not. Inno. in capitulo veniens. de verborum significatione. et idem voluit Flor. in dicta. l. si arbiter. versiculo. item notat textum. Non ergo sufficit ꝙ dicti testes dixerunt ꝙ erat publica vox, et fama in loco Morasii dictum Culmi fuisse per dictum dominum Peyreti inductum ad resignandum pro certa pecunie summa. quod etiam voluit Bart. in dicto. §. plurimum. versiculo quero quid si testis, etc. ibi, sed quid si testis dicit, ꝙ est publica vox, et cetera. idem etiam voluit Bart. in dicta. l. tertia versiculo eiusdem quoque. et Francis. de Aret. consil. ciii. exordiente in causa et questione vertente inter heredes etc. circa fin. ubi dicit, ꝙ testis deponēns quod sit publica vox, et fama, debet dicere qd audiuit a maiore parte populi, vel eorum ad quos de his loqui spectabat. pro quo allegat gloss. in dicta. l. tertia. §. eiusdē quoque. et Bartol. in dicto. §. plurimum. Etiam quod testis deponens esse vocem publicam et famam, causa non reddita, non probet illam, voluit Panormita. in dicto cap. cum causam. pro eo quia ut apparet ex his que scribunt docto. in capitu. inquisitionis. de accusatio. inter scientificos multum disputatur quando dicatur esse fama, vel infamia: quod si ita est, quomodo credendum est, quod testis fortassis rudis, et illiteratus modico rationis discursu comprehēdat, quod id quod forte dici audiuit ab uno, aut duobus, vel etiam pluribus sit vox publica, et fama: qui forte, imo sine forte, etiam cum magno discursu hoc discernere nesciret. et quod testis deponens de voce publica, et fama, non probet illam, nisi causam assignet, voluit etiam Alexan. de Jmol. consil. lxxii. exordiente, inspecto diligenter processu. versicul. nec etiam obstaret. in primo volumi. Quod procedit etiam si testis de causa non fuerit interrogatus. pro quo allegat Innocen. in cap. cum oporteat. de accusatio. et not. per eum in dicto cap. cum causam. et per Bartol. in. l. solam. C. de testib. ubi etiam dicit Ange. ita semel vidisse in facto iudicari. et plenius in. l. ea quidem. versicu. in textu. ibi posse perpendi. C. de accusat. idem voluit Alexand. de Jmol. consilio. cxxxvi. exordiente, Viso et examinato processu. versicu. similiter dicunt quod testis deponens. Alexan. in primo volumi. et consi. cxiiii. quod incipit, in causa et lite. in secundo volumi. ubi etiam affirmat Innocen. hoc voluisse in dicto cap. cum oporteat. et Barto. in dicto. §. plurimum. ad finem. et Bald. in. l. proprietatis. C. de probationibus. et Angel. in. l. quid ergo. §. quesitum. ff. de his qui notan. infami. idem voluit de cur. senior. consi. lxxxii. exordiente, capio primum in quo queri videtur. versic. quia dicimus et eleganter.

¶ Nec sufficit probare famam simpliciter per testes alias opportune de ea deponentes, et causam sufficientem dicti sui et concludentem reddentes, sed debet probari quod talis fama habuerit originem a causis probabilibus, que populum induxerint ad sic credendum. ut voluit Bartol. in dicto. §. plurimum. circa finem. quem sequitur Bald. in dicta. l. proprietatis. Panormita. in cap. veniens. el primo. de testi. Ange. in dicta. l. ea quidem. versicu. in textu ibi posse perpendi. et Petr. de Anchara. consilio. ccliiii. exordiente, In questione presbyteri Caroli etc. colum. prima. ubi dicit, quod debet habere originem ab honestis, et dignis personis. et idem tenet Barto. in dicto. §. plurimum. versicu. quero si testis interrogatur. et Cuma. in. l. i. in princ. ff. de ope. no. nuntia. et in consil. lxxvii. exordi. viso libello nobilium de trissino etc. ver. ad fin. et hinc dicit Sali. in dicta. l. ea quidem. in materia fame. ꝙ iudex debet esse diligens, ut testem interroget, et se informet unde fama originem traxerit. idem voluit Bald. consil. cclxxv. quod incipit, ad euidentiam premitto, ꝙ fama, etc. versiculo. magister Bassanus. in prima parte. Et nimirum si oporteat ꝙ testes deponāt de origine fame, quia illa originem habere potuit ab inimicis, a maleuolis et personis inhonestis, vel a susurronibus. Unde quia dicti pretensi testes deponentes de dicta asserta fama, dicunt se non recordari a quibus audiuerint, ipsi non probant, ꝙ illa ortum habuerit ab honestis, vel a non maleuolis, seu non inimicis. et sic eam non probant. per id quod scribit Cuma. in dicto consilio. lxxvii. versiculo eodē modo. pro quo allegat Innocen. in capitulo qualiter et quando. el secondo. de accusa. Spec. titu. de inquisi. §. nunc dicamus. versiculo. Innocen. tamen et Bart. in dicto. §. plurim. versi. quero si testes interrogātur a quibus personis. Esto itaque
4 citra preiudicium veritatis, ꝙ † fama opportune probata faceret

ceret in meris ciuilibus semiplenam probationem iuxta id quod not. glos. & doctores in. l. bone fidei. C. de iureiuran. & domi. Jason. de May. in repetitione. l. admonendi. versic. tangit etiam hic remissiue Bart. ff. eodem titulo. hoc tamen eidem domi. Peyreti non noceret: pro eo quia vt predixi, fama non est probata per depositionem predictorum testium. Et si fama plene probata esset, prout non est, illa tamen non faceret semiplenam probationem in hac causa: pro eo quia licet fama semiplene probet in causa mere ciuili, vt iam dixi, secus tamen est in causa criminali. vt voluit glo. in dicto capitulo veniens. el primo. in verbo, cum altero ipsorum. quam ad hoc dicit singularem Joannes de Jmol. in. l. interesse puto. in fin. ff. de acquirenda possessione. Cyn. in. l. fin. C. de questio. Dyn. & Bald. in. l. secunda in princip. ff. de excusa. tuto. Paulus de Leaza. in commen. capitulo grauis. de deposi. & Bald. in. l. si quis ex argentarijs. §. primo. ff. de eden. & idem voluit Specu. titulo de noto. crimi. §. fama. versiculo quid si agenti. & Paulus de Castro. consi. cxcvij. & procedit hoc etiã si de crimine agatur non criminaliter, sed ciuiliter. vt voluit Joan. de Ana. consi. lix. exordiente visa inquisitione. & ante eum Anto. de But. in dicto capitulo veniens. vbi etiam Panormit. in fine. & quod longe plus est, etiam procedit vbi de crimine agitur per viam exceptionis. vt not. Bald. in capitulo tam literis in secundo notabili de testi.

¶ Ex quibus infertur q̃ dicto domino Peyreti non refragatur, nec obstat depositio cuiusdam magistri Musini Nicolai sartoris, qui deposuisse pretenditur q̃ ad mandatum, & iussum eiusdem domi. Peyreti tradidit cuidam iuueni quẽ secum ducebat, duas disploides de taffetas & de satinee, & q̃ dum idem an. musinus dictus domi. Peyreti interrogasset, qua de causa pro tali iuuene talia indumenta solueret, sibi respondit, q̃ ille iuuenis habebat capellaniã in loco Morasij quam idem domi. Peyreti volebat ab eodem iuuene habere, seu permutare: & hoc etiam si fama in casu de quo agitur semiplene probaret. Tum quia ipse an. musinus non deponit, q̃ ille pretensus iuuenis esset dictus domi. Culmi, nec capellania esset capellania beate Marie Burgi Morasij. Sunt enim multi iuuenes: sunt & forte plures capellanie in Morasio. Et sic ex depositione huius an. musini non opportune colligitur q̃ ipse deposuerit de dicto domi. Culmi, nec de capellania predicta: quia non probat hoc esse, quod ab hoc contingat abesse. l. neque natales. C. de proba. & l. non hoc. C. vnd. legi. pro quo facit quod not. Jo. And. in capitulo auditis. de prescri. vbi dicit, q̃ ille qui equum conduxit, si pretendat eum mortuum, non releuetur probando equum mortuum in itinere, nisi specialiter proponat, & probet q̃ equus mortuus, sit ille, quem a tali nunc repetenti, conduxerat. Hoc dictum commemorant & sequuntur docto. in multis locis. Tum etiam non obstat depositio dicti testis, quia non deponit, q̃ pro dicta capellania solute extiterint per dictum domi. Peyreti ille due disploides. Tum & q̃ supposito citra preiudiciũ veritatis, q̃ dictus magister musin⁹ videret deposuisse de aliquo indicio pretense simonie, prout non videtur, illud tamen debuisset
5 probari saltem per duos testes: qui † regulariter requiruntur ad probandum indicium. per id quod not. gloss. reputata singularis in. l. fina. vbi etiam Bart. & alij doctores. C. fami. er. idem not. Inno. in capitulo sicut. de simo. Angel. in l. fin. in princip. ff. quod metus causa. & in auth. de testa. imperfec. in princip. colla. viij. Bald. in. l. cum citra. C. de iur. dot. & in dicta. l. secunda. in princip. ff. de excusa. tuto. & Alexand. de Jmol. consilio. xi. exordiente, sentio in dubium reuocari. versiculo minus etiam coniũgi potest. & consi. ix. quod incipit, in his que in themate narrata sunt in quarto volumine. Unde cum de dicto pretenso iudicio non deponat nisi dictus magister musinus, illud per ipsum non probatur: & ita non nocet dicto domino Peyreti. Nec dicat aliquis, q̃ ad integrandã probationem dicte pretense simonie debeat aut possit iungi dictum assertum indicium cum dicta pretensa fama. Quo-
6 niam respondeo † istud fieri non posse: tum quia, vt sepius dictum est, dicta fama non probata. Tum & quia vbi etiam plene probata extitisset, non tamen deberet, aut posset dictũ assertum indiciũ cum ea coniungi ad fines integrande probationis: pro eo quia licet due probationes imperfecte aliquando, & sepe coniungantur ad integrandum, & perficiendum probationem: vt verbi gratia, depositio vnius testis de veritate facti, & fama, si est bene probata in causa mere ciuili, vel indicium alias sufficiens, si est bene probatum, & sic quando ille probationes sunt in specie sua perfecta: iuxta ea que scribunt doctores. in dicta. l. in bone fidei. & in. l. admonendi. ff. de iureiurand. & in multis alijs locis, tamen secus est, quãdo species probationum non sunt in sua specie perfecte. vt verbi causa, si vnus testis duntaxat deponat de fama, alius vero de indicio, & alius de facti veritate, vt quia vidit rem fieri, vel rem agi, non possunt fama & indicium, seu id quod deponunt testes de eis coniũgi cum depositione testis de veritate deponentis: quia nec fame indicij, probatio est in suo genere perfecta: quia vtrunque requirit depositionem duorum testium, vt predixi. Jsta est elegans & notabilis doctrina, quam ponit Bald. in dicta. l. si quis ex argentarijs. §. primo. ff. de eden. & quam commemorat, & sequitur Alexand. de Jmol. in dicto consilio. vndecimo. versiculo & propterea dicit Bald. &c. & in dicto consilio. xix. & domi. Jason. de May. in dicta. l. admonendi. versiculo istam conclusionem notabiliter limita, vt procedat, quando vnaqueque semiplena probatio est in sua specie perfecta. Ex quibus infert. nõ esse probatum contra eundem domi. Peyreti & quatenus preiudicium eiusdem concernit, resignationem, aut permutationem predictam fuisse simoniacam. Et propterea non potuit, nec de iure debuit dicta permutatio ex hoc capite impugnari, & cuius impugnatio ex eo capite facta, si de ea appareret, in nullo suffragaretur eidem domi. Culmi: quia esto, citra preiudicium veritatis q̃ resignatio non valuisset, & consequenter nec permutatio, esset tamen capellania predicta eidem
7 domi. Culmi auferenda: nec debuit † ipse tãquam allegans eius turpitudinem audiri. prout scribit Antonius de But. in capitulo super hoc. versiculo in glossa pecunie ibi, pro expensis. de renuntia. facit. l. si creditoribus. in fin. C. de seruis. pignori. dat. manum. l. transactione finita. C. de transact. & quod habetur in. l. alias. ff. de iureiurand. & in. l. si seruus plurium. §. primo in fin. ff. de lega. primo. nec capellania predicta deberet sibi restitui: pro eo quia quo ad sui preiudicium tenuisset resignatio vt illam repetere non posset prout scribit Joannes de Jmola. in capitulo cum vniuersorum. versiculo in ea glossa in fine. & versiculo. item inquantum dicit q̃ ipse Girardus. de rerũ permutatione. cui dicto non obstat, q̃ illi Girardo de quo ibi, fuerit restitutum beneficium per eum simoniace resignatum. Quoniam respondeo q̃ secundum communem opinionem, illud factum est ex gratia pontificis cui ex causa hoc facere placuit, non de iure secundum quod erat priuandus: prout communiter sentiunt doctores. An vero dictus dominus Peyreti dici possit fuisse verus rector, & possessor dicte capellanie beati Sebastiani, quamuis non nisi vno die eandem possederit, dico & respondeo q̃ sic:
8 quia † per collationem sibi tunc presenti, & acceptanti a superiore factam, quesitum est sibi ius in ipsa capellania vt tũc sua statim dici potuerit, & sua fuerit quo ad titulum. capitulo, si tibi absenti. iunctis ibi not. per gloss. & doctores de concess. prebend. in sexto. Et cum post collationem huiusmodi possessionem realem, actualem, corporalem, seu quasi eiusdem capellanie apprehenderit, idem domi. Peyreti non est dubium, quin ipse fuerit verus rector, & possessor dicte capellanie, etiam si ipse non vno die, sed vno momento capellaniam huiusmodi possedisset. l. cum sponsus. in fine. ff. de publica. & quod not. glossa in. l. secunda. C. de acquirenda possessione. Et quamuis aliquando ex temporis vicinitate presumatur, quod alias non presumeretur. l. si ventri. §. fi. & quod ibi Barto. & doctores. ff. de priuileg. credi. & quod not. Bar. & doctores. in. l. post contractum. ff. de donatio. Non tamen in casu nostro videtur subesse ratio, ꝑpter quam debeat presumi contra dictam permutationem, seu dictum domi. Peyreti, q̃ sez ipse ex proposito circumuenerit, vel deceperit prefatum de Culmi. Cum censeri debeat minus sciuisse de bonis seu de iuribus, fructib⁹, aut redditibus dicte capellanie beati Sebastiani, an scilicet nulli aut pauci, vel tenues existerent quam si longiore tempore capellaniam predictam possedisset. argument. l. qui non dum. C. de heredi. vel actio. vendi. & quod scribit Salice. in. l. quisquis. C. de rescindenda venditione. Ex quibus omnibus videtur dictus do. Peyreti fuisse & esse ab impetitis parte dicti domini Culmi absoluendus. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Epitome.

¶ Agens petitorio coram iudice ecclesiastico non potest allegare se beneficium resignasse mediante pecunia, & sic simo-

niace: cum eo casu allegaret turpitudinem suam, qui propterea non est audiendus.

¶ De simonia. Consil. cclij.

Super casu precedenti.



Quesitum est an crimine simonie obiici possit per agentem in petitorio coram iudice ecclesiastico, contra reum, quando scilicet agens ipse asserit tale crimen simonie esse inter eos perpetratum, et commissum vt quia dicit agens, quod per pecuniam sibi datam a reo, et sic per simoniam hincinde commissam, resignauit beneficium. Et si hoc probato talis reus esset a possessiõe, et titulo sui beneficij eiiciendus, et amouendus. An vero propter non ius talis agentis ita crimen simonie asserentis, et cõfitentis, talis reus veniat relaxandus: quamuis alias nullum ius idem reus haberet. Ad que respondeo breuiter et succincte, quod dictus agẽs non videatur posse allegare, pro pecunia mediante, vel aliis bonis temporalibus, etc. si simoniace resignauerit beneficium ecclesiasticum: quia sic allegaret turpitudinem suam. ad quod faciendum non videtur admittendus. l. si creditoribus. in fi. C. de serui. pig. dat. manum. l. transactione finita. C. de transact. et habetur in. l. alias. ff. de iureiuran. et in. l. si seruus plurium. §. primo. in fine. ff. de lega. primo, quod etiam voluit Antonius de Butr. in capitulo super hoc. collu. fin. versicu. in glossa pecunie. ibi, pro expensis, etc. de renuntia. vbi dicit, quod si reus excipiens alleget interuentum pecunie, repellitur, tanquam allegans turpitudinem suam, quando allegat interuentum pecunie ab eo, vel sua voluntate: secus si a tertio data fuit. Si vero replicans contra renuntiationem allegat eodem modo repellitur. Ecce ergo quod et reus excipiens, et actor replicans repelluntur propter interuentum pecunie, quando videlicet allegant interuentum pecunie ad se, vel sua voluntate: quod si procedat in actore de hoc opponente per viam replicationis, et sic non pro fundanda intentione sua. Sed vt repellat obstaculum exceptionis parte rei opposite, multofortius hoc debet procedere in actore, qui pro fundamento sue intentionis allegat se simoniace resignasse beneficium. Et quamuis resignatio sic simoniace facta non videatur valere, per id quod scribit glossa in dicto capitulo super hoc, super verbo, pecunie. vbi etiam dominus Car. Florent. et quod scribit Innocen. et multi alij in capitulo, cum vniuersorum. de rerum permutatione: tamen valet quo ad preiudicium resignantis, et sic agentis in casu de quo queritur: vt sic scilicet non possit illud repetere pro illo agẽte petitorio iudicio: prout scribit Joannes de Imola. in dicto capitulo, cum vniuersorum. versiculo in ea glossa in fine. et versiculo. item inquantum dicit, quod ipse Gerardus, et cetera. Et pro hoc facit ille textus secundum communem opinionem doctorũ. sentientium, quod illi Gerardo fuit de gratia, non de iure beneficium restitutum. Et quamuis talis resignatio nocuerit, vt predixi ipsi agenti, vt beneficium petere non possit, non tamen desiit beneficium ad eum pertinere: quia vt dixi, resignatio de iure non valuit. Et sic collatio facta reo vt pote facta de beneficio non vacante, non valuit, propter eam dici potest beneficium esse ipsius rei. Et sic non posset reus a titulo beneficij eiici, quem non habet. l. decem. ff. de verb. obligationibus. l. manumissiones. ff. de iustitia et iure. Puto tamen quod et beneficium, seu titulus posset dicto agenti auferri, et possessio reo, et hoc ex officio ordinarii. vt colligitur ex predictis: iuncto capitulo, ordinarij de officio ordinarij in sexto et quod no. doctores et maxime Joannes de Imo. in dicto capitulo cum vniuersorum. Et sic non ad instantiam actoris, et forte pro hoc deberet noua instantia inchoari, seu processus. Pro quo allegasse sufficiat id, quod not. dominus Felinus. in capitulo olim. versiculo vltimo gesta et in multis sequentibus. de rescript. Que omnia plenius videbit spectabilis vir, dominus Joannes Anderij iurium doctor egregius dominus et frater meus clarissimus.

1 ¶ Prestimonium in sola temporalitate consistens ex eo dicitur beneficium ecclesiasticum, quod alij quam prelato illud conferre non licet, nec alteri quam canonico aut clerico conferri potest.
2 Possessio beneficij ecclesiastici vt sit colorata opus est titulo habito ab illo qui huiusmodi beneficium conferre potuit.
3 Clausula vnaqueque et vnumquodque verbum in dispositione positum non debet esse sine virtute operandi si fieri potest.

¶ Epitome.

¶ Ut in primo collectaneo.

¶ De censib. Consil. ccliij.



Existimo quod ius: seu facultas celebrandi perpetuis temporibus, singulis septimanis duas missas in capella dñi Mureneysij, vnã scilicet pro mortuis eo die, qua ab humanis decessit nobilis quondam Domicella Catharina de Uiriaco. Et aliam de sancta Cruce in die veneris, et ius percipiendi annuum censum, seu reditum aut prouentum decem florenorum, iussum et dart ordinatum annis singulis per eandem nobilem Catharinam, donec acquisita extitissent bona, super quibus possent, et valerent anno quolibet percipi decem floreni, fuerit, et sit beneficium ecclesiasticum per eandem nobilem Catharinam fundatum: quod ex eo apparet, quia eadem Catharina voluit huiuscemodi prestationem decem florenorum esse perpetuam, et illam fieri annis singulis certo presbytero per eius heredes, episcopo vel alteri superiori presentando pro dictis missis celebrandis, et dictas duas missas singulis septimanis in dicta capella celebraturo, vnam scilicet de mortuis die quo ab humanis decederet, a quo postea decessit: et aliam de cruce, die scilicet veneris, et quod ex his colligatur, et manifeste appareat huiuscemodi facultatem, seu ius celebrandi dictas missas et recipiendi, seu habendi dictum annuum reditum, esse beneficium ecclesiasticum, apparet per id quod not. Innocen. Hostien. Joan. Andr. Henric. Boich. domi. Cardina. Floren. et
1 alij in capitulo fina. de censibus. Pro quo facit, quia prestimonium quod in sola temporalitate consistit, vt scribit Joannes Andreas, in capitu. postulasti. de rescriptis. dicitur, et est beneficium ecclesiasticum: ex eo quia alius quam prelatus illud conferre non potest, nec alteri conferri potest, quã canonico, vel clerico. Et idem voluit Oldrad. consilio. cxl. exordiente, in ecclesia callaguritbana sunt quedã beneficia. versicu. ad primam questionem. vbi dicit, quod nemo negare potest prestimonium ecclesie esse beneficium: quia beneficium constat ex ethimologia nominis. capitul. primo. versicu. in primis titu. in quibus causis feud. amitt. l. in commodato. §. sicut. ff. commodati. et l. seruus ea lege. ff. de serijs exportandis. et quod not. Bald. in sua margari. in verbo beneficium et subiicit idem Oldrad. vbi supra. quod ideo beneficium huiusmodi hoc est prestimonium apparet esse ecclesiasticum, quia solum confertur personis ecclesiasticis. argumento. l. vestis. §. vestimenta. ff. de aur. et argen. lega. Et quia non est temporale, sed perpetuum, quod est de natura beneficij ecclesiastici. argumen. l. quesitum. ff. de adop. et quod not. in capitulo ex parte. de cleri. egro. premissis satis congruit id, quod scribit Petrus de Ancha. in repetitione regu. prime. in prima questio. de regulis iuris in sexto. Si ergo prestimonium quod vt predixi cõsistit in sola temporalitate censeatur, et sit ex causis predictis beneficium ecclesiasticum, multofortius, vel non minus ius predictum celebrandi dictas missas in loco predicto, et percipiendi dictum prouentum censeri debet beneficium ecclesiasticum: ad quod non laicus, sed presbyter assumendus est: et non per laicum quo scilicet ad institutionem, sed per episcopum, vel alium superiorem ecclesiasticum, ad presentationem tamen heredum dicte nobilis Catharine, et quod non consistit in sola temporalitate, sed in iure spirituali, facultate scilicet seu iure celebrandi

brandi illas missas, cui temporale annectitur. Non potest igitur facultas, seu ius huiusmodi obtineri, nec misse dici ordinate celebrari, nec prouentus recipi sine canonica institutione. dicta regula prima. de regulis iuris. in sexto. Unde cum ad presentationem heredis dicte nobilis Catharine patroni dicti beneficij, seu eius procuratoris legitime ad hoc deputati fuerit prefatus domi. Bonafides, in dicto iure, seu beneficio per superiorem ad quem pertinebat, institutus, et deinde possessionem realem, seu quasi illius apprehenderit, palam infertur ipsum beneficium ad eundem do. bonafidem pertinere. Et cum venerabilis vir dominus Gabriel picbonis nullũ titulum exhibuerit nec appareat eum autoritate superioris, seu illius qui beneficium predictum conferre potuit, fuisse missum in possessionem eiusdem beneficij, sequitur eius pretensam possessionem non esse coloratam, sed incoloratam: quia ad hoc vt possessio beneficij ecclesiastici sit colorata opus est titulo, et quod illum habuerit ab
2 eo qui beneficium huiusmodi conferre potuit, vel missus fuerit in possessionem autoritate superioris: alias non colorate sed incolorate possidet. per id quod not. dominus Cardinal. florent. in capitulo, cum nostris. versic. octauo quero. et plenius Joannes de Imola, versicu. sed iuxta predicta videnda sunt duo. de concess. preben. de quo etiam post Joan. Calderi. in commenta. dicti capituli, cum nostris. questione tertia. scribit Lap. allegatione. ciij. exordiẽte, Sepe mihi ardua fuit contentio etc. versi. sed secundum predictorum aliorum opin. iuncto eo quod scribit Joannes de Imo. in cle. j. vers. quid autem exigatur, vt dicatur colorate iustificata de causa possessionis et proprietatis. Nec dicat aliquis, quod dicto domino Bonafidei incumbat probare possessionem dicti domini Picbonis esse incoloratam, vel iniustam, nõ autem eidem Picbonis quod illa sit colorata, quoniam dico quod cum dictus dominus bonafides fidem fecerit de fundatione dicti iuris, de presentatione ad illud, et sequuta institutione, et deinde de apprehensione possessionis, seu quasi eiusdem iuris, seu beneficij, et vt predixi, prefatus dominus Picbonis nihil pro se probauit, clare patet esse sufficienter probatum, quod incolorate possideat non colorate. Cui non obstat id, quod pretendit ipse domi. Picbonis, scilicet ꝙ ad eum pertineat ius predictum, quasi relictum extiterit, vel ordinatuz in augmentum capelle, seu capellanie, per dictum dominum Mureneysij antea fundate, et in qua capellania voluit dicta nobilis Catharina missas predictas celebrari: quoniam respondeo, ꝙ ex verbis dicte fundationis non apparet eandem nobilem Catharinam voluisse augmentare capellam antea fundatam, sed voluisse fundare aliud beneficium separatum, et distinctum, et prouentum habens separatum a predicta capella, et cuius patronatum expresse reseruauit suo heredi per quem etiam voluit ad dictum beneficium rectorẽ presentari: ita non colligitur ex eo, ꝙ missas predictas ordinauit celebrari in capella predicta, ꝙ ipsa hoc fecerit in augmentum eiusdem capelle: sed potius, et clare colligitur oppositum: etiam nec pro dicto domino Picbonis, facit ꝙ voluit et ordinauit dicta nobilis Catharina solui illos decẽ florenos rectori capelle: quia hoc fuit, et est intelligendum, si et quatenus esset rector dicti beneficij, ad illud scilicet presentatus per patronum, et in illo institutus: alias enim si diceremus, ꝙ ipsa nobilis Catharina voluerit perpetuo dictas missas per rectorem dicte capelle do. Mureneysij celebrari, non subesset causa propter quam ipsa expresse ius patronatus dicti beneficij reseruauit suo heredi. Unde cum non solũ
3 vnaqueque clausula, sed etiam vnumquodque verbum in dispositione positum, debeat esse cum virtute operandi, si fieri potest. l. hac lege. ff. de cõtrab. empt. et vendi. et l. si stipulatus. in princip. ff. de vsu. verba sunt Bald. C. de contrab. empt. et vendit. in rubr. quod etiam voluit Roma. consilio. lxxxiij. in fin. Andr. sicu. consi. lxj. in prima parte. et Alex. de imo. consi. cxvij. exordiẽte, Uisis supra narratis. versi. sed vbi est perfecta etc. ibi, probatur, quia nedum vnaqueque etc. in. j. vol. et consi. clviij. in. ij. volu. ne igitur dicamus illa verba, patronagium et presentationem dictarum duarũ missarum suo heredi vniuersali infrascripto, et suis specialiter, et expresse retinendo, et reseruando, esset superflua, quod non est dicendum, exponẽdum est, vt predixi id, quod in precedentibus dixerat de solutione dictorum decem florenorum fienda rectori dicte capelle: vt sic dicamus clausulam hanc declarari per sequentẽ. l. qui filiabus. in princ. et l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. j. et quãuis possent et alia dici pro defensione boni iuris dicti do. bonafidei et impugnatione intentionis prefati. d. Picbonis possessorio iudicio inter eos pendente indeciso, quia tamen in hac materia opportune, et plene scripsit egregius iuris m do. Joan. auderij, vlterius nõ insisto. Que omnia scripseri m sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ¶ Filius post mortem per fideicommissum de restituendo grauatus cum grauamen sit conditionale potest detrahere duas quartas in quibus ei ab intestato succedunt fratres sorores et mater: itẽ et in alijs bonis sibi aliũde quam ex paterna successione obuentis.
2 Filius non cogitur acceptare legitimam in pecunia.
3 Juramenti effectus.
4 Testamentum patris inter liberos licet ratione preteritionis sit nullum, tamen conualidatur per clausulam codicillarem, per quã preteritus censetur rogatus de restituẽdo eius portionem heredi instituto vna tantum quarta detracta.

¶ Epitome.

¶ Ut in primo, secundo et quarto collectaneis.

¶ De vulgari, et pupil. substit. et ad trebel. et de testamen.
¶ Consilium. cccliiij.



Onsiderato, et viso casu parte probi viri Joannis fabri, mihi exhibito vna cuz vltimo et nũcupatiuo testamento quod dudũ, anno scilicet domini M. cccc j. et die. xiij. mẽsis Maij fecisse legitur prouidus quondã vir Gulielmus vinalis faber loci mornasij, dico et respõdeo breuiter et succincte ad dubia de quibus parte eiusdẽ Fabri queritur. Et primo ad primum respondeo ꝙ cum Michael vinalis alter ex filijs, et vniuersalibus et heredibus dicti quondam Gulielmi factus maior. xiiij. annis, ab humanis fine liberis et intestatus decesserit, superstitibus Ludouico et Gulielmo eius fratribus, ac coheredibus, et sibi substitutis per dictum Gulielmuz seniorem eorum quondam patrem, et hoc
1 per substitutionem reciprocam seu breuilocam compẽdiose edmixtam, substitutio huiusmodi sibi locum vendicauit in personam dictoruz Ludouici et alterius Gulielmi in vim fideicommissarie substitutionis in compendiosa comprehẽse. iuxta ea que scribit Alexan. de imo. in. l. ij. C. de impu. et alijs subtit. Uerum quia grauamen non fuit purum sed conditionale potuerunt et possunt de illa tertia parte, in qua fuit idẽ Michael heres vniuersalis per patrem institutus, detrahi due quarte per eius heredes: scilicet legitima et trebellianica. iuxta doctrinã quam ponit gl. Bar. et doct. in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. test. gl. Bar. et doc. in. l. quanquam. C. ad. l. falcid. et do. Jason. ponens multas remissiones. in auth. res que. C. commu. de lega. pro quo sunt boni text. in. c. Raynaldus. et in c. Raynuntius. de test. Et si queratur quanta sit legitima dico ꝙ cum dicto quõdam Gulielmo patri superfuerint dicti Michael, Ludouicus, et Gulielmus, et due filie horum omnium legitima fuit dimidia pars bonorum dicti quondam Gulielmi patris, eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno, et funeris impensa. auth. de trien. et semis. §. j. colla. iij. et transumptiue. in aut. nouissima. C. de inoff. test. iuncta. l. papinianus. §. quarta autem. ff. eo. tit. et sic legitima cuiuslibet ex predictis liberis fuit decima pars bonorũ predictorum, que primo debet detrahi de dicta tertia parte. Et de residuo debet detrahi quarta pars eiusdẽ residui pro trebellianica. iuxta computationẽ, quã facit gl. in. d. c. Raynaldus. super verbo, licet ipsas. et Jo. de imo. in. l. coheredi. §. cũ filie. ff. de vulg. et pup. de quo Bal. in. l. si vero. §. qd ergo. ff. de testa. mili. et Ang. consi. cxcix. exordiente, Magnificus miles do. Gul. et ipse due quarte sunt, vt predixi detrahende per heredes dicti quondam Michaelis, qui sunt prefati Ludouicus, et Gulielmus, due sorores, et mater communis: quibus ab intestato delata est hereditas dicti quondam Michaelis. authentica. defuncto. C. ad Tertulianuum. Residuum vero bonorum dicti quondam Gulielmi senioris, seu dicte tertie partis, in qua fuit dictus quondam Michael heres institutus, delatum est, et spectat dictis Ludouico et Gulielmo in vim dicte substitutionis. Et vero dictus Michael

habebat aliqua bona vltra, & preter bona paterna, illa non veniunt, nec comprehenduntur in dicta substitutione. dicta lege, coheredi. §. cum filie. Et sic pertinent dictis heredibus equis portionibus cuilibet, scilicet, pro quinta parte.
¶ Ad secundum quesitum dico & respondeo, quod nisi honesta mulier firmina viriale altera ex dictis filiabus, & ex li-
2 beris dicti quondam Gulielmi senioris † acceptauerit summam .xxv. florenorum. per patrem sibi relictam iure institutionis, non est dubium, quin potuerit & possit dicere quod non vult habere legitimam in bonis paternis sibi competentem in pecunia, sed in substantia bonorum paternorum. l. scimus. §. repletionem. & quod ibi Gulielmus de cugneo. & multi alij. C. de inofficioso testamento. quod etiam voluit Bartolus in l. suus quoque. in fin. principij. vbi etiam Joannes de Jmo. versiculo, aduerte etiam quod hic Bart. concludit. ff. de heredi. institu. Alexan. de imo. in. l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de legatis. j. & multi alij in alijs locis. Si vero acceptauerunt summam predictam, & consenserint se pro illa dotari, vel illam pro eius dote constitui prouido viro Joanni fabri eius marito, existimo quod quoad illam summam nō posset contrauenire: sed si illa summa, que est .xxv. florenorum. cum vestibus sibi per patrem relictis, non ascendat ad valorem dicte eius legitime, que est vt dixi decima pars bonorum dicti Gulielmi eius quondam patris, eorum scilicet, que superfuerunt deducto ere alieno, & funeris impensa, ipsa posset petere supplementum. Hoc est id quod deesset de sua legitima. l. omnimodo. C. de inofficioso testamento. nisi expresse, & cum iuramento renuntiasset dicto supplemento. l. si quando. §. & generaliter. C. de inofficioso testamēto. & quod not. Franciscus de aret. in lege, prima. §. si quis ita. ff. de ver-
3 borum obligationibus. Pro quo facit, quia † iuramentum non auget obligationem, sed ei infra suos limites manenti, addit vinculum religionis. argu. l. titius. in fin. ff. ad Trebellianum. & quod scribit Oldra. consil. cccxxviij. exordiente, Cum mulier donatrix &c. cuius dictum commemorat Baldus in lege finali. circa principium. C. de non numera. pecu. quemadmodum ergo quittantia, seu renuntiatio generalis facta sine iuramento non extenditur ad legitimam siue supplmentum illius. dicta. l. si quando. §. & generaliter. ita nec videtur quittantia, seu renuntiatio huiusmodi etiamsi iurata extiterit, debere extendi ad legitimam, seu illius supplementum. Et quod generalis quittantia, seu renuntiatio facta non preiudicet filio, aut filie renuntianti, aut quittanti in sua legitima, aut supplemento illius, etiam si fuerit iurata, videtur voluisse dominus Jason. de may. in. l. sed & si. §. quesitum. ff. si quis cautio. ad quem locum remisit, in dicta. l. si quando. §. & generaliter. versiculo, limita predicta. & l. prima. ff. si quis in ius voca. non ier. Et respondet idem solennis doctor. in dicto. §. quesitum. columna fin. ad dictum Baldi in. l. prima. versicu. secundo queritur. C. commo. & ad legem, cum pater. §. filius matrem. ff. de legatis secundo. per quem voluit Baldus in dicta. l. prima. quod iuramentum habet vim expressi: & dicit dominus Jason. post Salicet. in dicta. l. prima. C. commo. quod iuramentum habet vim specialis dispositionis in eo, in quo consentit iurans, non in alijs. dicit etiam quod dictus. §. filius matrem: procedit quando actus deficit. ratione solennitatis: secus vero, quando ex defectu substantie, puta ex defectu cōsensus. Jn hoc autem casu censetur defecisse consensus. dicta. l. si quando. §. & generaliter. & quod notat Franciscus de Aret. in dicto. §. si quis ita. & in. l. qui superstitis. ff. de acquirenda hereditate. Et sic esto quod dicta filia quittauerit, si tamen in quittantia non fiat sermo de supplemento legitime, puto quod non debeat excludi a petitione illius. Uerum placeret mihi illam videre si que sit.
¶ Ad tertium dico & respondeo, quod quia dictus Gulielmus vinalis senior, dictis eius filiabus reliquit certas pecunie summas, & quidem non pure, sed vt videtur conditionaliter, si maritarentur, & conditione huiusmodi remota videretur remoueri substantia dispositionis, videtur testamentum fuisse nullum. l. si pater. C. de institu. & substitut. que quo ad hoc non videtur hodie correcta. per id quod habetur in l. quoniam in prioribus. C. de inofficioso testamento. per id quod not. Angelus in dicta. l. si pater. in lectura Florentina. post eum do. Jason. de May. versiculo, secundo notabiliter limita. & in dicta. l. quoniam in prioribus. nisi forte quis dicat dictam pecunie summam non fuisse relictam sub conditione sed pure, & quod illa verba, dum maritabuntur, debeant referri duntaxat ad verbū dari, & sic ad verbum exequutiuum non autem ad verbum legauit, & quod perinde sit, ac si dixisset, lego illis talem summam, quam volo eisdem dari dum maritabuntur: sed quicquid sit, non mihi videtur esse super hoc immorandum pro eo quia etiam si ratione preteritionis posset testamentum predictum dici nullum, illud tamen valeret iure codicillorū propter clausulam codicillarem in eo appositam: per quam censentur dicte filie fuisse grauate de restituendo earum hereditarias portiones heredibus vniuersalibus per dictum quondam Gulielmum institutis. l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideicom. liber. & l. si patroni. §. fina. secundum lecturam quam ibi sustinent doctor. ff. ad Trebellia. quod etiam communiter volunt docto. in authentica, ex causa. vbi Alexan. de Jmo. versiculo, & in testamento rupto ex causa preteritionis. C. de liberis preteritis, vel exhered. Nec possent dicte filie detrahere nisi vnam quartam: pro eo quia grauamen non esset conditionale, sed purum: quo casu vna quarta detrahitur non due. vt scribit glo. Bartolus & doctores. in dicta lege, papinianus. §. meminisse. Et esset vtilius in hoc casu quod dicte filie eligerent legitimam, quam Trebellianicam, pro eo quia legitima esset pinguior. Et que vt predixi est decima pars bonorum dicti Gulielmi quondam patris. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ¶ Grauatis per iudicem appellare licet.
2 Regule iuris tenaciter obseruande, nisi in contrarium appareat specialis dispositio.
3 Statuti verba cui non conueniunt, nec dispositio.
4 Reo in dubio potius fauendum quam actori.
5 Plus repetens in expensis est condemnandus.
6 Statutum per non obseruantiam & contrariam consuetudinem abrogatur.

¶ Epitome.

¶ Oppressis & grauatis a sententia iudicis, licet appellare.

¶ De appellatio. Consilium. cclv.



Existimo sub correctione cuiuslibet domi. melius sentiētis, quod causa appellationis interiecte parte nobilis & honorabilis viri Petri Labia, ciuis Auenionēsis a quadam pretensa diffinitiua sententia contra eum & nobilem Jacobum eius filium, in fauorem Balthasaris de paul & Francisci eius filij promulgata, per specialem virum dominum Joannem marie alterum ex do. iudicibus ciuitatis Auenionensis, & ad pretensam relationem assertorum domi. iudicum, seu relatorum mercatorum eiusdem ciuitatis, audiri debeat per magnificum dominum Uiguerium predicte ciuitatis, vel per eum, aut superiorem committi. Pro cuius
1 dicti declaratione premitto, quod regulariter quibuslibet † oppressis vel grauatis permissa est appellandi facultas. cap. omnis expressus. & ca. ideo. ij. q. vj. quod etiam voluit Specul. tit. de appellat. §. quis possit. in principio. & §. in primis. in principio. & alij in alijs locis. Et hinc est quod in dubio semper deferendum est appellationi per iudicem a quo. vt voluit gl. in cap. vt debitus. de appellatio. vbi etiam Philip. Franci. vers. in eadem glo. ibi, in tali dubio &c. idem voluit Joannes Andr. in capi. si a iudice. de appellatio. in sexto, & alij in alijs
2 locis. Unde cum † regule iuris sint tenaciter obseruande nisi in contrarium appareat dispositio specialis. vt voluit Bal. in. l. si tutor. in fi. C. de ser. pign. dat. manumiss. & pro regula sit semper pronuntiandum, nisi probetur contrarium secundum Bald. in capitulo primo, de aliena. iudi. mut. caus. fac. vbi dicit ita eleganter notari per gloss. in. l. qui restituere. ff. de rei vendi. Licuit dicto nobili Petro a dicta pretensa sententia eius, & sui iuris plurimū oppressiua appellare ad dictum dominum Uiguerium. Et qui propterea debuit, & debet huiusmodi appellationis causam examinare, & audire, aut alteri committere: nisi allegetur, & ostendatur quod iste est casus specialis,

specialis, in quo eidem nobili Labia appellare non licuit quod vt opinor fieri non poterit, nec fieri posse pretenditur, nisi ad causam cuiusdam pretensi statuti predicte ciuitatis, quo pretenditur esse cautum, quod cause mercantiles, & alie de quibus in eo, debeant terminari, & decidi ad relationem duorum mercatorum &c. & quod a sententia ad relationem huiusmodi promulgata appellari, supplicari, aut recurri non valeat ad dictum dominum Vignerium, vel alibi. Sed huiuscemodi statutum eidem nobili Labia non
3 refragatur, nec obstat: pro eo quia† cui non adaptantur verba statuti, nec illi adaptatur eius dispositio. l. iiij. §. toties. ff. de dam. inf. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accus. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quotid. & estiu. l. ita autem. ff. de admin. tut. l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acquirenda heredit. & cap. indemnitatibus. §. penultimo. de electio. in sexto, cum suis similibus. & quod voluit Paulus de castro. consil. iiij. Roma. consi. cccclxij. & consilio. cccclxij. & Alexã. de imola, consil. viij. exordiente, Visis subtilissimus dubitationibus. columna fi. in. iij. volu. Et confirmatur hoc, per id quod dicit Joannes And. in capit. j. de homici. in. vi. quod cap. loquitur de Christiano assassinato. Dicit enim se euasisse, seu defendisse quendam prelatum a pena illius. cap. pro eo quia licet fuisset contra eum probatum, ꝙ ipse fecerat assassinari quendam hominem, tamen quia non fuerat allegatum ꝙ ille occisus fuisset Christianus, non erat allegata qualitas requisita per. d. cap. & ideo penam illius cap. euasit ille prelatus. Hoc dictum cõmemorat, & sequitur Baldus in. l. si quis non dicam rapere. versiculo. in pena autem statuti. C. de episco. & cleri. & dicit ibi Bal. quod aduocatus debet esse cautus, vt formet articulum & seruet verba legis, vel statuti. & idem voluit Alex. de Jmo. consilio primo. versic. postremo videndum restat. in. iij. volu. Stat igitur conclusio quod cui non adaptantur verba statuti, etiam non adaptatur dispositio illius: sed casui nostro non adaptantur verba dicti pretensi statuti: pro eo quia illud loquitur de relatione facta per dños mercatores, quos vult statutum huiusmodi annis singulis eligi, vel assumi in iudices, vel relatores per reuerendissimos dños gubernatores predicte ciuitatis, aut superiores: & in ingressu domini Viguerij curie &c. per eos iurari in manibus eiusdem domini Viguerij de bene, & fideliter dominis iudicibus, seu eorum aliter referẽdo, & consulendo odio, & fauore postpositis quibuscunque: cuiuscemodi non sunt, nec ita iurarunt nobiles viri Stephanus de sadone, & gabriel tulie: quia illi non fuerũt nec sunt mercatores, sed artis mercãtilis inscij & ignari. Nec ẽt iurarunt vt predixi, in manibus. d. Viguerij. Et ita patẽter verba predicti statuti nõ adaptãtur casui, de quo queritur. Non obstat si forte opponatur quod eisdem dati extiterint adiuncti mercatores: quoniam respondetur quod non propterea sumus in terminis predicti statuti requirentis iudices, seu relatores esse mercatores, & qui iurent vt dixi, & quod forte non fecerunt dicti adiuncti. ¶ Preterea vbi ratio predicta cessaret, que tamen non cessat, relatio quam fecisse dicuntur dicti nobiles Stephanus & Gabriel tulie, & eorum adiuncti, videtur continere, quinimo continet magnam iniquitatem, quod eorum honore semper saluo dixerim: & hoc in vers. E par ce que par les comptes desdits de Paul &c. ꝙ cum de intentione dicti nobilis Labia, quoad capitulum, de quo ibi, constaret per appodixam manu dicti Francisci scriptam, subscriptã, & ad eundem nobilem Labia transmissam, & in causa per eundem Franciscum recognitam, & que propterea prout scriptum est, per egregium virum dominum aduocatum eiusdem Labia, fidem plenam contra ipsos de paulo facientem non debuerunt ipsi pretensi domini iudices, & adiuncti referre dictum nobilem Labia, debitorem, sed potius debuerunt referre quoad materiam illius. c. eundem Labia fore, & esse ab impetitis absoluendum, aut saltem suspendere eorum relationem, vel si omnino cupiebant referre, debebant referre eundem Labia condemnandũ sub conditione tamen, si dicti de Paul probarent illum pretensum errorem, quem allegarunt. Sed ipsi contrarium retulerunt: contra id quod habetur in. l. qui accusare. C. de eden. & capit. fin. de iureiurando. capit. inter dilectos. de fide instru. & capit. j. vt ecclesiastica beneficia. & l. negantes. C. de actio. &
4 obliga. Et vbi occurrisset dubius casus, debebant †dicti domini pretẽsi iudices potius fauere reo, quam actori. l. arrianus. ff. de actio. & oblig. l. fauorabiliores. ff. de regu. iur. & regula, cum sint partium. eodem titulo, in sexto. Non video igitur, vt tamen sub benigna supportatione semper loquar, ꝙ dicti domini relatores, in sic referendo equitatem seruauerint: sed potius video oppositum. quod etiam colligitur ex dicta eorum relatione, in qua palam voluerunt ꝙ dicti de Paul se obligarent eidem nobili Labia, de eidem dando, & soluendo. xxxv. aut quadraginta ducatos, si infra biennium non probarent errorem &c. Et sic palam fatentur ipsos de Paul non probasse quoad hoc capitulum eorum intentionem. Et tamen retulerunt quoad materiam eiusdem capit. dictum labia esse debitorem. Et ita videtur huiuscemodi relatio fuisse, & esse manifeste iniqua: & propterea nulla. argu. eius quod habetur in capitu. inter ceteras. de re indicata. & quod notat Jnnocentius in cap. cum Bertholdus. de re iudicata. Non ergo meruit dici relatio. lege, si se non obtulit. §. condemnationem. ff. de re iudicata. quo fit, vt dictus dominus iudex non fuerit coactus huiuscemodi, quinimo nec debuerit relationem sequi in diffiniendo causam: cum illa relatio dici non deberet obstante illius manifesta iniquitate. Quo vero ad capitulum tellarum, de quo est sermo in dicta pretensa relatione. in vers. Aussi touchant le compte des telles &c. grauauerunt prefati domini relatores, & adiuncti dictum nobilem Labia: pro eo quia apparet dictum Franciscum non solum recepisse tellas, saltem cum Ludouico carault, sed etiam apparet quod dictus Franciscus, in suis compotis pretendit & asserit se soluisse naulum predictarum tellarum. Et ita eas fuisse sub sua administratione. quod longe clarius colligitur ex propositis, & deductis parte eiusdem de Paul in vndecimo, duodecimo, decimotertio, decimoquinto, decimoseptimo, & decimooctauo, articulis libelli parte dicti de Paul coram prefato domino iudice, contra dictum Labia exhibiti, & producti. Cum igitur solum rationem ponat idem de Paul de expẽsa, per eum, vt dicit sustenta, seu facta, & sic de exitu, rationem etiam facere debebat de introitu, hoc est de recẽpta: quinimo de introitu huiusmodi eam prius ponere debebat. per id quod scribit glo. in lege, thays ancilla. §. libertatem. super verbo, fiunt. ff. de fideicom. liber. quam ad hoc pro singulari allegat Joannes de pla. in. l. vnica. columna fina. C. de apoch. publi. libro decimo. Et hoc maxime procedit, cum vt dixi, ex deductis parte eiusdẽ de Paul appareat merces predictas, & sic tellas que in illis comprehendebantur, fuisse in manibus, & sub administratione dicti Frãcisci. Cui dicto non obstat quoddam pretensum compotum positum vt pretenditur in manibus quorũdam Joannis Asinerij, & Thome le sage: pro eo quia compotum huiusmodi nullam fidem faciebat, nec facit in hac causa contra dictum Labia. Quamuis enim dicti domini iudices, seu relatores non teneantur seruare iuris solennitates, sed possint procedere summarie, simpliciter, de plano, sine strepitu & figura iudicij, sola facti veritate inspecta: & sic secundum dispositionem iurisgentium, debent tamen inquirere veritatem de ijs que proponũtur coram eis, & priusquam relationem faciant, debet eis de illa constare: alioquin non possent bene & fideliter referre, nec consulem domino iudici &c. odio & fauore post positis quibuscunque: quod se facturos iurare debent, secundum formam dicti pretensi statuti. Non debuerunt igitur habere aliquem respectum ad dictum pretensum compotum, vtpote nullam fidem faciens: sed eo non obstante debuerunt cognoscere, & referre quod dictus de Paul, erat eidem nobili Labia obnoxius quoad damnum quod contigerat in dictis tellis, vel quod tantominus teneretur ipse Labia eidem de Paul. Preterea dicta pretensa relatio alio capite non valuit, ex eo scilicet, quia quamuis dictus de Paul peteret sibi dari, & solui summam trecentorum, & lxxxviij. ducatorum largorum, & ipsi domini iudices, seu relatores tantum relationem fecerint de summa centum sexaginta, & octo ducatorum. xv. mardinorum, & vij. darens ipsi tamen non retulerunt eundem Labia fore, & esse a pluri petito absoluendum: quod tamen facere debebant, vt sic dominus iudex si & quatenus eundem Labia condemnare potuisset ad dandum summam ducatorum scilicet centum sexaginta & octo. xv. Mardinorum, & septem darens, posset idem domi. iudex dictum Labia a pluri petito absoluere, quod facere opus erat. per id quod voluit glo. Bald. & doctor. communiter in. l. j. C. si aduers. rem iudi. vbi volũt, ꝙ si petantur decẽ, & iudex condemnet reum in quinque & de alijs quinque nihil dicat, sententia est nulla, quod etiam procedit in arbitro. vt volunt ibi docto. Et ita videtur ex hoc capite ꝙ sententia predicta fuerit, & sit nulla: non solum sententia, sed etiam predicta relatio: quia secundum formam dicti pretensi statuti iudex debet sequi relationem: & secundum illam debet imponere finem liti & cause, quod non fecit

nec facere potuit, attenta dicta relatione. Cui dicto non obstat, si forte opponatur predictum Balthasarem patrem &c. egisse ex diversis, & separatis capitulis: & sic predictos indices, seu relatores potuisse efficaciter referre de uno, vel duobus capitulis, aliis omissis: quoniam respondeo quod licet in predicto libello fuerint narrata, & deducta multa capitula, ex conclusione tamen libelli non colligitur quantum peteret ex tali, nec quantum ex tali &c. nec etiam dicti do. iudices, aut relatores hoc declaraverunt. Et sic perinde est ac si ex uno capite actum extitisset: quia non apparet ex quo capite seu capitulo, ipsi relatores pretenderunt ipsum Labia debitorem, & ex quo senserint eum non esse debitorem. Preterea quamvis ipsi domini relatores nihil retulerint de expensis, dictus tamen do. iudex dictum Labia in illis condemnavit, & ita dici non potest sententiam tulisse iuxta relationem sibi factam. Adiicio † quod cum dictus Balthasar plus repetierit, ipse debuit condemnari in expensis ratione pluris petionis. per id quod not. Sal. in. l. properandum. §. sin autem alterutra. ubi etiam do. Jason. versic. quinto quero, pone quod actor plus debito. C. de indi. & Ange. aret. in. §. si quis agens. versicu. quid si actor plus petiit. institut. de actio. Ex quibus omnibus concluditur, & infertur dicto nobili Labia licuisse a dicta pretensa sententia appellare, & alias recursum habere ad dictum dominum Viguerium, non obstante dicto pretenso statuto. quod † etiam ut audio non fuit, nec est in observantia, sed sepissime fuit, & est eidem contraventum, per appellationes, recursus, & supplicationes parte condemnatorum per dictos domi. indices Avenionensis, ad relationem pretensorum dominorum iudicum, seu relatorum ad domi. Viguerios pro tempore interpositos: & per commissiones causarum appellationum, recursuum, & supplicationum huiusmodi subsequutas: & processus super iis postea motos, & diffinitos per commissarios. Et ita videtur statutum predictum fuisse abrogatum, propter contrariam consuetudinem: quod fieri potuit, quia licet lex vel statutum non tollatur per desuetudinem, eam scilicet que non habet usum affirmativum contrarium, tamen tollitur per desuetudinem habentem usum affirmativum contrarium. ut voluit Joannes Andr. & alii canoni. in cap. Joannes. de cleri. coniunga. Joannes fab. in §. ex non scripto. vers. sed queritur an desuetudo tollat legem. instit. de iur. natur. gen. & civil. Alex. de Imo. consi. xlv. exordiente, Visis attestationibus. versicu. non probat etiam alia ratione. in secundo volumine. & alii in aliis locis. Adiicio quod ad impugnationem dicte pretense relationis etiam optime facit, quod dicti domini pretensi indices, seu relatores allocaverunt, & in compotis dicti Francisci admiserunt summam decem ducatorum, quam se mutuo munerasse pretendit predicto Ludovico: quod proculdubio facere non debuerunt: tum quia non apparet hoc esse verum, scilicet quod ipse Franciscus summam huiusmodi insolidum, aut pro parte eidem Ludovico numeraverit: & ita debuerunt referre quod ab illorum impetitione absolvi deberet. l. qui accusare. C. de eden. & l. negantes. cum suis simili. C. de actionib. & oblig. Tum & quia si appareret quod ipse Franciscus eosdem decem ducatos numerasset, non tamen teneretur idem Labia: pro eo quia hoc non habuit ab eo in mandatis: quod maxime procedit, quia idem Franciscus non ponit, nec pretendit quod illi decem ducati fuerint eidem Ludovico dati, aut numerati ad causam, vel occasionem pretense administrationis bonorum dicti Labia: tum & quia ubi eidem Ludovico dictus Franciscus summam predictam numerasset, essent ipsi Labia iura cedenda, & remittenda per eundem Franciscum: nec hoc sufficeret, sed opus esset quod eidem Labia expediret instrumentum obligatorium. quia alias predictum Ludovicum efficaciter convenire non posset, per id quod eleganter scribit Baldus in. l. falsus. vers. utrum autem. C. de furt. & quod no. Alexan. de imo. sequutus autoritatem Bald. in. l. prima. ver. limita tamen. C. de procurator. ubi etiam hoc tenuit domi. Jason. versi. limita communem sententiam. iuncto eo quod habetur in. l. instrumenta. & quod ibi Baldus & doctor. C. de fideicō. Fuit igitur dicta pretensa relatio iniqua, & de cuius iniquitate apparet ex inspectione compotorum. Adiicio etiam ad impugnationem executionis quam fecisse dicitur dictus dominus iudex contra prefatum nobilem Labia, pro eo quia quamvis ipse non condemnaverit eum nisi in dimidia parte summe de qua in dicta eius pretensa sententia: pro eo quia cum ipse condemnaverit eundem Petrum, & nobilem Jacobum eius filium in dicta summa, ipse censetur dictum Petrum solum condemnasse in dimidia parte illius. l. prima. & quod ibi glo. & doctor. C. si plu. una senten. condemsunt. & tamē dictus do. iudex eundem nobilem Petrum Labia coegit, & compulit, & satis rigorose, ad dandum & solvendum ex integro dictam summam. Et sic, honore suo salvo dixerim, inciviliter processit. Que omnia scripserim &c.

¶ Epitome.

¶ Filius cum patre potest cōtrahere & illi se obligare maxime cum iuramento non obstante patria potestate etiam remittendo iura sua. Item pater transiens ad secunda vota superstitibus liberis ex primo matrimonio privatur proprietate re sibi relicta per primam uxorem usufructu solo apud eum remanente: nec plus eius secunde uxori potest donare quam uni ex liberis primi matrimonii, illi scilicet cui minus.

¶ De secun. nup. Consilium. cclvi.

Viso & ponderato casu mihi exhibito parte proborum virorum Philippi, Antonii, & Sebastiani plesentis loci de Castellario diecesis Ebredunensis. Una cum dubiis ex casu huiusmodi elicitis dico, & respondeo breviter & succincte, ad dubia huiusmodi, prout ecce. ¶ Et primo ad primum respondeo, quod cum in donationibus factis Joanni & Martino plesentis fratribus consanguineis eorundem Philippi, Antonii, & Sebastiani voluerit probus quondam vir Lazarus plesentis, eorum communis quondam pater includi omnem portionem, seu parte eisdem Joanni & Martino competentes de dote, & bonis dotalibus, adventitiis, & parafernalibus honeste quondam mulieris Helie dicti Lazari prime uxoris, & prefatorum Joannis & Martini quondam matris, ita quod nihil de iis petere possent ab eodem Lazaro, aut suis, non possunt ipsi Joannes & Martinus, de dote huiusmodi aliquid petere a suis coheredibus, & cum eis universalibus heredibus dicti quondam Lazari, quem liberarunt & quittarunt mediantibus bonis sibi donatis per eundem Lazarum. l. queritur. §. si venditor. ff. de edili. edic. & cap. quam periculosum. vii. q. i. cum suis similibus. Cui dicto non obstat si forte opponeretur, quod dicti Joānes, & Martinus essent filii naturales, & legitimi dicti quondam Lazari. Et sic presumptione iuris in ipsius patria potestate constituti: quoniam respondeo, quod filius potest contrahere cum patre, & illi se obligare, maxime cum iuramento etiam in remittendo iura sua. cap. quamvis pactum. & quod ibi scribentes. de pactis. in. vi. & quod scribit Ang. consi. clxxviii. exordiente, Visis refutationibus supradictis. & in. l. quoties. ff. sol. matr. do. Jas. in. l. frater a fratre. col. fi. in lectura. ff. de condict. indeb. Albe. in. l. ii. C. de inoffi. dona. & Bartholo. soci. consil. lxxxvii. exordiente, In presenti consultatione per ordinem prosequar questiones in prima parte. Facit pro premissis quod pater potest donare filio in sua potestate existenti, & valet donatio cum iuramento, ut dixit Baldus, in. l. tertia. de usucap. pro donatio & hec est communis opinio. Quo vero ad Jacobum, dico quod etiam nō potest petere florenos quindecim sibi per dictam quondam Heliam legatos: cum illos remiserit dicto Lazaro mediante donatione sibi facta per eundem Lazarum de quibusdam eius bonis constante publico instrumento, quod probatur per iura predicta. ¶ Ad secundum quesitum dico & respondeo, quod cum dictus Lazarus ad secunda vota convolaverit post mortem dicte Helie eius quōdam prime uxoris, superstitibus, & sibi superviventibus liberis ex primo matrimonio, ipse fuit privatus ipso iure proprietate predii sibi legati, & relicti per dictam quondam Heliam: & que proprietas fuit applicata liberis ipsius primi matrimonii solo usufructu eidem Lazaro remanente. ut voluit gl. in. l. femine. §. illud super verbo, delata. C. de secund. nupt. Hosti. in summa titulo. de secun. nup. §. penultimo. versicu. quecunque &c. Azo. in summa. C. titu. de secund. nupt. §. quecunque. Joan. Andr. in addit. Specul. titu. de secun. nupt. super rubr. Bartholo. socin. consil. xxxiiii. exordiente, Prosequendo ordinem questionum supraformatarum. in. ii. quesito, & alii in aliis locis.

Si tamen

Si tamen dictus quondam Lazarus predium huiusmodi vendidisset, vel alias alienasset, dicti Joannes, Martinus, Jacobus ⁊ Gulielmus repellerentur pro illis partibus, seu quotis, pro quibus sunt eius heredes; ex eo quia pro illis partibus essent iura confusa. l. debitori tuo. ⁊ quod ibi glo. ⁊ doctores. C. de pactis. cum multis similibus. Pro alijs vero quotis, seu portionibus, pro quibus fuerunt heredes dicti Philippus, Antonius, ⁊ Sebastianus, possent ipsi Joannes, Martinus, Jacobus, ⁊ Gulielmus contra eos experiri, ⁊ agere. dicta. l. debitori. cum suis similibus. ⁊ quod habetur in. l. cum a matre. per textum. glo. ⁊ docto. C. de rei venditio. Si vero idem quondam Lazarus prediũ predictum non alienauit, tunc possunt liberi dicti primi matrimonij, illud petere ⁊ sibi insolidum vendicare, tanquam eisdem spectans, ⁊ pertinens ratione connolationis ad dictum secundum matrimonium. ¶ Ad tertium dico ⁊ respondeo, quod cum ex dicto primo matrimonio dicti Lazari superessent liberi, dicti scilicet Joannes, Martinus, ⁊ alij non potuit idẽ Lazarus plus donare, aut relinquere honeste mulieri Margarete eius secunde vxori, quam donauit aut reliquit honeste mulieri Angeline eius nepti, seu felezene ex Nicolao eiusdem Lazari quondam filio naturali, ⁊ legitimo: ⁊ ex dicto primo matrimonio suscepto: ꝙ plus eidem Margarete donatum est, aut relictum quam dicte Angeline, cui dicitur minus donatum, aut relictum, habetur pro non scripto, donato, aut relicto: ⁊ applicatur liberis primi matrimonij. l. hac edictali. circa princip. C. de secun. nupt. ⁊ authent. de nupt. §. optime. collatio. iiij. Et quamuis glos. in dicta. l. hac edictali. §. si vero plusquam. super verbo, diuidi. videatur intelligere quod illud plus diuidi debeat inter nouercam, vel vitricum, ⁊ liberos primi matrimonij, vt ad equalitatem reducantur, quam glo. sequitur ibi Cy. in. iiij. q. tamen Jacob. butr. in dicta. l. hac edictali tenet contrarium: ⁊ vult quod totum illud plus auferatur secunde vxori, aut secundo viro, ⁊ ꝙ applicetur liberis primi matrimonij, ⁊ inter eos diuidatur. dicto authent. de nupt. §. optime. versi. ⁊ hoc decernens ⁊c. ibi, ⁊ inter eos ex equo ⁊c. ⁊ transumptiue. in authent. ad eos solos. C. de secund. nupt. hanc opinionem putat Rapha. in stricta disputatione esse veriorem: quam etiam sequitur Philipp. de cor. consilio. lj. exordiente, Viso suprascripto instrumẽto. in quarto volumine. ⁊ Alberic. in dicta. l. hac edictali. ⁊ alij multi, quos referre non expedit: que opinio videtur mihi esse verior, sub correctione cuiuslibet do. melius sentientis.

¶ Epitome.

¶ Patri intestato equaliter succedunt filij, ⁊ filie de iure cõmuni: sed per statutum possunt filie excludi extantibus liberis ab hereditate, sed non a legitima sibi iure naturali debita in bonis paternis: quam etiam non perdunt per ingratitudinem, aut aliã causam, nisi ea expressa pater in vita eas exheredauerit, que causa postea debet per heredem probari.

¶ De suis ⁊ legit. liber. Consilium. ccclvij.

Ponitur in facto, ꝙ prouidus quondam vir Joannes Berne oppidi, seu ville Neilbaure vita functus est, ⁊ ab humanis decessit superstitibus, ⁊ sibi superuenientibus Antonio, ⁊ Alaeta eius filijs naturalibus ⁊ legitimis, quibus propterea si ab intestato decesserit, delata est hereditas de iure communi cuilibet, scilicet pro semisse. auth. de here. ab intesta. §. primo. collatio. ix. ⁊ transumptiue. in auth. in successione. C. de suis ⁊ legitimis liberis. Sed verum est ꝙ ex dispositione dominicalis seu regij statuti prouincie vniuersalis successio delata est predicto Antonio: dicta vero Alaeta successit in sola legitima, que est dimidia pars triẽtis: ⁊ sic sexta pars totius assis, seu bonorum eiusdem quondam Joannis, eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno, ⁊ funeris impensa. auth. de trien. ⁊ semiss. §. j. colla. iij. ⁊ trãsumptiue. in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. iuncta. l. papinianus. §. quarta autem. ff. eo. tit. ⁊ in moderanda, seu taxanda legitima huiusmodi debet inspici tempus mortis, non aliud tempus: quia secundum quod bona patris, vel plus, vel minus valuerunt tempore mortis eiusdẽ quondã Joannis debet legitima plus, vel minus adualuari, seu estimari. l. cũ querit. ⁊ ꝙ ibi doc. C. de inoff. test. ⁊ p. aut. nouissima. ⁊ debetur huic Alaete non solum legitima, seu supplementum illius, sed etiam fructus. dicta authẽ. nouissima. ⁊ quod ibi scribentes, ⁊ ꝙ no. Jo. and. addi. in Spec. tit. de pign. §. sequitur videre. in addi. que incipit, si vsusfructus debebatur. ⁊ quod scribit Alex. de imo. consi. lxix. exordiente, Super primo dubio queritur an dicta Agnes ⁊c. in primo volu. Potest etiam predicta legitima, seu illius supplementum peti expediri, ⁊ tradi in substantia, vel in, ⁊ de bonis dicti quondam Joannis. l. scimus. §. repletionem ⁊ quod ibi Guli. de cugneo. ⁊ alij. C. de inoff. testa. quod etiam voluit Bart. in. l. suus quoq;. in fi. princ. vbi etiam Jo. de imo. ff. de heredi. instit. ⁊ Alex. de imo. in. l. non amplius. §. cum autem bonorum. ff. de leg. j. Audio tamen ꝙ eidem Alaete parte heredis predicti Antonij, ⁊ possessoris bonorum dicti quondã Joannis opponitur, ꝙ viuente dicto Joanne eius quõdam patre, ⁊ forte ante annum. xxviij. sue etatis luxuriose vixerit, aut ꝙ ex stupro filium pepererit, ⁊ ꝙ propterea perdiderit dictam eius legitimam, sed istud nõ obstat: quoniam supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ ipsa Alaeta stuprum cõmisisset, quod est falsum, ⁊ ꝙ propter dictum stuprum dicta Alaeta potuisset per dictum Joannem eius quondam patrem exheredari, ⁊ sic priuari dicta eius legitima. l. si filiam. ⁊ quod ibi doc. C. de inoffi. test. tamẽ si idem pater eandem non exheredauerit, aut legitima priuauerit, ⁊ cum expressione dicte cause que probetur, non debet eadem Alaeta a dicta eius legitima repelli. Non enim ad exclusionem, vel exheredationem filij sufficit ingratitudo, aut ꝙ commiserit causam propter quam potest exheredari, sed opus est, ꝙ pater exheredet, ⁊ exheredãdo causam exprimat, que postea probetur per heredem. auth. vt cum de appel. cogno. §. aliud. ⁊. §. sequenti. §. sed hic. §. siue igitur. collat. viij. ⁊ authẽ. non licet parenti. ⁊ quod ibi doc. C. de libe. pret. vel exhered. Cum igitur dictus Joannes eiusdẽ Alaete quondam pater eandem nõ exheredauerit, aut legitima priuauerit, aut dictam causam exheredationis expresserit, que probetur per heredem, frustra laborauit, ⁊ laborat filius, ⁊ heres predicti Antonij eandem Alaetam excludere a dicta eius legitima, seu supplemento illius. Que scripserim breuiter, ⁊ succincte sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Epitome.

¶ Contrahi cum filiofamilias mercatore potest in concernentibus mercaturam: item si sit artifex in concernentibus artem: tamen si mutuam pecuniam ceperit non impeditur opponere exceptionem Macedoniani que conceditur odio creditorum: beneficium autem restitutionis in integrum minoribus. xxv. annis concessum est fauore ipsorum.

¶ Ad Maced. ⁊ de min. xxv. an. Consilium. ccclviij.



Ihil opponitur parte honorabilium virorũ Chãconis. Nicolai, ⁊ consortũ in quadam schedula exordiente, Si filiusfamilias ⁊c. in hac causa oblata contra ⁊ aduersus nobilẽ Joachinum Aydini, per quod appareat libellum parte eiusdem Aydini contra eos in hac causa productum, non fuisse ⁊ esse admittendum. Et primo quidem eidem Aydino non obstat id, quod opponitur de dicto Bald. in. l. fi. vers. quero, hic statutum est. C. ad Macedo. ⁊. l. iij. §. ex hoc edicto. vers. item facit ad questionem. ff. nau. caupo. stab. tum quia Bal. loquitur in statuto, quo cauetur ꝙ cum filio familias non possit contrahi, nisi sit mercator. Dicto enim casu dicit Baldus cum filiofamilias contrahi posse in concernentibus mercaturam; ⁊ hoc in dicta lege finali, in dicto vero. §. ex hoc edicto. loquitur de statuto, quo cauetur quod filiusfamilias, non possit se obligare, nisi sit artifex, ⁊ dicit quod in concernẽtibus artem, potest se obligare filiusfamilias, sed alias non. Sed hec quid ad casum de quo queritur

nec facere potuit, attenta dicta relatione. Cui dicto non obstat, si forte opponatur predictum Baltbasarem patrem &c. egisse ex diuersis, & separatis capitulis: & sic predictos indices, seu relatores potuisse efficaciter referre de vno, vel duobus capitulis, alijs omissis: quoniam respondeo q licet in predicto libello fuerint narrata, & deducta multa capitula, ex conclusione tamen libelli non colligitur quantum peteret ex tali, nec quantum ex tali &c. nec etiam dicti do. iudices, aut relatores hoc declarauerunt. Et sic perinde est ac si ex vno capite actum extitisset: quia non apparet ex quo capite seu capitulo, ipsi relatores pretenderũt ipsuz Labia debitorem, & ex quo senserint eum non esse debitorem. Preterea quanuis ipsi domini relatores nihil retulerint de expensis, dictus tamen do. index dictum Labia in illis cõdemnauit, & ita dici non potest sententiam tulisse iuxta relationem
5 sibi factam. Adijcio † q cum dictus Baltbasar plus repetierit, ipse debuit condemnari in expensis ratione pluris petionis. per id quod not. Sal. in. l. properandum. §. sin autem alterutra. vbi etiam do. Jason. versic. quinto quero, pone q actor plus debito. C. de iudi. & Ange. aret. in. §. si quis agens. versicu. quid si actor plus petijt. institut. de actio. Ex quibus omnibus concluditur, & infertur dicto nobili Labia licuisse a dicta pretensa sententia appellare, & alias recursum habere ad dictum dominum Uiguerium, non obstante dicto pre
6 tenso statuto. quod † etiam vt audio non fuit, nec est in obseruantia, sed sepissime fuit, & est eidem contrauentum, per appellationes, recursus, & supplicationes parte condemnatorum per dictos domi. iudices Auenionensis, ad relationem pretensorum dominorum iudicum, seu relatorum ad domi. Uiguerios pro tempore interpositos: & per commissiones causarum appellationum, recursuum, & supplicationum huiusmodi subsequtas: & processus super ijs postea motos, & diffinitos per commissarios. Et ita videtur statutum predictum fuisse abrogatuz, propter contrariam consuetudinẽ: q fieri potuit, qz licet lex vel statutum nõ tollatur per desuetudinem, eam scilicet que non habet vsum affirmatiuum contrarium, tamen tollitur per desuetudinem habentem vsum affirmatiuum contrarium. vt voluit Joannes Andr. & alij canoni. in cap. Joannes. de cleri. coniunga. Joannes fab. in §. ex non scripto. vers. sed queritur an desuetudo tollat legẽ. instit. de iur. natur. gen. & ciuil. Alex. de Imo. consi. xlv. exordiente, Uisis attestationibus. versicu. non probat etiam alia ratione. in secundo volumine. & alij in alijs locis. Adijcio q ad impugnationem dicte pretense relationis etiam optime facit, quod dicti domini pretensi iudices, seu relatores allocauerunt, & in compotis dicti Francisci admiserunt summam decem ducatorum, quam se mutuo munerasse pretendit predicto Ludouico: quod proculdubio facere nõ debuerũt: tum quia non apparet hoc esse verum, scilicet quod ipse Franciscus summam huiusmodi insolidum, aut pro parte eidem Ludouico numerauerit: & ita debuerũt referre q ab illorũ impetitione absolui deberet. l. qui accusare. C. de eden. & l. negantes. cum suis similib. C. de actionib. & oblig. Tum & qz si appareret quod ipse Frãciscus eosdem decem ducatos numerasset, non tamen teneretur idem Labia: pro eo quia hoc non habuit ab eo in mandatis: quod maxime procedit, quia idem Franciscus non ponit, nec pretendit q illi decem ducati fuerint eidem Ludouico dati, aut numerati ad causam, vel occasionẽ pretense administrationis bonorum dicti Labia: tum & quia vbi eidem Ludouico dictus Franciscus summam predictam numerasset, essent ipsi Labia iura cedenda, & remittenda per eundem Franciscum: nec hoc sufficeret, sed opus esset quod eidem Labia expediret instrumẽtum obligatorium. quia alias predictum Ludouicum efficaciter conuenire non posset, per id quod eleganter scribit Baldus in. l. falsus. vers. vtrum autem. C. de furt. & quod no. Alexãn. de imo. sequutus autoritatem Bald. in. l. prima. ver. limita tamen. C. de procurator. vbi etiam hoc tenuit domi. Jason. versi. limita communem sententiam. iuncto eo quod habetur in. l. instrumenta. & quod ibi Baldus & doctor. C. de fideicõ. Fuit igitur dicta pretensa relatio iniqua, & de cuius iniquitate apparet ex inspectione compotorum. Adijcio etiam ad impugnationem executionis quam fecisse dicitur dictus dominus iudex contra prefatum nobilem Labia, pro eo quia quanuis ipse non condemnauerit eum nisi in dimidia parte summe de qua in dicta eius pretensa sententia: pro eo quia cum ipse condemnauerit eundem Petrum, & nobilem Jacobum eius filium in dicta summa, ipse censetur dictum Petrum solum condemnasse in dimidia parte illius. l. prima. & quod ibi glo. & doctor. C. si plu. vna senten. condemsunt. & tamẽ dictus do. index eundem nobilem Petrum Labia coegit, & compulit, & satis rigorose, ad dandum & soluendum ex integro dictam summam. Et sic, honore suo saluo dixerim, inciuiliter processit. Que omnia scripserim &c.

¶ Epitome.

¶ Filius cum patre potest cõtrahere & illi se obligare maxime cum iuramento non obstante patria potestate etiam remittendo iura sua. Item pater transiens ad secunda vota superstitibus liberis ex primo matrimonio priuatur proprietate re sibi relicta per primam vxorem vsufructu solo apud eum remanente: nec plus eius secunde vxori potest donare quam vni ex liberis primi matrimonij, illi scilicet cui minus.

¶ De secun. nup. Consilium. cclvj.



Viso & ponderato casu mihi exhibito parte proborum virorum Philippi, Antonij, & Sebastiani plesentis loci de Castellario diecesis Ebredunensis. Una cum dubijs ex casu huiusmodi elicitis dico, & respondeo breuiter & succincte, ad dubia huiusmodi, prout ecce. ¶ Et primo ad primum respondeo, q cum in donationibus factis Joanni & Martino plesentis fratribus consanguineis eorundem Philippi, Antonij, & Sebastiani voluerit probus quondam vir Lazarus plesentis, eorum communis quondam pater includi omnem portionem, seu parte eisdem Joanni & Martino competentes de dote, & bonis dotalibus, aduentitijs, & parafernalibus honeste quondam mulieris Helie dicti Lazari prime vxoris, & prefatorũ Joannis & Martini quondam matris, ita quod nihil de ijs petere possent ab eodem Lazaro, aut suis, non possunt ipsi Joannes & Martinus, de dote huiusmodi aliquid petere a suis coheredibus, & cum eis vniuersalibus heredibus dicti quondam Lazari, quem liberarunt & quittarunt mediantibus bonis sibi donatis per eundem Lazarum. l. queritur. §. si venditor. ff. de edili. edic. & cap. quam periculosum. vij. q. j. cum suis similibus. Cui dicto non obstat si forte opponeretur, q dicti Joães, & Martinus essent filij naturales, & legitimi dicti quondam Lazari. Et sic presumptione iuris in ipsius patria potestate constituti: quoniam respondeo, q filius potest contrahere cum patre, & illi se obligare, maxime cum iuramento etiam in remittendo iura sua. cap. quanuis pactum. & quod ibi scribentes. de pactis. in. vj. & quod scribit Ang. consi. clxxviij. exordiente, Uisis refutationibus supradictis. & in. l. quoties. ff. sol. matr. do. Jas. in. l. frater a fratre. col. fi. in lectura. ff. de condict. indeb. Albe. in. l. ij. C. de inoffi. dona. & Bartbolo. soci. consil. lxxxvij. exordiente, In presenti consultatione per ordinem prosequar questiones in prima parte. Facit pro premissis quod pater potest donare filio in sua potestate existenti, & valet donatio cuz iuramento, vt dixit Baldus, in. l. tertia. de vsucap. pro donatio & hec est communis opinio. Quo vero ad Jacobum, dico q etiam nõ potest petere florenos quindecim sibi per dictam quondam Heliam legatos: cum illos remiserit dicto Lazaro mediante donatione sibi facta per eundem Lazarum de quibusdam eius bonis constante publico instrumento, quod probatur per iura predicta. ¶ Ad secundum quesitum dico & respondeo, q cum dictus Lazarus ad secunda vota conuolauerit post mortem dicte Helie eius quõdam prime vxoris, superstitibus, & sibi superuiuentibus liberis ex primo matrimonio, ipse fuit priuatus ipso iure proprietate predij sibi legati, & relicti per dictam quondam Heliam: & que proprietas fuit applicata liberis ipsius primi matrimonij solo vsufructu eidem Lazaro remanente. vt voluit gl. in. l. femine. §. illud super verbo, delata. C. de secund. nupt. Hosti. in summa titulo. de secun. nup. §. penultimo. versicu. quecunq &c. Azo. in summa. C. titu. de secund. nupt. §. quecunq. Joan. Andr. in addit. Specul. titu. de secun. nupt. super rubr. Bartbolo. socin. consil. xxxiiij. exordiente, Prosequendo ordinem questionum supraformatarum. in. ij. quesito, & alij in alijs locis.

Si tamen

Si tamen dictus quondam Lazarus predium huiusmodi vendidisset, vel alias alienasset, dicti Joannes, Martinus, Jacobus & Gulielmus repellerentur pro illis partibus, seu quotis, pro quibus sunt eius heredes; ex eo quia pro illis partibus essent iura confusa. l. debitori tuo. & quod ibi glo. & doctores. C. de pactis. cum multis similibus. Pro aliis vero quotis, seu portionibus, pro quibus fuerunt heredes dicti Philippus, Antonius, & Sebastianus, possent ipsi Joannes, Martinus, Jacobus, & Gulielmus contra eos experiri, & agere. dicta. l. debitori. cum suis similibus. & quod habetur in. l. cum a matre. per textum. glo. & docto. C. de rei venditio. Si vero idem quondam Lazarus prediū predictum non alienauit, tunc possunt liberi dicti primi matrimonii, illud petere & sibi insolidum vendicare, tanquam eisdem spectans, & pertinens ratione consolationis ad dictum secundum matrimonium. ¶ Ad tertium dico & respondeo, quod cum ex dicto primo matrimonio dicti Lazari superessent liberi, dicti scilicet Joannes, Martinus, & alii non potuit idē Lazarus plus donare, aut relinquere honeste mulieri Margarete eius secunde vxori, quam donauit aut reliquit honeste mulieri Angeline eius nepti, seu felezene ex Nicolao eiusdem Lazari quondam filio naturali, & legitimo: & ex dicto primo matrimonio suscepto: & plus eidem Margarete donatum est, aut relictum quam dicte Angeline, cui dicitur minus donatum, aut relictum, habetur pro non scripto, donato, aut relicto: & applicatur liberis primi matrimonii. l. hac edictali. circa princip. C. de secun. nupt. & authent. de nupt. §. optime. collatio. iiii. Et quamuis glos. in dicta. l. hac edictali. §. si vero plusquam. super verbo, diuidi. videatur intelligere quod illud plus diuidi debeat inter nouercam, vel vitricum, & liberos primi matrimonii, vt ad equalitatem reducantur, quam glo. sequitur ibi Cy. in. iiii. q. tamen Jacob. butr. in dicta. l. hac edictali tenet contrarium: & vult quod totum illud plus auferatur secunde vxori, aut secundo viro, & applicetur liberis primi matrimonii, & inter eos diuidatur. dicto authent. de nupt. §. optime. versi. & hoc decernens &c. ibi, & inter eos ex equo &c. & transumptiue. in authent. ad eos solos. C. de secund. nupt. hanc opinionem putat Rapha. in stricta disputatione esse veriorem: quam etiam sequitur Philipp. de cor. consilio. li. exordiente, Viso suprascripto instrumēto. in quarto volumine. & Alberic. in dicta. l. hac edictali. & alii multi, quos referre non expedit: que opinio videtur mihi esse verior, sub correctione cuiuslibet do. melius sentientis.

¶ Epitome.

¶ Patri intestato equaliter succedunt filii, & filie de iure cōmuni: sed per statutum possunt filie excludi extantibus liberis ab hereditate, sed non a legitima sibi iure naturali debita in bonis paternis: quam etiam non perdunt per ingratitudinem, aut aliā causam, nisi ea expressa pater in vita eas exheredauerit, que causa postea debet per heredem probari.

¶ De suis & legit. liber. Consilium. ccclvii.

Ponitur in facto, quod prouidus quondam vir Joannes Berne oppidi, seu ville Reilhaure vita functus est, & ab humanis decessit superstitibus, & sibi superuiuentibus Antonio, & Alaeta eius filiis naturalibus & legitimis, quibus propterea si ab intestato decesserit, delata est hereditas de iure communi cuilibet, scilicet pro semisse. auth. de here. ab intesta. §. primo. collatio. ix. & transumptiue. in auth. in successione. C. de suis & legitimis liberis. Sed verum est quod ex dispositione dominicalis seu regii statuti prouincie vniuersalis successio delata est predicto Antonio: dicta vero Alaeta successit in sola legitima, que est dimidia pars triētis: & sic sexta pars totius assis, seu bonorum eiusdem quondam Joannis, eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno, & funeris impensa. auth. de trien. & semiss. §. j. colla. iii. & trāsumptiue. in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. iuncta. l. papinianus. §. quarta autem. ff. eo. tit. & in moderanda, seu taxanda legitima huiusmodi debet inspici tempus mortis, non aliud tempus: quia secundum quod bona patris, vel plus, vel minus valuerunt tempore mortis eiusdē quondā Joannis debet legitima plus, vel minus adualuari, seu estimari. l. cū querit. & quod ibi doc. C. de inoff. test. & p. aut. nouissima. & debetur huic Alaete non solum legitima, seu supplementum illius, sed etiam fructus. dicta authē. nouissima. & quod ibi scribentes. & quod no. Jo. and. addi. in Spec. tit. de pign. §. sequitur videre. in addi. que incipit, si vsusfructus debebatur. & quod scribit Alex. de imo. consi. lxix. exordiente, Super primo dubio queritur an dicta Agnes &c. in primo volu. Potest etiam predicta legitima, seu illius supplementum peti expediri, & tradi in substantia, vel in, & de bonis dicti quondam Joannis. l. scimus. §. repletionem & quod ibi Guli. de cugneo. & alii. C. de inoff. testa. quod etiam voluit Bart. in. l. suus quoque. in fi. princ. vbi etiam Jo. de imo. ff. de heredi. instit. & Alex. de imo. in. l. non amplius. §. cum autem bonorum. ff. de leg. j. Audio tamen quod eidem Alaete parte heredis predicti Antonii, & possessoris bonorum dicti quondā Joannis opponitur, quod viuente dicto Joanne eius quōdam patre, & forte ante annum. xxviii. sue etatis luxuriose vixerit, aut quod ex stupro filium pepererit, & quod propterea perdiderit dictam eius legitimam, sed istud nō obstat: quoniam supposito citra preiudicium veritatis, quod ipsa Alaeta stuprum cōmisisset, quod est falsum, & quod propter dictum stuprum dicta Alaeta potuisset per dictum Joannem eius quondam patrem exheredari, & sic priuari dicta eius legitima. l. si filiam. & quod ibi doc. C. de inoffi. test. tamē si idem pater eandem non exheredauerit, aut legitima priuauerit, & cum expressione dicte cause que probetur, non debet eadem Alaeta a dicta eius legitima repelli. Non enim ad exclusionem, vel exheredationem filii sufficit ingratitudo, aut quod commiserit causam propter quam potest exheredari, sed opus est, quod pater exheredet, & exheredādo causam exprimat, que postea probetur per heredem. auth. vt cum de appel. cogno. §. aliud. & §. sequenti. §. sed hic. §. siue igitur. collat. viii. & authē. non licet parenti. & quod ibi doc. C. de libe. pret. vel exhered. Cum igitur dictus Joannes eiusdē Alaete quondam pater eandem nō exheredauerit, aut legitima priuauerit, aut dictam causam exheredationis expresserit, que probetur per heredem, frustra laborauit, & laborat filius, & heres predicti Antonii eandem Alaetam excludere a dicta eius legitima, seu supplemento illius. Que scripserim breuiter, & succincte sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Epitome.

¶ Contrahi cum filiofamilias mercatore potest in concernentibus mercaturam: item si sit artifex in concernentibus artem: tamen si mutuam pecuniam ceperit non impedietur opponere exceptionem Macedoniani que conceditur odio creditorum: beneficium autem restitutionis in integrum minoribus. xxv. annis concessum est fauore ipsorum.

¶ Ad Maced. & de min. xxv. an. Consilium. ccclviii.



Nihil opponitur parte honorabilium virorū Chāconis. Nicolai, & consortū in quadam schedula exordiente, Si filiusfamilias &c. in hac causa oblata contra & aduersus nobilē Joachinum Aydini, per quod appareat libellum parte eiusdem Aydini contra eos in hac causa productum, non fuisse & esse admittendum. Et primo quidem eidem Aydino non obstat id, quod opponitur de dicto Bald. in. l. fi. vers. quero, hic statutum est. C. ad Macedo. & l. iii. §. ex hoc edicto. vers. item facit ad questionem. ff. nau. caupo. stab. tum quia Bal. loquitur in statuto, quo cauetur quod cum filio familias non possit contrahi, nisi sit mercator. Dicto enim casu dicit Baldus cum filiofamilias contrahi posse in concernentibus mercaturam; & hoc in dicta lege finali, in dicto vero. §. ex hoc edicto. loquitur de statuto, quo cauetur quod filiusfamilias, non possit se obligare, nisi sit artifex, & dicit quod in concernētibus artem, potest se obligare filiusfamilias, sed alias non. Sed hec quid ad casum de quo queritur.

Non enim dicit Bal. ꝙ de iure communi filiusfamilias pecuniam mutuo recipiens pro mercatura opponere non possit aduersus creditorem exceptionē Macedoniani: Tum ⁊ quia si probaretur, ꝙ de iure communi filiusfamilias pecuniam mutuo recipiens pro mercatura non posset opponere exceptionem Macedon. prout non probatur: non tamen ex hoc inferretur, quod libellus de quo in schedula, nō esset admittendus: quia exceptio macedoniani cōceditur filiofamilias odio creditoris. vt scribit Paulus de cast. ⁊ doct. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. ⁊ satis probatur in. l. j. ff. ad Macedo. Beneficium autem restitutionis in integrum concessum est minoribus. xxv. annis, ⁊ hoc fauore eorum: quia constat fragile esse ⁊ infirmum huiusmodi etatis consilium, ⁊ multis captionibus suppositum, multorumq; insidijs expositū. ⁊ hinc contingit, ꝙ pretor equitate motus, filijsfamilias pollicitus est aduersus captiones opitulationem. Etiam nec obstat id, quod parte predictorum chanconis, ⁊ aliorum opponitur, ꝙ scilicet attenta causa, de qua agitur, impediri non debeat remissio fienda ad dominos iudices mercatorum: quoniam respondeo quod etiam si esset verum, vt tamen non videtur, ꝙ causa intenta fuisset, vel esset mercantilis vel alias talis, que predictis iudicibus videretur remittenda: dictus tamen libellus superius mentionatus, ⁊ parte dicti nobilis Aydini, in hac causa productus, non concernit artem mercantilem, aut materiam, que remitti debeat eisdē dominis iudicibus mercatorum: sed est talis nature, vt impediat, ⁊ impedire debeat ne vlterius in causa quā inchoare tentarunt dicti chanco, ⁊ consortes procedatur, donec hec fuerit decisa. l. prima, ⁊ quod ibi doctor. C. in integr. restitut. postula. ne quid noui fiat. Nec procedit quod vlterius dicitur in schedula predicta, scilicet ꝙ hec pretensa exceptio sit de apicibus iuris, seu subtilitatibus: quoniam respondeo ꝙ dictus nobilis Aydini non implorat exceptionem, sed beneficium pretoris minoribus, ⁊ ex magna equitate concessum: ⁊ ideo eidem Aydini non nocent pretensa not. per Bartolum in. l. si fideiussor. §. quedam. ⁊. l. quintus. ff. manda. Etiam non procedit quod ex aduerso dicitur, scilicet ꝙ dictus Aydini ditari velit ex aliena iactura: quoniam vult defendere ⁊ tueri, ne iactura, ⁊ quidem grauis eidem cōtra equitatem inferatur. Quamobrem petit dictus nobilis Joachinus, seu eius legitimus procurator procuratorio nomine eiusdem non obstantibus quibuscunque ex aduerso allegatis dictum eius libellum admitti, ⁊ admittendum fore ordinari, ac etiam fuisse, fore, ⁊ esse a remissione fieri petita, ⁊ processu vlteriori super pretenso libello parte dictorum chanconis ⁊ consortum in causa producto supersedendum, ⁊ supersederi: ⁊ alias petit in, ⁊ super premissis ⁊ singulis eorundem ius, ac debitam, ⁊ celerem iustitiam sibi fieri ⁊ ministrari. Uerum iudiciale officium in opportunis humiliter implorando.

¶ Epitome.

¶ Pater potest in suo testamēto aut codicillis eius filio relinquere vxorem tutricem: item potest eam relinquere curatricem bonis eius filij: item ⁊ suorum bonorum procuratricē post mortem suipsius testatoris: primo tamen ⁊ principaliter, videtur prouidisse persone eius filij impuberis, ⁊ sic constituisse dictam vxorem tutricem, ⁊ consequenter curatricem qui quidem filius factus pubes potest testari ⁊ disponere ad libitum de suis bonis: ⁊ cui mater tenetur reddere rationem tutelaris administrationis, licet ab huiusmodi redditione releuata extiterit per testatorem.

¶ De testa. tutel. Consilium. ccclix.

PRo faciliori solutione eorum de quibus queritur parte nobilis, ⁊ honeste mulieris domine Magdalene, relicte nobilis Philippi fornerij, premitto nō esse dubium, quin dictus quondam nobilis Philippus in suo vltimo ⁊ nuncupatiuo testamento, seu codicillis dare, ⁊ relinquere potuerit tutorē nobili Jacobo fornerij eius filio naturali ⁊ legitimo, ⁊ tunc in pupillari etate constituto. l. prima. in princip. ⁊ quod ibi glo. ⁊ multis alijs legibus. ff. de testa. tute. ⁊. l. j. ⁊. ij. ⁊ multis alijs. C. eodem titu. Potuit etiam dictus Philippus eidem nobili Jacobo non solum alium, seu extraneum relinquere tutorem, sed etiam dictam nobilem Magdalenam eius vxorem, pro quo remisisse sufficiat ad id, quod scribit Sali. in auth. matri ⁊ auie. versic. decimonono quero, cum gloss. super verbo, testantis. ⁊ versic. vicesimo quero. C. quando mulie. tute. offi. fun. pot. Premitto etiam quod licet dictus nobilis Philippus in dicto eius testamento, seu codicillis prefatam nobilem Magdalenam curatricem relinquere, aut dare non potuerit cum effectu dicto nobili Jacobo. §. sed curator. insti. de cura. Potuit tamē eam dare aut relinquere curatricem bonis eiusdem nobilis Jacobi. auth. vt lice. matri ⁊ auie. in principio. versicu. si vero etate minores. collatio. viij. Potuit preterea etiam idem nobilis Philippus dictam nobilem Magdalenam relinquere procuratricem suorum bonorum, ⁊ post sui ipsius nobilis Philippi mortem, ⁊ quod mandatum per mortem dicti Philippi non expirasset. l. si vero non remunerandi. §. fin. ff. manda. ⁊. l. cum pater. §. meuio. ⁊ quod ibi not. ff. de legat. ij. ⁊ quod not. Bart. ⁊ Moder. in. l. si. ff. de solut. ⁊ Bald. in. l. id quod pauperibus. C de episc. ⁊ cleri. ⁊ docto. in. l. mandatum. C. mandat. Nunc premissa casui nostro applicando, est difficultas, quod istorum fecisse videatur ⁊ dicatur dictus nobilis Philippus, an scilicet videatur, eādem nobilem Magdalenam relinquere tutricem dicto Jacobo filio, aut curatricem bonis data, aut ꝓcuratricem. Et hoc pro eo, q꞉ in dictis eius codicillis non satis aperte loquutus est. Scriptum est enim in eisdem vltra veult, ⁊ ordōne en la presence desdits notaires ⁊c. par forme de codicille, que damoiselle Magdalene le mercier sa femme, aye le gouuernement ⁊ administration de Jaques fornier son fils vnique, ⁊ entier, ensemble de tous les biens que demeurērōt apres le trespas dudit Philippe Fornier quelque part que il soyent situez, assis, tant en Languedoc, Bourbonnois, Paris, que autres pars. Hic enim non est facta mentio quod eam reliquerit tutricem, aut bonorum suorum curatricem, seu procuratricem. Uerū quia tempore testamenti, seu codicillorum huiusmodi, idem Jacobus erat impubes, ⁊ quia dictus Philippus non solum voluit eandem Magdalenam habere guberniū, ⁊ administrationem bonorum suorum, sed etiam persone eiusdem Jacobi, ⁊ in primo loco dico ꝙ ipse Philippus prefatam nobilem Magdalenam tutricem reliquerit dicto eius filio, non curatricem, aut procuratricem predictorum bonorum, vt sic videatur primo ⁊ principaliter persone prouidisse, ⁊ consequēter bonis: quod fit tutorem relinquendo. l. ceterarum. cum. l. sequent. ff. de testamē. tute. ⁊. l. cum in vna. §. tutor, ⁊ quod ibi gloss. ⁊ doctores. ff. de appellatio. Et in sic faciendo censetur plenius consuluisse pupillo. quod facere voluisse, ⁊ optimum consilium pro eodem Jacobo impubere habuisse, presumendus est. l. amicissimos. in princ. ff. de excusat. tuto. Unde cum vt ponitur in casu, dictus Jacobus pubes, hoc est maior xiiij. annis, factus extiterit, tutela finita est. institu. quibus mo. tute. fini. in principio. cum suis similibus. Et sic non videtur dicta nobilis Magdalena posse vlterius administrare. Posset tamen per iudicem dari curatrix bonis dicti Jacobi eo requirente, aut volente. Et sic consequenter tanquam curatricem eius bona gubernare, ⁊ regere. ¶ Ad id vero de quo queritur, an scilicet dictus Jacobus factus maior. xiiij. annis, possit disponere ⁊ testari de bonis suis, ⁊ presertim de illis, que non subiacent restitutioni fideicommissarie: dico ⁊ respondeo, quod sic: cum sit pubes. l. qua etate. ff. de testa. ⁊ potest testari nō solum de predictis, sed etiā de subiacentibus restitutioni. quamuis non in preiudicium substituti. per id quod post Azo. not. gloss. in authentica, si qua mulier. super verbo, diuidere. C. de sacrosanctis ecclesijs. ⁊ Alexander de Jmola, post Roma. in lege, stipulatio hoc modo concepta. versic. Roma. hic. ff. de verborum obligationibus. ¶ Ad aliud vero de quo queritur, an dicta nobilis Magdalena teneatur reddere rationem sue tutelaris administrationis, ⁊ reliqua restituere, seu prestare: dico ⁊ respondeo, ꝙ licet eidem remissa extiterit inuentarij confectio, quod fieri potuit, pro quo remisisse sufficiat, ad id quod scribit Barto. in. l. nemo. vbi etiam Modern. ff. de legatis primo. ⁊ Angel. Aret. in. §. actionum. in materia tutele. versicu. octauo, quid incumbat. instit. de actio. potest testator, ⁊ alia multa de quibus dominus Jason. in. l. non dubium. C. de legat. quamuis etiam dictus quondam Philippus eandem Magdalenam releuauerit a redditione rationum, ⁊ reliquorum prestatione, ipsa tamen rationem reddere tenetur, non de leuissima aut leui culpa, sed de lata, ⁊ dolo: ⁊ sic per exonerationem, redditionis rationis compotorū censentur eadem Magdalena

lena

lena fuisse exonerata a scrupulosa redditione rationum non a lata culpa, aut dolo, nec a reliquorum prestatione, si que penes eam existant.l.si seruus vetitus.&qd ibi doc. & signanter Bal.Cuma.& Fulgo.ff.de leg.j.& q not. Ang.are.in.d.§. actionum.in materia tutele.versic.vicesimoquinto quero &c. ad quem remisisse sufficiat. ¶ Ad aliud, & vltimum de quo queritur de illa prohibitione, quã fecisse dicitur dictus quõdam nobilis Philippus, & per quam noluit fratres dicte nobilis Magdalene seu le nuncier, ingredi eius domum, aut de bonis suis quomodolibet se intromittere. Dico & respondeo, q si duraret administratio dicte nobilis Magdalene, ipsa deberet, vt vr obtemperare huic inhibitioni, seu testatoris voluntati. Sed qr illa expirauit, poterit dictus Jacobus filius, & heres permittere q dicti le nũcier, ad domũ suã veniant, & eam ingrediantur, & de bonis suis, seu eorum gubernio & regimine se intromittant. Poterit etiam hanc facultatem concedere dicte nobili Magdalene eius matri: qr illa prohibitio non apparet causata: sic fuit, & est nuda & que propterea potest per filium non obseruari.l.filiusfamilias.§. diui.& quod ibi docto.ff.de leg.j.

1 ¶ Promittens dare & tradere, tenetur dominium transferre.& nu.seq.
Verba secundum subiectam materiam accipienda, etiam si impropr ientur.
2 Transactionis natura est vt reus det actori.
3 Verbi dare acceptio.
4 Dominium aut possessio rei feudalis non potest transferri sine consensu domini directi sine periculo commissi, seu amissionis feudi.
5 Jus protestantis per protestationem conseruatur.
6 Obligatio ad interesse succedit in contractibus innominatis: etiam in obligatione dandi.
7 More purgatio quoad penam semper impeditur.
8 Priuatus ipso iure non est, qui propter contrauentionem debet priuari.

¶ Epitome.

Dare & tradere qui aliquid promisit, tenetur dominiũ transferre: & si aliquid requiratur ad illius trãslationem promittens debet illud adimplere vt sic dominium deueniat ad accipientem sine eius aliqua expensa.

¶ De verb.signi. Consilium.ccclx.



Ex themate parte magnificorum virorum dominorũ Andree Philiberti & secundi de Bollerijs mihi exhibito, eliciuntur multa, & varia quesita quibus respondeo sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, prout infra. Et primo ad primum, pro cuius faciliori solutione premitto, q ex forma transactionis dudum celebrate, & inite per & inter magistrũ & potentem virum dominum Ludouicum de bollerijs, pretensum dominum centali, & demontis ex vna parte, Et prefatos do. Andream, Philibertum, & secundum eius fratres, ex alia: colligitur, & apparet eundem do. Ludouicum fuisse, & esse obligatum ad eisdem do. Andree & fratribus, tradendũ & dandum vicecomitatũ reilbame, & tria eius castra, scilicet maure, sancti Michaelis, & sancti Stephani, cum eorũ pertinentijs & iuribus. Fuit etiam, & est obligatus idem do. Ludouicus prefatis. d. Andree & fratribus ad eos inducẽdum in possessionem realem, actualem, corporalẽ, & pacificam vicecomitatus & castrorum predictorum. cum suis &c. Quo fit, vt
1 idem do. Ludouicus teneatur † & astrictus existat in eosdem do. Andream, & fratres transferre dominium eorundem vicecomitatus & castrorum: illud scilicet quod tanquam vassallus regius habebat in eisdem. Tum quia verba intelligi debent secundum materiam subiectam, etiamsi impropr ientur. l.insulam.ff.de prescriptis. verb.l.si olei. C.loca.& l. si vno.in prin.ff.eo.ti. Sed vt predixi, dictus do. Ludouicus est obligatus ex contractu transactionis ad tradendum, & dandum vicecomitatum, & castra huiusmodi, ergo ipse debet in eosdẽ
2 do. Andream & fratres transferre dominium: quia de † natura trãsactionis esse videtur q reus det actori. l.trãsactio. in verbo, dato. C. de transactio. tum quia supposito citra preiudicium veritatis, q de natura transactionis non sit, vt in ea semper veniat dari, & sic dominium transferri, tamen certum esse videtur, q in dicta transactione veniat dari, & sic dominium transferri: pro eo quia partes ita expresserunt. & ita expresse facere conuenit, & iurauit dictus do. Ludouicus. Et sic sumus in claro, vt non oporteat recurrere ad coniecturas.l.non aliter.ff.de legat.iij.& l.labeo.ff.de suppel.lega. Et hoc etiam non expresso satis congruit transactioni. Tum & quia dictus dominus Ludouicus transigendo non solum se obligauit ad tradendum vicecomitatum, & castra predicta, sed etiam ad illa dandum. Non ergo sufficit q ipse dominus Ludouicus illa tradat, sed etiam opus est, quod illa, & hoc est q illorum dominium transferat in dictos do. Andream,
3 & fratres. Nisi forte † quis dicat, q verbum dare, debeat impropriari, & accipi pro verbo tradere: sed hoc esse non potest: pro eo quia idem domi. Ludouicus promisit tradere, & dare. Si ergo verbum dare, acciperetur pro verbo tradere, illud esset superfluum, & esset perinde, ac si promisisset tradere, & tradere quod non est dicendum: quia non solum vnaqueque clausula, sed etiam vnum quodque verbũ a contrahentibus prolatum, debet esse cum virtute operandi, si fieri potest. l. hac lege.ff.de contra.empt.& vendit.& l.si stipulatus. in prin. ff.de vsu.verba sunt Bal. C.de contra.emptio.& venditio.super rubr.q.ix.quod etiam voluit Alexan.de imo.consi.cxvij. exordiente, Visis supra narratis in themate. versicu.sed vbi est perfecta &c.ibi probatur qr nedum vna queq; &c.in.j.volu. & consi.clviij.in.ij.volu. Roma.consilio.lxxxiij.in fi.& Andr. Barb.consilio.lxi.in prima parte, & alij in diuersis locis tam scribendo, quam consulendo. Et sic non obstat oppositio predicta. Etiam nec obstaret si forte opponeretur de eo, quod scribunt Barto. Alber.& doctores. in.l.dedi. in principio.ff. de condictio. ob causam. qui loquentes de instrumentis nostri temporis, in quibus dicitur, dedit, vendidit, & tradidit: cum appareat per verbum vendidit, quod partes volunt facere venditionem, verbum dedit, impropriatur pro verbo tradidit. quod etiam voluit Barto. in dicta.l.si stipulatus. & in.l.naturalis.§.j.ff.de prescriptis. verb. Tum quia dictum predictorum doctorum procedit secundum do. Jason.in dicta.l. dedi. quando in instrumento solum diceretur dedit, & vendidit. Tunc enim potest verbum dedit, impropriari, vt ponatur pro verbo, tradidit & in istis terminis loquitur tex. in dicta.l.si stipulatus.sed in casu predictorum doctorum cũ sint expressa illa tria verba, dedit, vendidit.& tradidit, nõ potest verbum dedit, opponi pro verbo, tradidit: ne dicamus q vendidit tradidit, & tradidit, & sic bis tradidit: tum & quia docto.prefati loquuntur in venditione. de cuius natura non est, vt venditor teneatur transferre dominium. Sed solum tradere possessionem.l.circa medium.ff.de re.permut. & ideo quando certum est q partes facere voluerunt venditionem & emptionem, verbum dedit, impropriatur. d.l.si stipulatus. & facit in simili.l.actione.C.de re.credi. & si venditor promitteret expresse transferre dominium rei vendite, non esset venditio, sed contractus innominatus.l.fi.ff.de condict. ob causam. Sed nos loquimur in transactione, in qua alia ratio pactum reformat.vt supra dixi. Ex quo sequitur quod licet secundum opinionem domi. Jason. vbi supra, verbum dedit, positum in dicto Barto. Alber.docto. videatur debere reijci, tanquam repugnans venditioni. per legem, cum precario. ff. de precar. Secus tamen est in casu nostro: quia promittere in vim transactionis dare, aut dominium transferre, non repugnat transactioni. vt apparet ex predictis. Concludo igitur quod dictus dominus Ludouicus tenetur non solum tradere vicecomitatum, & castra predicta, cum suis iuribus &c. sed etiam ea dare, & sic illorum dominium transferre in dictos domi. Andream & fratres, maxime cum illud penes eum existat: prout asseruit tempore per eum facte oblationis, & protestationis, Anno scilicet domini Millesimo quingentesimo duodecimo, & die vigesimaquarta, mẽsis Septembris vbi dicit dictum vicecomitatum Reilbame fuisse, & tunc esse in pleno dominio sui ipsius domini Ludouici: & sic habere facultatem adimplendi transactionem, de qua su-
4 pra. Hanc † autem translationem dominij facere non potest sine inuestitura, seu consensu regie & comitalis maiestatis, de & sub cuius dominio directo, & vt bona feudalia tenentur vicecomitatus, & castra predicta.l.fi.C.de iure emphyteu.capit. imperialem.§.habito. & quod ibi doctores. de probibita feudi alienatione. per Feder. & in multis alijs locis. & quod not. Bartolus.in.l.ea lege.versiculo, item appono.d.l.si creditor.

C.de condictio.ob causam.⁊ in.l.si ita quis promiserit.§.ea
lege.ff.de verb.obli.⁊ non solum non potest transferri domi-
nium rei feudalis sine consensu domini, sed nec etiam pos-
sessio sine periculo commissi, seu amissionis feudi. vt etiam
scribunt docto.in dicto.§.habito.de quo multa scribit Bar-
thol.vero.caute.vigesima secunda,exordiente, Consilium si-
ne cautela. quando vassallus ⁊c. Et quia pro obtinendo con
sensu regie,⁊ comitalis maiestatis, seu inuestitura, opus est
solutione laudimiorum, dictus dominus Ludouicus tene-
tur ad illorum solutionem:quia in conueniendo, promitten-
do,⁊ transigendo quod ipse traderet,⁊ daret vicecomitatuz,
⁊ alia predicta, ipse censetur etiam promisisse facere ea, sine
quibus premissa fieri non possunt.argu.l. ad rem mobilem.⁊
l.ad legatum.ff.de procura.facit.l.secunda. ff. de iurisdictio.
omniuz iudic. Non obstante igitur oblatione quam pridem,
anno scilicet domini.M.cccccxij.⁊ die.vj.mensis Octobris,
fecisse legitur dictus dominus Ludouicus, ⁊ quadam pre-
tensa missione in possessionem,per quam non sunt per eundē
dominum Ludouicum obseruata conuenta,⁊ permissa: quia
non habitus consensus, seu inuestitura regie maiestatis, ⁊
comitatus.Et sic non est dominiuz translatum,nec possessio
vere tradita, nec sine ea per eum siue graui periculo ⁊ incom
modo tradi potest,Erit bonum quod idem dominus Ludo
uicus iterum interpelletur de ⁊ super obseruatione dicte
transactionis:⁊ quod illam obseruando tradat, ⁊ det dictus
dominus eius fratribus vicecomitatum, ⁊ alia predicta:⁊ in
eorum possessionem realem,actualem, corporalem, ⁊ pacifi-
cam eos inducat. etiam potest fieri interpellatio de soluen-
dis illis sexcentis florenis dari annis singulis conuentis, ⁊
promissis.Si tamen in illorum solutione cessatum extiterit.
Quo vero ad solutionem redditWum, seu valoris illorum,de
qua etiam conuentum extiterat in dicta secunda transactio-
ne,non videtur q̄ de solutione fienda fieri debeat interpella-
tio:pro eo quia cōditio sub qua promissi extiterunt redditus
huiusmodi,seu pars illorum non videtur euenisse: ideo ⁊c.l.
cedere diem. cum suis similibus. ff. de verborum obligatio.
Quo vero ad iura in quibus fuerunt vicecomitatus ⁊ alia
predicta diminuta post conuentionem, ⁊ promissionem de
eisdem,poterit etiam dictus dominus Ludouicus interpel-
lari. ¶ Ad secundum quesitum,dico,⁊ respondeo quod si in
libello de quo ibi, fieret mentio etiam de cessatione solutio-
nis quote,seu partis redditnum ⁊c.non posset nocere:nec ta-
men nullum faciet,pro eo quia vt predixi, conditio non fuit
purificata:quamuis,vt opponat verum sit,quod studiose pre
termiserit idem dominus Ludouicus expedire, ⁊ tradere
vicecomitatum, ⁊ castra predicta: prout fuit deductum in
articulo, exordiente, Item, ⁊ quod imo hoc facere astucte ⁊
machinose ⁊c. ¶ Ad tertiuz dico,⁊ respondeo quod accepta-
tiones,de quibus ibi non obstant nec refragantur dictis do-
minis Andree ⁊ fratribus, quominus possint ⁊ valeant con
tra dictum dominum Ludouicum agere ⁊ experiri ad de-
clarationem penarum, ⁊ alias iuxta conclusionem libelli ⁊c.
tum quia ille facte extiterunt cum protestatione, de qua in
5 eis, per quam regulariter † conseruatur ius protestantis.l.
vt perfectus.C.de anna.exceptio. capi.pastoralis.de except.
⁊ cap.j.de ijs que vi metusve cau.fiunt. Tum ⁊ quia dicti do.
Andreas ⁊ fratres possunt petere vtrunqꝫ, scilicet ⁊ penam,
⁊ obseruationem dicte transactionis: ⁊ hoc pro eo,quia in ea
apposita est clausula,rato manente pacto:insuper ⁊ iuramen
tum de ea obseruanda appositum: ergo ⁊c. per id quod scri-
bunt docto.in.l.qui fidem.la.ij.ff.de transactioni. ⁊ in. l. cum
proponas.la.ij.maxime Paulus de cast. Alex. de imo. ⁊ do-
minus Jaco.C.eod.titu.⁊ alij in alijs locis. ¶ Ad quartum
dico ⁊ respondeo q̄ cum dictus dominus Ludouicus,vtpo-
te dominus vicecomitatus, ⁊ castrorum predictorum tenea-
tur, vt predixi, illa dare ⁊ tradere dictis do. Andree,⁊ fra-
tribus,nec hoc facere possit sine consensu regie ⁊c.vel sine in-
uestitura, que de facili obtineri consueuit mediante solutio-
ne laudimiozuz,ipse debet soluere laudimia,vel alias sine ex
pensa dictorum do. Andree ⁊ fratrum castra predicta dare,
⁊ cum effectu tradere ⁊ ad hoc videtur posse precise cogi:tuz
quia conuenit ⁊ promisit dare.l. vbi autem. ff. de verborum
obligationibus.tum ⁊ quia promisit tradere,⁊ vt asseruit ha-
bet facultatem hoc faciendi. per id quod not. gloss. in.§. pre-
tium.instit.de emptione ⁊ venditio.quod si non faciat,⁊ pro-
pterea contingat declarari illa cecidisse in commissum, ipse
forte teneretur in vim conuentionis tradere ⁊ expedire eis-
dem do.Andree,⁊ fratribus Castrum Rochesparuerie cuz
villis de quibus in transactione.Vel teneretur ad interesse,
6 quia † in contractibus innominatis post morā succedit obli-
gatio ad interesse,etiam in obligatione dandi. dicta.l.natu-
ralis.§.primo.ff.de prescript.ver.quod etiam volunt docto-
res in.l.stipulationes non diuiduntur.in principio.ff.de ver
borum obligationibus.⁊ Barto.in.l.vnica.questione.iiij.C.
de senten.que pro eo quod inter.⁊ alij in alijs locis.Et vide-
tur interesse huiusmodi tantum esse quantum valeat viceco-
mitatus ⁊ castra.vt in simili voluit Oldradus consilio cente
simo decimoquarto exordiente,Factum est tale,quedaz mu-
lier ⁊c.in fine.¶ Ad quintum dico ⁊ respondeo vt iam alias
dixi,quod dictus dominus Ludouicus cecidit in penam di-
cte.l.si quis maior. ⁊ qd̄ per obligationē de qua in dicto que-
7 sito nō se † potest liberare a pena huiusmodi.Et quāuis ali-
qui in.l.si quis maior.C.de transactionibus.distinguāt inter
penas que ipso facto per dictam.l.si quis maior.incurrātur,
huiusmodi est pena infamie,⁊ pena priuationis actionis, et
alias,cuiusmodi sunt restitutio datorum,⁊ solutio pene,⁊ di-
catur pro quo ad primas non potest mora purgari:secus ve-
ro quoad secundas.Tamen communior opinio ibi scriben-
tium est,q̄ inter penas huiusmodi non referat,⁊ q̄ quoad o-
mnes propter penā delicti impediatur more purgatio,hanc
enim tenent Bart.Bald.Ange.Salic.⁊ Alexan.de Imo. in
dicta.l.si quis maior.⁊ Alexan.de imo.in.l.si insulam. versic.
xij.fallit.ff.de verborum oblig. vbi etiam dicit istam opinio-
nem esse communem. etiam eam sequitur in consil. ccxxviij.
exordiente, In causa ⁊ lite vertente ⁊c.vers.preterea vbicun-
que in contractu est appositum iuramentū.in secundo volu.
⁊ hoc de iure ciuili,quod puto seruaretur in prouincia: quā-
uis sint qui dicunt q̄ de equitate canonica possit mora pur-
gari,quod voluit Bald.in.l.qui crimen.q.ij.C.qui accu.non
poss.pro quo allegat not.in cap.apud misericordem.xxij.q.j.
⁊ glo.in cap.beatus.xxij.q.ij.pro quo facit capi. suam.de pe.
secundum intellectum Hostien.in summa titu. de arbitr.§.
sed qualiter.versi.sed nunquid religiosi.Anto. de but. ⁊ Jo.
de imo.in.c.dilecti.de arbitr.sed Alex.de imo.in dicta.l.si in-
sulam.versicu.item adde q̄ de equitate ⁊c.ibi,puto tamen ⁊c.
dicit se putare hoc dictum esse intelligendum quoad forum
penitentialem.vt loquitur id quod habetur in dicto ca. bea-
tus.sed in foro contētioso ⁊ iudiciali putat q̄ etiā de canoni-
ca equitate seruaretur quod habetur in dicta. l. si quis ma-
ior:quia vbi non reperitur contrarium decisum de iure ca-
nonico,stamus iuri ciuili etiam in terris ecclesie.ca.j.⁊ quod
ibi not.de operis noui nunt.quomodo vero debeant dicti do
mini Andreas ⁊ fratres acceptare oblationem,de qua ibi,si
eam fieri contingat,dicetur alibi.¶ Ad sextū dico,⁊ respon
deo,q̄ dicti do. Andreas ⁊ fratres nihil possunt,aut de iure
debent de facto,⁊ eorum autoritate propria accipere ⁊ tenere
de dominijs ⁊ iuribus paternis per eos dicto do.Ludouico
eorum fratri cessis, ⁊ remissis in vim transactionis ⁊c. quia
licet propter eius contrauentionem meruerit,idem do. Lu-
8 douicus ⁊ debeat illis priuari.d.l.si quis maior. non est † ta-
men ipso iure priuatus,sed opus est q̄ contra eum agant di-
cti do.Andreas,⁊ fratres condictione.ex.d.l. si quis maior.
prout magis communiter sentiunt ibi doc.⁊ Alex. cons.xcij.
exordiēte, Perspectis ijs que in themate narrantur ⁊c.ver.
nec ad hoc obstat text.in.d.l.si quis maior.in.j.vol. Et proce-
deret hoc etiam si propter contrauentionem dominium pre-
dictorum bonorum,⁊ iurium esset ipso iure retranslatum,vt
tamen non est,in dictos do.Andream,⁊ fratres. ca.licet epi-
scopus.⁊ quod ibi gl.⁊ doct.de preben.in.vj.nec facit pro eis-
dem do.Andrea,⁊ fratribus q̄ cessante dicta trāsactione ha
berent in quacunqꝫ parte paternorum dominiorūz ⁊ iurium
partem,⁊ saltem legitimam,aut illius supplementum.Quo-
niam respōdeo q̄ etiam cessante transactione non licebat eis
propria autoritate occupare bona paterna,aut eorūm partē
aliquam,maxime postquā possidebantur per dictum. d. Lu-
douicum:q2 legitima nō est quota hereditatis: vt dicit Bal.
in.l.quoties.C.de hered.insti.nec quota rerum,sed est quota
bonorum, hoc est, eorum que supersunt deducto ere alieno,⁊
funeris impensa.l.papinianus.§.quarta autem. ff.de inoffi.
testa.⁊ q2 es alienum est incertum,contingit, ⁊ sequitur q̄ le-
gitima seu quota illius etiā sit incerta.Et propterea nō pos-
sit filius illam seu pro iure illius rem hereditariam propria
autoritate occupare. quod etiam voluerunt Jacob. Rebuf.
⁊ Jo.de plat.in.l.ij.in princi.C.quando ⁊ quibus quar.pars.
lib.x.⁊ hoc saltem procedit quando heres vniuersalis bona
possidet.vt voluit Sal.in.l.si quis in suo. C. de inoffic. testa.
¶ Ad septimum dico ⁊ respondeo,q̄ dicti domi.Andreas ⁊
fratres incurrerent penam.l.meminerint cuncti.C.vnde vi.
⁊ ideo erit bonum abstinere ab inuasione,seu occupatione bo
norum,⁊ iuriū predictoruz,puto tamen q̄ idē. d.Andreas,⁊
fratres

fratres non incurrerent penam dicte transactionis, cui contravenit dictus do. Ludonicus. Pro quo allegasse sufficiat id quod not. Bal. in l. cum proponas la. ij. ver. nota qd pactu videtur appositum auth. vbi etiam doct. et do. Jason de may. ver. vltimo facit iste tex. C. de pac. et Alex. de Imo. post alios tam ibi quam alibi in l. semel mora. ff. solut. matri. Et puto q non solum non posset dictus do. Ludouic. petere penam, sed etiam teneretur vt supra dixi ad obseruationem dicte transactionis, et ad penam quam semel incurrit: et hoc propter iuramentum, et clausulam, rato manente pacto dicta. l. qui fidez ff. de transac, et quod not. Alexan. de Imol. in d. l. semel mora. ver. residuo igitur in predictis etc. ibi, nisi esset adiecta etc. et q superius dixi de iuramento super quo vlterius no insisto: p eo quia non consulo qd dicti do. Andreas, et fratres aliquid sua autori. accipiant, vel inuadant de bonis paternis per eos cessis, et remissis. Ad octauum dico et respondeo prout supra in primo quesito, scilicet qd dictus do. Ludouicus teneatur, et debeat eosde do. Andream et fratres ponere et inducere in possessionem realem etc. Et hoc sumptu suo, et expen. Que omnia dixerim breuiter et succincte sub correctione cuiuslibet do. melius sentientis.

1 Rei sue, quslibet regulariter est moderator et arbiter.
2 Iuramentum si seruari potest sine detrimento salutis eterne est seruandum.
3 Iuramenti vinculum multipliciter reperitur confirmare contractum.
4 Creditoris interesse, contractum suas vires habere.
5 Judicem, alicuius ex litigatoribus non posse attentare aliquid, sine cause cognitione.
6 Absolutio a iuramento facta, non citata parte, de cuius preiudicio agitur, non valet: et in hoc sepe errant episcopi et vicarij numero. 7.
8 Statutum de donatione simpliciter loquens, non debet intelligi de donatione iurata.
9 Statutum, debet interpretari secundum ius commune.
10 Papa vel imperator licet cassent consuetudines vel statuta non tamen intelliguntur cassare statuta iuramento firmata.

Epitome.

Cum habeat quilibet liberam facultatem in bonis suis, fuit olim liberum Ludouice gordete donare eius genero et filie sue omnia, vniuersa et singula sua bona mobilia et immobilia in instrumento consultationis descripta sub quibusdam reseruationibus etc.

De donationibus. Consi. ccclxi.



1 Quilibet † est regulariter, moderator et arbiter rei sue. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahen. emptio. et vendi. l. non vsq adeo. ff. si quis a parent. manumiss. fuerit et. c. de his ad. fi. de sepul. quod magis procedit, in donatione, in qua est pro ratione voluntas. l. j. in. de dona. Quo fit vt honesta quonda mulier Ludouica gordete, potuerit dudum anno scilicet, incarnationis dni. M. cccccvij. die. xx. mensis Martij donare honorabili viro Sulielmo fabri. eius genero, et Margarite baiuleeius filie coniugibus omnia vniuersa et singula bona sua, mobilia et immobilia put describit in publico instrumeto mibi parte eorudem Sulielmi et Margarete exhibito sub quibusdam tamen reseruationibus de quibus etiam in eodem instrumento et contra quam donationem et proprium iuramentum per eundem sponte prestitum, non licuit dicte Ludouice venire nulla rationabili subsistente causa: qz cum iuramen
2 tum per eam prestitum † seruari potuit sine detrimento salutis eterne, illud erat obseruandum. c. cum contingat. et c. si vero cum multis similibus de iureiur. dicte autem donationi non obstabat, nec obstitit Delphinale statutum, super donationibus inter viuos, non faciendis nisi seruata solennitate, de qua in eadem olim factum est editum. Quoniam vt apparet ex tenore predicti instrumenti, solennitas requisita interuenit in dicta donatioe in presentia scilicet egregij viri domini pro tepore iudicis loci de romanis, ac etia filiarum et quorundam affinium eiusde Ludouice. Et quamuis statutum predictum videtur non solu prouidisse super dictis donationibus, regulariter no faciendis nisi cu obseruatione dicte solennitatis. Sed etiam sub donationibus factis cuz obseruatione eiusdem: illud tamen eisde Sulielmo et Margarete non obstabat nec suffragabatur dicte Ludouice. Tum qz non sufficit causa, propter quam deberet cum eadem Ludonica de iuramento per eam prestito, dispensari nec illud sibi remittitum et qz dispensatio iurameti huiusmodi, seu remissio illius, fieri no debuit dictis Sulielmo et Margarete absentibus, et eis non vocatis per id qd plene scribit Petr. de Ancha. consi. cxcix. exordiente. Predictis subtiliter et ad plenum addictis et consi. ccclxxxiij. qd incipit, retento ordine dy
3 biorum etc. Certum est † enim, q vinculum iuramenti multipliciter reperitur confirmare contractum etiam qdq inualidum: et iurantem arctare ad ipsius obseruantia: dicto. c. cu contingat. et c. debitores de iureiur. et c. licet eo. ti. in. vj. auth. sacramenta pube. C. si aduersus vendi. et l. si quis maior. C. de transact. cum multis similibus. Sed nulli dubium est, quin per ipsius iuramenti absolutionem, siue relationem vires cotractus debilitentur et persona ab agendo, propter vim iuramenti probibita ad agendum admittitur et debitor absolutione obtenta interim lite pendente, soluere non compellitur.
4 vnde cum certum sit, q in istis versetur preiudicium † creditoris, cuius interest contractum suas vires habere; ac sumptibus et litibus non vexari et solutionez debiti huius pretextu non retardari q possit contingere per multas moras iudicij et dubium litis euentum. l. qd debetur. ff. de pecul. et l. minori. ff. de mino. Cunq in preiudicium alicuius ex litigatori
5 bus † non possit iudex aliqd attentare, sine cause cognitione, que tuc adhiberi dicitur, cum parte presente vel absente, per contumaciam actus geritur. l. in cause. §. causa cognita. ff. de mino. Et cum tex. dicat contra inauditam partem, nihil possumus diffiniri, c. j. de causa possessionis et proprietatis. c. inter quatuor de maio. et obedien, et qd notatur in. c. ecclesia sancte Marie de constitu. facit quod notat Bar. in. l. prolatum C. de senten. et interlo. om. iudi. Palam infertur, q si in dispesatione seu relaxatione predicti iuramenti non interuenerit citatio, prout nec interuenit per consequens nec cause cognitio, et sic fuit nulla, tanqua facta ex abrupto et sine cause cognitione nec habere vim sentetie etiam interloqutorie argumeto. l. iij. et si. C. commina. vel epistolas multa alia motiua et rationes ponit Pe. de Ancha. in dictis consilijs, et idem sentit Frede. de se. consi. ccc. exor. factuz tale est debitor xmisit etc. quatenus voluit, q ad hoc obtineat absolutio a iuramento necesse est, q fiat fides, qd instrumentum sit vsurariu: do. Feli. in. c. ij. versi. secundo limita. de sponsa. Alex. de Imo. consi. cexxiiij. exordiente, visa facti narratione versi. preterea respodeo et aliter et in. ij. volu. et idem tenent Anto. de Bytri. et Jo. de Imo. in. d. c. debitores vbi etiam do. Car. flo. qui etiam ibi
6 dicit, se sepius consuluisse, q non valet † absolutio a iuramento facta, parte de cuius preiudicio agitur no citata: iuxta dictum. c. primu de causa posse. et propric. c. inter quatuor de maio, et obedi. l. de vno quoque. ff. de re iudi. et l. nam ita diuus. ff. de adop. et idem tenet Jo. de Imo. in. cle. dispendiosam. in fi. de iudi. et Fran. de cur. consi. xliiij. exordiente. super contingetia facti premissum fuit etc. versi. Aggrediendo secunduz passum vbi etiam dicit. q do. Car. flo. in dicto. c. j. de iureiur. di
7 cit. sepe errari per † episcopos et vicarios, concedentes habilitationem a iuramento, non citato aduersario et ita dicit. in d. c. debitores in. §. contrario etiam dicens se ita consuluisse et dicit Paul. de cast. in. l. si quis pro eo de fideiusso. q fatui sunt iudices, qui putant se posse absoluere a iuramento confirmatorio contractus: quia non est verum, nisi sit meticulosus, illicitus seu turpis ex parte recipientis iuramentuz. Non valuit igitur dicta pretensa dispen. iuramenti parte dicte Gordete obtenta, si de illa appareat, Preterea non apparuit nec apparet, aliquibus indicijs aut coniecturis presumptam inducentem et verisimilem probationem qd donatio predicta, indiscrete vel alias sine rationabili causa, processerit seu facta extiterit, aut qd dicti Sulielmus et Margareta per conuenta et promissa prefate Ludouice non adimpleuerint. Quo fit vt no potuerit egregius vir do. vicebaillinus si mecellini pretensus iudex, et comissarius procedere ad sententiam, ad qua processisse dicitur, et per quam declarauit donationem predictam fuisse et esse reuocandam et ad nihilum reducendam: q licet facto, et minus iuridice reuocauit. Cui dicto non obstat quedam pretensa comparitio quam anno. M. cccccxj. et die. xxix. mensis Octobris fecisse pretenditur egregius vir dns dictorum Sulielmi et Margarete pretensus aduocatus, seu procurator quonia respondeo, quod dictus do. procurator, non potuit in premissis preiudicare intentioni dictoru Sulielmi et Margarete, nec eide Ludouice remittere exceptionem peremptoriam dictis Sulielmo et Margarete ad cau

iam huiusmodi donationis competentem etiam si dictus do
minus procurator habuisset mandatum generale, cum li
bera.per id qđ habetur in.l.si quis delegauerit, ⁊ ꝙ ibi Bar.
ff.de nouatio.⁊ ꝙ not.idē Bart.in.l,fin.ff.de his que in frau.
credito.Bal.Sali.⁊ moder.in.l.pactum curatoris.C. de pa
ctis ⁊ ibi Jas.de may.in.l.preses versi.quarto nota.C.de trā
sac.Preterea supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ di
ctus procurator remittere potuisset, vt non potuit dictam
peremptoriam exceptionez q2 tamē prefatus do,vicebailliu9
donationem predictam declarare non poterat esse reuocan
dam nec eam reuocare,nisi propter remissionem dicti procu
ratoris:ipse debuit aduertere ad verba eiusdem procurato
ris,qui scilicet legitur consensisse dicte reuocationi, refusis
prius seu solutis per dictā Ludouicā ⁊ eisdem Gulielmo ⁊
Margarete restitutis his que ipse expēderāt.Qđ si fecisset
prout facere debebat,ipse primitus ⁊ ante omnia,prouidis
set super restitutione solutorum ⁊ expensorum per dictos cō
iuges factarum vt sic conditionem que per illos ablatiuos
absolutos solutis prius importatur.l.a testatore,ff.de condi,
⁊ demon.⁊ quod scribunt multi in.l.ab emptione. ff, de pact,
purificaretur ꝙ fiendum erat per euentum conditionis.l, ce
dere diem.ff.de ver.signi.⁊.l.qui heredi.§.fi.ff.de condit.⁊ de
mon.ꝙ q2 non fecit idē do.Baillin9,ipse male processit ad di
ctam eius sententiam,quam sic ferre non potuit,⁊ quidez nō
ex dispositione iuris communis, seu etiam statuti superius
mentionati,q2 quoad hoc,non erat fundata intentio predi
cte Ludouice,non etiam propter dictum pretensum consen
sum adhibitum per procuratorem dictorū Gulielmi ⁊ mar
garete.q2 vt dixi,illa sub conditionalis,prius scilicet refusis
seu restitutis ⁊ solutis his que fuerunt per dictos coniuges
exposita q2 non fuit purificata.Preterea,ꝙ dictum preten
sum delphinale statutum,eisdez Gulielmo ⁊ Margarete nō
obstiterit,nec obstet,patet pro eo q2 solennitates de quibus
in eo,cēsentur ⁊ intelliguntur inducte in fauorem donantuz
ne scilicet donantes deciperentur vt probatur maxime ex
his que scribit Bar.in.l.cunctos populos.q.vj.C.de sum.tri
nita.⁊ fi.cato.⁊ ꝙ scribit Fran,de Are.consi.j.col. penul.ver,
magis autem videtur vrgere ⁊ in versi.sequenti.Ergo per iu
ramentum donantium,potest derogari ⁊ derogatur prohibi
tioni statuti facti in fauorem.c.cum contingat de iureiur . et
auth.sacra.pube.C.si aduer.vendi.⁊ ꝙ scribit Fran,de Are,
8 vbi supra.Et facit q2 † statutum simpliciter loquens, non de
bet intelligi de donatione iurata:vt voluit Jo.de Jmo.in.d.
c.cum contingat membro.iij.versi.nunc pro declaratiōe ma
9 terie an per statutū ⁊c.quia statutū debet † interpretari secū
dum ius commune.l.ij.C,de noxa.c.cum dilectus de consue
tu.Sed de iure communi, semper potentius cooperatur a
ctus iuratus,quam non iuratus.l.cum pater.§.filius matrē
ff.de lega.ij.l.j.§.cum lex.C.de vxo.actio.⁊.l.pactum.C.de col
latio.iuncto.d.c.cum contingat ⁊.c.quamuis pactum de pac,
in.vj.⁊ confirmatur per id ꝙ no,glo.in. c.cum non deceat de
elec.in.vj.per quam dicit Ang.in.l.j.§.que onerande,ff. qua,
10 re,ac.non datur.Et licet Papa vel † imperator casset con
suetudines vel statuta,non tamen intelligitur cassare statu
20 principum † priuilegia quatenus tangunt eorum iura sint latissime interpretanda, tamen quatenus tangunt ius tertij, sunt restringenda, prout not. Inno. in. c. cum dilecti. de dona. et. c. tua. de decimis. et alij in alijs locis. et sunt priuilegia huiusmodi sic temperate et ciuiliter intelligenda, vt quantum fieri potest, sine alterius iniuria et iuris preiudicio alieni cōcessa intelligantur. l. impuberi. ff. de admin. tut. l. sed cum ab herede. ff. ad trebel. l. nec auus. C. de emācip. libero. l. ij. §. merito. ff. ne quid in loco publico. c. ex tuarum. de vsu palij. et. c. quamuis. de rescrip. in vj. et quod scribit Oldra. consi. cclxviij. exordiente, Questio est, vtrum per priuilegium etc. col. j. versi. sed in contrarium etc. de quo etiam habetur in. c. suggestū. et quod ibi doct. de decimis. Tum et quia, hoc expresse voluit et prouidit idem. d. Senescallus in dictis suis literis, in quibus scriptū est, saufe le droit du Roy et dautruy. Tū et quia litere regie fuerunt et sunt subreptitie: et per surreptionem impetrate. quatenus dicti de Manuasse easdem pretenderent debere extendi ad hunc casum: quia non est verum quod ipsi vsi extiterint deriuatione et conductione aque lauici eo modo, quo ipsi nouiter per constructionem dicte noue cluse facere tentauerūt: et signanter totam aquam predictam, deriuando a predicto flumine et conducendo non solum ad antiquum molendinū. Sed ad aliud et ad alia predia, et eam retinēdo. Preterea dicta confirmatio facta est in forma communi que, prout scribunt doc. communiter in. c. j. de confirma. vti. vel inutil. nihil noui confert. Insuper etiam nō refragantur nec obstant dictis do. et vniuersitati Villenoue proposita et deducta parte manuassensis in articulis exordiētibus, additionales positiones insertis. fol. 108. Primo quidem non deducta in tribus primis articulis quatenus inibi pretenditur, quod omnes domini vtiles molendinorum paratoriorum et ingeniorum inibi latius expressorum, consueuerunt ad aquam dicti fluminis colligēdam, facere clusas de latere ad latus, et totam aquam eiusdem fluminis recipere, et conducere ad eorum molendina. Quia respōdendo, quod quoad alios pretēsos dominos molendinorum etc. non possunt dicti manuassenses, de eorum iure opponere cum ab eis ius non habeant. l. loci corpus. §. competijt. ff. si ser. vend. l. ijs consequenter. secūdo responso. et quod ibi glo. et doct. ff. famil. ercisc. et quod not. doc. communiter in. l. cum seruum. C. de seruis fugi. dico preterea, quod ipsi manuassenses, quatenus inibi proposita eos concernunt, illa non sibi suffragantur: quia quoad eos, non est probatum, quod ipsi hactenus, vel eorum autores donauerint et vsi extiterint, aqua dicti fluminis, prout inibi pretenditur: sed probatum contrarium scilicet, quod nō tota aqua extrahebatur ab eodem flumine, per dictum magistrum Hugonem, aut eius heredes, nec etiam per dictam vniuersitatem manasse, ante cōstructionem dicte vltime cluse, sed semper manebat de aqua in dicto flumine, prout fuit articulatum parte dictorum do. et vniuersitatis villenoue in titulis exordientibus, Tam addendo. insertis. fol. 64. et. 706. et per depositiones testium super. xij. articulo examinatorum. Preterea vt sepius dictum est et quod repetere pudet, nec dictus quondā magister Hugo, nec sui heredes, seu etiam prefata vniuersitas manasse, ante constitutionem dicte cluse, conduxerūt aquam, preterquam ad molendinum, quod fuit dicti Hugonis, nec aquam huiusmodi retinuerunt: sed refluebat aqua ad lauicum et alueum illius, quod nunc conantur alterare: et in totum immutare dicti manuassenses, in preiudicium dictorum de villanoua. Et vere miror, quod non attendant ad eorum si forte iniquitatem dixero, et verecundiam, non peccabo. Procurarunt enim equidem non semel tantum, sed bis et iterum: et sic sepe visitari et oculis subijci discursum dicti fluminis, ab origine vsque ad durentiam, quem ingreditur ac molendina paratoria et alia ingenia insuper et illorum clusas, et an transirent de ripa ad ripam, prout apparet per multas relationes expertorum. Sed quero, vbi repererint totam aquam ab eodē flumine diriuari et extrahi, pro vsu molendinorum paratoriorum et aliorum ingeniorum, aut sicubi repererint vbi pro deo viderunt totam illam aquam retineri et facere, ne quis inferior, aqua predicta vteretur: siue pro molendinis paratorijs aut alijs ingenijs. siue pro alijs suis necessitatibus, vt verbi gratia, accole pro adaquagio animaliū, et alijs etc. Puto quod nullibi repererit: quia si hoc fieret, caruissent et carerent omnes inferiores, vsu aque predicte: qui tamen omnes ea vtuntur propter refluxum ad alueum quem dicti manassenses impedire conantur, et totam dictam aquam sibi vendicare querentes diuites fieri in preiudicium pauperum, nescij fortasse iuris naturalis et diuini, aut scire dissimulantes:
21 quo cauetur alteri non † facias quod tibi non vis fieri. Preterea, in. x. articulo dictorum titulorum. Additionales positiones etc. contendunt ipsi manuassenses, quod dictis do. et hominibus villenoue, non liceat a parte superiore, dicte eorum cluse, ad alium vsum dimittere quam eis in molendinis confectis destinatum in iniuriam et preiudicium ipsorum de manuasse, et aliorum habentium molendina etc. Sed cur non ita eis liceat hec facere, sicut ipsis manuassensibus facere que tentauerūt. Profecto, non bene video, quoniam si totam aquā diriuare non possint dicte de villanoua, propter pretensum preiudicium dictorum de manuasse, ergo eadem ratione, non licet eisdem de manuasse, totam aquam predictam educere et detinere. Et hoc propter graue preiudicium, quod infertur ipsis de manuasse, quod vsque ad tempora constructionis dicte cluse, nullus ex superioribus habentibus molendina paratoria vel alia ingenia tentauit, sed dicunt ipsi, se totam aquam preoccupasse: quibus respondeo, quod cum dicti de villanoua licite vterentur dicta aqua lauici, et semper vsi extiterint, non solum ab euo ante constructionem molendini quod fuit prefati filioli, sed etiam postea, non eis debuit nec debet esse vsus et lucrum quod ex flumine publico faciebant, pretextu dicte asserte preoccupationis nouiter facte. d. l. ij. §. merito. ff. ne quid in flu. publico. et quod no. Bar. in. d. l. quominus. in. j. q. et post eum do. Jas. versi. tertio nota diligenter illud quod dicit Bar. quod si precesserit antiqua consuetudo etc. et. q. xxviij. in princip. ibi oportet ergo in prescriptione, aliquem vsum intercessisse, quo principiato sufficit etc. et dicit do. Jas. quod per dictum Bar. supra proxime allegatum deciditur questio quam ponit Bald. in. c. cum ecclesia vulterana. vers. et scias, quod questio fuit de electione, vbi dicit Bald.
22 questionem fuisse de facto, vtrum † aquam ex publico flumine discurrentem per alueum meum, possim contra veterem consuetudinem, diuertere et consuetere ad irrigationem ortorum, quos de nouo enim in preiudicium, habentium a longissimo tempore, molendina inferius, que sine solito cursu aque, non possunt molere vel nimis deteriorantur. Et dicebatur per aliquos aduocatos, quod possum: quia non facio vt inimicus, sed quia mihi prodest: per glo. que est in. d. c. cum ecclesia. in contrarium et ex aduerso dicebatur, quod nō possum extrahere de cursu perpetuo, quia licet aqua recipiatur in riuolis prediorum meorum, recipitur tamen vt in fistulis, non quod fiat mea propria cum

cum caput aque hoc eſt flumẽ publicũ ſit commune. l.ſi quis
ex argentarijs.§.ſi initium. ff.de eden. hanc queſtionem non
decidit Bald. Sed dicit ꝙ partes finaliter compoſuerunt ⁊
inter ſe diuiſerunt aquam, quod fieri poteſt paribus men-
ſuris.l.de vſu aque.ff.de varijs ⁊ extraord.condi.⁊.l.nam ſa-
tis.§.j.ff.quemad.ſerui.amit. Sed dicit do.Iaſ. in loco pre-
allegato. Tu ergo aduerte ⁊c. ꝙ iſta queſtio clare deciditur
ex verbis Bart. qꝛ ſi preceſſit antiqua conſuetudo defluxus
aque non debeo ego, qui ſum ſuperior, illam aquã continere.
Sicut nec deberem, ſi de hoc feciſſem pactũ expreſſum. Pre-
23 terea regula eſt† ꝙ aqua in qua priuatus ius habet, non po-
teſt a ſolito curſu diuerti.d.l.ij.ad ſi.⁊ quod ibi Bal.⁊ Sali.
C.de ſerui.⁊ aq.⁊.l.preſes.⁊.l.ſi manifeſte. eo.ti. facit.l.ſi quis
diuturno.in princ.⁊ per totam.l.ff.ſi ſerui.vendi.alias remiſ
ſiones ad hoc ponit Iaſ.vbi ſupra. Et quanuis queſtio mo-
ueatur propter preiudicium quod infertur habenti molen-
dinum inferius, tamẽ id ipſum videtur eſſe de illis, qui alias
in loco inferiore ab antiquiſſimis temporibus, conſueuerũt
vti aqua profluente a publico, prout in caſu noſtro, qꝛ vtro-
biqꝫ eſt eadem ratio ſcilicet aſſeratur preiudicium inferiori
contra veterem conſuetudinem ſeu etiam preſcriptionem ⁊
ne eis ius queſitũ auferatur. ergo ⁊c.c.cum dilecta.de confir.
vtil.vel inut.l.libertum.§.ſenatus. ff.de rit.nupt.⁊ vulgata.
l.illud.ff.ad.l.aquil. nec opponant dicti de Manuaſſe, ꝙ cuꝫ
molendinum dicti quondam filioli factum extiterit a.xx.an-
nis citra dici non poteſt, dictos de villanoua aqua predicta
vſos fuiſſe contra eos, ⁊ dictos filiolos ab antiquiſſimis tem
poribus, ⁊ ſic eis non obſtare inueteratã conſuetudinem, ſeu
preſumptionem eius temporis, de quo ⁊c. Quoniam reſpon
deo, ꝙ cum cõtra ipſos de villanoua, nullus ex ſuperioribus
habentibus molendinuꝫ, poſſit aquam predictam diuertere,
⁊ vſuꝫ illius, illis auferre, ergo multominus aut ſaltem non
magis hoc facere poſſunt dicti manuaſſe, qꝛ quemadmodum
cõſuetudo ſeu preſcriptio obſtat ſuperioribꝰ, ita ⁊ eis. Alio-
quin ſi aliquis in prima parte dicti fluminis hodie cõſtrue-
ret molendinum, poſſet totam aquam ad illud diuertere in
preiudicium omnium inferiorum qui dicta aqua ab antiquiſ
ſimis temporibus, vſi nõ fuiſſent quod nemo ſani capitis di-
ceret. Concluditur ergo ex premiſſis, qđ dictis de manuaſſe,
non licuit aquã predictã. prout facere contendunt, a toto flu
mine extrahere ⁊ deriuare, ⁊ deinde a dicto molẽdino quod
fuit dicti quondã filioli, ⁊ poſtea ad aliud molendinuꝫ, ⁊ alia
predia conducere ⁊ retinere, quod ſi faciunt, cur non etiã di-
cti de Villanoua hoc facere poſſint non obſtante, ſcilicet op-
poſitione ipſorum de manuaſſe. d.l.ij. §.idem ait.ff.ne quid
in flumi.publ. Cum enim hoc modo vtriqꝫ videretur facere
⁊ maxime ipſi de manuaſſe contra edictum, melior eſſet con-
ditio conuenti.l.qui bona.§.ſi quis.ff.de dam.infe. ca.qꝛ fru-
ſtra.de vſur.⁊.l.ij.C.ne quis eum qui in ius voca.eſt.⁊ qđ ſcri
bit Bal.conſ.cxxix.exordiente, Quatuor ſunt ripa, littus ⁊c.
col.j.verſ.ſi tamen ſunt duo edificãtes. in ſecunda parte. Et
maxime hoc procedit, cum prout referant experti ⁊ niuella-
tores Villenoue, reſpondendo ad.x.⁊.xj. capitula parte di-
ctorum de villanoua, eis oblata, dixerint ⁊ reſponderint, ꝙ
aqua dicti fluminis, ſi diuideretur poſt vſum molendini de
Corberijs, ⁊ in diuerſione ad matricem, ⁊ vſqꝫ ad molendi-
num dicti quondam filioli, illa poſſet ſeruire duobus molen-
dinis, molendino, ſcilicet dicti quondam filioli, ⁊ alteri con-
ſtruendo a parte villenoue. Et quanuis experti ⁊ niuellato-
res Manuaſſe contrarium in aliquo dixerint, ſcilicet ꝙ hoc
facere non poſſet dicta aquã, durantibus tribus menſibus,
Iulio ſcilicet, Auguſto, ⁊ Septembri, de alijs tamen nouem
menſibꝰ, non negant, qđ ſi ita eſt, cur non poſſunt dicti de vil-
lanoua, accipere de dicta aqua, ⁊ deriuare ad ſua predia, re-
licta ea quantitate, que ſufficeret dicto primo molendino: qꝛ
ſic faciendo, iſtud fieret citra preiudicium dictorum de ma-
nuaſſe, qui vſqꝫ fere ad hec tempora, aqua predicta vſi nõ ex-
titerant, niſi pro dicto primo molendino. Vlterius etiam nõ
obſtãt propoſita ⁊ deducta in.iiij.⁊.v.articulis dictorũ loco-
rum additionales poſitiones, tum qꝛ contrariũ apparet ex
proceſſu, ſcilicet qđ aqua dicti fluminis, reuerſa ad flumẽ ſuf
ficiat ad aquandum animalia ⁊ purgandũ pannipurgia ⁊c.
tum qꝛ dicti de manuaſſe confitentur ſufficientiã aque, quo
ad tempora veris ⁊ hyemis, tum qꝛ vt dixi experti ⁊ niuella-
tores villenoue dicunt aquam predictam ſi acciperetur inter
molendinum de corberijs ⁊ dictum primum molendinũ, illa
poſſet ſeruire duobus molẽdinis, qđ experti ⁊ niuellatores
manuaſſe, non negant quoad nouẽ menſes. Etiam nec obſtãt
propoſita in.vj.articulo, dictorũ titulorum, quatenus ibi, di-
citur ꝙ vniuerſitas villenoue ſeu particulares, nunquã fue-
runt vſi ⁊c. tum qꝛ teſtes de hoc non deponunt, tum ⁊ qꝛ ſi de
hoc deponerent, ipſi preſumerentur falſarij cum deponerẽt
de negatiua nõ coarctata, per id quod ſcribunt doc.in.c.cum
eccleſia.de cauſa poſſeſſionis ⁊ proprietatis. Et eſto ꝙ nulla
fuiſſent vel eſſent molendina, ⁊ alia ingenia, a dictis duabus
rupibus, ⁊ dicta cluſa, tendendo ad durentiam a parte ville-
noue, poſſunt tamen fieri in vna aut duabus planicie bus, ⁊
ſuppoſito ꝙ nulla eſſent predia, in quibus fieri poſſent, non
propterea eſſent dicti de villanoua priuãdi dicto ſuo vſu ac-
quiſito, ex inueterata cõſuetudine ſeu preſcriptione antiquiſ
ſima. Non igitur ſatis modeſte dixerunt manuaſſenſes ꝙ in
omnibus immineat ſeu imminere videat dictis do.⁊ vniuer
ſitati villenoue lex fuſia canina, quia non ipſi more canis, eo
quo vti non poſſunt dictos de manuaſſe, vti impediunt, ſed
ſe defendunt ⁊ tuentur aduerſus iniquitatem ⁊ dictorum de
manuaſſe auaritie cecitatem, que eos in illam iniuriã impel-
lunt, vt que ſibi a iure interdicta nouerũt exquiſitis medijs,
⁊ quidem nõ licitis vſurpare conentur. Ad alia vero contẽ-
ta in predictis titulis patet ſufficienter reſpõſum. Et ſi bene
aduertãtur, contenta in.xiiij.⁊.x.articulis, illa faciũt contra
eoſdẽ de manuaſſe, vt colligitur ex ijs que predixi. Preterea
etiam nõ refragantur intentioni dictoruꝫ de villanoua pro-
poſita ⁊ deducta parte eorũdem de manuaſſe, in alijs eorum
titulis exord. Ad latius oſtendendum.inſert.fol.115.⁊ primo
non obſtant propoſita ⁊ deducta in.j.ij.⁊.iij.articulis, dicto-
rum titulorũ, tum qꝛ imo ſunt vt creditur predia a parte vil-
lenoue in loco intermedio: tũ ⁊ qꝛ poſito citra preiudiciũ ve-
ritatis, ꝙ nulla eſſent ſunt tamẽ alibi in territorio dicte vil-
lenoue, ad que poteſt aqua conduci, eam accipiendo ſecundũ
niuellum non ſuper vel ſupra paratoriam dicti do. de villa-
noua, ſed etiam a parte inferiori molendini, quod fuit dicti
quondam filioli, prout cognouerũt ⁊ retulerunt experti ⁊ ni-
uellatores. Tum ⁊ qꝛ eſto citra preiudicium veritatis, ꝙ lo-
cus ad animalia adaquandum ⁊c. nõ reperiretur a loco dicte
cluſe, vſqꝫ ad primum molendinum non tamen eſt verũ, quin
reperiatur ⁊ ſit ſubtus dictũ molendinuꝫ, ⁊ ad quẽ animalia
cauſa adaquandi ducebãtur ⁊ in eo fiebant alia cum aqua di-
cti fluminis, ad ipſuꝫ reuertebatur ⁊ refluebat. Nec refragã-
tur, nec obſtant propoſita ⁊ deducta in. iiij.⁊.v. articulis, di-
ctorum titulorum, Tum qꝛ eſto citra preiudicium veritatis,
ꝙ a parte territorij loci de volcio vſqꝫ ad molẽdinũ ⁊ poſtea
vſqꝫ ad manuaſſam ſeu eius territoria ſint varia ⁊ plurima
predia, ad que aqua per aqueductum manuaſſe ducitur, ⁊ in
ea verſetur magna vtilitas, non propterea auferendum eſt,
dictis de villanoua ius vt predixi eiſdem acquiſitũ ⁊ quidem
non modicum ſeu vile aut exiguum, prout illi de manuaſſe
fabulantur, ſed magnum ⁊ neceſſarium, prout colligitur ex
deductis ⁊ probatis parte eorum in proceſſu cauſe huius. ⁊
ſignanter ex depoſitionibus teſtiũ parte ipſorũ examinato-
rum ſuper dictis titulis. Vt vobis ⁊ tam addendo ⁊c. Non
ergo licuit dictis de manuaſſe, quod facere tentarũt mutare
ſciliet non ſolum ſolitum aque curſum, ſed etiam auferre di-
ctis de villanoua, prorſus ⁊ omnino vſum aque dicti flumi-
nis. Non obſtãt no.per Bar.in.d.l.quominus.q.xj. verſ.pre-
terea facienti.ibi, nam ſi edificantis ⁊c.qꝛ Bart.loquitur, qñ
incommoditas eſt modica vel nulla. Etiam nõ obſtat, ꝙ not.
Bar.in.l.de pupillo.§.ſi quis riuos. ff.de op.no.nun.vbi lo-
24 quens de nuntiatione, noui† operis dicit ſe putare ꝙ ſi grã-
de damnũ verſetur eius cui ſit nuntiatio ex dilatione, ⁊ dã-
num modicum eius qui nuntiat ex edificatione proſequatur
nuntiatio poteſt ſperni. Quoniã reſpondeo ꝙ ſi dicti de ma-
nuaſſe repellantur ab iniuria quã facere nituntur dictis dẽ
villanoua ⁊ compellantur ad non deriuandum ſeu capiendũ
de aqua predicta, niſi prout hactenus fieri conſueuerat tam
per eos, ꝗ eorum autores, ⁊ nihilominus ad patiendum ⁊
tollerandum ꝙ poſt cluſam dicti primi molendini, aqua hu-
iuſmodi per vallatum antiquum relabatur ⁊ refluat, nõ pa-
tientur ipſi damnum: quanuis fortaſſe lucrum ſit futurũ mi-
nus. ⁊ ideo non ſumus in terminis Bart. qꝛ nõ par eademqꝫ
ratio vr̃ amittere debitũ ⁊ lucra non capere.l.ſi.col.ſi.ver.nõ
enim.C.de codicil. qđ etiam voluit do. Iaſ.in.d.l.quominus
poſt Bar.ſuper.q.xj.verſ.ſecundo inquantũ Bar.concludit
ibi, ſecus ſe perderet lucrũ. Etiam nec obſtat, ꝙ no.idẽ Bar.
in.l.j.§.ſi quis terrenũ.ff.de riuis.vbi dicit, ꝙ ſi quis velit re
ficere vel aliquid mutare ex vrgẽti neceſſitate, vel ex magna
vtilitate, hoc poteſt: quoniam reſpondeo, dictũ Bar. debere
intelligi, qñ ſit ſine ꝑiudicio vicini. Iſto enĩ caſu poſſet fieri
mutatio, vt ſcribit Segnoro.de homode.conſ.xcj.exord. Ex
flumine publico.col.vlt.aut ſaltem cũ vili aut modice preiu-
26 dicio, in lucro ceſſante qꝛ non vr̃, ꝙ pro magno lucro† vicini

mihi debeat auferri ius meum aut damnū mihi inferri. Hoc enī enet plusquā discooperire vnū altare, ⁊ cooperire aliud: ⁊ ad hoc benefacit glo. singularis. in. c. cū olim. de consue. dicens, ꝙ vbi fit mētio de preiudicio alterius, dz intelligi etiā paruo. Quo etiā fit, vt dicte pretense litere, dicti quondā do. Senescalli ꝓuincie ⁊ regie eisdē manuassensib. non suffragentur. Sed potius eisdē a cōtrario sensu, refragent̄ ⁊ obstent: qꝛ in eis dictū est, Saufe le droit du Roy ⁊ dautruy, vel etiam videtur posse respōderi ad dictuz Bar. ꝙ illud procedat, qñ refectio seu mutatio de quibus dicit Bar. fierent ad tuitionem ⁊ ne faciēs magnum damnū patiatur. Et sic consequatur magnum emolumentuz in damno cessante. l. j. §. sunt qui putant. ff. ne quid in flu. publ. ⁊ hoc modo etiam videtur esse intellecta gl. in. d. §. sunt qui putant. super verbo iniuria que ad tex. supplet scilicet maxima. qꝛ tex ille loquitur, in reficiēte, vel minuente, vt se tueatur, ⁊ ne grande damnū incurrat, qd̄ vt dicit text. sibi facere licet sine iniuria ⁊ supplet gl. scilicet maxima. Sed in casu nostro, dicti de manuasse, nō faciūt que dixi, vt se tueantur ⁊ grande damnū euitent, sed vt grāde lucrum sibi acquirant quod facere non debent in preiudicium ⁊c. qꝛ non par eademq; ratio vř ⁊c. in. d. l. fi. C. de codic. Etiam nō obstat gl. que est in. l. ij. super verbo, qd̄ sibi non placet. ff. de riuis, quatenus ƀm aliquos, voluit posse aliquem ex aperto riuo terrenū facere, si maiorem vtilitatem inde consequatur q̄ incommodū inferatur qm̄ respondeo, ꝙ text. illius. l. ⁊ glo. loquūtur in domino soli seu fundi, ⁊ in eo qui habet seruitutē aque ducende per fundum hmōi. cui propterea ratione seruitutis sibi constitute videtur plus licere contra dominū fundi, ⁊ in ipsius iniuriā seu damnum, q̄ in casu nostro liceat dictis manuassensib. ⁊ hoc vř gl. satis ibi declarare, post tex. in casu vero nostro nullū ius habēt illi de manassa aquā predictam retinēdi ⁊ sibi illam appropriandi, in preiudiciuz illorū de villanoua ⁊ antiqui refluxus, fieri scz soliti nō naturaliter, prout aqua naturaliter defluit de loco superiori ad inferiorē: sed per vallatū olim factuz, propter dictū refluxum. Preterea nec ēt obstant eisdē de villanoua proposita ⁊ deducta, in titulis exord. Addendo postremo, insertis folio. 123. qꝛ supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ si inibi proposita ⁊ deducta vera existerēt, scz ꝙ molendina ⁊ ingenia que a parte villenoue, habet ⁊ habere cōsueuit dictus. d. villenoue, eidē ⁊ non solū hominibus suis, sed etiam duorum castrorum similiū sufficerēt, non tñ propterea deberent eisdē d. ⁊ vniuersitati villenoue auferri alie cōmoditates dicti fluminis lauici, qꝛ non in solo pane viuit homo. Indigent enim aqua dicti fluminis, nō soluz pro molēdinis ⁊ alijs ingenijs, sed etiam succurrāt alijs necessitatibus de quibus in processu. ⁊ sic dicti tituli sunt impertinentes, vtpote nō inferentes intentionem partis, ergo repellendi. l. ad probationem. C. de probat. ⁊. l. nō hoc. cum suis simil. C. vnde legiti. ⁊ eodem modo respōdeo ad proposita ⁊ deducta in schedula, exordiente, Visa schedula ⁊c. inserta. fol. 960. Preterea etiam nec obstāt proposita ⁊ deducta in articulis exordientibus, Solitis ⁊ iā sepius factis folio. 128. Primo quidem non proposita ⁊ deducta. in primo articulo, quia illa sunt impertinentia. Non etiam que in. ij. ⁊. iij. articulis deducūtur, qꝛ illa nō solū non probantur, sed etiā de cōtrario apparuit, scz ꝙ durantia maximam partē pratorum illorū de villanoua corroserit, ⁊ propterea eis opus existat facere prata, que facere possunt. iuxta relationē expertorum ⁊ niuellatorū ex aqua lauici etiam accipiendo eam subtus molendinum, qd̄ fuit predicti filioli. ⁊ per hoc restat tertium articulū esse impertinentē. Etiā nec obstant proposita ⁊ deducta in. v. articulo, qꝛ supposito ꝙ dicti do. ⁊ vniuersitas villenoue, possent aliūde pro pratis faciendis, aquam accipere a flumine scilicet lansono, non propterea est eis auferendum ius nec facultas illā accipiendi ⁊ deriuādi a lauico, cuz etiā experti ⁊ niuellatores electi parte illorum de villanoua, respōdendo eorum decimoquarto capitulo, dixerint ꝙ maior expensa erit necessaria pro faciēdis clusa ⁊ vallis ad conducendum aquam a lansono, q̄ pro conductione fienda a lauico. Et quamuis experti ⁊ niuellatores parte manuasse electi, contrariū senserint, qꝛ tamen dicti de villanoua sunt in hac parte rei, debet responsio priuatorum preualere responsioni secūdorum. arg. regule cum sine partium. de reg. iur. in. vj. cum suis si. Preterea etiam si esset verum qd̄ in dicto articulo deducitur, nō ob hoc essent dicti de villanoua spoliādi ⁊ priuādi ex dicto suo iure. Addo ꝙ cum dicti de manuasse sibi in priuilegium concedi obtinuerint ꝙ possent aquā deriuare nō solū a lauico, sed etiam a durātia ⁊ alijs riuis aquā non plus quesiuerint educere a durantia, q̄ fieri pōt sine iniuria q̄ facere tentauerunt ⁊ tentāt, cū magna iniuria querentes, scz spoliare dictos de villanoua, ⁊ remittere ad alia flumina. Insuper nec etiā obstant eisdē do. ⁊ hominibus villenoue, nec suffragātur dictis de manuasse proposita deducta parte eorūdem de manuasse in octauis ⁊ vltimis eorum titulis, exordi. Ad latius demonstrādum dominum de Cesarista. insertis. fol. 1020. tum qꝛ licet aliqui ex testibus, parte eorum productis videātur deposuisse illos seu primum eorū articulū esse verū, ex contextu tamē depositionis eorundem apparet, contrarium scz ꝙ non est verum, ꝙ aqua dicti Lauici que scz hactenus deriuabatur ex lauico, ⁊ ducebatur ad dictum molendinum, qd̄ fuit Hugonis filioli immediate post egressum ⁊ exitū eiusdem molēdini, imbiberetur ⁊ cōsumeretur: quinimo, post reuersum ad alueū, lōge defluebat ⁊ labebatur: tum ⁊ qꝛ, esto ꝙ non semper tempore scz estiuo ⁊ siccitatis deflueret aqua ad alueuz, reducta vsq; ad durentiam media leuca distantem a dicto molendino vt apparet ex processu, non propterea infertur, quin dicti do. ⁊ homines villenoue, possent vt sepius dictum est, ex aqua huiusmodi, suis necessitatibus succurrere in adaquatione, scz suorum animaliū, mūdatione pannorum ⁊ pannipurgiorū, prediorum irrigatione. Et hec ante ingressum granerie: tuz ⁊ qꝛ si aqua predicta post egressum predicti molēdini, possit duci ⁊ de facto ducatur ad aliud molēdinū, ⁊ qui illi ad eius vsum sufficiat, ⁊ deinde dirigatur ad irriganda tot prata ⁊ irriget quot ipsi de manuasse profitentur ⁊ asserunt: quomodo audent dicere, ꝙ illa immediate post egressum ⁊ exitum predicti molendini imbiberetur ⁊ consumeretur. Profecto non video, ⁊ quicquid sit stat in hoc veritas, ꝙ ⁊ tunc ⁊ nunc superesset: ⁊ proculdubio supersit multa aqua, post vsum dicti molendini ⁊ que sufficerit ⁊ sufficiat si iuxta veterē morē relabatur aut refluat ad alueum: ad adaquationem animalium, ⁊ ad alia predicta, propter quod nō debēt, vsu huiuscemodi aque dicti. d. ⁊ homines villenoue spoliari aut priuari seu etiam in vsu huiusmodi inquietari aut turbari. Etiā nec obstat dictis do. ⁊ hominibus villenoue, relatio facta coram Spectabili viro do. Symone de tribucijs, anno scz domini M. cccccvj. ⁊ de mense Junij per nobiles viros Gulielmuz maiesculi condominū de laycello, ⁊ saluatorem cardini vicarium do. viceecomitatu relbanie, tum qꝛ esto citra preiudiciū veritatis, ꝙ recluse per eos visitate, ⁊ de quibus referūt, trāsirent seu extenderētur de latere ad latus, non tamen per eas detinebatur tota aqua lauici, sed multa remanebat in alueo, quod ipsi non negāt, ⁊ si negarēt contrarium apparet: tum ⁊ qꝛ esto, ꝙ dicta clusa nouissime constructa, ⁊ de cuius cōstructione contenditur, non esset simpliciter maioris preiudicij q̄ alie, illa tamē cum retētione aque ex flumine predicto, mediante ea extracte ⁊ deriuate longe maius preiudiciū intulit ⁊ infert dictis do. ⁊ hominibus, cum propter clusam ⁊ retentionem hmōi, prorsus omnino priuentur vsu aque predicte, ad qd̄ non aduerterunt prefati relatores: sed tota lege non prospecta, contra. l. inciuile. ff. de legi. suam relationem ⁊ quidē mancā ⁊ imperfectā fecerunt: ⁊ dictos de villanoua ad aquam durentie, longe plus distantem q̄ lauicus, aquam vt plurimum turbidam ⁊ animalibus ad adaquandum ⁊ iuuenibus eadem ducētibus periculosam remiserūt ⁊ quam cum alijs aigagijs ⁊ fontibus vulgariter appellatis, les aigues douces, sufficientem asseruerūt ⁊ magis aptum, cuius contrarium apparet ex processu, propter longiorem distantiam ⁊ alia predicta, ⁊ qꝛ difficilius reperiēt qui de tempore estiuo sua animalia ducant ad territoriū villenoue, pro bladis detricandis, prout etiā apparet ex processu. Et eisdē rationib⁹ ⁊ motiuis etiam impugnatur relatio quam postea fecerunt Joānes amalrici ⁊ Jsnardus foresij de sancto Michaele, qꝛ pari morbo laborat: nisi in hoc, qd̄ prouident super passagio qd̄ dixerunt esse dimittēdum per dictos de manuasia, per qd̄ homines villenoue. ⁊ alij possint ire ⁊ redire, cum eorum bestijs. Et quamuis referant se vidisse riperiam lausoni ⁊ alia inibi mentionata nō tamen ausi fuerunt ⁊ quidem satis prudenter, aliqaid referre super iustitia cause huius. Preterea etiam nec obstat tertia relatio, quam scz fecisse dicuntur nobiles Arnaudus de priore domin⁹ de cōdilaco, Gulielmus maiesculi ⁊ Collinus Albertetij viguerius relbanie, tum qꝛ vt existimo, illi non erant sufficiēter experti siue instructi ad taxandum sumptus, seu expensas pro dirigēdo aquas, secūdum factas niuellationes exponendas. Et ideo nō est dicte eorum relationi multū insistendum: tum ⁊ qꝛ vt iam dictum est, hic agit̄ iudicio possessorio ⁊ de possessiōe aque lauici qua se non debere priuari seu spoliari contendunt dicti do. ⁊ homines villenoue, tam propter excessiuam deriuationem seu extractionem dicte aque, q̄ illius retentionem cōtra morem inueteratum,

inueteratũ,non de alijs aquis querendis, nec iuxta niuellationes vel alias ducendis:tum & quia etiam si esset vera dicta eorum relatio,nõ propterea iustificaretur excessiua extractio & retẽtio dicte aque:nec propterea deberẽt ipsi de villanoua, vsu illius frustrari,prout eos propter suã commoditatẽ frustrare nituntur dicti de manuassa, volẽtes contra debitum iuris, ditari cum iactura aliena: & alteri auferre, quod non contulerũt,& in quo tam per prescriptionem,quam alias ius habent dicti de villanoua:& quo se tueri possent etiam si petitorio ageretur. Que omnia dixerim &c.

1 Extraneus dotando mulierẽ,si stipulatur dotem sibi reddi,aut cui de iure cõpetet. Ex hac stipulatione integra erit actio mulieris.
2 Si quod minus inesse videtur & inest,& illud quod magis.
3 Augmentũ dotis ẽ pars dotis,& de eo iudicatur vt de dote. itẽ & de additiõe statuti.nu.4.& ius iurisdictiõe,prorogata.nu.5.
6 Hereditas quid sit.

Epitome.

Dote per amitam constituta sue nepti, hac stipulatione adiecta de restituẽdo illi vel illis,cui seu quib9 de iure cõpetet:actio mulieri videt̃ quesita,& per consequens heredi suo.

Sol.mat.quem dos petat. Consilium.cccLxxviij.




Idi instrumentũ matrimonij dudum anno scz domini.M.cccccx.& de mense August.per verba de futuro contracti per & inter prouidum virum Simonem de branges loci sancti Remigij, & honestã iuuenculã Marthã leyene,nec non etiam donationis propter nuptias,& constitutionẽ augmenti dotis,pro eadẽ Martha facte per quondam honestam mulierẽ donam Odetã leyene dicte Marthe amitam,, de summa centum florenorũ,in quo, vltra & preter predicta,idem Simon & magister Joãnes,de branges, eius frater conuenerunt & promiserunt eidem Marthe tunc future vxori dicti Simonis,recognoscere omne id, & quicquid de dote eiusdem Marthe recepissent: & in casum restitutionis reddere & restituere illi vel illis,cui seu quibus dicta dotis restitutio de iure pertineret seu fieri deberet,& hoc prout recepissent & recepisse reperirentur, & q2 eadẽ Martha post matrimonium cõsummatum ab humanis & sine liberis decessit, superstitibus & sibi superuiuẽtibus dicto Simone marito per eam vniuersali ac insolidũ in vnico herede in suo vltimo & nuncupatiuo testamento instituto ac venerabili viro d. Antonio Auenionis filio & vniuersali herede dicte done Odete, Quesitũ est,an scilicet dicti centum flore. donati & in augmentum dotis estimati & assignati, per dictã donã Odetam,debeant penes eũdem Simonem tanquam heredẽ dicte Marthe,remanere vel dicto do. Antonio vniuersali heredi,dicte done Odete solui & restitui. Ad quod dico & respõdeo,q illi debent penes eundem Simonem remanere tanq heredem dicte Marthe cui sibi exsolui debuissent si ea viuente,ab humanis decessisset, dictus Simon per id qd scribit Bar.in.l.caius.vers.& per hoc dicebam.ff.sol.mat.vbi di-
1 cebat,semel in questione de facto,q si extraneus†dedit dotẽ pro muliere & stipulatus est illã sibi reddi,aut cui de iure debebit ex hac stipulatione integra sit actio mulieris:q2 perinde est,ac si dicat sibi aut mulieri:q2 mulier est illa:cui de iure reddi deberet, si non esset facta stipulatio.l.vnica.§.accedit. C.de rei vxo.ac.& hanc opinionem Bar.tenuit Pau.de cast. in.d.l.caius.col.j.in fi.aut secunda.in princ.vers. idem si fuit stipulatus sibi aut cui de iure reddi &c. vbi etiam dicit q intentio Bar.est,q vbicunq non apparet de intentione stipulãtis,cui videlicet potius voluerit dotem vel actionẽ acquiri,vel q2 stipulatus est alternatiue, q2 alternatio, facit rem dubiã, vel nõ expressa persona, fauore dotis videat̃ voluisse acquiri mulieri,etiam dictã opinionẽ,sequitur Joã.de imo. in.d.l.caius.vers.incertum stipulatur sibi aut cui de iure,vbi etiã refert Bar.dixisse isto casu,actionem queri mulieri,pro eo,q2 ipsa est illa persona cui de iure debebat restitui cessante stipulatione.d.l.vnica. §.accedit. Et subijcit hoc forte posse tolerari,quasi stipulãs videatur fuisse stipulatus dotẽ reddi ei cui de iure alias deberet reddi,cessante stipulatione:dictã opinionẽ etiam sequitur Alex.de imo.in.d.l.caius.versic. in quantũ Bar.hic concludit & Bal.in nouel. in suo tract.iuris dotium parte.vj.char.versi. sed quantum ad terminos questionis Bart. qñ non nominatim fuit stipulatus mulieri,sed illi cui de iure deberetur. Unde si in casu predicto,in quo scilicet extraneus dotem constituens pro muliere, & stipulatus dotem hmõi sibi reddi, aut illi cui de iure &c. Integra dotis actio, queratur ipsi mulieri,non extraneo dotãti seu dotem cõstituenti vt predixi. Ergo multo fortius,vel proculdubio non minus quesita fuit integra actio prefate quondã Marthe in pacto seu stipulatione facta de dote reddenda in qua nulla facta est mẽtio de persona dicte done Odete.aut.multomagis.C.de sacros.eccle.& q scribit bea. August. in.vij.de ciuitate Dei.c.iij.col.fi.& q habetur in extrauagãti Joãnis
2 secundi,que incipit,si fratrum. Si enim quod † minus inesse videtur inest,& illud quod magis. Sed minus inesse vr̃,q qñ extranea persona dotem pro muliere cõstituit, & illam reddi sibi aut illi cui de iure acquiri deberet, actio ipsi mulieri non ipsi constituenti:& tñ hoc inest, ergo multo fortius hoc inesse debet.quãdo constituẽs non sibi,sed duntaxat illi,cui de iure stipulatur dotẽ reddi. Forte vero opponet aliquis,q Bart. Pau.de ca.& alij superius allegati,loquãtur in constitutione & assignatione dotis,casus vero noster est, de augmento,
3 sed istud non obstat,q2†augmẽtum dotis,prout verbum sonat,est pars dotis.& de eo debet iudicari,prout de dote. l.et. C.de iur.do.vbi ea actione qua repetitur dos,repetitur etiã augmẽtum dotis.facit.l.iiij.ff.de iur.do.vbi si nude proprietati in dotem cõstitute,postea accesserit vsusfructus,hoc indicatur esse dotis incrementũ.facit qd scribit Lap.in cle.statutum.de elec.vbi ex glo.apposita super verbo consuetudine
4 colligit,q si†alicui statuto fiat aliqua additio, idẽ iuris intelligitur repetitũ in additione qd est in statuto quoad penã & quoad alia:& hoc dictum sequitur ibi do. Card.flo.in tertia oppositione.& Jo.de imo.vers.ex hac glo,nota bene & huius dicti rationẽ reddit, do. Cardinalis,q2 id qd venit per modum addendi,fit pars illius cui additur.l.sed si manente.ff.
5 de preca. Et idem dicimus in iurisdictione † prorogata ,q scilicet habere debeat naturam prime vt not. glo. in.c. P.& G.de officio delegat. & q not. Barto. in.l.si conuenerit.§.si nuda.ff.de pigno.ac.& Gemin. in.c.fi.§.fin autem. in prin.de conces.preben. Preterea q in casu nostro,dictum augmentum centum florenorũ, pleno iure acquisitũ extiterit prefate quondã Marthe patet etiã ex eo,q2 dicta dona Odeta,non solum dictos centum florenos,in augmentum dotis eiusdem Marthe cõstituit,sed ẽt eos sibi donauit donatione &c. Quo casu,etiã si hoc factũ fuisset per patrẽ,in cuius potestate ipsa Martha extitisset,fuisset plenũ ius acquisitũ ipsi Marthe. Jta q liberis restitui debuisset. Si viuo patre ab humanis decessisset,& dico liberis,nõ in vim cõsuetudinis, de qua scribit gl.in.l.dos a patre profecta.C.sol.matr.sed tanq matris heredib9.pro quo pro nũc allegasse sufficiat qd scribit Alex. de imo.in.l.illam.vers.cõsuetudo.ergo istam dotẽ &c. ibi nisi auus esset expresse vel tacite.C.de colla.& in.l.post dotẽ.char. v.ff.sol.mat. Non est igitur dubiũ, quin in casu nostro, actio dotis fuerit ex integro prefate quõdam Marthe acquisita, & quin ei pleno iure pertinuerit,quo fit,vt in dicto augmẽto, sicuti & in alijs bonis eidẽ Marthe successerit dictus Simõ
6 eius vniuersalis & insolidum heres,q2†hereditas nihil aliud est,quã successio in vniuersum ius quod habuit defunctus.l. nihil.cum suis si.ff.de verb.sign. Et ita mihi videtur &c.

1 Beneficia ecclesiastica dici, ex quo sunt per episcopum ordinata.
2 Arguendi modus a contrario sensu, in quibus locũ habeat.

Epitome.

Capellania fundata in ecclesia, si non fuerit per episcopũ aut eius vicarium approbata & autorizata, illa dici non potest beneficium ecclesiasticum.

De iure patronatus. Consilium.cccLxxix.



Um capellaniã quã fundauit seu fundari in ecclesia sancti Petri loci de toris & in magno altari illius pro vna missa singulis septimanis, die veneris dicenda,ordinauit honesta quondã mulier Ayssilena vxor magistri Bertrãdi vacheni nondum fuerit per Reuerend.& Christo patrem dñm Alqueñ. archiepiscopum aut eius vicarium approbata,autorizata seu in beneficium ecclesiasticum electa illa non fuit,nec adhuc est ecclesia-

ricum beneficium.argu.c.nemo.de consecra.dist.j.τ auth.de monachis.§.illud.colla.j.τ ꝙ no.gl.τ doc.in.c.nobis.in prin. de iure patro. Ad qđ optime facit ꝙ not.glo.j.in.c.si beneficiorum.circa fi.vers.de quinto nihil.ibi dr.de dec.vbi loquēs
1 de capellanijs τ beneficijs altariū, dicit constare †ꝙ illa sint beneficia ecclesiastica.ex quo sic sunt per episcopū ordinata.c.quesitum.τ.c.pen.j.q.iij.τ.c.significatum.de preben. Ergo arguendo a ꝯtrario sensu,si non essent per epm ordinata seu autorizata,vel in beneficia ecclesiastica erecta,non essent beneficia ecclesiastica, se enim arguendi modus est in iure approbatus quinimo τ fortissimus.l.j.§.huius rei τ ꝙ ibi oēs scribentes.ff.de offi.eius cui mandata est iurisd.τ.c.cum apostolica.circa fi.de ijs que fiunt a prelato sine cōsensu capituli.
2 Et procedit iste modus arguendi †a cōtrario sensu,nō soluz in legibus,statutis, vltimis volūtatibus τ cōtractibus,quibus non est dubiuz,sed etiam in dictis doctoris,ita ꝙ potest opportune argui a contrario sensu eius,qđ dicit doct.prout apparet ex eo quod scribit Jo.de imo.in.l.qui testamento.§.mulier.in fin.ff.de testa.vbi arguit,idem solennis doc. a contrario sensu eius,qđ alicubi scribit Jaco.de aret.pro quo facit.c.sane.el.j.xxiiij.q.ij.τ ꝙ voluit Ang.in auth.de non elig.sec.nub.col.iij.vers.τ predicta vera.colla.j.τ Nico.de vbal.in suo tract.successionum ab intestato.secūda principali parte.τ do.Bar.vnica.l.rem que nobis.versi.confirmant premissa.ff.de acqui.poss.vbi dicit,ꝙ ex mēte Host.Ant.de but.τ aliorum a contrario sensu.in.c.accedens.vt lite nō contestata.ꝙ officium iudicis de quo loquitur, nō extenditur nisi vsqꝫ ad illud tēpus vsqꝫ ad qđ restitutio cōcederetur.Non ergo fuit nec adhuc est,dicta capellania beneficium ecclesiasticum, nec adhuc habuit vel habet patronum.d.c.nobis.Et sic non potuit propter patroni vel alterius negligētiam tanquā beneficium ecclesiasticuz impetrari.Potest autem τ debet heres dicte quondā eyselene immediatus,si viuat quinimo mediatus procurare dictam approbationem, seu in beneficij ecclesiastici erectionem dictam capellaniam dotare τ dicto reuerendissimo domino Aqueñ.archiepiscopo presentare dictū venerabilem virum dominum Gulielmum goirandi. Que scripserim breuiter τ succincte τc.

1 ☞ Filius maternam hereditatem non aditam, regulariter non transmittit.
2 Fratres de obseruantia de iure communi, sunt incapaces successionum.

¶ Epitome.

¶ Filiafamilias hereditatem paternam sibi delatam τ non aditam ex potentia suitatis hanc transmittit ad quoscunqꝫ eius heredes,secundum communem opinionem.

¶ De success.ab intesta. Consilium.ccclxxx.



Quia tempore mortis probi quondā viri Joannis boneti,Catharina bonete eius filia erat in ipsius patria potestate constituta,ipsa paternam hereditatem sibi delatam τ non aditam ex potētia suitatis,transmisit ad quoscunqꝫ eius heredes,secundū communem doctrinā doctorum, hodie communiter approbatā. Pro qua remisisse sufficiat,ad id quod scribit Bar.τ Jo.de imo.in.l.vētre.ff.de acqui.here.τ post alios, do. Jas.de may.in.l.si infanti.col.ix.versic. breuiter cōis opinio est, in oppositum quam tenent Bart.τ doct.τc.C.de iure delib.Et quanuis eadē Catharina,ab humanis decesserit, in infantili etate,ipsa nihilominus dictam paternā hereditatem non aditā transmisit ad quoscunqꝫ suos heredes.pro quo remisisse sufficiat ad id quod scribit do.Jas.in.d.l.si infiniti.vers.secūdo limita dictā communem conclusionē τc. ibi,ista limitatio nō habet saporem. Cum igitur eadem Catharina ab humanis decesserit,superstitib⁹ τ sibi superuiuētibus quatuor eius patruis,τ auunculo proximiorib⁹ ab intestato,τ qui alias si bona habuisset,erāt sibi non in stirpes,sed in capita ab intestato successuri.auth.de hered.ab intest.§.si vero neqꝫ.colla.ix.τ transumptiue.in auth.post fratres fratrūqꝫ filios.C.de legi.heredi.ipsa dicta paternā hereditatē non aditam,ad dictos patruos τ auunculum transmisit,ad quemlibet, scilicet pro quinta parte.d.§.si vero neqꝫ.τ.d.auth.post fratres, fratrūque filios. versi.fiet autē diuisio in capita.Quo vero ad maternam hereditatē, qꝛ eadem Catharina, illam non adiuit nec alius pro ipsa,illā non aditam,ad suos heredes nō trāsmisit:
1 qꝛ †filius maternam hereditatē non aditam,regulariter non transmittit.l.j.C.de ijs qui an.aper.tab.vbi patet,ꝙ solum transmittitur hereditas hmōi,ad descendentes quod etiam voluit Jo.de imo.in.d.l.ventre.ver.sed circa predicta dubitatur de duobus.τ sic perinde habenda est dicta materna hereditas,ac si prefate Catharine delata nō extitisset, vel ac si ipsa Catharina nō superfuisset aut superuixisset honeste mulieri Meline langerie eius quondā matri. Quo casu eidē meline successisset τ succedere debuisset predictus auūculus ipsius Catharine frater scilicet eiusdem Meline,tanquam proximior.d.auth.de hered.ab intest.§.reliquum. ibi, igitur defunctus,neqꝫ ascendentes nec descēdētes. Et quāuis dictus auunculus, sit religiosus, ordinis scilicet beati Frācisci τ de obseruātia.τ propterea de iure cōi sit incapax, dicte hereditatis,τ non solū ipse,sed etiam dictus ordo. Verum qꝛ dictus frater Philippus langeni tempore mortis τ decessus dicte quondā Catharine,eius neptis ex sorore,erat religiosus ordinis scilicet sancti Francisci de obseruantia bona predicta,quinta scilicet pars bonorum paternorum τ bona materna insolidum delata extiterūt Romane ecclesie τ cum effectu peruenerunt ad venerabilem conuentū fratrū minorū de obseruantia loci relanie,τ hoc in vim priuilegiorum per Fe.re.dominos Clemētem τ sixtū olim Romanos
2 pontifices,dicto ordini concessorum quanuis de iure †communi,fratres dicti ordinis τ in particulari τ in cōmuni, sint incapaces hereditariarum successionum. cle.exiui de paradiso.§.cupientes igitur.de verb.sign.Que omnia τc.

1 ☞ Reuenditionem fieri,peti non potest, post lapsum termini,in rebus iusto pretio venditis.
2 Creditores τ legatarios de quibus habetur notitia,in confectione inuentarij citari nominatim debere.
3 Inuentarij incohatio quomodo procedat.

¶ De resti.spol. Consilium.ccclxxxi.



Vidi casum qui nouissime mihi missus est, parte nobilis τ generosi viri Antonij Adhemary moderni do. baroniarum garde τ de calma cum quesitis ex casu hmōi elicitis.Ad que respondeo breuiter τ succincte,put infra.Et primo ad primum,qđ dictus nobilis Antonius non debeat,nec de iure possit propria autoritate,expellere Reueren. patrem do.Jacobū de vaesco,a perceptione fructuū sibi venditorū per nobilē τ generosum quondam virum do.Christophorum adhemary pro tēpore do.predictarum baroniarū τ loci de raco,causis τ rationib⁹ alias per me allegatis,pro nobili τ generoso quondam viro Ludouico adhemary pro tempore dictaruz baroniarum τ loci de raco domino in quibusdam iuris allegatiōibus, pro eodem nobili Ludouico factis exordientibus,Ponderatis ijs que narrantur τ habentur in themate. In octauo τ vltimo quesito,vbi potest videri τ etiam in quinto quesito. Ad que breuiter τ succincte remitto, ꝓ sumptu euitado. ¶ Ad secundum quesitum dico τ respondeo, eodem modo. τ addo ꝙ etiā supposito,ꝙ alienationes facte per predecessores dicti quondam nobilis Ludouici, excederēt τ quartā τ quartas,si ille de vniuersali fideicommisso per nobilem τ potentem quondam virū do.Hugonē adhemaruz relicto detrahi potuissent aut possent,qꝛ tamen de hoc non apparet, nō potest nec debet dict⁹ nobilis Ant. spoliare emptorē fructuū, sua autoritate:τ si hoc faceret,illi reintegrarentur ante oīa.c.in literis.cum suis si.de restit.spol.τ ideo abstinendum est. ¶ Ad secundum dico τ respondeo.ꝙ vtilius esse videretur dicto nobili Ant.qđ ipse agat,prout alias dixi, τ petat pratum restitui τ fructus perceptos per eundem do.emptorem in sortem imputari, offerendo realiter, id quod sibi deest de pretio.Non enim valuit vēditio dicti prati nec fuit vera venditio:sed contractus pignoratitius.Quo fit,vt etiā post terminuz reachepti, possit peti restitutio eiusdem prati,nō obstante lapsu termini:qꝛ.l.si fundū.C.de pac.inter emp.τ vēd. non habet locū in isto casu,sed qñ fuisset pratum iusto pretio
1 venditum,tunc †post lapsum termini peti non posset fieri reuenditio.Et sic in casu nostro,nō est opus prorogatione termini,supposito ꝙ pratum hmōi fuerit venditum vili pretio prout alias fuit mihi expositū.¶ Ad quartū dico τ respondeo,ꝙ cum dictus nobilis Ant.cuz beneficio inuētarij accederit vniuersale fideicōmissum per dictum quondam do. Hugonem

Hugonem adhemary relictum insuper ꝛ cum inuentarij beneficio etiam adiuerunt hereditatem dicti nobilis Ludouici, cõsulo ꝙ ipse faciat inuentariũ omnium bonoꝝ in forma: ꝛ ꝙ antequã ponat in discussione generali, ipse obtineat nouum releuamentum: pro cuius iustificatione poterit producere acta facta super releuamẽto per dictum quondã nobilẽ Ludouicũ impetrato, qꝛ est eius heres cum beneficio inuentarij. Et sic posset obtineri cessio iuriũ a fratribus dicti quõdam do. Ludouici, saltem quatenus concernũt dictum releuamentũ ꝛ acta. Bene esset, erit autẽ opus, ꝙ dictus nobilis Antonius det nouum libellum, qꝛ licet sit vniuersalis heres, saltem pro parte dicti quondã nobilis Ludouici, dictum tñ vniuersale fideicommissuꝫ eidem nõ spectat, tanquã heredi, sed tanquã substituto post ipsum Ludouicum. Et sic non habet idem nobilis Antonius nec habiturus est dictũ vniuersale fideicommissuꝫ, a dicto Ludouico: sed a prefato do. Hugone primo testatoꝛe. l. coheredi. §. cuꝫ filie. ff. de vulg. ꝛ pup.

2 ¶ Ad quintum dico ꝛ respondeo, ꝙ † creditores ꝛ legatarij quoꝝ habetur notitia, debẽt nominatim citari: si qui tamen citari omittantur, non propterea erit inuentarium nullum, quoad citatos, sed solum quoad non citatos. vt alias dixi in dictis allegationibus exoꝛdi. Ponderatis ijs que narrãtur ꝛ habentur in themate, in tertio quesito. Poterit etiã quoad eos qui non citabũtur, videri quod dixi in dictis allegationibus in scdo principali quesito. Super eo quod refertur de incboatione inuẽtarij † ꝛ quibusdã hominibus loci garde, nõ citatis ante incboationẽ, sed post placuisset mihi, ꝙ oẽs fuissent citati ad eundẽ diem, visuri incboari, deinde mediari ꝛc. qꝛ cum isti de garda non fuerint vocati visuri incboari, quõ continuabitur inuentarium cõtra eos, quod nulliter inceptũ est, non bene video, confido tamẽ ꝙ illoꝝum credita sunt exigua. Et sic quod omissio citationis dicto nobili Antonio, nõ multum nocebit. Preterea illi sunt subditi, qui forte non sic impugnabunt, prout facerẽt extranei. Quoad releuamẽtuꝫ. de quo supra feci mẽtionem, illud nunq̃ multũ mihi placuit, prout scit egregius vir do. Jo. pissanini iuriuꝫ professoꝛ, cui etiaꝫ sepe dixi, ꝙ placeret mihi ꝙ illud impetrareť ad instar illius, qd̃ fuit parte magistri do. sancti Ualerij impetratum. Et sic non esset opus illis magnis probationibus, que alias secundum illud de quo supra erant necessarie.

1 ¶ Erroꝛẽ presumi, vbi quis certat de dãno vitando ꝛ alius de lucro captando, probando rem aliter se habere.
2 Probatio dubia ꝛ incerta, probantem non releuat.
3 Erroꝛis natura est, cum alterum pro altero ponitur.
4 Uerba illa ex certa scientia, interpretari possunt, qꝛ sciebat.
5 Jactare suum, neminem presumi.
6 Jndebitum ignoranter solutuꝫ, repeti potest, renuntiatione non obstante. nu. 10.
7 Contractus quando deficit ratione consensus, tantum importat incrementum, quantum coniunctus simplex.
8 Juramentum, obligationem non auget.
9 Juramentum habet vim clausule, quod valeat omni meliori modo ꝛc.

¶ Epitome.

¶ Jndebituꝫ quod probatur per erroꝛẽ solutũ, repeti põt.

¶ De condic. indeb. Consilium. ccclxxxij.

VJdi processuꝫ dudũ ceptuꝫ ꝛ ventillatuꝫ per ꝛ inter probũ virũ Franciscũ dñici actoꝛẽ ex vna parte, ac nobilẽ ꝛ honestã mulierem do. Leonam relictã nobilis quondã Pontij rasandi, ac tutricẽ ꝛ nomine tutoꝛio boni filij ꝛ pontij rasandi dicti quondã primi Pontij filioꝝ ꝛ vniuersalium heredũ, ꝛ Antoniũ rasandi, etiã dicti primi pontij filijs eoꝝdẽ Boꝛsilij ꝛ põtij fratrẽ ꝛ coheredẽ reos ex alia, vidi pterea iuriũ allegationes hincinde factas ꝛ dictatas. Primas qdẽ exoꝛ. Jntẽtio Frãcisci dñici. insertas. fol. 119. ꝛ alias exoꝛ. Ex tenoꝛe pcessus insertas fol. 165. in fi. parte dicti dñici compilatas. Uidi insuper iurium allegationes exoꝛd. in hac causa Frãcisci dñici ꝛ insertas. fo. 129. parte dictoꝝ rasandoꝝ dictatas. ꝛ postremo vidi alias, q̃ incipiũt, Ex tenoꝛe appent facte ꝛ scripte ꝛc. q̃ facte extiterũt, ꝑ predicto Frãc. ꝛ q̃ non reperiunť in processu inserte, in quibus scꝫ trib⁹ schedulis parte dicti Frãcisci cõfectis, visum est, mihi fuisse ad plenũ deductũ ꝛ defensatũ ius eiusdẽ dñici, ita vt nihil videať iam scriptis addendũ. Uereoꝛ profecto, ne si quid addere voluero, mihi dicať illd̃ horatij, i siluã ne ligna feras, aut eñ eadẽ dicã, ꝛ hec est superfluo aut si noua dicere voluerim a bonis ingenijs sunt melioꝛa occupata. Uerũ satisfaciã voto partis, ꝛ adherẽdo iam scriptis, dico ꝙ nõ mihi vř esse dubium, quin dictus dñici, bonã causam foueat, ꝛ quin ipse probauerit non solũ soluisse indebitũ, sed etiam illud soluisse erronee: ꝛ ꝓpterea potuisse ꝛ posse repetere indebitũ solutũ. Probauit enim illã pretẽsam trium saumatarum annone, annuã pensionem per eum dicto quodã nobili Pontio venditam pretio floꝛenoꝝ centũ anno domini. M. cccclxxxvij. ꝛ die. ix. mensis Nouemb. fuisse sibi per eundẽ nobilem pontiuꝫ eodem pretio reuẽditam, anno domini. M. cccclxxxix. ꝛ die xviij. mensis Nouemb. ꝛ confessione partis dictũ pretiuꝫ fuisse per eundem a dicto Frãcisco habitũ ꝛ receptũ ꝛ quem quittauit in forma, qui etiã cancellationi instrumenti dicte venditionis consensit: ꝛ que sub presentia eiusdẽ facta est. Et sic probauit dictus Frãciscus rem aliter se habuisse, cũ postea soluit q̃ se haberet. Putauit enim propter dictã per eam factam venditionem, se debitoꝛem cum debitoꝛ non esset. Ex quo infertur, ꝙ cum iste Frãciscus certet de damno euitãdo ꝛ dicti rei de lucro captando ipse presumatur ꝛ presumi debeat soluisse erronee. l. sed ꝛ si putem. in princi. multũ oppoꝛtune, iam in hac materia alleg. ff. de cõdi. inde. vbi dicit Bar.

Iso instrumēto donationis dudum anno scʒ dñi. M.cccccxiij. et die x. mensis Maij facte, p nobilē & generosam mulierem dominā Catharinam Brizie tūc dñam loci de Albarono Arelaten. diecesis nobili et generoso viro Joanni dorciere eius filio primogenito naturali & legitimo, vna cum cōuentionibus, & pactis iuratis, factis per et inter eundem nobilem Joannem & nobiles Cherubin & Lantelmum dorsiere eiusdem nobilis Joannis fratres, visis super casu & dubijs, ex codē elicitis. dico & respondeo non quidem ad dubia & quesita mihi dimissa. pro eo quia non mihi visum est, ꝙ ad illa respōdere expediat, sed ad aliud qd videtur oportunum ad materiam & ad intētionem dicti nobilis Joannis an scʒ si cōtingeret, ꝙ vel de iure vel de facto, dicta domina Catharina, donaret vel alias remitteret, & cederet insolidum vel in parte dictis nobilib⁹ Cherubino & Lātelmo, aut eorū alteri pedagium loci predicti de Albano vulgo dictum magnū pedagium, et per eandem in donatione predicta, sibi reseruatū et retentum, aut partem illius, posset ipse nobilis Joannes vel eius successores & heredes agere & experiri cōtra eosdem Cherubin & Lantelmum seu eorum alterū illum scʒ cui donasset, & ab ipsis seu ipso petere pedagiū predictū, seu partē alienatā sibi restitui. Ad quod prima facie videtur respondendū ꝙ nō, pro eo qr quāuis dicti nobiles Cherubin & Lātelmus videantur donasse, cessisse, dimisisse, & desamparasse, omne ius omneq; actionē & rationē, qd & quā habebant & habere poterant & debebāt & visi erāt habere, pro hoc tñ nō videntur donasse nisi ea que tunc habebāt vel eis cōpetebāt, aut que ex cā preexistēti & de pñti habere poterāt vel habere sperabāt nō autē ad illa que ex causa de futuro, ad eos peruenirent aut peruenire possent per id qd no. Bar. in multis locis in. l. scilicet post emancipationē. §. j. ff. de libera. lega. in. l. qui cū tutoribus. ff. de transac. in. l. de his rebus. ff. de arbi. in l. ꝙ seruius. ad fi. ff. de cōdi. ob cau. in. l. qui Rome. §. duo fratres. in quinta questione. ff. de verb. obli. in. l. si vxor. §. diuus. ff. de adul. & in multis alijs locis plenius recitatis p do. Jas. in. l. j. ver. ex hoc pōt limitari decisio Bar. &c. vbi etiā do. Lācelo. ver. vltimo aduertendū est. s. de pact. Sed his nō obstātibus existimo contrariū esse verius, pro eo qr dicti nobiles Cherubin & Lātelmus, nō solū videt donasse oē ius omneq; actionē & rōnem, qd & quā habebāt vel habere poterāt & debebāt, ac visi erāt habere & que cōpetebāt ex cā de pñti existenti. Sed etiā donauerūt, cesserūt, & remiserūt omne ius omneq; actionē &c. que sibi in futurū cōpetere possent in & super bonis maternis & auitinis quouis iure, rōne, & actiōe. et maxime sup dicto magno pedagio, & sic donauerūt, cesserunt, & remiserūt etiā actionē futurā. qd satis etiā exprimit in capitulo conuentionū & pactorū initarū per & inter eosdeʒ nobiles Joānē & Cherubin exordien. vlterius fuit de pacto expresso inter dictos nobiles donatorē & donatariū &c. ibi vcʒ omnia & quecunq; bona, res, & actiones materna & auitina ac maternas & auitinas, quomodolibet ad dictū nobilē Cherubin pertinētes, cōpetentes & spectātes ac que in futurū ptinere & euenire possent, & maxime in & sup dicto magno pedagio, & ibi et alijs quibuscunq; in & sup dictis bonis, rebus, & iuribus ad eundē nobilē Cherubin cōpeten. & spectātibus & in posterū competituris quacunq; ratione & in duobus alijs locis eiusdē capituli, hoc etiā satis exprimit in cōuentionibus & pactis celebratis & initis p & inter eosdē nobiles Joannē & Lantelmū, & signanter in capitulo exordien. vlterius fuit de pacto expresso, & inter eosdē nobiles Joannē dorciere & Lantelmū &c. non solū circa principium, sed etiā ibi vcʒ omnia & quecunq; bona, res, iura, actiōes materna, & auitina ac maternas & auitinas, quomodolibet ad eundē nobilē Lantelmū dorciere pertinē. cōpetē. & spectan. & que in futurū pertinere, spectare, & euenire possent, & maxime in & sup dicto magno pedagio, &c. et ibi & quandoquidē legitimā ac supplementū & iura q̄ habebat, et habere poterat in dictis bonis maternis & auitinis cū oībus actionib⁹ sibiipsi Lātelmo cōpetētib⁹ ac cōpetituris. Et idē fuit dictū in dicto primo caplo exor. vlteri⁹ fuit de facto expresso & inter dictos nobiles donatorē & donatariū &c. factuʒ scʒ inter dictos nobiles Joannē & Cherubin ibi, & quāquidē legitimā & supplementū ac iura q̄ habebat, ac habere poterat in dictis bonis maternis & auitinis cū oibus actionibus sibi ipsi Cherubin cōpetētibus & cōpetituris. ex quibus apparet ꝙ nō solū donauerūt, cesserūt, & remiserūt dicti nobiles Cherubin & Lātelmus ipsi nobili Jo. eorū fratri, bona & iura sibi cōpetētia vel ex cā ex tūc existēti cōpetitura. Sʒ etiam iura & actiones futuras: & sic limitat & restringitur snia seu decisio Bar. in locis superius alle. & alijs multis per dictuʒ do. Jas. vbi. s. relatis vt scʒ locū non habeāt in hoc casu, pro quo optime facit qd scribit Bar. in. d. l. j. vers. qnq; est aliqd ius, qd nō cōpetit inibi, sed verba pacti porrigerētur in futuruʒ. C. de pac. etiā p hoc facit qd scribit gl. vlti. in. l. fin. ver. itē pone nec possidere codicē. C. de here. vel act. vend. vbi dicit gl. ꝙ si

1 ego possideā codicē meū, & tibi vendaʒ† actionē in rem mihi noīe eiusdē codicis cōpetere nihil agit, sed si dixi cōpetiturā valet vēditio & cēset fuisse spes vēdita: qd fieri pōt. l. spem. C. de dona. & dicit gl. vbi supra ꝙ tu ages actiōe in reʒ, qñ alius ceperit possidere dictū codicē: qr tūc incipiet actio mihi cōpetere quā ego tibi vēdidi & dictā gl. multū cōmendat Bal. qr sepe in ɔtib⁹ fit mētio de iure cōpetēte & cōpetituro: etiā facit. l. fi. in fi. & qd ibi Ang. C. de do. pmis. Et hāc limitationē seu restitutionē ponit do. Jas. in. d. l. j. ver. ex hoc pōt limitari ibi nisi verba facti &c. vbi etiam do. Lācelo. ver. vltimo aduertēdū p quo etiā facit, qd scribit Panor. in. c. ex multiplici. in fi. de deci. Qūuis igit ex capite cōuētionū & pactorum pdictarū. d. nobilis Catharina nō videat phibita, quomin⁹ donet si donare voluerit etiā. d. nobilib⁹ Cherubin & Lātelmo qūuis in testō nobilis & generosi quōdā viri Antonij buxi ei⁹ patris, phibita extiterit si tñ ipsa eisdē donet, videt ꝙ ex capite dictarū donationū poterit dictus nobilis Jo. ea q̄ donauerit de bonis suis vel auitinis. Et maxime de dicto pedagio, ab eisdē repetere istud nō erit iniquū: attētis amplissimis donationib⁹, seu remissionib⁹ & recōpēsationib⁹ eisdeʒ nobilib⁹ Cherubin & Lātelmo factis, p dictū nobilē Jo. Illud autē est indubitatuʒ, ꝙ lʒ dicti nobiles Joannes ex vna parte, & Cherubin & Lātelmus ex altera, cōuētiōes & pacta pdicta inierint non solū de bonis paternis & auitinis, sed ēt de maternis eisdē tñ nō refragat nec obstat. l. fi. C. de pac. & l. quidā. §. j. ff. de dona. Per que videntur talia pacta seu conuentiones prohiberi & damnari, qm respondeo, ꝙ dicta nobilis Catharina mater fuit presens, sciens, & consentiens.

1 ¶Actiōi psonali nō pscribit reglr, nisi spatio. xxx. annorū,
2 Suorū appellatione, veniūt liberi, tam mares quā femine.
3 Sibi & suis heredib⁹, in dubio prospicere quis videtur.
4 Vtile vitiari non debet, per inutile.
5 Clausula & alias ius in libello posita est multe efficacie.
6 Etates in homine, que & quot sint.

¶De actionibus. Consil. cccxcvi.



Uatuor sunt q̄ obstare ptēdūt nobili & honorabili viro, Petro Dardailhon ciui Auraycēsi, i quadā ciuili causa, quā agēdo suscitauit & mouit ɔ & aduers⁹ honestā iuuenē Philippā Lābegne pdicte ciuitatis. et pmo qdē eidē ñ obstare ptēdit pscriptio cū vt dr, defunct⁹ vir Bononus Lābequini & ipse Petrus bona de quibus in articulis & quorū pretextu idem Pe. experit cōiter aut tāq̄ cōia possederint, nō solū. x. sʒ etiā xx. annis, & ita eidē Pe. obstat exceptio pscriptiōis. Sʒ hoc eidē Pe. nō refragat, qr nō agit ipse Pe. actione rei vēdicationis, aut alia reali actione, sed actione psonali, cōdictione scʒ ob cām. l. quoties. & qd ibi gl. & doc. C. de dona. q̄ sub mo. et qd scribit Frā. de are. in. l. q absenti. §. j. ṽ. sed in ɔtibus in q bus nō trāsfert &c. ibi, & ɔ tex. cū gl. sua in. l. qões. ff. de acqr.

1 po. Actiōi vo psonali nō pscribit rlariter nisi spacio. xxx. anno. l. receptitia. C. de cōstit. pecu. & alijs iurib⁹ vulgarib⁹, vnō cū tāto tpe cōiter possederint bona de quib⁹ i casu, dicti Petrus & Lābequinus seu etiā ipse Lābequin⁹ & post euʒ dicta Philip. añ. Scōm vero qd eidē nobili Pe. obstare ptendit est, qr in pacto vi cuius expert⁹ est: experit idē nobilis Pe. dictū ē ꝙ si Jo. martini & nobilis Margareta dardailhon decederēt sine liberis, put cōtigit, bona & iura de qb⁹ in ɔtu puenirēt ad nobiles Ant. & Trimundū dardailhon et suos, Vnde cū eisdē Ant. & Trimundo litē motā. sed nec tpe cepte litis tm̄ tpis pterisset a tpe mortis nobilis Margarete dardailhone, sine liberis vita functe, & p cui⁹ decessum seu mortē finiti pacti de quo infra conditio purificata eidē Pe. opponi nō potuit pscriptis exceptionib⁹ q̄ etiā si actiōe reali age

rex, fortassis opponi nõ posset, vtpote ɔ eũ, q sibi ius i dictis bonis cõpetere ignorasset ƀm Pe. de pu. ꝛ si obstitisset posset ƀm cõcz opini. idẽ Pet. petere ex capite iuste ignorãtie se in ĩtegrũ restitui, ſꝫ hec necessaria nõ existũt. cũ nõ solũ supfuerit ꝛ supsit dictus Pe. ſꝫ ẽt supsint alij liberi, ſcꝫ femine vñ ꝙ non solũ ipe Pet. sed etiã dicte femine inuitati extiterint, in

2 viꝫ dicti pacti, quia † appellatione suorũ maxime veniũt liberi ꝛ qdẽ nõ solũ masculi, sed etiã femine p id qᵭ no. gloss. in. l. feminã. C. ad treb. aũcta. l. liberorũ. ff. de ver. sig. ꝛ qᵭ habeť in pluribꝰ alijs locis. Sed rñdeo ꝙ hoc nõ ob. in casu nr̃o, q nõ cõcernit materiã vltime volũtatis. sed materiã cõtractꝰ ꝛ q quoad hec, factus est de ꝛ sup materia indifferẽti: ꝛ sic trãsitoria ad hr̃des etiã extraneos. Quo fit vt si ẽt prefati nobiles Ant. ꝛ Trimõdus p se ꝛ liberis suis stipulati extitissent, vel aľs cũ dña donatrice cõuenissent, ꝙ bona puenirẽt ad ipsos suos liberos ipi cẽsendi essent hec fecisse p se ꝛ p id qᵭ scribit gl. ꝛ post eũ Bar. ꝛ doc. in. l. si tibi decẽ. §. si pactus. ff. de pact. Bar. ꝛ alij in. l. gallꝰ. §. qdã recte. vbi ẽt Alex. de Jmol. vers. p p̃dicta inferť, qd in cõtractibꝰ. ff. de lib. ꝛ posthu. ꝛ Bart. in l. iurisiurãdi. §. si liberi. ff. de ope. libe. ꝛ ita post recitatã opinionẽ Jo. de Jmol. in. l. qᵭ dr̃. la. ij. cõcludit ibi Alex. de imo. v. ij. vᵒ casu p̃ncipali qñ p̃r stipulať filio cõiũcta psona p̃ris. ff. de vb. obli. ꝛ si hoc cõtigisset si dicti nobiles Ant. ꝛ Trimõdus stipulati extitissent vel cõuenissent p se ꝛ suis liberis ꝛc. multo fortius vel nõ minꝰ hoc pcedere dꝫ in casu nr̃o, ſcꝫ qᵭ id qᵭ dictũ est de suis, dꝫ intelligi de suis eorũdẽ Ant. ꝛ Trimõdi q ſcꝫ essent ipsorũ hr̃des: qᵭ etiã voluit Alex. de Jmo. cõsi. xxvj. ex or. Põderatis his q̃ in themate narrãť. v. nec p̃

3 dictis ob. si diceret in. v. vol. Pro quo facit, qꝛ † in dubio qs vr̃ pspicere sibi ꝛ hr̃dibus suis. l. si pactũ. ff. de proba. ꝛ. l. si necessariũ. §. de vẽdẽdo. ff. de pig. actio. Vñ cũ filie p̃mẽtionate nõ fuerint, nec se esse dicũt hr̃des dictorũ Ant. ꝛ Trimondi ſꝫ eorũ vniuersalis heres extiterit ꝛ existat dictꝰ N. Pet. nil iuris p̃nt ipse filie sup bonis de qbꝰ in pcessu inibi cõpetere p̃tẽdere. ¶ Tertiũ vero qᵭ eidẽ nobili Pet. obstare vr̃, est qꝛ circa principiũ dicti libelli ipse nobilis Pe. actionẽ suã direxit, cõtra dictã nobilẽ Philippã Lãberque, nihil explo õ tutore aut curatore ipsius. conclusiue vᵒ petitũ est eadẽ Philippã seu eius tutorẽ, aut curatorẽ cõdẽnari ꝛc. sed pfecto nõ video, ꝙ magnificũ p̃ncipatꝰ Aurayce parlamẽtũ, index qui dẽ equitatis deberet hoc habere in aliqua cõsideratiõe, ſꝫ solũ attẽdere ad vitatẽ negotij, ꝛ an ſcꝫ idẽ Pe. aľs habuerit ꝛ habeat bonũ ius i. d. cã. ꝛ hoc verũ vel maxime, vel saltẽ p eo, qꝛ nõ appet dictã Philippã Lãbeque, fuisse maiorẽ. xxv. annis, vt sic possit dici, qᵭ defectu p̃stite autoritatis, aut tutoris aut curatoris, pcessus fuerit, aut sit nullus. ꝛ qꝛ nõ solũ dictũ est ɔ dictã Philippã, ſꝫ ẽt petitũ est, eadẽ cõdẽnari vñ lꝫ in cõcussiõe hmõi, solutũ extiterit seu dictũ eiꝰ tutorẽ aut cu

4 ratorẽ ꝛc. nõ debuit aut dꝫ p hoc inutile † vtile vitiari r̃la vtile nõ dꝫ. cũ suis cõcor. de reg. iur. in. vj. ꝛ maxime cũ cã hec diffiniẽda veniat p curiã supradictã iudicẽ qdeꝫ vt p̃dixi equita

5 tis. ꝛ qꝛ in calce dicti libelli, posita ẽ cl̃a, † ꝛ aľs ius ꝛc. q̃ ẽ multe efficacie: put dicũt doc. i multis locis, ꝛ maxĩe canoniste in c. cũ dilectꝰ. de ordi. cog. Ang. are. in. §. j. v. aduertas illud qᵭ vnusquisqꝫ ꝛ vers. ſꝫ vnũ ppetuo tene mẽti. insti. de ac. ꝛ alij in alijs locis. Preterea q̃uis in prin. libelli dictũ extiterit p̃fatũ Pet. agere ɔ iuuenẽ, ꝛc. nõ erat tñ dictũ eã esse maiorẽ. xij.

6 annis: qnimo, nec minorẽ. xxv. qꝛ iuuenilis † etas ad lõgius tp̃s se extẽdit. Est eñ prima hoĩs etas infantilis, que durat vsqꝫ ad septimũ annũ. Scd̃a est etas puerilis, q̃ durat vsque ad annũ. xij. in filia. ꝛ. xiiij. in masculo. Tertia est etas adolescẽtie, q̃ illinc extẽdiť vsqꝫ ad. xxv. annũ. Quarta est etas iuuenilis, q̃ extẽdiť vsqꝫ ad qnquagesimũ annum: prout scribit Phi. Frã. in. c. si pater. ver. ptꝫ ergo ex gl. iij. de testa. in. vj. ꝛ de qua iuuenili etate habetur in. l. non aliter. versic. ceterum. ff. de legat. iij. vbi dicitur ceterum estimari potest iuuenis is, q adolescẽtis excessisset etateꝫ. quoad incipit inter seniores numerari. Qui ergo dicit se agere ɔ iuuenẽ, nõ dicit se agere ɔ infantẽ puerũ seu puellã. vel ɔ adolescentẽ, sed ɔ maiorem. xxv. annis. ꝛ ita dici nõ põt, ꝙ dictus nobili Pe. ɔ eadẽ Philippã egerit tãq̃ ɔ minorẽ. Et si essemus in casu, in quo verbũ iuuenis esset dubiũ, standum esset interp̃tationi dicti Pe. l. si qs intẽtione ambigua. ff. de iudi. nõ igiť mihi vr̃, qᵭ quouis pacto, esset põderanda libelli cõclusio quatenus inibi petitũ est, dictã Philippã cõdẽnari seu tutorẽ ꝛc. qꝛ nõ dꝫ illa inutilis ꝛ alternatiua subiũctio, vtile vitiare: ꝛ nõ video ꝙ interesse p̃textu subiũctionis hmõi, p̃tendere valeat, dicta Philippa si viuat vel eius heres. ¶ Quartũ ꝙ eideꝫ nobili Petro obstare p̃tendiť, est, qꝛ bona de quibus in pcessu, non fuerũt adualuata. Sed ad hoc rñdeo, ꝙ lꝫ pcuratores p̃tiũ p̃dictarũ legãtur renũtiasse in cã premissa. ꝛ do. iudex cũ eis cõclusisse. Cũ post conclusionẽ hmõi, magister Claudius de Balma pcurator dicte Philippe petijt iuramentũ i supplementũ p̃tense pbationis plenioris sibi deferri, quo petito, ẽt illico aut paulopost, petijt egregius vir do. Stepha. monotij legũ doctor pcurator dicti nobilis Dardailhon, bona p̃dicta adualuari, ꝛ hãc petitionẽ postea pluries repetijt ꝛ super hoc nõ fuit adhuc ordinatũ qᵭ legerim: preteres post dictã cõclusionẽ fuerunt substitutiones hincinde in dicto processu exhibito, ꝛ pducte ꝛ pducta instrumẽta. Propter q̃, nõ vr̃ obstare dicta p̃tensa renũtiatio ꝛ cõclusio quominus bona p̃dicta adualuarenť, ꝛ ꝙ ex suo incumbenti officio, facere põt dictũ magnificũ principatus Aurayce parlamentũ postq̃ ei dẽ cõstituit ꝛ cõstat de debito p̃dictorũ bonorũ p id qᵭ habeť in. l. si qᵭ ex Pãphila. ꝛ qᵭ ibi Bart. ff. de leg. ij. ꝛ. l. semp. §. in hoc interdicto. ff. qᵭ vi aut clã, ꝛ qᵭ no. Cy. in. l. j. col. pen. vbi ẽt Bar. ꝛ alij doc. C. de senten. que p eo qᵭ interest. Alexã. de Jmo. cõsi. cxxxiij. ex or. Viso pcessu cause vertẽtis inter marcũ. iij. col. fi. circa fi. in. j. vol. ꝛ in. l. p̃tia rerũ. ver. extra gl. tenementi practicas. ff. ad. l. fal. vbi etiã dicit ꝙ iudex põt rem inspicere ꝛ de illius qualitate se iformare, ꝛ etiã ꝙ extimatio valoris rei, pbari p̃t p assumptionẽ peritorũ p iudicẽ ad hoc p̃stito iur̃o. l. hac edictali. §. his illud. C. de secũ. nup. ꝛ aut. de nõ alie. §. qᵭ autẽ. col. ij. ꝛ hanc practicã tradidit Bar. in. l. ij. C. de rescin. vẽ. ꝛ q̃uis Ang. in. d. l. p̃tia rerũ. nitať reprobare dictã practicã, q̃ ſcꝫ fit p partẽ assumptionũ. Jo. tñ de Jmo. quẽ ibi sequiť Alex. de Jmol. illã elegãter ꝛ bene tuetur ꝛ defendit, etiã de p̃missis ſcꝫ ꝙ iudex cui de re aut debito cõstat possit ex incũbẽti offõ se informare de valore rei not. Angel. are. in. §. j. char. vlti. vel circa. ver. ꝛ pbando fructus pcepit. ꝛ §. si qs agẽs. vel circa. ver. ꝛ pro hoc tu allega, qᵭ dicimus in simili, qꝛ qñ cõstat ꝛ instit. de actio. Põt igiť nõ obstãtibꝰ premissis renũtiatiõe ꝛ cõclusione dictũ magnificũ principatus Aurayce parlamentũ de valore p̃dictorũ bonorũ se informare ꝛ assumere peritos, q etiã de bonis hmõi ꝛ eorũ valore notitiã habuerit tp̃ibus de quibus in. xlvj. ꝛ multis seq̃ntibus articulis libelli parte dicti nobilis Pe. dardailhon in dicta cã pducti, ꝛ quoad hospitiũ de quo etiã ibi, appet per instr̃m nouissime pductũ, de tp̃e vẽditionis facte, p Joã. Martini venerabili cõuentui fratrum minorũ Aurayce. Que omnia dixerim sub benigna supportatione magnifici parlamenti ꝛ correctione cuiuslibet melius sentientis.

1 ☞ Pro sepulturis mortuorum ꝛ benedictionibus nubentiũ nihil exigendum.

2 Exigens pro exequijs mortuorum, simoniam committit.

3 In cõsuetudinibus allegatis, faciendã esse vim in verbis.

¶ Epitome.

¶ Pro sacramentis ecclesie, nihil a prioribus debet exigi: ſꝫ sunt gratis conferenda consuetudine non obstante simonia committitur.

¶ De sepulturis. Consilium. cccxcvij.



Duo sunt que refragantur libello seu petitiõi facte parte venerabilis viri dñi Frãcisci prioris prioratus Medulionis. ɔ ꝛ aduersus pbũ virũ Jacobũ Juliani loci Medulionis, pri

1 mũ qꝛ p sepulturis † aut exequijs mortuorũ ꝛ benedictionibꝰ nubentiũ vel alijs sacramẽtis ecclesiasticis vel bñdictionibꝰ cõferẽdis, aut p chrismate vel oleo nihil exigi dꝫ: ſꝫ sunt gratis cõferẽda. c. cũ in ecclesie corpore. c. ea que. c. ad nostrã. ꝛ. c. suam. de simo. ꝛ. c. abolẽde. de sepulturis. nec valet cõsuetudo

2 † ꝙ p mortuorũ exequijs aliqd exigať: qꝛ hoc esset simonia, cũ vt scribit Host. in. d. c. abolẽde. sup verbo presumãt exigere. v. caueat igiť sibi petẽs, ꝛc. vbi dixit caueat igiť sibi petẽs, si eñ dicat ꝙ p terra sine officio deť, succũbet: qꝛ simoniacus est, vt ibi ptꝫ, vñ nõ pdest cõsuetudo put legiť ꝛ not. infra de simonia, in. c. nõ satis. in fi. ꝛ. ɔ. de cõsuetu. c. fi. hec ille, ꝛ idẽ voluit Pan. in. d. c. abolẽde. versi. quo aũt ad scd̃m. vbi dicit, qᵭ

3 vbi est † cõsuetudo vt aliqd deť faciẽda est vis ƀm Hosti. qꝛ si clerici dicũt, petimꝰ hoc p sepultura, succũbent ẽt si allegẽt cõsuetudinẽ. d. c. nõ satis. ꝛ Pe. de peru. cõsi. cccxcvj. ex or. circa primũ cõsultationis articulũ. ver. ꝛ si dicať soluendũ compulsi ꝛc. ibi nã dicit Host. faciedã vim in verbis in. iiij. volu.

Cum

Cũ igit̃ dict⁹ do. prior ꝑtendat ⁊ in dicto suo libello seu petitione deducat, ꝙ ꝓ exequijs mortuorũ, hoīes et habitatores dicti loci Medulionis, de antiqua cõsuetudine pia deuotiōe fideliũ introducta ꝯsueuerũt dare eidē do. priori aut suis ꝓ tpe ꝑdecessoribus vel eorum rēderijs. ditiores scꝫ tres flore. mediocres, duos ⁊ pauperiores decē et octo grossos monete debilis in patria Delphinali seu vapincen. currentis non valet nec procedit predicta petitio, q꜡ non potuit valere illa cõsuetudo vt predixi vt pro exequijs mortuorũ hoc est pro diuino officio ⁊ ꝙ tēpore sepulture vel ante eaꝫ dici aut fieri solet aliquid detur. d. c. nõ satis. Secũdũ est, q꜡ cõpulsio ꝙ̃ fieri postulat idem do. prior, fienda est per episcopũ, qui habet videre an de huiuscemodi consuetudine appareat seu cõstet, ⁊ quo modo illa introducta extiterit ⁊ an illa sit rationalis, d. c. abolende, ⁊ ꝙ ibi Hostien. Panor. ⁊ docto. Quamobrem petit dictus Jacobus Juliani seu eius legitimus procurator, procuratorio nomine eiusdē, dictũ pretēsum libellũ seu petitionē rejici ⁊ repelli, ac rejiciendũ fore ordinari ⁊ se ab instātia cause huius ⁊ sede presenti relaxari ⁊ relaxandũ fore ordinari et alias in ⁊ super premissis ⁊ singulis eorundem ius ac debitã celerem iustitiam sibi fieri ⁊ ministrari. Et alias in ⁊ super premissis ⁊ singulis eorundem ius ac celerem iustitiam sibi ministrari vestrum iudiciale officium in opportunis humiliter implorando.

1 ☞ Exigere pro funeralibus aliquid, per ecclesiam vel clericos, est species simonie ⁊ in iure prohibitũ.
2 Consuetudo mala, est peior quanto magis protenditur.
3 Peccatum veniale propter consuetudinem redditur mortale.
4 Consensus tacitus populi, est causa proxima consuetudinis.
5 Consuetudo ad hoc vt introducatur, quid requiritur.
6 Ignorãs non cõsentit.
7 Consuetudo debet esse certa.
8 Funeralia sunt, illius nature, vt obligationem non inducant etiam si sponte prestentur.

¶ Epitome.

¶ Idem habet fere cum consilio precedenti de sacramentis.

¶ De consuetudinibus. Consi. cccxcviij.



Pro faciliore solutione eorum de quibus queritur, parte vniuersitatis medulionis premitto ꝙ regulariter
1 aliquid † exigitur funeralibus per ecclesiaꝫ vel clericos est species simonie ⁊ a iure prohibitũ: q꜡ simoniacum est. c. cũ in ecclesie corpore. c. non satis ⁊ c. suam de simonia ⁊ c. abolende de sepulturis. nec videtur in hoc casu aliqua vetusta consuetudo iuuare venerabilē virum do. Franciscũ priorē loci medulionis. d. c. nõ satis. c. cuꝫ ecclesie. c. questa est. xiij. q. ij. ⁊ facit. c. Jacobus de simonia ꝙ̃-
2 to enim mala † consuetudo magis protenditur tanto magis est detestanda: q꜡ diuturnitas tēporis, peccatũ auget nõ minuit. c. cum tanto in principio de consuetudine ⁊ c. in ecclesie corpore ⁊ c. cum haberet circa fi. de eo qui duxit in matrimonio quam polluerat per adul. ⁊ hoc adeo, ꝙ peccatũ venia-
3 le † redditur propter consuetudinē mortale. §. criminis dist. xxv. ⁊ ꝙ no. gl. in. c. deniqꝫ distin. iiij. Quod maxime procedit ⁊ procedere debet, in hoc casu in quo vt apparet ex petitione parte dicti dñi prioris oblata ⁊ producta, contra Jacobũ Juliani, idem do. prior pretendit, ꝙ de consuetudine pia donatione fideliũ introducta, peti possint pro defunctorũ exequijs tres floreni a ditioribus, duo vero a mediocribus ⁊ decē ⁊ octo grossi, a pauperioribus ꝙ tñ per consuetudinem introduci non pōt. d. c. non satis dicta ergo pretensa consuetudo, dici nõ debet consuetudo. sed corruptella. Preterea cõsuetudo fundatur in tacito cõsensu populi, qui ex frequētia actuũ cum diuturnitate tēporis presumitur. l. de quibus. ff. de legi.
4 Tacitus enim † consensus populi, est proxima causa consuetudinis ⁊ dicunt pet. ⁊ Cy. in. ix. l. de quib⁹ prout ibi ver. quero quot actus refert Bartol. idem volēs ⁊ hoc cõiter tenetur
5 ⁊ ideo ad consuetudinem † introducendam requiruntur tot ⁊ tales actus, quot ⁊ qui verisimiliter peruenerint ad notitiã totius populi vel maioris partis que possit legem ⁊ consequenter consuetudinem inducere prout voluerũt Bar. in. d. l. de quibus. Jo. Andr. ⁊ alij in. d. c. cũ tanto: non eniꝫ pōt consuetudo induci, nisi sciente eo qui pōt legem condere prout voluit gl. ⁊ doc. in. d. c. cum tanto. Et ideo, si consuetudo inducitur a populo, requiritur scientia totius populi, vel maioris partis argumento. l. ꝙ maior. ff. ad municipa. ⁊ l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. ⁊ ꝙ Jo. And. Anto. de But. Joan. de Imo. ⁊ Panor. in. d. c. cum tanto vbi etiaꝫ do. Floren. q. xiiij. ⁊ q. xv. ⁊ glo. in. d. l. de quibus videtur velle, ꝙ requiratur sciētia populi congregati quam Barto. refert ⁊ non impugnat in. d. l. de quibus prout etiam dicit Anto. de Butri. in. d. c. cũ tanto. Et quanuis hoc vltimum scilicet, quod requiratur sententia populi aggregati vel maioris partis ipsius, nõ trãsit sine dubio, sed quod scientia populi aut maioris partis re-
6 quiritur expeditum est: quia † ignorãtia nõ consentit. l. cum quis decedens. ff. solu. matri. l. si per errorem. ff. de iuris. om. iud. l. ij. ff. de indi. ⁊ ꝙ not. Bal. in. c. j. §. preterea quib. mo. feu. amit. in vsib. feudorum.

¶ Est ergo cõsensus populi vel maioris partis necessarius imo ⁊ iam dixi fundamētũ cõsuetudinis, vt voluit Jo. And. ⁊ doc. in. c. cũ tãto. Et ideo si in omni casu nostro, non fuerint facti tales actus, ex quib⁹ resultet verisimilis cõsensus toti⁹ populi aut saltē maioris partis, nõ resultat cõsuetudo prout colligit̃ ex dictis omniũ scribentiũ. Unde cũ vt supponit̃ casu mihi exhibito, quidã soluerint, ⁊ quidã nõ soluerint ꝓ dictis exequijs, non videt̃ deprehēdi determinatus et p̃cisus consensus populi, sed sumus in dubio, an consensus populi adheserit vni parti, scꝫ parti soluēti aut parti nõ soluēti: in dubio autē debemus inherere partib⁹ conuētis, hoc est reis regula fauorabiliores. ff. de reg. iur. c. cum sunt. eo. tit. in. vj. ⁊ l. Arrianus. cũ suis simi. ff. de act. ⁊ obl. Quod maxime proceditur in casu nostro, in quo vt audio dict⁹ do. prior ꝙ̃ sui pretēsi ꝑdecessores, soliti sunt aliqñ pl⁹ extorquere vel exigere ⁊ aliqñ minus, itaqꝫ nõ pōt deprehēdi quid certũ haberet solui, qñ aliquid soluēdũ esset lex autē siue scripta siue non scri-
7 pta vt est cõsuetudo. §. ex nõ scripto insti. de iur. nat. gen. ⁊ ci. dꝫ esse † certa ⁊ manifesta, nõ obscura ⁊ īcerta. c. Abbate. post mediũ. de verb. sig. ⁊ c. erit autē lex. dist. iiij. Preterea vt audio, vniuersitas seu cõmunitas dicti loci, semp ostēdit, signa dissensus: q꜡ a multo tpe ⁊ citra, pluries q̃relauit ꝙ ista exactio funeraliũ seu pro exequijs mortuorum, fiebat indebite a particularib⁹ cõtra eorũ volũtatē: ⁊ ꝯdolere de hmōi exactionib⁹ horũ funeraliũ: quo fit vt ex tũc: nõ fuerit causatus cõsensus, sed potius fuit dissensus ostēsus, ⁊ ex postea gestis p̃sumit̃ in preteritũ, scꝫ ꝙ antea cõmunitas non cõsensisset. c. cũ per bellicã. xxiiij. q. ij. c. ꝓuenit. xviij. dist. ⁊ l. hi qui adulterij. C. de adul. maxime, q꜡ non p̃sumitur mutatio voluntatis arg. l. ei qui mutatã. ff. de ꝓba. Si ergo populus prius tacite cõsensisset, nõ est p̃sumendũ, ꝙ postea dissentiret prout dissensit, ⁊ hodie dissentit. Et licet nõ videat̃ verisimilitudo, nimiũ arctare tñ nec forte ex aduerso habetur aliquid qd nimiũ arctet ꝓpter pō appareat de cõsensu inducēdi cõsuetudinē attento ꝙ isti actus, nõ sunt actus qui cõiter fiant palam ⁊ etiã attento ꝙ etiã cõtrarij actus interuenerũt, q꜡ scꝫ aliqui non soluerũt. Et q꜡ illi qui affirmatiue interuenerunt nõ fuerunt vniformes seu cõformes: q꜡ aliqui plus ⁊ aliqui minus, ⁊ in-
8 super attēto, ꝙ si fuerũt sponte p̃stita ipsa † funeralia, illa sui natura, sunt talis cõditionis, ꝙ non videntur fieri ex obligatione vel animo se obligãdi: q꜡ ex his que gratis ⁊ liberaliter cõferũtur, nõ solet esse anim⁹ obligationē inducēdi argumēto eius qd not. gl. ⁊ doc. in. l. solent. ff. de offi. ꝓconsul. de rustico qui multis annis portauit alicui pone vni nobili par caponum, ⁊ quod scribit Bartolus in lege, cum de in reꝫ verso ff. de vsuris. Et quanuis per decenniuꝫ continuauerit quis ire ad molendinum vel ad furnum alterius, et sic lucrum sibi attulerit, non propterea inducitur consuetudo aliqua vel presumptio, quod in futurum, hoc facere teneatur vt voluit Cynus in lege, prima ⁊ secunda. C. de seruitutibus ⁊ aqua. Alber. C. que sit longa consuetudo super rubrica versiculo quid ergo si lõgissimo tēpore totus populus ⁊c. canoniste in capi. significante de appellationibus multas remissiones ponit petrus de peru. in dicto consilio ducentesimo nonagesimosexto versiculo si itaque. Ponit etiam in sequentibus versiculis multa similia que non refero.

¶ Non nego, quin potuissent fortasse interuenire vt actus ⁊ tales, ⁊ adeo vniformes seu conformes, ⁊ tanto tempore ⁊ talibus circunstãtijs, ꝙ tacitus consensus populi resultaret, ꝙ ita voluisset consuetudinem inducere, ⁊ tunc procederet. c. ad apostolicam ⁊ ꝙ ibi doct. de simonia ⁊ ꝙ no. doc. in. c. abolēde.

Sed attento, quod actus non fuerunt vniformes, et quod quidam soluerunt, et quidam non, iuncta natura et qualitate huiusmodi funeralium de quibus queritur, et etiam tali dissensu et contradictione populi postea sequuta, ista simul conglutinata, videntur arctare, quod non fuit inducta aliqua consuetudo arctatiua, ad aliquid faciendum hoc est, vt ditiores tres flore. soluerent, mediocres vero duos, et pauperes decem et octo grossos que enim singula non iuuant, multa prosunt. c. cum causam et ibi gl. et doc. de probatio. et Alex. de Imo. consi. xix. exordien. in his que in themate narrata sunt ver. que singula in. iiij. volu. Et ita eleganter consuluit vt super dixi Pe. de peru. in d. consi. cccxvi. vbi etiam col. fi. respondet nonnullis contrarijs per eum factis, in principio eiusdem consilij, super quibus non insisto, causa breuitatis.

1 Notarius non dicitur publicus, nisi talem se esse probet.
2 Falsum committi, si scribatur factum esse, quod factum non est.
3 Notarij fidem in instrumentis attendi.
4 Falsitas commissa in vno capitulo substantiali, an totum viciet.
5 Notarium posse ponere clausulas consuetas, quomodo intelligatur. et nu. 6.

Epitome.

Instrumentum sumptum per eum qui non est notarius publicus non valet, neque probat contenta in eo.

De fid. instru. Consi. cccxcix.



SI Theobaldus Bayesti parochie Bressonis, negetur fuisse notarius publicus tempore receptionis cuiusdam pretensi instrumenti facti de quadam pretensa donatione inter viuos, quam de anno domini M. cccccx. et die xiiij. mensis May. fecisse pretenditur honesta mulier Claudia filia Joannis fabri magistro Bartholomeo gaterij eius marito, huiuscemodi pretensum instrumentum non valet, nec probat donationem esse
1 factam nisi appareret et doceatur eum fuisse notarium publicum quod procedit, etiam si fuisset in possessione, seu quasi notariatus et multa pretensa publica instrumenta confecisset vt voluit Azo. in summa in authen. de fi. instr. colla. vj. Ja. de Are. in quadam sua dispositione exord. Quero ego produco contra te instrumentum qui de ceza in. l. decernimus. C. de sa. sanc. eccle. Ja. de belloui in quadam sua dispositione que incipit cauetur aliquo iure, quod electio etc. quam ipsa postea posuit post. l. ij. C. quo. et quam inde eandem opinionem tenuit And. de pisis. in. l. Barbarius vbi etiam Gul. de cu. ff. de offi. preto. et idem etiam ibi Reyne. et Oldr. Spec. tit. de instru. edi. §. restat. ver. quid si is non est notarius. Jo. And. in addi. Specu. in d. §. restat et in addi. que incipit ad intellectum illius etiam sequitur Martinum siluani preceptorem suum idem etiam An. de But. i. c. j. de. fi. instru. Bar. in. l. actuarios. C. de actua. et numera. li. xij. et. in. l. herennius vbi bonus tex. C. de decurio. li. xj. Bal. in. l. j. q. vj. C. de testa. vbi etiam idem voluit Alex. de Imo. et Bal. in d. l. barbarius. Jo. de Imo. in. l. ad testium. §. conditionem in. fi. ff. de testa. et secundum hanc opinionem consuluit Alex. de Imo. consil. cxxxviij. exor. oportune consideratis his que in themate in. j. vol. vbi conuenerat doc. predictos et eorum motiua, que non transcribo respondet etiam idem soleuis doc. multis contrarijs et idem voluit do. Jas. de may. in d. l. barbarius ver. extra glos. querit Bar. vbi post recitationem multorum tenentium opinionem contrariam, subiungit quod d. j. opinio proculdubio est vera et communis, et quam intrepide teneri mandat, et illam esse communem, etiam scribit Alex. de Imo. in d. consi. cxxxviij. circa principium ver. Et per predicta apparet hanc esse magis communem opinionem illam etiam fatetur communem do. feli. in d. c. j. v. Et pro communi opinione facit gl. de fi. instru. Et hanc opinionem tenuerunt, non solum doc. prefati. Sed etiam multi alij, quorum aliquos commemorat do. feli. in d. c. j. v. Quamuis Bal. post multa aliter dicat. Et multo plures commemorat do Jas. in d. l. Barbarius v. contraria opinio proculdubio est vera. Unde cum hec opinio sit communis, non est ab illa in iudicando aut consulendo recedendum. c. ver. crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. et c. in canonicis v. in eis vbi distin. ix. et quod no. Host. Jo. and. et doc. in. c. j. de const. et doc. in. l. fi. C. de pe. iudi. qui ma. iudica. Et quamuis quidam, quos commemorat do. Fe. in d. c. j. v. item requiritur quod sit confectum, videantur sensisse contrarium horum tamen opinio etiam si vera esset, non nocent. d. Jo. Fabri. pro eo, quia vt dicit idem do. Feli. vbi supra v. Et loquuntur isti etc. dicti doc. loquuntur in eo pretenso notario qui multa fecit instrumenta et longo tempore, puta x. annis, quod non reperitur dictus Theobaldus fecisse nec multa pretensa instrumenta recepisse. Sed pauca prout etiam super hoc interrogatus confessus est, et respondit. Concludo igitur sup isto articulo quod nisi idem Theobaldus probatur fuisse publicus notarius, dictum pretensum instrumentum non valet nec probat dictam pretensam donationem: non enim ei credendum est quod notarius creatus extiterit a comite palatino, cuius etiam nomen ignorat, et de cuius facultate non apparet. Et vbi probaretur quod dictus Theobaldus esset publicus notarius vel vbi vera esset alia opinio, de qua supra scilicet quod probare sufficeret dictum Theobaldum fuisse longo tempore in possessione seu quasi notariatus, quod ipse multa instrumenta confecisset communiter habitus et reputatus pro publico notario adhuc non valeat dictum pretensum instrumentum, nec fidem faceret. Pro eo quia in eo fuerunt apposite aut descripte due aut tres clausule, quas ipse non recitauit tempore facte publicationis nec eas intelligebat. Et signanter illam, que pretenditur fuisse renunciatum statuto Delphinali confecto super non faciendis donationibus inter viuos, nisi cum certa solennitate, et quod si aliter fiant decernuntur regulariter nulle. Per descriptionem igitur seu appositionem huiuscemodi clausularum. Et signanter illius que supra recitaui mutata est veritas;
2 quia scriptum est factum esse quod factum non est. Et sic fuit falsum perpetratum seu commissum. l. quid sit. ff. ad. l. corne. de fal. l. Paulus. ff. de ver. signi. et auth. de instr. caute. et fid. circa principium colla. vj. Et quia ista falsitas contigit vitio notarij scientis se clausulas predictas non recitasse. Totum instrumentum redditur suspectum: quia presumitur etiam in alijs capitulis falsum quia in instrumentis attenditur
3 fides notarij. l. si quis aliquid. §. de suscepto et Archy. lib. j. et quod no. gl. in. si quis ex argentarijs. §. j. ff. de eden. vitiatur igitur fides totius instrumenti arg. c. si ad sacras. x. dist. et c. quanto de his
4 que fiunt a prelato sine consensu capituli. Et quod propter falsitatem commissam in vno capitulo substantiali aut circunstantijs illius vitietur totum instrumentum, voluit Jo. and. in. c. fraternitatis col. j. de hereti. Pro quo allegat, in argumentum. c. pura. iij. q. ix. c. non liceat de consecratione dist. iiij. l. cum eiusdem. ff. de edili. edic. et expressius dicit facere ad hoc dictum. c. si ad sacras idem voluerunt Reyn. Cy. et Bar. in. l. si ex falsis. C. de transact. vbi etiam col. fi. ver. in ea gl. Ar. quod instrumentum non est totum vitiosum etiam idem tenuit ibi Alex. de Imo. ver. in ea. ibi item nota in hoc pulchro et quotidiano articulo qui late et eleganter hunc articulum prosequitur idem etiam voluit ibi do. Jas. col. fi. ver. in tertia parte glosse in isto notabili passu. vbi etiam dicitur quod Barto. et alij magis communiter hoc tenent idem tenentibus hosti. in. c. qui falsam. put ibi char. pen. ver. ideo dicit hostien. quod vltimum etc. de prob. non est autem dubium quin dicta falsitas fuerit commissa vel in substantiali vel in circunstantiali illius. Sed forte opponetur, quod notarius posset apponere in instrumento, non solum clausulas recitatas sed etiam alias consuetas, scilicet apponi in instrumentis. l. fina. et quod ibi Bal. C. de fideiusso. et quod no. do. Feli. in. c. ex literis versi. septima et vltima declaratio de fi. instr. et do. Jas. in. l. vt liberis. C. de collatio. et in. l. certa conditio. §. si nummos et multis sequentibus. ff. si cer. peta. de quo etiam aliquid ponit Alex. de Imo. in. l. huiuscemodi in fi. principij. ff. de lega. j. Sed respondeo,
5 quod hoc non obstat, quoniam illud quod dictum est notarium posse apponere clausulas consuetas, intelligitur de clausulis communiter, et vt plurimum seu in plurimis consuetis secus vero si raro, vt singulariter probatur in. l. seyo. §. medico. ff. de annuis lega. et quod ibi not. Bart. ita limitans id quod consueuit dici procuratorem posse consueta et allegat in simili. l. fistulas. §. frumenta. ff. de contrab. emp. et vend. Ad quod bene facit. c. quod translatione in verbo sepe. de offi. lega. Et hoc voluit domi.
6 Feli. in d. c. ex literis. ver. ij. consideratio est. vnde cum non communiter nec vt plurimum vel vt in plurimis consueuerit renunciari dicto Delphinali statuto, non potuit dictus Theobaldus dictam renuntiationis clausulam, in dicto asserto instrumento describere cum etiam esset prohibitus, per idem statutum sub pena priuationis officij tabellionatus de dicta donatione instrumentum recipere vt ex illius tenore clare apparet. Non debuit ergo dicta clausula apponi, et propter illius appositionem et aliarum et maxime illius videtur dictum instrumentum fuisse et esse falsum. Et sic nullam facere fidem. Verum quia vt audio super hoc planius scripsit do. honoratus riquerij iurium professor vlterius non insisto. Que omnia etc.

1 Libellus generalis et obscurus, non est addmittendus.
2 Actor agens actione personali exprimere debet causam remotam. et nu. 3.
4 Mercator ad hoc vt quis dicatur quid requiritur.

Epitome.

Libellus per actorem productus ita debet esse certus et clarus vt valeat reus deliberare, an contendere, an liti velit cedere.

Libellus

¶De edendo. Consi.cccc.



Libellus qui parte actoris contra reũ producitur vel offertur, debet ideo esse clarus vt reus possit ꝛ valeat super eo deliberare an sibi cedere debeat aut potius contendere.l.edita actio.C. de eden. Et
1 hinc † est, ꝙ libellus generalis ꝛ obscurus maxime parte opponente non est admittẽdus, sed repellendus.d.l.edita.l.fin. C.de anna.excep.ꝛ.c.fi.de libel.obla.ꝛ qđ scribit Spe.ti. de libel.concep.§.fi.ver.cautus etiam sis. Anto.de But. ꝛ Pan. in.c.fi.de libel.obla. Pau.de Castr. ꝛ Alex.de Imol. in.l.j.in prin.ff.de eden. Pau.de Castr.in.d.l.edita.vbi etiã do. Jas.
2 Hinc etiam est, ꝙ † qñ agit actor actione personali non sufficit ꝙ ipse exprimat causam ꝓpinquam, sed opus est exprimere causam remotam, vt verbi gratia. Si petat quis a me centum, exprimere non sufficit, ꝙ in illis sim eidem obligat⁹ siue obnoxius, sed opus est exprimere causam remotam, an scꝫ ex causa mutui vel ex causa venditionis vel alia hmõi.d.c.fin. ꝛ qđ ibi Inno. ꝛ Panor.in.c.significationibus vel in personali debet quis exprimere causam vbi etiam alij de libel.obla de quo etiam multi scribunt in.d.l.edita ꝛ allegata.l.j. in princi.
3 ff.de edẽ. Et nisi causa † remota exprimatur, non tenetur reus tali libello tanquam generali ꝛ incerto respondere: prout ꝛ dicit Panor.vbi supra ꝛ dicit Bal.in.d.l.fi.qđ stultus est reus, qui super tali libello passus fuit litem secũ cõtestari. Cũ itaqꝫ quidã pretẽsus libellus parte nobiliũ Caroli de chelucio chãcono Nicolai ꝛ Christophori de boxio pretensorũ mercatorũ ꝛ campsorum contra ꝛ aduersus nobilem Joachinum Aydini productus fuerit ꝛ sit generalis, ꝛ obscurus, vt pote causam pretense expeditionis, certarum pretensarum pecuniarũ non exprimens nec opportune declarãs causaꝫ ꝓ qua aut propter quam, expedite extiterint nõ fuit nec est dicto pretẽso libello respondendum nec lis super eo per dictũ Joachinũ cõtestanda. Cui dicto non obstat, qđ ex aduerso pretenditur dictos scꝫ nobiles actores seu agere satagentes ꝛ reũ esse mercatores, ꝛ ꝙ ꝓpterea inter eos solũ attẽdi debeat ipsa sola equitas, ipsa sola veritas, ipsa sola fidilitas, bonũ nomẽ et fama: ꝛ inter quos, ex bono ꝛ equo, solo iure gẽtiũ vel naturali inspecto ꝛ cõsiderato ac attento est iudicãdũ. Tuꝫ quia nec apparet, nec oppositione deducitur ꝙ ipsi ꝛ presertim agere satagentes, sint vel essent mercatores, qui gaudere debeant
4 priuilegio mercatorum qꝛ † ad hoc non sufficit, ꝙ artem mercantilẽ exerceãt sed requiritur ꝙ maiorẽ partẽ suarũ substantiarũ in mercantili negotiatione habeant, vt scilicet Bar.in. l.semper.§.negotiatio ꝛ per illum tex.ff.de iure immunita.et de nauicularijs super rubrica libero.xj. Alex.de Imo.consil. cviij.exordiẽ.viso themate suprascripto ꝛ his que copiose in eo scripta sunt col.j.in.iiij.vol. ꝛ do. Jas.in.l. scriniarios.versicu.circa mercatores descriptos.C.de testa.mili. Et idẽ videtur dicendum de cãpsoribus huiusmodi aũt non sũt, nec esse proponuntur dicti actores. Tũ ꝛ qꝛ non apparet, ꝙ causa predicta fuerit vel sit mercãtialis. Tum ꝛ qꝛ si de ea forte appareret, vel si causa que exprimi debuit, exprimeretur, satis cognosceretur, an sola equitas, sola veritas, bonum nomẽ ꝛc. fama ac ius gentium ꝛ naturale attendi debeat. Pro quo pro nũc allegasse sufficiat, ea que scribit do. Anto.flo.archiepi.in secunda parte sue summe tit.j.c.vij.§.v.exordi.exercetur insuper ꝛ ꝙ alicubi dicit beatus Berna.ꝙ talia aguntur cũ dãno proximi recipientis scilicet pecuniam.qꝛ experientia teste que magistra est omniuꝫ talia sunt hodiernis tẽporibus subiectio ꝛ restitutio omniũ ciuitatũ hec ille. Ex quibus premissis etiam infertur, casum de qua in dicto pretenso libello non esse mercatoribus remmittendũ. Sed potius dictũ nobilem Joachinũ propter ineptitudinem dicti libelli ab instantia cũ expensis relaxandum. Preterea contra eosdem nobiles Carolũ de chelucio chanconem Nicolai ꝛ de boxio fuit parte dicti nobilis Joachini oblat⁹ libellus super restitutione in integrum ex capite minoris etatis ꝛ grauis imo enormissime lesionis, quem non est dubium per eum tanquam vere minorem.xxv.annis tempore pretense institorie deputationis de Antonio martini seu etiam asserte patiẽtie dicti nobilis Joachini potuisse produci ꝛ ex capite huiusmodi lesionis cum vt creditur de graui ꝛ immodica imo enormi lesione docuerit, debuisse ꝛ debere in integrum restitui.l.sed ꝛ si pupillus circa principium.ver.Sed ꝛ si minor vigintiquinqꝫ.ff.de instito.actio. pendente autem causa restitutionis huiusmodi nihil debet innouari.l.circa.C.de in integ.restitu.postula. Et ita ꝛc.

1 ¶Testatorem statim se correxisse, in dubio, non est presumendum.
2 Clausula vna testamenti, declaratur per aliam.
3 Cõfessio interpretando valet, que alias non valeret.
4 Articulos seu positiones contrarias producens, ad tollẽdã contrarietatẽ, qualiter debeant intelligi.
5 Argumentationem esse bonam, de contractibus ad vltimas voluntates.

¶Epitome.

¶Testator habens tres filios, si duobus leget quasdam portiones, ꝛ tertium heredem suum vniuersalẽ ꝛ insolidum instituat, substituendo hunc insuper, dictis duobus legatarijs, casu quo sine liberis decedãt ꝛ addat insup alias substitutiones istis, decedente altero ex legatarijs predictis, censetur eiusdem successioni pretulisse heredẽ alteri legatario vt ibi.

¶De insti.ꝛ substi.ꝛc. Consi.cccci.



Punctus questionis talis est, dudũ fuit in rerũ natura nobilis et generosus vir Bertrandus de balma, dominus suze ꝛ cyriaci. Qui dudum anno scꝫ dñi M.cccclxxxj.ꝛ die octaua mensis Junij fecit ꝛ condidit eius vltimũ ꝛ nũcupatiuũ testamẽtũ sufficiẽte testiũ numero ꝛ alijs de iure requisitis fulcitũ ꝛ roboratũ, in quo inter cetera legauit ꝛ iure institutionis reliqt, nobili Joãni de balma ei⁹ filio naturali ꝛ legitimo, castrũ, iurisdictionẽ, dñiũ ꝛ seignoriã dicti loci cyriaci, ꝛ alia de qb⁹ ibi. Et nobili Ludo. etiã eius filio naturali ꝛ legitimo legauit ꝛ iure institutionis reliquit mille scuta auri valoris triũ milliũ flo.monete tunc currentis ꝛ in predictis respectiue ꝛ alijs in testamẽto hmõi plenius expressis, eosdẽ nobiles Joannẽ ꝛ Ludouicũ heredes suos particulares istituit ꝛ reliqt hẽdẽ vero suũ vniuersalẽ solũ ac insolidũ ꝛ vnicũ instituit ꝛ proprio ore nominauit nobilẽ ꝛ generosum virũ Petrũ de balma eius primogenitũ filiũ naturalẽ legitimũ, ꝛ dictis Joãni ꝛ Lud.ꝛ eorũ cuilibet qñcunqꝫ ab humanis sine libero seu liberis de legitimo matrimonio ꝛ ex eorũ proprijs corporibus procreato seu ꝓcreatis decederẽt, substituit dictũ nobilẽ Petruꝫ. Et si dictus nobilis Petrus quãdocũqꝫ sine libero vel liberis de legitimo matrimonio ꝛ de suo proprio corpore procreato seu procreatis ab humanis decederet, substituit dictũ nobilẽ Joannẽ, ꝛ si dictus nobilis Joãnes sine libero vel liberis de suo ꝓprio corpore ꝛ de legitimo matrimonio ꝓcreato aut procreatis ab humanis decederet, substituit dictũ Lud. Et si omnes tres ab humanis decederẽt sine prole legitima, eisdẽ substituit ꝓpinquiorẽ siue ꝓpinquiores sui ipsi⁹ testatoris, gñeris in gradu parẽtelle. Et si tpe mortis.d.nobi. Pet.heredis.d. nobilis Joãnes nõ esset i hũanis nec eẽt ex eo aliq liberi masculi, voluit ꝛ ordinauit idẽ testator suã hẽditatẽ ꝛ bõa sua ꝑuenire ad nobi.Lud.ꝛ liberos suos masculos eũdẽ Ludo.in euẽtũ dicti casus substituẽdo. Deinde võ.d.nob. Bertrãdus ꝑmanẽs in volũtate hmõi, vita functus est, ꝛ ab humanis decessit, superstitibus ꝛ sibi supuiuẽtibus.d.nobi.Pet. Joãne ꝛ Ludoui.ac etiã reuerendo patre Carolo de balma suo filio naturali ꝛ legitimo cui etiam aliqua legauit ꝛ iure institutionis reliqt. Post cui⁹ nobi.Ber.mortẽ ꝛ decessum.d.nobi.Petrus, bonis ꝛ hereditati eisdẽ se immiscuit.ꝛ ꝓ ipsius vniuersali herede, insolidũ ꝛ vnico se gessit ꝛ gerit dicti ver.nobiles Joãnes ꝛ Lud.bona eisdẽ legata ꝛ relicta, acceptarũt ꝛ agnouerũt. Successu vero tpis, vita functus est, ꝛ ab humanis sine liberis decessit, d.nob. Joan.prius cõdito ꝑ eũ eius vltimo ꝛ nũcupatiuo testamẽto sufficiẽti testiũ numero ꝛ alijs de iure reqsitis fulcitũ ꝛ roboratũ in quo inter cetera, heredem suum vniuersalem instituit, ꝛ ore suo proprio nominauit dictum nobilem Petrum.

¶Quesitum est, an substitutio dicto nobili Joãni facta, per dictum quondam nobilem Bertrandũ, sibi locum vendicauerit in personam dicti domini Petri, an vero in personam prefati nobilis Ludouici. Pro cuius dubij solutiõe premitto, quod hec dubitatio, ex eo oritur ꝛ insurgit qꝛ dictus quondam nobilis Bertrandus in prima substitutione per eum facta, substituit dictis nobilibus Joãni ꝛ Ludouico ꝛ eorum cuilibet si sine liberis ꝛc. dictum nobilem Petrum in tertia vero substitutione per ipsum nobilem Bertrãdum facta substituit idem Bertrandus dicto nobili Joanni prefatum Ludouicum. Et sic dictus nobilis Petrus in prima substitutione substitutus est ipsi Joãni in.iij.vero non ipse Petrus sed ipse Ludouicus dicto Joani substitutus est, ꝛ hinc contin-

git dicta dubitatio et controuersia inter eosdem nobiles Petrum et Ludouicū. Et sunt, vt audio, qui opinantur substitutionem factam predicto Joanni de dicto Ludouico sibi locū vendicasse. Ego vero contrariū existimo esse verius, quod patet si attendatur voluntas testatoris, qui primo heredem vniuersalem instituit dictum Petrum, et deinde dictis Joāni et Ludouico et eorum cuilibet eundem Petrum substituit si decederent sine liberis etc. Et ista fuit mens sua non tacita, sed verbis clarissimis expressa, quod moriente vno ex illis, bona et portio sibi relicta, non ad alterum superstitem, sed ad dictum Petrum peruenirent, et ambobus morientibus peruenirent ad eūdem Petrum. l. Lucius. §. Caio cum suis similibus. ff. ad trebellia. Unde licet postea in dicta tertia substitutione dicto Joanni substituerit non ipsum Petrum, sed dictū nobilem Ludouicum, non propterea censendus est idem testator dictam primam substitutionem reuocasse, aut ab ea discessisse, quia non est presumendum in dubio, quod idem
1 testator, se † statim vel incontinenti correxerit. l. non ad ea. ff. de condi. et demonst. et signanter cum dicte substitutiōes possint et valeant imo debeant sic intelligi vt contrarietatē aut repugnantiam non contineant, et vt per tertiam substitutionem non censeatur prima fuisse reuocata: intelligendo scilicet primam substitutionem factam de ipso Petro ipsi Joāni et Lud. aut eorū alteri supuixisse. Et ita etiā sonāt vba. Et intelligendo tertium si iā mortuo et vitafuncto dicto Petro prefatus Joānes ab humanis sine liberis decessisset. Et hec distinctio pro euitanda repugnantia seu reuocatione fienda est. j. constitutione codicis. §. quibus. et quod ibi per Bartol. et docto. et quod not. Barto. in. l. fi. §. idem quesijt. col. j. versic. circa predictam clausulam. ff. de condi. indebit. et hoc clarius expressit dictus testator, in quinta substitutione per eum facta, in qua voluit et ordinauit, quod si tēpore mortis dicti nobilis Petri heredis vniuersalis, prefatus nobilis Joannes non superesset in humanis, et non essent aliqui masculi ex eo dictam suam hereditatem et bona sua peruenire ad dictum nobilem Ludouicum et liberos suos masculos eundem nobilem Ludouicum et suos in euētum dicti casus, substituendo. Et sic quāuis dicto nobili Petro immediate substituerit dictum Joannem, ipse tamen voluit, quod si nec ipse Joannes nec aliqui eius liberi masculi superessent, bona et hereditatē eiusdem peruenirent ad ipsum Ludouicum. Quo fit, vt etiā sensisse videatur dictus testator, quod ita demum si moriente Joanne non superesset dictus nobilis Petrus bona et hereditas eiusdem Joannis peruenirent ad dictum Ludouicum, prout in dicta tertia substitutione. Sed si moriente Joanne superesset Petrus, heres vniuersalis, prout superfuit voluit ipse testator, quod bona sua peruenirent ad dictū Petrum prout habetur in dicta prima substitutione facta de eodem nobili Petro dictis nobilibus Joanni et Ludouico et
2 eorum cuilibet, vna† enim clausula testamenti, declaratur per aliam. l. qui filiabus. in principio. et. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de legat. j. Preterea quod dicte due substitutiones, prima scilicet et tertia. debeant reduci ad cōcordiam vt sic prima intelligatur vt prediximus iam facta prefatis Joanni et Ludouico de dicto Petro herede, si tempore eorum mortis superesset idē Petrus, et tertia censeatur facta dicto Joanni de dicto Ludouico eo casu quod ante mortem Joannis, ab humanis decessisset dictus Petrus. Et sic euitetur cōtrarietas et correctio seu imutatio prime voluntatis potest optime persuaderi per id quod post Pe. et qd in vlti. questione scribit Bal. in. l. cum falsa. C. de iuris et facti ignorā. vbi volunt doc. prefati, quod si confitearis eū librū esse tuū et meū quod esse nō pōt. l. si vt certo §. si duobus. ff. comoda. debeat cōfessio tua sic intelligi, et interpretari, vt nihil contrarietatis contineat. Et sic debet intelligi, quod fueris confessus, librū esse pro parte tuū, et pro parte meū,
1 lunt.ꝙ rex ⁊ alij domini temporales,non habeãt fundatam eorum intentionem de iure communi super dominio rerum particularium infra suos limites positarum,⁊ sic non ex hoc solo habeat fundatam intẽtionem dominij,ꝙ res sint site infra limites regni seu terrarũ. Et hoc etiam procedit in imperatore.l.bene a zenone.⁊ qđ ibi gl.⁊ doc.C.de quadri. prescri. Et non solum non fundant domini temporales de iure communi,eorum intentionem quoad plenum dominium rerum particularium sitarum infra limites terrarum hmõi,sed nec quoad dominium directum quando scilicet censeantur feudales vel emphyteutice ⁊ sic teneri ⁊ possideri de ⁊ sub dño directo eorundẽ:per id qđ scribunt Host.⁊ Jo. And. in.c.fi.in verbo respondere de iudi. ⁊ in dicto capitulo nimis vbi etiã Panor.⁊ idẽ not. Joan. And.in addi. Spec.titu. de feud. §. quoniam versic.xxj.in additione incip.cessante. Bald.in capitulo secundo tit. si de feud.fuerit controuersia, inter dñm ⁊ agnatos ⁊ in.l.libertas.ff.de sta.homi. ⁊ in multis alijs locis. Alexand.de Jmol.consilio.xv.exordiente visis narratis in themate col.j.in.v.volu. Pau.de Cast.consil. clxiij.exord. in causa quam magnificus dñs titius habet cum domina thelen.col.j.do. Jac.de sancto Georg.in suo tract.de feu. Super verbo de castro rubei montis.versi.item quero,an castrũ presumatur esse feudale Franc.de Cur.consi.lxv.exord. Ludouicus Rotarius habens filios sex.⁊ alij in alijs locis. Et licet Host.in capitulo si diligenti col.j. Super verbo sicut tota versi. item argumentum de prescrip. dixerit ibi esse argumẽtum, ꝙ comites ⁊ alij dñi temporales fundent eorum intentionem de iure cõmuni,quãtum ad res particulares sitas infra limites sue terre, sicut ⁊ illam fundat quoad ecclesias ⁊ basilicas,tamen idem solennis doc.se ibi remisit ad per eum not.in dicto capitulo fi.de offic. Archidia.vbi vt dixi,tenuit contrarium,ad quod multi non aduertunt,per dictam enim remissionem videtur id ipsum repetijsse in dicto cap. si diligenti.argumento.l.asse toto.⁊ qđ ibi Bald. Ang.⁊ Joan. de Jmol.ff. de here.institu. Et licet Pau. de cast. videatur voluisse contrariũ in.l.j.in princ.ff.de acquir.poss.quatenus inibi voluit, ꝙ si non esset ad quem pertineant aliqua mobilia nec reperiantur a priuatis occupata,non tamen presumantur esse in bonis nullius. Sed censeantur esse illius reipublice vel castri.in cuius territorio illa sunt sita:hoc tamẽ in casu de quo queritur non suffragatur dicto reuerẽd.dño. Tum qr Paul.de Cast.nihil allegat,cui ꝑpterea fortasse dici posset, ꝙ tunc erubescimus cum sine lege loquimur.l.illã.C.de col. ⁊ authen.de tri.⁊ semi.§.j.colla.iij. Tum ⁊ qr,Pau.de Cast loquitur eo casu,quo non constat ad quem aliqua bona immobilia pertineant. Et que non reperiuntur a priuatis occupata,quod non fuit in casu nostro. Quia esto ꝙ non apparet ad quem locus de quo in actis ⁊ in quo est plantata vinea, pertineret,tamẽ apparet,ꝙ ille ante concessionẽ de loco huiusmodi factam, nobili quondam viro Joanni Arnaudi, occupatus extiterat.⁊ ꝑ patego tentus ⁊ possessus per vniuersitatẽ ⁊ homines dicti loci de busenijs quadraginta annis ⁊ vt ponitur in casu mihi misso spatio temporis de cuius initio ho-
2 minum † memoria non existebat tanti autem temporis possessio habet vim priuilegij ⁊ tituli. l. hoc iure.§.ductus aque ff.de aqua.quoti.⁊ esti.l.j.§.fi.ff.de aqua.plu.arcẽ.c.hoc quippe.iij.questio.sexta.cap.super quibusdam.§. preterea. de vb. signifi.⁊ cap.primo in fin.⁊ qđ ibi glo.de prescrip.in vj. Tum ⁊ qr Franc.de Aret.doct.profecto solennis,dictum Pau.de Cast.impugnat in dicta.l.j.in princ.⁊ per rationes suas, vbi etiã cõtra Pau.de cast. allegat Bar. Qui cuius autoritatis fuerit ⁊ sit ⁊ in iudicijs ⁊ in scholis,nemo est qui nesciat. Sũt
3 † enim qui dicunt eum lucernã iuris ciuilis, alij gloriantur, ꝙ eum in preceptorem habuerint. Alij ꝙ fuerit illuminator iuris ciuilis. alij ꝙ fuerit lumen. alij, ꝙ fuerit summus doctor ⁊ ꝙ in eo solet esse substantia veritatis, sequenda in iudicando ⁊ cõsulendo.alij ꝙ accessores nolunt ab eius opinione recedere. Francis. de Areti.ꝙ fuerit pater iuris ciuilis ⁊ Panormit.refert Bart.omnium iudicio cunctos scribentes in equitate ⁊ veritate excellere. Et hec colliguntur ex cõsilio Papiensis collegij qđ est.lvj.inter consilia Francis.de Cur. exordiens. super eo ꝙ ab ordine nr̃o requisitum fuit. Tum ⁊ non obstat dictum Paul.de Castr.quia licet Bartho. Soci. ipsum alleget.consi.clxxxj.exordiente visis capitulis translationis.versiculo circa secundam questionem in secunda parte.ipse tamen versiculo aliquando ⁊ secundo,⁊c.dicit,ꝙ quãdo res sunt infra fines alicuius dominij, vel castri,nec possi-

dentur per aliquem, nec apparet cuius sint, ⁊ tunc forte com-
munitas habet fundatam intentionem ⁊ ita loquitur Paul.
de Castro in dicta.l.j.in princ. quod tamen idem Bartholo.
Soci.dicit se non firmare. ⁊ sic non est verum ꝙ Socinus ibi
sequatur Paul.de Castro. Idem etiam Soci.in dicta.l.pri-
ma in princ.in versiculo. Sed in presentiarum potes notabi-
lius respondere, ⁊c. dicit, ꝙ aliquando quis habet iurisdi-
ctionem territorij. Et tunc non valet argumentum, ꝙ pro-
pterea habeat dominium particularium rerum in territorio
existentium, qđ procedit etiam in imperatore, vt superius di
xi ⁊ ita etiam procedit text.in capitulo.j.§.si quis.in secundo
responso.titu. quib. mod.feud.amit.ibi etiam dicit Baldus
4 ꝙ † aliud est habere dominiū terrarum, aliud est habere iu-
risdictionem ⁊ districtum, aliquando vero quis habet domi-
nium territorij cum iurisdictione, vel sine. Et tunc non est
aliud quam habere dominiū vniuersorum agrorum existen-
tium in territorio, capitulo cū Bertoldus circa principium
in verbo cum vniuersitate de re iudicata in dicto.§. item si
quis primo responso. Et ex hoc infert Bald. ꝙ fundata est
intentio habentis dominium totius territorij ⁊ vniuersita-
tis agrorum ideo, si hoc casu quis velit hanc intentionem
excludere quoad rem aliquā, probare debet dominum ⁊ pos-
sessorem illius rei quam vult ab ipsa vniuersitate excludere
l.edes sacra.ff.de contrahen.emp. ⁊ vend. Sed istud non suf
fragatur reuerendissimo domino, quia non est probatum, ꝙ
dicta Ebredunensis ecclesia, vel dictus Reuerendissimus
eiusdem ecclesie archiepiscopus, habeat dominiū totius ter-
ritorij loci de briserijs, ⁊ hoc siue cum iurisdictione siue sine
illa: quod non est aliud secundum eundē doctorem quam ha-
bere dominium vniuersorū agrorum, in territorio existen-
tium. Et per hec patet responsio ad primum quesitum.

¶ Ad secundum dico ⁊ respondeo, quia cum vt predixi, di-
cta Ebredunen̄. ecclesia, seu reuerendissimus dominus Ar-
chiepiscopus eiusdem non fundet eius intentionem de iure
communi, quoad dominiuȝ prediorum ⁊ rerum in dicto loco
de briserijs ⁊ eius territorio existentium questio non proce-
dit. Et si procederet ⁊ supponatur, ꝙ vniuersitas ⁊ homines
locum de quo in actis pro patego possiderent per tempus de
cuius initio aut contrario memoria hominum non existit,
obstetisset predicto domino Archiepiscopo, exceptio prescri
5 ptionis quia vt predixi, possessio † tanti temporis habet vim
priuilegij ⁊ titul.dicta.l. hoc iure.§.ductus aque. ff.de aqua.
quoti. ⁊ esti. ⁊ preallegato.capi. super quibusdam.§. preterea
de verborum significatio. ⁊ capitulo, primo in si.de prescrip.
in.vj. Quinimo ⁊ si non tanto tempore possedissent. Sed so-
lum quadraginta annis ⁊ bona fide ad huc videntur prescri-
psisse contra predictam ecclesiam capitulo de quarta ⁊ capi-
tulo illud de prescriptio. ⁊ auth.de ecclesia.titulis.§.pro tem-
poralibus autem colla. ix. ⁊ transumptiue in authenti. quas
actiones ⁊ quod ibi scribentes.C.de sacrosanctis.ecclesijs.

¶ Ad tertium dico ⁊ respondeo ꝙ licet nobilis quondam
Joannes Arnaudi ⁊ post eum Claudius ⁊ Antonius eius
filij ⁊ heredes dictum pategum seu locum qui olim pategum
extiterat ⁊ deinde conuersus est in vineam cum titulo posse-
derint videatur prima facie presumi bona fide possedisse. l.
6 penult.cum suis similibus.C.de euicti.tamen ad hoc vt † pa-
teret eosdem prescripsisse, opus erat allegare bonā fidem per
id quod scribit Bald. in capitulo si quis pro tertio titulo.
Si de feud. controuer. fuerit inter domi. ⁊ agnatū. Baldus
⁊ Ang.in.l.super longi.C.de prescrip.longi temporis Ang.
in.l.eum qui.§.fina.ff.de publicia. Alexand.de Imo.consilio
lxxvj.exordiente in causa ⁊ lite vertente inter magnificuȝ, ⁊c.
colla.fina.versiculo non obstat etiam exceptio prescriptionis
⁊ consilio.xciiij.exordiente in causa ⁊ lite vertente coram ar-
bitris versiculo. Et in simili dicunt docto. ꝙ licet alias exti-
turo, ⁊c.in secundo volu. ⁊ consilio. lxvij. exordiente in causa
⁊ lite vertente inter Thomeum versiculo. item posito in ter-
tio volumine Ange.Aret. in.§.sed iste insti. de actio. Anto.
de Butrio. in capitulo peruenit versiculo aduerte tamen de
censib. ⁊ idem quoad casum nostrum videtur tenere Feli. in
capitulo si.versiculo. Sed caue nam tenendo, ⁊c.de prescrip.
⁊ domi. Jason. in.l.nunquid. versiculo secundo ⁊ notabilius
adde. in prima lectura ⁊ in eadem. l. versiculo quarto adde.
quod voluit Bald. ⁊c.in secunda lectura.ff.si cert.pet. ⁊ vtro-
bique multos cōmemorat tenentes hanc partem. Pro qua
induci solet.l. si adulterium cum incestu. §. idem pollioni.ff.
de adulte. ⁊ quod not. gloss.in clement.appellanti de appella.
vnde cum dicti. Claudius ⁊ Antonius non allegauerint bo-
nam fidem, ipsi non videntur opportune probasse, ꝙ prescri-
pserint: fateor tamen ꝙ Panormit. in dicto capitulo si, ver-
siculo. Sed quero an sit necesse.in prescriptione bonam fidem
allegare sensit contrarium scilicet ꝙ non sit necesse allegare
7 expresse bonam fidem, cum allegando prescriptionem † vi-
deatur allegans bonam fidem allegare. Et idem tenuit An-
dreas Barbatius in capitulo, ex literis versiculo nota etiam
ex textu isto de proba. vbi dicit, ꝙ ille iudicio suo, probat sin-
gulariter ꝙ non sit opus ꝙ allegans prescriptionem, alleget
ꝙ bona fide prescripserit. Sed quia prima opinio videat̄ es-
se communis, non esset tutum ab ea recedere in iudicando
aut consulendo.l.prima.versiculo crebrior apud veteres opi
nio.ff.de offi.que.capitulo, in canonicis versiculo in eis vero
distinctione nona. ⁊ capitulo, nouimꝰ ⁊ quod ibi Antonius
de Butrio.de verborum significatione. ⁊ quod not. Hostien.
Joannes Andreas ⁊ alij in capitulo primo de constit. Bar.
⁊ alij in.l.fin.C.de pen. iudi.qui.ma. iudica. Preterea existi-
mo ꝙ dictus quondam Joannes Arnaudi sciuerit dictum
locum fuisse longissimo tempore pro patego possessum per
vniuersitatem ⁊ homines predictos, ⁊ sic nō videtur bona fi-
de rem ab alio possessam accepisse in emphyteusim, vel sub co
lore illius sibi appropriant quod commune erat. Cuius ma-
la fides obstare debuit, ⁊ non solum sibi. Sed etiam dictis
Claudio ⁊ Ant. eius filijs naturalibus ⁊ legitimis ac etiam
vniuersalibus heredibus. Et maxime cum pretendere non
possint, ex persona sua, ⁊ non innitēdo tempori prefati quon
dam Joannis prescripsisse. l. cum heres. ⁊ quod ibi Bartol.
ff.de diuer. ⁊ tempora.prescript. ⁊ in hoc concordant omnes,
ꝙ quando heres vniuersalis eius qui mala fide possedit, vti
vult accessione temporis sui autoris ⁊ quondam male fidei
possessoris ipse non potest cum effectu allegare presumptio-
nem: quia mala fides autoris, sibi nocet. quamuis sunt opinio
nes eo casu quo nolet vti accessione temporis sui autoris sed
soluȝ pretenderet se ipsum possedisse per tempus sufficiens,
ad presumptionem quas opiniones commemorat ⁊ plene
prosequitur domi. Feli.in capitulo si diligenti. versiculo con
tra opinionem famosam Dyn. ⁊c. ⁊ versiculo sed opinio. Dy.
indistincte, ⁊c.de prescrip. ¶ Ad quartum dico ⁊ respondeo
ꝙ cuȝ vniuersitas ⁊ homines predicti pro tempore longissi-
mo locum predictū pro patego ⁊ vt rem vniuersitatis posse-
dissent ⁊ tpe concessionis in emphyteusim illam possiderent
non licuit Reuerendissimo patri Domino Fredelo de mō-
te Ualenti. tunc pretenso Uicario, locum predictum eidem
Joanni in emphyteusim concedere nec ipsi Joanni ab eodē
domino Fredolo illum in emphyteusim accipere. Cum nec
probatum extiterit, nec presumatur ꝙ ille locus esset predi-
cte ecclesie. Et si probatum extitisset, non tamen erant vni-
uersitas ⁊ homines predicti spoliandi sua antiquissima pos-
sessione. Unde cum dictus Joannes procurauerit, se immit
ti in possessionem dicti loci, ⁊ ille in illam immissus extiterit
vniuersitas ⁊ homines prefati forte suspicati se posse repelli,
ceciderunt a possessione dicti loci ⁊ illam perdiderunt. Et sic
ea spoliati extiterunt per id quod not. Bartol.in.l.si de eo.§.
si forte vbi etiam Alexand. de Imola. versiculo fallit tamen
hec conclusio. ⁊ ibi etiam Francisc. de Aret.ff.de acquirenda
possessione. Alexand.de Imol.in.l.prima. §. interdictum.ff.
vti posside. ⁊ domi. Felin. in capitulo Uigilanti. colla. pe. ⁊
fin.de prescript. quod in casu nostro maxime procedit, quia
possessionem naturalem per dictam immissionem in posses-
sionem occupatam, non solum non recuperauerit incontinē-
ti. Sed multo tempore supersederunt nec illam postea recu-
perauerunt. Et ita suspicati extiterunt, se posse repelli: per
dictum nobilem Joannem ⁊ dictum Reuerendissimum do-
minū Archiepiscopū, cuius autoritate facta fuerat predicta
concessio. Censentur igitur predicte vniuersitas ⁊ homines
fuisse spoliati per id quod notat gloss. ⁊ doctores in.l. si quis
in tantam.C.vnde vi. Et certe non est dubium, quin vniuer-
sitas ⁊ homines prefati a possessione dicti loci iniuste ⁊ sine
eorum culpa ceciderint, ⁊ quin illa peruenerit ad dictū quon
dam nobilem Joannem, ⁊ quem locum postea in vineam cō-
uersum nunc tenent ⁊ occupāt dicti nobiles Claudius ⁊ An
tonius filij ⁊ heredes prefati quondam Joannis Arnaudi
8 ⁊ qui propterea potuerunt cōueniri beneficio canonis † re-
integranda tertia.questio. prima quod non solum datur ec-
clesijs ⁊ viris ecclesiasticis. Sed etiam laicis, ⁊ contra lai-
cos. Et sic non solum potest intentari hoc remedium pro re-
cuperatione possessionis rerum ecclesiarum, sed etiam pro
recuperatione possessionis rerum non ecclesiasticarum pro-
ut scribit Antonius de Butrio in capitulo, cum ad sedem de
restitu.spolia. Alexand. de Imol. in.l. rem que nobis. ff. de
acquirenda possessione. vbi etiam dicit hoc seruari in practi-
ca, ⁊ qđ ita seruari vidit. Et idem voluit Bartol. in dicta. l.
rem

rem que nobis.⁊ in.l.si coloni.C.de agri.⁊ censi. libro vndecimo Innocen.⁊ Joannes Andreas in capitulo sepe.de resti. spolia. Competit etiam ⁊ datur predictum remedium siue
9 beneficium non solum contra eos qui †possident sine titulo: Sed etiam contra titulo possidentes ⁊ bona fide: maxime si res sit vitiosa vel sit habita ab autore vitioso. Quinimo ꝙ plus est, datur idem remedium siue beneficium etiam contra eum, qui cum titulo ⁊ bona fide possidet: etiam si illa non fuerit vitiosa, nec autor vitiosus. per id quod scribit Inno. in capitulo sepe. quem ibi sequuntur Joannes calde. Antonius de Butrio ⁊ Panormit. de resti.spolia. ⁊ Joannes de Jmola in dicto capitulo cum ad sedem. quem ibi sequitur Panormit. ⁊ dictus Panor. in capitulo si diligenti. de prescriptio.⁊ secundū hanc opinionem pluries consuluit Alexander de Jmola. vt videri potest, in remissionibus quas scribit dominus Barto.Socinus in dicta. l. rem que nobis. in quarta questio. principali versiculo aliquando ⁊ quinto ⁊ vltimo queritur, ⁊c. ibi secunda principalis opinio. huic opinioni non obstat. l. siue autem.§.si duobus. ff.de public. quia in dicto.§.agebatur de quasi petitorio ⁊ liquebat de quasi dominio vtriusque: ideo non mirare si in pari causa, reus idem que possessor, sit potior. Sed in casu nostro, prefata vniuersitas se fundat in antiquiori possessione a qua iniuste ⁊ sine culpa sua cecidit. Et ideo petit se ad illam restitui: aut se in ea reintegrari. Unde sibi non obstat exceptio tituli siue dominij.l.si quis ad se fundum.C.ad.l. Jul. de vi. Et hoc videtur fiēduz pro eo quia possessio sua fuit antiquior ⁊ propterea potior capitulo, licet causam.cuz suis similibus de proba.
10 Et ꝙ intentanti † remedium canonis reintegranda, non obstet exceptio dominij seu tituli quominus fiat possessionis restitutio. Sicut dicimus in interdicto vnde vi. dicta.l.si quis ad se fundum. tenuit Antonius de Butr. in dicto capitulo, sepe. ⁊ Barto. in dicta.l. si coloni.⁊ est de mente Innocent.⁊ Joannes Andreas in capitulo post electionem. de conces. prebend. hoc etiam tenuit Alexand.de Jmol.in dicta. l. rem que nobis.⁊ in.l.naturaliter.§. nihil commune. versiculo iste est passus quotidianissimus ibi.Et ibi expressius hoc firmat in vltima.col.ff.de acquirenda possessione.⁊ consilio.vj.exordiente circa principiuz cause vertentis.versiculo non obstat etiam si diceretur ꝙ dicta domina, ⁊c. in tertio volumine ⁊ consilio.cxviij.exordiente viso processu in causa ⁊ lite. versic. plus dicit Antonius de Butr.⁊c.in secundo volumi.⁊ Ang. Aret.in.§. quadrupli. versiculo. Sed Reuerendissimus in Christo pater, ⁊c. institu.de actio.et sic mihi videtur dictos nobiles Claudium ⁊ Antonium debere condemnari ad restitutionem dicti loci seu vinee. Et hoc ratione possessionis qua fuerunt spoliati, ⁊c. vbi tamen est aduertendum ad sumptum ⁊ expensam factos in plantatione si cum fuerunt nihil dictum extiterit parte dicte vniuersitatis prefato Joanni, sed illos fieri passi extiterint. Quia debuerunt protestari ne hoc facerent.

1 Uassalli ⁊ subditi alicuius domini an teneantur contribuere pro dotandis eius filiabus.
2 Mater non tenetur dotare filiam, cum sit hoc officium paternum vel heredis.nume.3.
4 Domini debent supportare sua onera, non autem in eisdem grauare suos subditos.⁊ an possint imponere angarias. numero.5.
6 Seruitia determinata, suis finibus debent esse contenta.
7 Principes terrarum a Deo esse institutos, vt communem populi vtilitatem procurent.
8 Princeps si imponat subditis collectam, an ex hoc inducatur obligatio naturalis.
9 Princeps vel superior obligatur suis subditis ex contractu cum eisdem celebrato.⁊ nu.11.
10 Princeps quamuis non obligetur legi, non est tamen solutus a dictamine rationis.
12 Pacta inita cum imperatore Frederico, debent per successores in imperio obseruari.
13 Heres heredis, testatoris, ⁊ precedentium est heres.

Epitome.

Transactio inita per principem sub nomine dignitatis, cum suis subditis, est per eius successores obseruanda ⁊ tenenda, nec debent illos cogere ad contributionem vel solutiones faciendas, vltra id quod conuentum ⁊ transactum est cum auis seu antiquis.

De transactionib. Consi.ccccv.



Hema questionis tale est, cum dudum scilicet ante annum domini Millesimum trecentesimum vndecimum ⁊ diem.xxiij.mensis Julij fuisset substituta ⁊ mota questionuz occasio ⁊ materia per ⁊ inter bone memorie illustrem virum dominū Bertrandum de Bautio, pro tēpore principem Aurayce ex vna parte. Et vniuersitatem ⁊ homines dicte ciuitatis ex alia. Pretextu ⁊ ad causam libertatum, immunitatum ⁊ franquesiarum quas vniuersitas ⁊ homines predicti sibi competere pretendebant ⁊ dicebant tam ex concessionibus predecessorum eiusdem domi.principis, necnon etiam ex vsu, consuetudine ⁊ obseruatione tanti temporis. ꝙ de contrario hominum memoria non existebat, quam ex restitutione, confirmatione ⁊ approbatione facta in testamento bone memorie illustris domini Raymundi de Bautio, patris eiusdem Domini Bertrandi. Tandem anno, mense ⁊ die predictis, prefatus illustris domi. princeps ex vna parte, ⁊ domi. Oliuarius cucullite miles, Raymundus de sancto Martino domicellus, Petrus de atis, Elziarius arrapandi, Jsnardus vitalis ⁊ Gulielmus fusenij syndici actores ⁊ procuratores dicte vniuersitatis ⁊ singularum personarum eiusdem debita ⁊ sufficienti potestate muniti, volentes iudiciales anfractus, ⁊ odiosa litium dispendia euitare, pacis ⁊ concordie eligere lenitatem, dictus scilicet illustris domi. princeps, pro se ⁊ suis heredibus ⁊ successoribus ⁊ prefati domi. Oliuarius ⁊ alij nomine vniuersitatis ⁊ hominum predictorum transegerunt ⁊ transactionem inierunt, de et super questionibus huiusmodi in qua inter cetera fuit dictum, conuentum, transactuz quod idem domi. Princeps et successores sui, aliquam exactionez quocunque nomine censeretur, decetero seu ex tunc in antea, non haberent in hominibus predicte ciuitatis, nec eos in fideiussione ponere possent preterquam pro liberatiōe ipsius et liberorum et successorum eiusdem: si capi eos contingeret nec ipsum dominum Principem vel suos successores, vel hospites eorum vel aliquem de sua familia hospitare vel recipere tenerentur. Sed eos a predictis omnibus esse velint liberos ⁊ immunes. Quam transactionem ac omnia et singula conuenta et transacta idem domin⁹ Princeps pro se et successoribus suis, sub obligatione bonorum suorum, ex causa eiusdem transactionis statuit seruanda, et ea bona fide et sine fraude attendere et nullo tempore contrauenire de iure vel de facto, per se nec per aliquam aliam interpositam personam per solennem stipulationem eisdem syndicis promisit et super sanctis Dei euangelijs a se gratis corporaliter tactis iurauit.

Successu vero temporis, anno scilicet incarnationis dominice Millesimo trecentesimo quadragesimosecundo, et die decimaquinta mensis Martij bone memorie illustris dominus Raymundus de Bautio nepos dicti quondam domini Bertrandi et pro tempore Aurayce Princeps certus et certificatus de libertatibus, frāquesijs ⁊ immunitatibus dictis vniuersitati et hominibus concessis per dictū quondam dominum Bertrandum illas omnes vniuersaliter vniuersas ⁊ singulariter singulas, cuiuscunque essent continentie seu tenoris, per se et omnes suos successores et heredes quoscunque cum voluntate, licentia et consensu illustris domine Anne de Uienna principisse Aurayce eius matris laudauit, confirmauit, approbauit et inquantum opportunum existebat, de nouo concessit interueniente stipulatione opportuna parte dicte vniuersitatis et singularum personarum ipsasque libertates, Franquesias et immunitates tam per dictos dominum quondam Bertrandum et Raymundum eius filium, quam per ipsum dominum Raymundum eius nepotem concessas: ipse idem dominus Princeps et ipsa domina principissa gratis ⁊ sponte se seruaturos, omnibus ⁊ singulis ciuibus Aurayce, presentibus et futuris sacramento corporaliter prestito, promiserunt sub hypotheca ⁊ obligatione rerum suarū ac per suos officiales quoscunque inuiolabiliter facere obseruari cum et sub omni iuris et facti renuntiatione pariter et cautela.

Deinde vero ante scilicet annum incarnationis domini

ce, Millesimu3 quadringentesimũ septuagesimum primum,
⁊ diem vicesimum mensis Januarij cum cõmunitates ⁊ vni-
uersitates, necnõ etiam plures singulares psone predicte ci-
uitatis ⁊ locorum curtendonis, iunquenarum, ⁊ gigondatij
principatus Aurayce, conquesté extitissent, ⁊ cõquererétur,
anno mensé, ⁊ die predictis ⁊ pluribus ⁊ diuersis iniustitijs,
oppressionibus, facti operibus, damnis et grauaminibus
eisdem cõmunitatibus, ⁊ particularibus personis, tam con-
iunctim quam diuisim antea tam per officiarios quam alios
seruitores ⁊ familiares bone memorie illustrissimi Domi-
ni Gulielmi de Cabilone pro tempore principis Aurayce
illatis, ⁊ dictim inferendis, vt verisimiliter comminabantur
⁊ propterea peterent, ⁊ toto eorum posse instarent super pre-
missis iniustitijs, oppressionibus, facti operibus, damnis ⁊
grauaminibus, debitam fieri reparationem, ⁊ talem iustitie
modum in dictis ciuitate ⁊ locis apponi, ꝙ in futurum pro-
pter iustitie defectum, dicte communitates ⁊ vniuersitates
aut singulares earum persone coniunctim aut diuisim non
grauarentur, nec vltra iustitie debitum opprimerentur: idẽ
illustrissimus princeps Dominus Gulielmus de Cabilone
conuenit, pepigit ⁊ transegit cum dictis communitatibus ⁊
singularibus personis earundem: quanuis absentibus pre-
sentibus tamen nobili ⁊ prouido viris, Gulielmo Pascalis
⁊ Girardo le Olier syndicis predicte ciuitatis Aurayce pu-
blicis Notarijs psentibus stipulãtibus solẽniter ⁊ recipienti
bus vice ⁊ nomine dictarum communitatum ⁊ singularum
personarum earundem ⁊ suorum heredum quorumcunq; ac
omnium ⁊ singulorum quorum intererat aut quolibet in fu-
turum interesse poterat, ⁊ per modu3 vere, perpetue, simpli-
cis ⁊ irreuocabilis transactionis ⁊ pacti perpetui conuenit
ꝙ ipse domi. princeps ⁊ sui successores imperpetuum tene-
rentur ⁊ deberent ac astricti essent annis singulis ⁊ termino
consueto, dictis communitatibus ⁊ earum cuilibet, prout ad
eam spectaret, prouidere de bonis ⁊ sufficientibus viguerio
⁊ alijs officijs in transactione huiusmodi latius mentiona-
tis: qui tenerentur ⁊ deberent iustitiam debitam partibus
ministrare, sine aliquali dissimulatione, ac omnes libertates,
immunitates, franchesias, vsus ⁊ consuetudines tam dicte
ciuitati Aurayce, quam dictorum aliorum locorum seruare,
⁊ custodire de puncto in punctum. Quorũq; idem illustrissi-
mus princeps per se ⁊ suos vt supra in fide ⁊ verbo principis
obligationẽ bonorũ suorum, mobilium ⁊ immobilium presen
tium ⁊ futurorum quorumcunq;, pactum, transactionem, ac
omnia ⁊ singula in instrumento transactionis huiusmodi cõ
tẽta, perpetuo ratas, gratas ⁊ firmas rataque grata ⁊ firma
habere, tenere ⁊ inconcusse obseruare ⁊ contra per se aut per
alium directe vel indirecte, non venire ⁊ super sancta Dei
euangelia eius manu dextra tacta iurauit.

¶ Preterea cum alias supplicatum extitisset, illustrissime
domine Moderne principisse, pro obseruatione libertatu3,
immunitatũ ⁊ franchesiaru3 predictarum, ipsa illustrissima
domina principissa, per suas literas rescripsit se intendere ⁊
velle, ꝙ immunitates franchesie ⁊ libertates, de puncto in
punctum inuiolabiliter obseruarentur, secundum formam
⁊ tenorem earundem, absque eo, ꝙ vellet eas infringere aut
pati ꝙ per alium seu etiam per aliquos eius offi. infringe-
rentur. ¶ Quibus veris existentibus ⁊ eis non obstanti-
bus, illustrissima Domina principissa predicta ⁊ princeps
his diebus non longe decursis, pro contributione fienda in
solutione dotis illustris domine Comitisse de Nansot, eorun
dem illustrissimorum dominorum Principisse ⁊ Principis
filie ⁊ sororis, ⁊ vtendo vt ipsi dicunt iuribus, autoritatibus
⁊ preeminentijs suis illustrissimis dominationibus perti-
nentibus ad causam dicti principatus Aurayce tam secun-
dum dispositionem iuris, quam aliter debite indixerunt ⁊
imposuerunt manentibus ⁊ habitantibus ciuitatis Villa-
rum, terraru3 ⁊ seg toriarum existentium in dicto principa-
tu, eisdem subditarum summam duorum millium scutorum
auri cum signo solis, ⁊ legitimi ponderis, quam volunt ⁊ in-
tendunt diuidi ac per ⁊ inter dictos manentes ⁊ habitantes
perequari ⁊ infra certum tempus eisdem exolui. Quesitum
est, an vniuersitas ⁊ homines predicte ciuitatis sint cogen-
di ad contribuendum in summa predicta duorum millium
scutorum, attenta libertate superius mentionata, iurata ⁊
confirmata.

¶ Ad quod respondeo, sub correctione cuiuslibet domini
1 melius sentientis, ꝙ quanuis aliqui senserint ꝙ vassalli † ⁊
subditi alicuius domini teneantur contribuere in ⁊ pro so-
lutione dotis scilicet eiusdem domini ⁊ eum ad soluendum
dotem huiusmodi adiuuare, vt Rofre. in sua summa titulo
de villanis ⁊ in titulo sacramento cuius. vassal. in. §. iste ergo
⁊c. Specula. titulo de feudo. §. quoniam super homagijs
char. penult. versiculo. Et nota. ⁊ Joannes Blanc. de Mas
silia in sua summa titulo quibus modis feudũ amittatur. cir
ca. foliũ quartũ. Contrarium tamen tenuit Joannes And.
in dicto. §. quoniam versiculo. ⁊ nota. in addi. incipiente hu-
cusque Rofredus, ⁊c. vbi post relationem factam per Spec.
de sex casibus in quibus Rofre. scripsit. subditos comitis
vel Baronis debere eos iuuare, ⁊ eis seruire inter quos po-
nuntur duo casus, scilicet pro filia maritanda vel pro se aut
pro filio milite faciendo, subiungit Joãnes Andreas ꝙ qui
dam Rofredo resistunt, dicentes hoc legibus vel cõsuetudi
nibus feudorum non probari. Et potissime resistunt duobus
casibus superius mentionatis. Et in casu de filia maritan-
da, dicunt se non videre quare hoc dixerit Rofre. cum ma-
2 ter † non teneatur dotare filiam. l. mater. C. de iure dot. nec
frater sororem. l. cum plures. §. penul. ff. de administratione
tutorum. Ergo multominus ad hoc debent teneri subditi.
Preterea officium paternum est dotare filiam. l. fina. C. de
dot. promis. l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum. ⁊ l. obliga-
mur. §. lege. ff. de actionibus ⁊ obligationibus vel si pater nõ
superstit, istud officium seu onus incumbit heredi, in quem
transeunt actiones actiue ⁊ passiue. Si ergo dotare filiam est
3 officium paternum † vel heredis, ad hoc non debent teneri
vassalli vel subditi. Hanc opinionem sequutus est Bald. in
capitulo, primo. §. similiter titulo de capi. corrad. de iuri feu-
dorum vbi dicit, ꝙ subditi non tenentur ad onus maritagij
filiarum cõtribuere, nisi cõsuetudo aliter se habeat hanc opi
nionem etiam sequutus est Petr. Jacob. in suis libel. titulo
de caus. ex quib. vassal. quantum est de iure scrip. deb. amit.
feudũ. versiculo audiui a quibusdam dicens contrariam o-
pinionem de iure non procedere nec iusta seu rationabili cõ-
suetudine. Quinimo dicit, ꝙ illi qui ista scripserunt sub-
ditos teneri in predictis sex casibus malum exemplum pre-
buerunt ad subiugandum pauperes subditos, etiam istam
opinionem tenuit Jacobus Rebuffus. in. l. prima versiculo
sed nunquid Baro. C. de exactorib. tributo. libro decimo.
Idem voluit Bertrand. de Dan. relatus per Petrus An-
tibo. in suo diuersorio. charta mihi septima versiculo. Sed
quero nũquid baro vbi pro hoc multa inducebat idem Ber-
trandus. Etiam istam opinionem sequutus est Paulus de
Castro, in lege finali. C. de statu. ⁊ imagi. ⁊ in. l. neminem. C.
4 de sacrosanctis ecclesijs. vbi dicit, ꝙ quando † dominus ha-
bet supportare aliqua onera, puta onus maritandi filiam vel
aliud onus, debet illud supportare de suis bonis, non au-
tem in hoc grauare subditos. Et pro premissis facit quod
notat. Baldus in. l. cum multa. colum. fin. C. de bonis. que li-
be. vbi querit an dominus pro sua necessitate possit vendere
rem sui vassalli arguit ꝙ sic. Et tandem dixit contrarium es-
se verius: quia dominus non potest subditis suis imponere
collectam. Ad iura vero in contrarium allegata, respondet
ꝙ illa intelliguntur quoad protectionem ⁊ defensionem, non
autem quoad exactionem tallearu3. Etiam pro premissis fa-
cit, quod no. Bal. in. l. in quibus. C. de fideicommissaris li-
5 berta. vbi dicit, ꝙ domini † terrarum, non possunt subditis
suis imponere angarias aut collectas seu perangarias, nisi
ex consuetudine vel conuentione: quia secundum eum, de-
6 terminata † seruitia suis finibus debent esse contenta. Pro
quo allegat Archidia. in capitulo dilecto de offici. archidia.
⁊. l. cum satis. §. caueant. C. de agri. ⁊ censi. libro vndecimo.
Et hec est opinio magis communis, a qua propterea non vi-
detur in iudicando aut consulendo esse recedendum. l. prima
versiculo crebrior apud veteres opin. ff. de officio questoris
⁊ capitulo, in canonicis versiculo in eis vero. distinctio. ix. ⁊
quod nota. Hostiensis ⁊ doctores. in capitulo primo, de con-
stitu. Barto. ⁊ doctores in. l. fina. C. de pe. iudi. qui male iu-
dica. Et secundum hoc videtur ꝙ cum nulla sit specialis con
suetudo, aut statutum eosdem vniuersitatẽ ⁊ homines astrin
gens ad cõtribuendũ in solutione dotis huiusmodi: vniuer-
sitas ⁊ homines huiusmodi non tenentur de iure communi
contribuere in solutione dotis predicte. Et quanuis vt dixi,
aliqui dixerint contrariũ illi sunt pauciores ⁊ vt plurimum
loquũtur in vassallis tenentibus scilicet feudum a dominis
insuper ⁊ in dote filie cuiusmodi non est dicta illustris domi-
na Comitissa, quoad ipsum illustrissimum dominum prin-
cipem: sed soror. Nec etiam videtur quod humilime salua
omni obedientia dictum sit, ꝙ ipsi vniuersitas ⁊ homines
debent aut possint cogi etiam virtute suprème autoritatis
ad contribuendum in dicta dote: tum quia vt dicit Archi-
7 dia. in cap. quia cognouimus. x. questio. ⁊c. principes † ter-
rarum

rarum a Deo sint instituti non quidem vt propria querant. Sed vt communem populi vtilitatem procurent. & hinc est, quod dicitur cognoscant principes seculi deo se debere esse reddituros rationem, propter ecclesiam quam a Christo tuendam susceperunt. Pro hoc etiam facit quod not. Bal. in.l.ex hoc iure.colum. fina. versiculo decimo queritur. ff.de
8 iustitia & iure.vbi qrit, si † princeps imponat subditis collectam, vtrum ex hoc inducatur obligatio naturalis. et dicit q si concernit Reipublice vtilitatem, & necessitatem q sic.l. veluti.ff.de iustitia & iure. Sed si solius principis voluntate imponatur, tunc non oritur obligatio naturalis cum talia predicta duorum millium scutorum, dicatur imposita & indicta non quidem pro publica vtilitate: Sed pro priuata vtilitate dictorum illustrissimorum dominorum Principisse & principis non videntur q dicti vniuersitas & homines, cogi debeant seu possint ad contribuendum in solutione eiusdē summe. Tum etiam non videntur posse aut debent cogi vniuersitas & homines predicti ad contribuendum, &c. pro eo, quia vt dictum est in narratione casus, ipsi habent libertatem concessam, ac etiam iuratam & confirmatam qua cauetur q dictus quondam dominus Bertrandus, pro tempore Aurayce princeps & sui successores, aliquam exactionem quocunque noīe censeretur de cetero non haberent in hominibus predicte ciuitatis. Et sic videntur fuisse & esse exempti ab omni collecta, quocūque modo illa imponeretur propter illa verba non haberent aliquam, &c. & clarius propter illa, sed eos a predictis omnibus esse voluit liberos & immunes. Qui enim omne dicit quibusdam duntaxat exceptis, nihil aliud excludit & in non exceptū, regulam firmat. Si romanorum circa medium. versiculo. dicendo vero omnia. distincti. ix.capitulo, solite circa fin. de maio.& obedien.&.l. Julianus in principio.ff.de legatis tertio. l.nam quod liquide. §.fina. ff.de pe.lega.l.quesitum.§.idem respondit. ff.de fun.instruc. & authent.de non alie.§.vt autem colla.& quod not. gloss.in.l. prima.ff.de re.iu.Bald.in.l.prima in fine. ff.de feud. & domi. Barto.Soci.in.l.prima.§. fuit quesitum. ff.ad trebel. §. non
9 est autem † dubium, quin superior vel princeps obligetur suis subditis ex contractu cum eisdem celebrato & inito capitulo, primo de probatio. quod etiam ibi singulariter colligit Panormit. post Antoniuz de But.& Joannez de Jmol. & idem not. Cynus in.l.digna vox.versiculo vltimo scias vbi
10 etiam Albericus. C. de legi. quamuis enim † princeps lege positiua non obligetur, non est tamen solutus a dictamine rationis: quia homo. Et ideo animal rationale vt verbis Bald. vtar.in.l.si aquam in octaua questione. C.de seruituti. & aqua. Et q princeps obligetur ex suo contractu, scribit etiam Panormit.in capitulo nouit.vbi etiam Moder.& maxime Andreas Barba. charta decima. versiculo. Adde qd habetur in capitulo, primo de iudi. Romanus.cōsilio.cxciij. exordien. Presens consultatio. in hoc tendit &c. vsi. primo quia quecunque amplissima, &c.& dominus Philip. Decius. consilio.xlviij. exordiente, mature ac diligenter pro viribus examinatorum &c. versiculo quarto ista conclusio confirmatur. & dominus Jason in.l. prima versiculo. vltra quatuor modos.ff.de constitu. Et nimirum si princeps ex contractu per eum celebrato vel inito, cum subditis, obligetur quia etiam vt inquit Baldus in.l. prima. Deus ex sua promissione obligatur secūm magistrum sententiarum. Et adeo obli-
11 gatur † princeps ex contractu per eum celebrato, cum subditis vt etiam de plenitudine potestatis contrauenire non possit secundum Paulum de Castr. in dicta.l. digna vox & Bald. in capitulo, primo.§. ad hec. versiculo. Jtem nota.ex glossa de pa. iura. firman. Et sic sine directo non potest princeps contrauenire contractui per eum celebrato, ita nec per indirectum quod esset si de plenitudine potestatis infringeretur contractus. Et si aliter diceremus, q princeps posset contrauenire contractui a se gesto vel celebrato, nullus inueniretur, qui cum eo contraheret. Et sic priuaretur hominum commercio & qui est omnium presul, esset exul. quod esset valde graue.l. hi qui.C. de aposta. Et hanc rationem inducit Roman⁹.consilio.ccclij. exordiente, queritur primo nunquid circa finē.& prius hoc dixerat Bald. in dicta.l.princeps.in fine.ff.de legi. Tenebantur igitur ad obseruationem predictarum libertatis, franchesiaruz & immunitatum dicti quōdam dominus Bertrandus, Reymundus & Gulielmus cum in humanis agebant: Et hoc ratione ipsarum conuentionum seu contractuum.

¶ Et quemadmodum ad obseruantiam libertatum, franchesiarum & immunitatum huiusmodi obligabantur & tenebantur dicti domini Bertrandus, Reymundus, & Gulielmus ita & ad obseruantiam huiusmodi tenetur illustrissimus dominus Philibertus Modernus princeps eorum successor per id quod scribit Bald.in.l. fina. circa finē.C. de transact. vbi dicit, q capitula que faciunt.pp.& imperator, cum ciuitatibus sunt seruanda. Et dicit idem Baldus in dicto ca-
12 pitulo primo. de proba. q † pacta inita inter imperatorem Fredericum & Comites Longobardie debent per successores in imperio obseruari: idem voluit Bald. in dicta.l.digna vox. Bart.in.l. prohibere.§. plane.ff. quod vi aut clam dum allegat, capitulū Abbate sane de re iudica. in sexto.& Oldr. consilio.xciiij. quod incipit eleganter circa negotium de quo agitur.colum.fina. Et q successor in dignitate teneatur ad obseruantiam cōtractuum seu pactorum per predecessorem initorum, proculdubio procedit in eo, qui non solum succedit in dignitate, sed etiam in hereditate: cuiusmodi est illustrissimus dominus Philibertus de Cabilone Modernus Aurayce princeps, ad quem per multa & successiua media peruenit principatus Aurayce iure hereditario: et ideo proculdubio tenetur ad dictam obseruantiam.l.que a patre. C.de restitu.mili.l.cum a matre.C. de rei vendica.&.l. venditrici.C.de re. alie.non alie.& quod not. Albericus in dicta.l. digna vox.& dominus Jason de May. in.l.prima. versiculo sed in regibus, ducibus, Marchionibus.ff.de cōsti.princip. Quinimo etiam videtur q non solum ille qui succedit in dignitate & hereditate predecessoris teneatur, ad obseruantiā pactorum & contractuum per ipsum initorum, sed etiam ille qui solum successit in dignitate, & non in hereditate dicto capitulo, primo.& quod ibi Panormi.de proba.capitulo nouit.de iudi.& capitulo, primo & quod ibi Baldus. Aluaro. Prepo. & alij de na.feud.& Bal.in dicta.l. digna vox. versiculo modo iuxta hoc quero.& dicit idem Bald.in dicto capitulo primo de na.feu.se alias dixisse, q nec imperator Fredericus primus, qui commune papie in certis castris & terris comitem fecerat: illa eidem conferendo sub iuramento fidelitatis nec eius successor, poterat illa sibi offerre sine conuicta culpa. & idem voluit Albericus. q scilicet successor teneatur dicta.l.digna vox.versiculo.aut trāsigendo, paciscendo vel pacem faciendo. Et hec saltem procedunt quando pacta & conuentiones sunt facte per predecessorem sub nomine dignitatis, vt dicit Panormit. in dicto capitulo, primo de probatio. & dominus Philibertus decius. versiculo. secundo nota, q obligatio principis etiam ligat successorem. Unde cum transactio & alia predicta de quibus supra facta extiterint per dictos domi. principes, sub nomine dignitatis, non debet superesse dubium quominus dictus illustrissimus dominus Modernus princeps, teneatur ad obseruantiam & sic quod non possit nec debeat sua illustrissima dominatio, vniuersitatem & homines predicte ciuitatis cogere ad contributionem faciendam in solutione dicte dotis: tum quia heres dictorum quondam do. Bertrand, Reymundi & Guliel. & hoc per medium bo.memo. illustrissimi domi. Joan.de Ca-
13 bilone, eius quondam patris: qr heres † heredis testatoris & sic precedentium est heres.l. fin. C.de here.instituen. Tum & quia transactio & alia predicta facte extiterunt per dictos do. principes sub nomine dignitatis principatus.

1 ¶ Quadragenalis prescriptio, omnem prorsus actionem excludit.
2 Restituatur licet quis regulariter aduersus prescriptionē ex capite ignorantie, hoc fallit tamen in quadragenaria.
3 Prescriptio, quando prebeat plenissimam serenitatem.
4 Molestiam inferri dici, quando quis iudicialiter vexatur.
5 Ignorantia non est iusta causa succurrendi aduersus prescriptionem.
6 Questionis par causa remanet, circa ignorantiam et scientiam.
7 Beneficiales litere subreptitie, sunt ipso iure nulle.

¶ Epitome.

¶ Prescriptio longissima quadraginta annorum, actionez excludit, nec aduersus eam potest quis restitui, nec prodest aduersus eam releuamentum a principe obtentum.

¶ De prescriptionib. Consil.ccccvi.



Eterũ supposito ci-tra preiudicium veritatis, quod ex pretensa infeudatione Baronie superius mentionate, potuissent predecessores dicti domini Joannis succedere in eadem Baronia eidem tamen domi. Joanni obstitisset ⁊ obstaret prescriptio: tum quia Baronia predicta, post mortem ⁊ decessum dicti quondam domini Petri iam preterierunt octuaginta anni et vltra vel circa fuit per nobilem quondam ⁊ generosam mulierem dominam Helenam Danguyben dicti quondam domi. Petri relictam et vniuersalem heredem certo pretio vẽdita. nõ spectabili quondam viro domino Joanni Cosse, sed bone memo. illustrissi. domine Hierusalem ⁊ Sicilie Regine, ac prouincie et Forcalquerij comitatuum comitisse, cui postea certis medijs creditur successisse bone memo. illustrissimus dominus Renatus regnorum ⁊ comitatuum huiusmodi Rex ⁊ comes, ⁊ qui eam longo tempore, et vsque ad annum domini Millesimum quadringentesimum quadragesimumprimum, ⁊ mensem Aprilis tenuit ⁊ possedit. Quibus anno ⁊ mense pro remuneratione certorum, ac multorũ ⁊ magnorum seruitiorũ eidem domi. Renato per ipsum domi. Cosse impensorum, ipse domi. Renatus predictam Baroniam cum suis pertinentijs ⁊ iuribus ipsi domi. Cosse infeudauit ⁊ in feudum tradidit qui postea ⁊ post mortẽ et decessum eiusdem nobilis ⁊ generosus quondam vir Gaspardus cosse, eiusdem do. Jo. filius ⁊ vniuersalis heres ac deinde nobilis ⁊ magnificus quõdam vir do. Stepha. de Uasco, dicte Baronie emptor ⁊ post mortem ipsius prefatus do. Carolus predictam baroniam cum suis iuribus ⁊ pertinentijs non solum quatuor annis, sed septuaginta vltra ⁊ per eos, tenuerunt, ⁊ possederũt pacifice ⁊ quiete. Et ita dicto domino Joanni dacgne obstitisset ⁊ obstaret non solum presumptio quadriennalis, de qua in. l. bene a zenone. C. de quadri. prescrip. vel prescriptio. xxx. annorum. l. cum notissimi. ⁊. l. sicut. C. de prescrip. xxx. vel. xl. annorũ. ⁊ capitulo. si quis per. xxx. Si de feud. fue. controuersi. inter domi. ⁊ agna. in vsib. feud. Sed etiam prescriptio lõgissimi temporis. quadraginta annorum. quinimo lõge maioris, ⁊ per quam eidem nobili Carolo vt pote vtenti ⁊ qui vti potest accessione temporis autoris dicti quondam domi. Stephani ⁊ suorum predecessorum per ea que sumuntur in. l. Pomponius. ff. de acquir. possess. quesita extitisset plenissima securitas per id quod habetur in
1 capitulo ad aures. de prescriptio. vbi dicitur, ꝙ † quadragenalis prescriptio, omnem prorsus actionem excludit. l. oẽs in fine. C. de prescrip. triginta vel quadraginta annorum. vbi dicitur, ꝙ qui quadraginta annis prout ibi rem tenuit ⁊ possedit, est liber ex illius saluberrime legis plenissima munitione securus. ⁊. l. fina. circa medium. C. de fun. patrimo. libr. vndecimo. vbi dicitur, qui per quadraginta annorum spatium fundos, loca, vel domos, de quibus ibi possederint, nullam penitus super dominio fundorum, locorũ vel domorũ huiusmodi a publico actionem, vel molestiam aut quamlibet inquietudinem formident. Et hec prescriptio currere solet, non solum contra scientes, sed etiam contra ignorantes. l. fina. circa finẽ. versiculo nulla scientia vel ignorantia est expectanda. C. de prescripti. long. temporis. decem vel viginti annorum.

¶ Et si opponatur ꝙ quanuis prescriptio predicta cucurrerit aduersus dictum dominum Joannem Dacgne ⁊ suos predecessores, idem tamen dominus Joannes ex capite iuste vel probabilis ignorãtie. Et sic ex clausula si qua mihi iusta causa videbitur. de qua in. l. prima in fine. ⁊. l. Sed ⁊ si per pretorem. §. ex clausula. ff. quibus ex causis. maio. debet in integrum aduersus presumptionem predictam restitui: per id quod nota. glossa. in. l. si partem. §. primo versiculo non vten do iuncto textu. ff. quemadmodum. seruitu. amitta. gloss. in l. prima. C. de pa. pote. Specula. titulo de prescript. §. primo versiculo. prout colonus. Barto. ⁊ Angelus. in. l. prima. §. si quis autem. per illum textum. cum glossa. ff. de iti. actuque priua. ⁊ quidem alij in alijs locis. Dico ⁊ respondeo ꝙ hec
2 non obstant, quia licet aduersus prescriptionem † regulariter restituatur quis ex capite iuste vel probabilis ignorantie et hoc secundum opinionem multorum docto. hoc tamen fallit ⁊ non habet locum in prescriptione quadragenaria quia vt predixi illa omnem actionem prorsus excludit. dicto capitulo ad aures. Et qui quadraginta annis possedit plenissima munitione securus est dicta. l. omnes in fin. ⁊ nullam formidat actionem vel molestiam aut quãlibet inquietudinem dicta. l. fina. C. de fund. patri. Ergo non potest aduersus eum
3 in integrum restitutio postulari: quia prescriptio † tunc demum prebet plenissimam securitatem, quando non potest peti restitutio in integrum vt nota. glossa. in. l. ait pretor. §. permittitur in verbo imputandum. ff. de mino. Et ita in quibusdam lecturis reperitur Angel. tenuisse in dicta. l. omnes circa finẽ. vel in. l. sicut secundum ꝙ asserunt Alexander. de Jmola. ⁊ Francis. de Cur. in locis infra allegatis seu eorum aliquibus. Et cum in dicta. l. fina. C. de fun. patrimo. dicatur ille qui sic prescripsit nullam penitus super dominio, ⁊c. molestiam aut quãlibet inquietudinem debent formidare, non debet nec potest contra eum. qui sic prescripsit peti restitutio in integrum aduersus prescriptionẽ: quia si illa peteretur, ipse
4 pateretur molestiam ⁊ inquietudinem quia † molestia dicitur inferri quando quis iudicialiter vexatur: authẽtico de fideiussor. in principio. in verbo molestus collatio. prima. ⁊ l. prima cum ibi no. per Baldum. C. de nundinis pro quo facit quia cum in dicta. l. fina. C. de fun. patrimo. ponitur nullam penitus actionem vel molestiam quãlibet ⁊ in dicto capitulo ad aures. ponatur omnem actionem. nomine actionis sic vniuersaliter assumpto comprehenditur etiam officium iudicis quo petitur in integrum restitu. l. actionis verbo. ⁊ quod ibi glossa. l. pecunie verbum in. §. ff. de regu. iu. l. actionis verbum. ff. de actionibus ⁊ obligationibus ⁊. l. qđ si minor. §. final. ff. de minoribus. non potest igitur per illum contra quem cucurrit quadragenalis prescriptio, contra eum qui prescripsit peti in integrum restitutio. quia sic molestaretur. quod etiam vt dixi voluit Angel. in quibusdam lecturis in. dicta. l. omnes. vel in preallegata. l. sicut. Et idem voluit Alexand. de Jmol. in. l. possideri. §. labeo. columna. fina. versiculo. item sum solitus tenere. ff. de acquirenda possessione. ⁊ in consilio. clj. exordiente viso themate suprascripto. columna fin. versiculo nec obstant impedimenta hostiorum, ⁊c. ibi attamen quando prescriptio est munita cursu quadraginta annorum, ⁊c consilio. clxiij. exordiente viso processu versiculo. Unde secundum eum ibi secundo non deberet concedi ⁊ ibi tamen illud non videtur militare in prescriptione quadraginta annorum in secundo volumine. Et idem voluit Francisc. de Cur. consil. lxxxij. exordiente capio primum in quo queri videtur versiculo. Et si forte opponatur in. vbi multum plene hunc articulum prosequitur, dicens eum expresse decidi per iura predicta. capitulo scilicet ad aures. l. omnes. ⁊. l. fina. Et propterea non esse curandum de docto. contrarium asserentibus. ⁊ quorum opinio non est sequenda vt pote que conuincitur probabilibus rationibus. l. prima. versiculo. sed neque ex multitudine. C. de vete. iur. enucle. ⁊ capitulo capellanus ibi posterior sentẽtia meliori ⁊ subtiliori vtitur ratione. de ferijs. quod etiam scribit Panormit. post quosdam alios in capitulo, primo. de constitu. Et secundum hanc opinionem etiam consuluit dominus Philippus Decius. consilio. xxix. exordiente diligenter consideratis his que accurate ⁊ solito more. versiculo. Sed tamen predictis minime obstantibus. Pro quo eleganter ⁊ vere multa inducit ⁊ respondet contrarijs, que breuitatis causa non refero. cum possint ibi videri. hanc opinionem dicit etiam probabilem Franciscus de Areti. consilio. ciiij. exordiente. Breuitas in consulendo bene necessaria est. versiculo sed in prescriptione quadraginta annorum non loquitur Bartol. ⁊c. Quanuis subiungat se non determinare.

¶ Pro premissis scilicet, ꝙ dicto domino Joanni dari non debent aut concedi aduersus prescriptionem predictam in integrum restitutio ex capite ignorantie, etiam si non esset exceptio quadragenaria facit quod voluit Bald. in. l. prima opinione. xxiiij. C. qui admit. ad bono. possess. possunt. Petr. de Ancha. qui pro hoc multa ⁊ eleganter inducit. consi. clxix. exordiente. Principaliter contra istos legatarios. ⁊ Raph. in dicta. l. cum filius. §. in hac. ff. de verborũ obligationibus sequens opinionem Pet. ⁊ Cy. in. l. secunda. C. de iur. emphi.
5 ⁊ mouetur, quia † ignorantia, non est iusta causa succurrendi dicta. l. fina. in fin. C. de prescrip. long. temp. decem vel viginti annorum. vbi ignoranti non succurritur, quin contra eum currat prescriptio. Pro quo etiam allegat. l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. Et rationem dicte. l. fina. proprie allegate, in qua dicitur nulla scientia vel ignorantia expectãda, ne altera dubitationis inextricabilis oriatur occasio plena, ⁊ eleganter prosequitur Francisc. de Areti. in dicto consi. ciiij. col. prima. versiculo. circa primum videtur dicendũ ibi in contrarium facit fortiter vbi dicit, ꝙ ideo non distinguitur scientia ab ignorantia, ne altera dubitationis inextricabilis oriatur occasio seu questio, in videndo scilicet, quis presumatur ignorans, ⁊ que sit iusta ignorantia vel que ignorantia

rantia debeat attendi: ista ratio non esset vera. Si ignoranti succurreretur per beneficium restitutionis in integrum quia
6 circa † ignorantiam & scientiam, omnino in effectu, remaneret eadem causa questionis ne ergo ratio legis falsa fit, videtur esse dicendum ꝙ ignoranti non competit aliquod remedium. Preterea textus ibi dicit, ꝙ causa prescriptionis est perfectissime definita per illam. l. quod non esset verum si adhuc contra prescriptionem daretur ignoranti remedium restitutionis in integrum: fateor tamen, ꝙ contra hoc vltimum dictum scilicet ꝙ non detur restitutio in integrum, aduersus prescriptionem minorem quadragenaria prescriptione tenent multi, sed in quadragenaria est minor dubitatio, & in qua vt predixi, tenent doctores soleniter, & per bona iura, ꝙ contra illam, non detur restitutio in integrum dictus igitur dominus Joannes dacgne quantum est de iure communi videtur esse repellendus, in vim dicte prescriptionis etiam si peteret aduersus eam ex capite ignorantie, se in integrum restitui. ¶ Nec refragantur dicto nobili Carolo aut suffragantur dicto do. Janni, pretense locorum distantia, guerre, & mortalitates que pretenduntur extitisse in dicto comitatu prouincie, a tempore mortis & decessus dicte quondam do. Helene nec minoritas etatis pretensorum heredum domini dacgne. Et quidem non distantia, quia non tantum distat domicilium dicti do. dacgne a dicto comitatu & domicilijs eorum, qui pro tempore baroniã predictam possederunt, quin a tempore venditionis facte per dictam quondam do. Helenam potuerint ad dictum comitatum accedere aut mittere saltem ad interrumpendum prestationem: quod fieri potuisset. per solam citationem. l. cum doctissimi. §. ianua. & illud & §. sed & si quis. C. de prescrip. triginta vel quadraginta annorum. Non etiam pretensa minor etas, scilicet infantilis, aut puerilis & guerre, que non tantum durauerunt, quin vt creditur, superfuerint & superfint detractis illarũ temporibus quinquaginta anni & longe plures. Etiam nec suffragatur ipsi domino Joanni, aut refragatur eidem nobili Carolo, quoddam pretensum regium rescriptum, parte eiusdem do. Joannis a serenissimo domino nostro Francorũ Rege christianissimo impetratum nec pretensum releuamentũ a lapsu temporis de quo ibi. Cum quia ipsum pretẽsum rescriptũ fuit & est subreptitiũ & obreptitium quatenus inibi exponitur, dictum dominum Ludouicum secũdum baroniam predictam cum suis pertinentijs & iuribus infeudasse dicto quondã do. Petro Dacgne & suis heredibus de legitimo matrimonio procreatis, & alijs successoribus masculis cognominis Dacgne, quoniam respondeo, ꝙ non sic fuit facta dicta infeudatio. Sed fuit facta dicto domino Petr. pro se & suis heredibus vtriusq; sexus, ex suo corpore legitime descendentibus quibuscunque vt apparet ex tenore dicte pretense infeudationis facte scilicet anno domini Millesimo quadringentesimo sexto. Cum & quia dictus dominus Joannes, non expressit tempus dicte venditionis facte per dictam quondam dominam Helenam. Et sic non exposuit regie Maiestati, ꝙ a tempore facte per eam venditionis cucurrerunt octuaginta anni & vltra. Et sic dictum pretensum rescriptum fuit & est obreptitium & subreptitium. Et ita non debet dictus dominus Joannes, gaudere impetratis. Et signanter quatenus concernunt beneficium aut gratiam principis. l. & si non cognitio, & l. & si legibus. C. si contra ius vel vtilitaté publicam.
7 Pro quo facit quia † litere beneficiales surreptie, sunt ipso iure nulle secundum Innocẽtium. Joannem Andream & communiter omnes doctores. in capitulo ad audientiam el secon de rescrip. Innocen. in capitulo, ad aures, capitulo, constitutus. eodem titulo. Joannes de Jmola. col. penult. in dicto capitulo, ad aures. Multas remissiones ponit domi. Feli. in dicto capitulo, ad audientiam. versiculo. litere beneficiales, &c. quod procedit non solum in beneficijs ecclesiasticis. Sed etiam in priuilegijs & beneficijs principum: quia etiam litere subreptitie cõtinentes concessionem eorundem ipso iure non valent secundum Panormit. post alios docto. in dicto capitulo ad audientiam. Pro quo allegat. l. primã. ff. de nata. restituen. & dictam. l. & si non cognitio. Et pro hoc multa commemorat & allegat dominus Felin. in dicto capitulo ad audientiam. versiculo amplia. primo. & hoc etiam voluit Oldra. consilio. xxij. exordiente. Ad questionem qua queritur. versiculo ad aliã questionem qua queritur, si vnus vel duo. &c. & domi. Bartholomeus Socinus. consilio. cclx. exordiente in causa manutensis cautone quia res decidẽda est. colum. prima. in secunda parte. pro quo allegat Inno. in capitulo, cum dilecta. de rescrip. Joãnem Andream. in capitulo si cui. de public. in sexto. Antonium de But. & alios, in capitulo, super literis. de rescrip. Ex premissis colligitur & infertur, ꝙ non solum cucurrerit prescriptio contra dictum dominum Joannem & suos predecessores, & ꝙ cõtra & aduersus prescriptionem huiusmodi. de iure communi, in integrũ restitui non debeat seu possit, sed etiam ꝙ dictum pretensum regium releuamentum, eidem non prosit nec prodesse debeat vt pote per surreptionem & obreptionem obtentum. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ¶ Verbum pertinere, habet generalem, seu latam & latissimam significationem.
2 Res ad aliquem pertinere, qualiter dicatur.
3 Episcopus quoad basilicas sue diecesis, fundat suam intentionem de iure communi.
4 Pro fraudato non presumi, etiam post tempus longissimũ.
5 Prescriptio inducta est ex volũtate principis, de iure ciuili.
6 Jura quedam esse, que quis potest acquirere, contra principis voluntatem.
7 Nero in regno suo, idem potest, quod imperator in imperio.
8 Rex Gallie, in prouincia, habet iura imperialia, secundum Oldradum.
9 Fama antiquissima, in ciuilibus plene probat.
10 Confines seu termini si sunt antiqui, possunt probari per testes.

¶ Epitome.

¶ Dominium alicuius territorij, pretensum indebite occupari qualiter probari debeat per scripturas, per testes, per famam, aut aliter.

¶ De probationib. Consi. cccvij.



Viso pcessu qui mihi exhibitus est, parte reuerẽ. in christo patris, dñi Claudij de Pictauia abba. venerabilis monasterij sancti Petri Montismaioris & ipsi⁹ monasterij, vna cum questionibus seu dubijs ex casu huiusmodi elicitis, dico & respondeo breuiter & succincte ad dubia huiusmodi, prout infra. et primo ad secundum, ꝙ intentio dictorum reuerend. domini Abba. & monasterij quoad dominium magne partis territorij quam ipsi domi. Abbas & monasterium dicunt & pretendunt indebite occupari per duos consules Arelatenses non sufficienter probabitur per sententiam magnifici quondam viri domini Petri dacgne pro tempore magni Seneschalis prouincie, et quam sibi assistente regio consilio, tulisse legitur anno domini Millesimo quadringentesimo decimoseptimo & die vicesima nona mensis Martij. Cum quia non apparet, ꝙ idem domi. Senescal. declarauit castrum castelleti cum suo territorio spectare aut pertinere iure dñij seu quasi bone memorie. reuerend. in xpo patri dño Joãni Hugolini pro tempore illius Abbati & dicto monasterio. Sed solum declarauit castrum predictum, cum suo territorio & pertinẽtijs pertinere dicto domino Abbati & suo monasterio & suis predecessoribus, inter que est magna differentia, quia verbum pertinere † habet generalem seu latam imo latissimam significationem. l. illud verbum pertinere. ff. de verbo. signifi. & quod not. Bald. in. l. dominum. col. prima. modo circa primam partem. C. de rei vendi. Joan. Ferrarien. in sua practica titu. forma libelli. super rei vendi. in glo. super verbo spectat & pertinet & in titulo forma senten. diffi. in glo. super verbo spectare & pertinere & Alexand. de Jmol. consi. xliij. exordiente visis & ponderatis his que continentur in processu. col. prima. in quarto volu. pro quo facit quod not. glo. in. l. si quis intentioni ambigua. ff. de indi. dicitur † enim res ad aliquem pertinere, non solum si ad eam pertineat iure pleni dominij, seu iure dñij directi aut dñij vtilis, sed etiam si ad eum pertineat iure pignoris: vt quia est sibi pignori data, vel iure possessionis: nõ igitur opportune colligitur ex tenore dicte sñie, ꝙ d. domi. Senescal. declarauit dñium dicti territorij ant ipsum

territorium iure dominij, tunc pertinere ad dictũ dominum Abbatem ⁊ eius monasterium ⁊ antea pertinuisse eius predecessoribus. Quod etiam ex eo procedit, quia nõ reperio, ꝙ in articulis parte dicti quondam domi. Abbatis et prefati monasterij exordientibus ad docendum ad quos fines iura predicta ⁊c. Oblatis ⁊ productis in causa quam cõtra eosdẽ suscitauerãt egregius pro tempore domi. Regius procurator ⁊ domini consules Arelatenses. Super quibus fuerunt sumpte attestationes mihi transmisse, clare et expresse proposuerint, dicti domi. Abbas ⁊ monasterium quod territorium predictuz ad eos iure dominij pertineret. Cum ⁊ quia sententia predicta videtur lata ⁊ promulgata extitisse solũ ⁊ duntaxat super mero ⁊ mixto imperio, ⁊ omnimoda impositione quas se habere et habuisse pretendebant ipsi domin. Abbas ⁊ monasterium in dicto castro castelleti ⁊ suo territorio, quod maxime colligitur ex illis verbis, in sententia huiusmodi descriptis videlicet, ⁊ ipsum dominum Abbatem, ⁊ suum monasterium habuisse et habere in dicto castro de castelleto, ⁊ toto eius territorio cum pertinentijs suis merum et mixtum imperium ⁊c. Ista enim stant simul, quod aliquis sit dominus temporalis ville, seu castri alicuius, ⁊ propterea fundet eius intentionem in loco et territorio illius quoad iurisdictionem ac merum ⁊ mixtum imperium: et tamen illam non fundet quoad dominium bonorum seu rerum particularium, infra locum seu villam ⁊ territorium eius existentium per id quod late voluit Hostien. in capitu. fina. Super verbo sit situm versicu. nec puto quod comes. vbi etiam Joannes Andre. columna fina. versicu. in glossa prima. in fine. de
3 offic. Archidiaco. vbi scribunt, quod quanuis † episcopus quoad basilicas seu ecclesias infra suam diecesim constitutas, fundet intentionem suam de iure communi. capitulo omnes basilice. decimasexta questione septima. ⁊ capitul. de xenodochijs de religio. domi. illam tamen non fundant Barones, Comites ⁊ alij castrorum seu villarum domini temporales quoad dominium rerum particularium idem voluit Hostien. et Joannes Andre. vbi etiam Panormita. in capitu. minus. colum. prima. versicu. ex quibus collige. de iure iurand. Joannes de Platea. in capitu. primo. columna prima. versiculo. an autem Rex ⁊ alij domini. C. de conducto. libro vndecimo. ⁊ domi. Jas. de May. in preludijs feud. charta. v. versiculo. an autem Rex et alij domini. Qui volunt. qꝺ domini temporales, non habeant fundatam intentionem de iure communi, super dominio rerum particularium infra limites positarum. Et sic non ex hoc solo, quod dictus quondam domi. Senescallus declarauit dictum domi. Abbatem ⁊ monasterium habuisse ⁊ habere in dicto castro, de Castelleto, ⁊ toto eius territorio. cum pertinentijs suis, merum ⁊ mixtum imperiũ ⁊ omnimodam iurisdictionẽ ⁊ eos fuisse ⁊ esse in possessione tuendos, infertur eũdem do. Senes. declarasse, eos habere ⁊ habuisse dñium totius territorij, ⁊ quis videat posse dici, ꝙ non solum declarauit. idem do. Senes. eosdẽ do. abb. ⁊ monasteriũ habuisse ⁊ habere in dicto castro de Castelleto ⁊ eius toto territorio cũ iuribus ⁊ pertinentijs suis, merum ⁊ mixtũ imperium ⁊ omnimodam iurisdictionem. Sed etiam declarauerit predictũ castrũ cum suo territorio ⁊ pertinentijs pertinuisse ⁊ pertinere eidem do. abb. ⁊ monasterio que verba non debuerunt nec debent esse sine operatione. l. hac lege. ff. de contrahẽ. emp. ⁊ ven. l. si stipulatus in princ. ff. de vsur. verba sunt Bal. C. de contrahen. emp. ⁊ vendi. super pri. q. ix. quem cõmemorat Alex. de Jmo. consi. cxvij. exord. visis supra narratis in themate. versi. sed vbi est perfecta vt in casu, ⁊c. ibi probatur, qꝛ nedũ vna queqꝫ clausula. ⁊ in. j. volumi. ⁊ alij in alijs locis. Cum non propter hoc respondetur prime rationi sumpte ex illo verbo pertinere ⁊ pertinuisse qꝺ est verbum generale ⁊ super quo non potest sumi certũ ⁊ plenum fundamentum ad probandũ dñium dicte partis, non tamen nego, quin dñs vnius castri seu ville, possit inibi ⁊ territorio illius habere nõ solum iurisdictionẽ cum mero ⁊ mixto imperio, sed etiam dñium territorij, qꝺ est habere dñium vniuersitatis agrorũ existentiũ in territorio. c. cum Bertoldus. circa princ. in verbo cum vniuersitate. de re iudica. ⁊ c. j. §. itẽ si quis. in. j. respon. tit. quib. mod. feud. amit. ⁊ qꝺ voluit Bal. in. d. §. itẽ ⁊ quis. ⁊ do. Bar. Soci. in. l. j. in prin. versic. sed impresentiarũ potes notabilius respõdere. ff. de acqui. poss. Et ex hoc quando scꝫ dñs Castri habet dñium territorij, infert Bal. in. d. §. item si quis ꝙ fundata est intentio habentis dominium totius territorij ⁊ vniuersitatis agrorũ. Et ideo si in hoc casu, vellet quis hanc intentionem sic fundatã excludere, quoad rem aliquã, oporteret, ꝙ ipse probaret ad se pertinere dñium ⁊ possessionem illius rei, quam vult excludere a dicta vniuersitate. l. edes sacra. ff. de cõtrab. emp. ⁊ vend. Sed vt predixi. ex dicta snia non apparet, ꝙ d. do. Senes. hoc declarauerit. Preterea nescio, si de mãdato illius procuratoris vel actoris vniuersitatis Arelaten. qui in dicta causa for
4 tasse comparuit appareat, † qꝛ pro mandato nõ presumitur etiam post tempus longissimum vt voluit Bald. in. l. j. versi. sed prout, ⁊c. vbi etiam Sali. C. de reb. alie. nõ alie. ⁊ idẽ Bal. in. l. ij. C. si ex fal. instru. Alexand. de Jmol. in. l. qui in aliena. versiculo. item adde ꝙ licet aliqua solennitas. ff. de acqui. heredi. ⁊ in. l. sciendum. ff. de verb. oblig. domi. Feli. in capitulo, sicut. versiculo sexto aduerte: qꝛ solennitas mandati de re iudica. ⁊ dominus Philippus deci. consi. cxcix. exordiente visis ⁊ diligenter consideratis omnibus. col. j. versicu. nec obstat quod postea dicte sententie. ⁊ versiculo. non obstat ꝙ non apparet homines. Et ideo querendum esset instrumentum mandati. Alias enim nullum vel modicum preiudicium attulisse videretur dicta sententia dicte vniuersitati Arelaten.
¶ Ad primum quesitũ dico ⁊ respondeo, ꝙ etiam si per dictam sententiam fuisset declaratum dominium dicti territorij vel ipsum territorium iure dominij pertinuisse ⁊ pertinere dicto quondam domino Abba. ⁊ monasterio nunc obstare videretur prescriptio cõtinuate possessionis dicte partis per nonaginta nouem annos vel circa. capitulo, de quarta ⁊ capitulo, ad aures de prescriptio. ⁊ authen. de eccle. titu. §. pro temporalibus. collatio. nona. ⁊ transumptiue in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. ecclesijs. Verum est tamẽ, ꝙ si domini pro tempore Abbates ⁊ capitulum ignorassent iura sua ⁊ partem illam que prescripta est ad se pertinere iure dominij, ipsi potuissent ⁊ hodie possent, dictus reuerendissimus domi. Abbas ⁊ monasterium petere se restitui in integrum aduersus lesionem quã eidem intulit prescriptio, dum tamen a tempore complete prescriptionis imo verius a tempore quo notitiam habuerunt de ipsa lesione nondum cucurrerit vel lapsum fuerit quadriennium. Et ꝙ infra quadriennium post completam prescriptionem potuerint petere se in integrum restitui, tenent doctores communiter et quidem gloss. in dicto authentico de eccle. titu. §. pro temporalibus. gloss. in capitulo placuit. xvj. questio. ⁊c. Hostien. in summa titulo de in integrũ resti. §. ⁊ quoniam versiculo fina. Spec. titulo de in integrũ restitu. §. primo versiculo hoc autem notandum Paulus de Eleaza. in clemen. prima. vbi etiam alij ⁊ signanter domi. Cardinalis Flo. quest. xxv. de in integrum restitu. multos etiam commemorat. do. Jas. de May. in dicta authen. quas actiones columna nona. versiculo. Sunt in septima parte glosse, vbi etiaꝫ sequitur hanc opinionem. Et ꝙ dictum quadriennium infra quod potuerunt idem domi. Abbas ⁊ monasterium restitui aduersus lesionem, non computetur vel incipiat simpliciter vel absolute a tempore complete lesionis seu prescriptionis. Sed a tempore habite notitie de lesione huiusmodi. Et sic dictum quadriennium non currat ignoranti tenuit Bald. in. l. falsam. C. si ex fal. instru. quem refert ⁊ sequitur Alexand. de Jmola. consilio quarto. exordiente videretur inspectis his que in themate. versiculo nec obstat si diceretur lapsum est quadriennium post prescumptionem, ⁊c. ⁊ consilio. lxxxix. exordiente, Viso puncto ⁊ instrumentis. versiculo. ⁊ dicit Bald. in secundo volumine. dominus Cardina. Floren. in dicta clementina prima. questio. xxv. Paulus de Castro. in. l. fin. C. de del. ⁊ hanc opinionem sequuntur multi alij quos plene refert domi. Jason. in dicta authen. quas actiones. versiculo vnum tene perpetuo menti ⁊c. Et sic si post completam prescriptionem domi. pro tempore Abbates ⁊ monasterium ignorassent. triginta aut quadraginta annos, iura sua ⁊ lesionem sibi illataz per prescriptionem si tamen a tempore quo ipsi hoc sciuerunt nondum preterijt quadriennium, ipsi possent petere se restitui in integrũ aduersus prescriptionem a qua etiam posset serenissimus dominus noster Francorum Rex ex certa scientia ⁊ de plenitudine potestatis etiam sine causa, eosdem releuare ⁊ illam
5 tollere. Et hoc pro eo quia presumptio inducta est † ex voluntate principis ⁊ de iure ciuili institu. de vsucap. in princi. Et sic qui sibi ius vel dominium acquirunt per prescriptionem sibi acquirunt, per modum de iure ciuili ⁊ ex principis voluntate introductum quod propterea potest princeps sola eius voluntate tollere dicit Angel. in. l. latius. ff. de euict. vbi tenet, ꝙ imperator potest auferre sine causa, rem acquisitam ex prescriptione seu vsucapione: quia talis modus acquirendi ab eo inductus est ⁊ ideo ab eo tolli potest, etiam sine causa. Et idem colligitur ex eo quod scribit Baldus. in. l. fina. columna penultima. versiculo. sed immediate oppone.
6 C. senten. rescin. non posse vbi scribit ꝙ † quedam sunt iura que

que quis potest acquirere etiã contra principis voluntatem vt quia acquirunt de iure gentium, ista non possunt auferri sine causa, secus in ijs que sunt de iure ciuili vt iudicia ⁊ sententie. Et ideo infert, ꝙ licet ex sententia sit translatum dominium, tamen valet rescriptum principis rescribentis, non obstante sententia, ⁊ ex ipso perdet dominium, qꝛ venit consequutiue ad sententiam ⁊ reciso principali rescinditur accessorium. l. si ex causa. §. j. ff. de mino. ⁊ ꝙ princeps possit tollere prescriptionem tenet Alber. in. l. quoties. versicu. item tenet Odofr. C. de preci. imper. offe. vbi etiam refert idem tenuisse Odofr. ⁊ quanuis predicti doctores videãtur loqui in imperatore, idem tamen est in serenissimo domino nostro Francorum rege: quia quicquid † potest imperator in imperio hoc
7 potest idem serenissimus princeps in regno ⁊ alijs suis terris, in quibus est supremus princeps, ⁊ nullum superiorem recognoscit: per id quod scribit Bar. in. l. infamem. circa fin. ff. de publ. indi. Alexan. de imo. cons. xv. in. v. vol. ⁊ do. Felin. in capit. cum non liceat. vers. dicens, idem de prescript. ⁊ alij in alijs locis. pro quo facit. l. hostes. ⁊ quod ibi glo. ff. de capt.
8 ⁊ postlimi. reuer. ⁊ maxime hoc potest in † prouincia vbi habet iura imperialia secundum Oldra. consil. xcviij. exordiente, Factum tale est, quedam vniuersitas seu syndicus. versic. ⁊ est sciendum ꝙ rex habet in dictis communitatibus. Potest igitur idem serenissimus princeps tollere prescriptionẽ: quia illa fuit ⁊ est, vt predixi introducta de iure ciuili, ⁊ per principem. ¶ Ad tertium dico iam esse responsum, per id ꝙ supra dixi in secundo quesito, scilicet ꝙ dicta sola sententia, non sufficiat ad probationem dominij contra dictos Arelatenses, sed essent querenda illa antiqua priuilegia cõcessiones, donationes ⁊ alia, de quibus in dicta sententia si possent reperiri in thesauro dicti monasterij, etiam esset querendus processus super quo facta fuit dicta sententia, in quo priuilegia ⁊ alia predicta fuerunt producta ⁊ inserta. Alias non videtur, ꝙ dictus do. Abbas ⁊ monasterium possint probare dominium dicti territorij ⁊ signanter dicte Magne partis per dictos do. consules Arelatenses occupate. Nisi fortasse probaretur ꝙ de hoc fuit vox publica ⁊ fama antiquissima. Et sic ꝙ fuerit ⁊ sit non solũ hodie vel a decem. xx. aut triginta annis, sed ꝙ illa erat, iam sunt. xxx. xl. l. lx. c. anni ⁊ vltra: ⁊ quod testes deponerent saltem de. xl. annis, ⁊ quod dici audiuerunt a suis progenitoribus ⁊ alijs antiquis dicentibus, ꝙ illa publica vox ⁊ fama, etiam fuerat toto tempore eorum memorie, quia licet fama duntaxat probet regulariter tantũ
9 semiplene in ciuilibus, tamen fama antiquissima † plene probat, per id quod scribit Inno. in. c. quid per nouale. ⁊ in cap. veniens. de verb. signifi. Bald. in dicta auth. quas actiones. col. vlt. C. de sacrosan. eccle. ⁊ in. l. cum super. C. de rei vendic. Anto. de butr. in ca. veniens. el primo. de testi. Joan. de imo. in. c. cum causam. de probat. glos. in. l. atqui natura. §. cum me absente. ff. de nego. gest. vbi refert Ange. per illam glo. se obtinuisse in ciuitate Paduana: qꝛ per famã antiquam probauit dominium cuiusdam domus, spectare ad ecclesiam que per ducentos annos transiuerat in manus diuersorum. multas remissiones pro hoc, quas non refero, ponit do. Jason. in sua solenni repetitione. l. admonendi. char. xxxiij. vers. limita tamen singulariter in antiquis. quia tunc fama plenam probationem facit. ff. de iureiur. ⁊ And. barb. in. c. ex literis. col. pen. vers. vltimo posset quispiam dubitare ⁊ sequenti de probat. vbi etiam dicit Bal. in. l. conuenticulam. C. de episc. ⁊ cle.
10 referre Bar. dicere, ꝙ si confines † seu termini sunt antiqui, poterunt probari per testes qui deponent de dicto antiquorum, vt puta qꝛ audiuerunt ab antiquis, ⁊ antiqui audiuerũt ab antiquioribus. l. si arbiter. ff. de proba. ⁊ ꝙ voluit Inno. in d. c. quid per nouale. ⁊ in. d. c. veniens. Que omnia ⁊c.

1 ¶ Verbum heredibus, licet sumatur pro liberis, non tamẽ de liberis intelligitur, qui non sint heredes.
2 Dictio quibuscunqꝫ, debet restringi ad habiles ⁊ cõprehendit non solum clericos, sed etiam laicos. nu. 3.
4 Verborum tenor, inspici ⁊ attendi debet, qꝛ talis est contractus, qualis apparet ex eius tenore.
5 Verba ex suo corpore legitime descendentes, nõ intelligi de agnatis ⁊ collateralibus.

¶ Epitome.

¶ Ex tenore infeudationis huiusmodi, vbi dicitur, in feudũ nouum quem dedisse ⁊ cõcessisse titio, pro se ⁊ suis heredibus vtriusqꝫ sexus, ex suo corpore legitime descendentibus, quibuscunqꝫ: verbum quibuscunqꝫ restringitur ad suos dicti tij heredes tantum, non ad alios.

¶ De successio. feudi. Consil. ccccviij.



Pretendit nobilis ⁊ generosus vir dominus Joannes dacgne, quod dudum Anno scilicet domini Millesimo quadringentesimo sexto, ⁊ de mense Octobris, bone memorie illustrissimus dominus Ludouicus secũdus pro tẽpore Rex Hierusalem ⁊ Sicilie, ducatus, Apulie dux ac Andegauie, comitum prouincie ⁊ forcalqueri comes, in feudum nouum dederit, tradiderit atque concesserit Spectabili quondam viro domino Petro dagne, pro se ⁊ suis heredibus vtriusque sexus, ex suo corpore legitime descendentibus quibuscunque locum ⁊ castrum de Grimaldo, eiusque baroniam ⁊ baiuliam ac vallem fraqueti, ⁊ turrim de sancto Tropete, earumque territoria, ⁊ omnia alia pertinentia ad dictam Baroniam ⁊ baiuliam dicti loci Grimaldi ⁊ valli Rayneti: quam tunc ad eius tenebat domanium, cum omnibus vassallis portubus ⁊c. Pretendit insuper idem dominus Joannes se fuisse ⁊ esse de cognomine ⁊ agnatione dicti quondam domini Petri ⁊ quod propterea in vim huiuscemodi infeudationis, fuerit ⁊ sit inuitatus ad ipsam Baroniam ⁊ alia predicta. Ob quod his diebus obtinuit a serenissimo domino nostro Francorum Rege, rescriptuꝫ, per quod citari procurauit ⁊ fecit nobilem ⁊ magnificuꝫ virum dominum Carolum de vaesco dicte Baronie legitimum possessorem compariturum coram eminentissimo magno regio consilio ⁊ responsurum petitioni ⁊ demande suprascriptus domini Joannis. Quesitum est, an dictum feudum fuerit ⁊ sit feudum hereditarium, ⁊ non ex pacto ⁊ prouidentia concedentis ⁊ quod ideo nulli possint in feudo huiusmodi seu Baronia succedere, in vim dicte infeudationis, nisi sint heredes immediati vel mediati dicti quondam domini Petri.

¶ Secundo, an supposito quod non solum liberi existentes vniuersales heredes immediati vel mediati dicti quondam domini Petri ex suo corpore legitime descendentes censeantur ad feudum huiusmodi inuitati. Sed etiam liberi legatarij, an ad dictum feudum fuerint inuitati non solum descendentes ex dicto quondam domino Petro, sed etiam extranei saltem sue agnationis seu cognominis.

¶ Ad primum dico ⁊ respondeo, quod licet verbum heredi-
1 bus † sumatur pro liberis dicti quondam domini Petri, non tamen videntur ex concessione seu infeudatione huiusmodi inuitati, nisi etiã sint heredes vniuersales. Quia quanuis in hoc casu, non veniant ex pacto ad successionem feudi, ipsi tamen propter hereditatem defuncti cui successerunt, ad illam veniunt ⁊ pro portionibus hereditarijs. Aluaro. post Jacob. de bello vi. Jaco. ozelia. in cap. j. tit. qui de eo qui sibi vel heredibus suis. quod etiam ibi sequitur do. Prepositus. idem voluit And. de iser. in cap. j. titu. an agnatus vel fi. defunc. repudiata heredicate ⁊c. ⁊ in capi. j. in princi. ⁊ in. §. hoc quoqꝫ. versicu. si feudum datum est tibi ⁊ heredibus tuis. de successio. feu. ⁊ cap. i. titu. qui successores teneantur el primo. Alexan. de imo. consil. x. exordiente, Ponderatis ijs que in themate. versicu. item respondeo ad dictam inuestituram in iij. vol. facit ꝙ not Bart. in. l. ex facto. §. si. ff. ad Trebel. ⁊ in. l. iij. ff. de interdi. ⁊ releg. ⁊ sic prima facie videretur, ꝙ nullus cẽseatur fuisse inuitatus ad successionem dicti feudi nisi fuerit vel sit heres vniuersalis dicti quondam nobilis Petri. Et hoc esset verum, nisi in dicta infeudatione fuisset apposita dictio quibuscunqꝫ: quia propter hanc dictionem quibuscunqꝫ censentur inuitati non soluꝫ heredes vniuersales, sed etiam legatarij vt scribit Bal. in. l. imperialem. in prin. in columna penultima. versiculo, sed quid si concessum est feudum mihi, pro me ⁊ successoribus quibuscunque. de prohibi. feud. alien. per Frederic. pro quo allegat. l. id tempus. §. j. ff. de vsucap. quem refert ⁊ sequitur Alexan. de imo. in. l. quedam. §. nihil. col. j. ff. de eden. idem tenet Roma. in. d. l. id tempus. §. j. ⁊ in l. etiam. ff. solu. matrimo. ⁊ sic esto, ꝙ dictus Joannes dacgne non sit vniuersalis heres aut successor dicti quondam domini Petri, si tamen ex eodem domi. Petro descendisset ⁊ eius immediatus vel mediatus legatarius videtur inuitatus

¶ Pro faciliori solutione secundi quesiti premitto, quod hec difficultas insurgit, ex eo quia in dicta infendatione, posita est illa dictio quibuscunque. Propter quam non importune dubitatur an illa sit tante potentie, vt alteret naturam feudalem: vt sic videlicet valeat vt possint in dicto feudo succedere non solum illi qui alias illa dictione non apposita, erant habiles ad succedendum, sed etiam illi qui alias succedere non potuissent: super qua difficultate. dicit Baldus in lege, cum virum. C. de fideicommiss. quod di-
2 cta dictio † quibuscunque. debet restringi ad habiles, per id quod habetur & notatur per glo. & doc. in. l. prima. C. de sacrosanctis eccles. & idem in effectu videtur concludere Baldus in capitulo primo. §. donare. qualit. ol. feud. pote. alien. quam decisionem refert Andr. barb. consilio. lxiij. exordiente, Sapienter scribitur tertio Paralipomeno. vel circa. Et ita etiam tenet idem solennis docto. extra. de feu. super rubrica. versic. dicas hoc modo. S. pater accepit feudum pro se & heredibus suis ac successoribus quibuscunque. & Alexand. de Imo. consi. xxx. exordiente, Quoniam omne datum optimum &c. versic. octauo quia vassallus feudum legare non potest, in primo volumine. & secundum hoc videtur quod liberi dicti quondã domini Petri qui nõ essent eius heredes vniuersales non possent in dicto feudo succedere, postquam non sunt habilitati per dictam dictionem quibuscunque. ¶ Sed contrarium tenuit Baldus in. l. j. q. xxxiiij. ff. de re. diui. vbi scribit, quod omnes veniunt per textum in cap. j. de feu. non habente propr. na. feu. & hanc opinionem tenuit Bald. in dicto capit. imperialem. in principio. columna penultima, versicu. sed quid si concessum est feudum. Hanc opinionem sequitur Alexan. de Imo. in dicta. l. quedam. §. nihil. col. j. ff. de eden. And. Barb. in repetitione. l. cum acutissimi. C. de fideicom. vbi dicunt se pro hac opinione ponderare nouum text. in. l. prima. §. permittitur. in verbo qualemcunque successorem. ff. de aqua quotidiana & estiua. & gloss. iuncto text. in clemen-
3 tina prima. de iudi. vbi, illa verba quibuscunque † comprehendunt non solum clericos, sed etiam laicos, & sic per illa verba alteratur materia actus: confirmatur hec opinio. per illud quod etiam Alexand. de imol. in. l. si patroni. in principio. in prima colum. ff. ad Trebellianum. vbi dicit quod licet feudum regulariter non veniat in restitutione fideicommissi, tamen istud non procedit, quando fuit susceptum pro se & heredibus quibuscunque, & sic quod propter illam dictionem quibuscunque videantur inuitati, non solum liberi, qui scilicet essent heredes vniuersales aut particulares. Sed etiam extranei vtpote illi, qui essent de agnatione & cognatione dicti domini Petri per id quod scribit Alexand. de imol. in lege. gallus. §. etiam si parente. vers. hoc tamen fallit si dictum esset. ff. de liberis & posthumis. & in. l. quod dicitur. la. ij. columna antepenultima, versi. intellige semper, nisi adiecta essent illa verba & successoribus quibuscunque. ff. de verborum obligationibus. dominus Jas. in. l. secunda. §. pretor ait. ff. qui satisd. cog. & in dicta. l. quedam. §. nihil. ff. de eden. in secunda q. xiiij. versic. extra glossam. C. de iure emphyt. & in preludijs feu. vbi etiam respondet ad quedam que possent obijci in cõtrarium & Franci. de cur. iunior. consilio primo, exordiente, Facti contingentia sic se habet. versi. etenim & communis est iuris cõclusio. Et sic prima facie videretur, quod propter illam dictionem quibuscunque possent in dicto feudo succedere, non solum liberi dicti quondam domini Petri eius heredes, & successores vniuersales aut particulares, & sic legatarij. Sed etiam extranei, qui scilicet nõ essent eius liberi vel de suis liberis, saltem si essent agnati & de suo cognomine. Sed in contrarium est veritas, & hoc clare deprehenditur ex verbis infeudationis, in qua scribitur dictum illustrissimum do. Regem, baroniam predictam & alia in feudum nouum dedisse,
5 tradidisse & concessisse dicto do. Petro dagne, pro se & suis heredibus vtriusque sexus, ex suo corpore legitime descendẽtibus quibuscunque, que cum clarissima existant, non est ab eorum significatione recedendum. l. ille aut ille. §. cum in verbis. & l. non aliter. ff. de lega. iij. Debet enim inspici & attendi
4 verborum tenor † quia talis est contractus qualis apparet ex eius tenore. l. ad probationem. versic. quem tenor adiuuat. C. de probat. & l. sancimus. vers. pacti tenor. C. de fideiussor. l. fideiussores magistratuum. §. pro aurelio. in verbo lecta subscriptione. ff. de fideiusso. & in. l. si quis stipulatus stichum aut Pamphilum. versic. querentibus inspiciendus est sermo. ff. de verborum obliga. & maxime debet attendi & inspici tenor inuestiture. c. si cui. versi. sermonem inuestiture intuentes. titulo. de extraordinarijs capitulis corradi. capi. j. de duobus fratribus a capitaneo inuestitis. & quod not. Bald. in preludijs feudorum diuisione. 4. multas remissiones ponit Franc. de cur. consilio. xlix. exordiente, Memorie recolende dux Mediolani tertius Philippus Marie car. vj. ver. Primo igitur pro solidissimo fundamento vbi videri potest. Ad quod facit cap. porro. & cap. recepimus. de priuilegijs. & cap. ex tenore. de foro compet. Debet igitur tenor dicte infeudationis facte de dicto quondam domino Petro attendi & inspici & in quo vt dixi, verba sunt clara, cum ibi dicatur dictum illum dominum Ludouicum in feudum nouum dedisse, tradidisse & concessisse dicto domino Petro dagne, pro se & suis heredibus vtriusque sexus, ex suo corpore legitime descendentibus & alijs quibuscunque, sed dicitur pro se & suis heredibus vtriusque sexus, ex suo corpore legitime descendentibus quibuscunque. Et ita ex tenore infeudationis huiusmodi, verbum quibuscunque restringitur ad suos sui Petri heredes vtrius-
5 que sexus, ex suo † corpore legitime descendentes. Cuiusmodi non sunt agnati, collaterales, dicti quondam domini Petri: quia illi ab eodem non descenderunt. Et ita dici non possunt fuisse vel esse comprehensi in dicta inuestitura. Non obstant superius in contrarium allegata, quia vt ex eorum scriptis colligitur, & clare apparet, ipsi non loquuntur quando dictio quibuscunque restringitur ad descendentes. Sed quãdo adijcitur hec dictio quibuscunque cum copulatiua, et, vt verbi gratia, si diceretur pro se & suis heredibus vtriusque sexus, ex suo corpore legitime descendentibus & successoribus quibuscunque, tunc enim illa dictio successoribus quibuscunque cum copulatiua, & hoc operatur ne fiat restrictio ad solos descendentes, ex illo cui fit concessio. Sed hoc non fuit in casu nostro, vt clare apparet ex verbis dicte infeudationis. Que omnia dixerim sub correctione &c.

1 ¶ Pater receptioni dotis per filium fiende consentiens, tenetur ad illius restitutionem.
2 Apocha quod fuerit scripta manu alicuius, qualiter probetur.
3 Confessiones facte parte absente & extra iudicium, an releuent. & nu. 4.
5 Consensum geminatum, tantum operari interdum, quantum iuratum.
6 Judicium omne, probari debere per duos testes.
7 Patrem donare posse filio in sua potestate existenti, donatione inter viuos, efficaciter cum iuramento.
8 Donatio inter viuos facta post mortem valitura, qualiter intelligatur.
9 Actum dici inter viuos, quanuis sit collatum in tẽpus mortis, nihil repugnat.

¶ Epitome.

¶ Pater si sit presens, in constitutione seu assignatione dotis suo filio facta, non solum matrimonio, sed etiam solutioni dotis videtur consentire. Quo fit, vt si probetur demum dos soluta filio insolidum vel pro parte, censeatur pater, ad restitutionem illius, siue partis obligatus.

¶ Solu. matri. Consilium. ccccix.



Certum est, quod honorabilis vir Bertrandus iandini fuit presens tempore matrimonij dudum, Anno scilicet domini Millesimo quingentesimo decimotertio, & die decimanona mensis Octobris per verba de futuro contracti, per & inter Joannem iandini eius filium naturalem & legitimum ex vna parte, & honestam tunc puellam, Ludouicam & filiam naturalem & legitimam honorabilis viri magistri Gaspardi de Plano ex alia. Quod que etiam fuit presens non solum quando idẽ magister Gaspardus constituit & assignauit in dotem & pro dote predicte Ludouice eius filie, dicto Joanni iandini dicti Bertrandi filio. cccc. florenos, etiã quando idẽ magister Gaspardus

Gaspardus cōuenit ⁊ promisit eosdem.ccccc.florenos dare,
soluere ⁊ expedire dicto Joanni iandini. ⁊ sic non solum di-
cto matrimonio, sed etiam solutioni dicte dotis videtur con
sentire, argumento. l. qui proprio. §. item queritur. lege, qui
procuratorem. de procurato. ⁊ l. inuitus. cum suis similibus.
C. eodem titulo. Quo fit, vt si probetur dos predicta fuisse
postea insolidum vel pro parte soluta dicto Joanni, censea-
tur ⁊ censeri debeat dictus Bertrandus ad restitutionem
illius seu partis eius obligatus, per id quod scribit Barto-
tolus in. l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. matrimo.
vbi etiam alij doctor. ⁊ maxime Alexan. de Jmo. versic. item
dum Barto. hic concludit, ⁊ Angelus Aret. in. §. fuerat. co-
lumna penultima, versicu. quero, an eo ipso ꝙ pater consen-
tit ⁊c. institu. de actio. quatenus volunt, quod in casibus in
quibus cogitur pater consentire filio ducenti vxorem se obli
1 gare, pro restitutione dotis filio eius constitute, si † receptio-
ni illius. fiende per filium consentiat, ipse tenetur ad restitu-
tionem eiusdem dotis. Jstud plane procederet si appareret
de consensu dicti Bertrandi iandini, sed non videtur quod
eo ipso quod ipse fuit presens in predictis, censeatur ipse ex-
presse consensisse receptioni eiusdem dotis fiende per Joan-
nem filium, ad hoc quod censeatur obligatus, pro restitutio-
ne illius. Pro quo remisisse sufficiat, ad id quod scribit Bal-
dus in cap. j. in principio, de prohibit. feu. alien. per Lotha. ⁊
quod habetur in. l. caius. ff. de pign. actio. ⁊ in. l. fideiussor. §.
pater. ff. de pigno. ⁊ quod scribit Alexand. de imo. consil. xx.
exordiente, in tertio vol. ⁊ dominus Jason. in. l. cum alienam.
versic. nunc limita hec duo. C. de lega. ⁊ istud videtur verius.
¶ Ad secundum quesitum, in quo queritur, an iuridice fue-
rit actio intentata. Dico ⁊ respōdeo ꝙ sic. Sed debuit idem
magister de plano instare pro responsione libelli seu litis cō-
testatione. Et deinde facere suas probationes non ante que
propterea facte, debent recenseri post litem contestatam.
¶ Ad tertium dico ⁊ respondeo, quod si probaretur realis
datio ⁊ expeditio summe declarate in libello, vt verbi gra-
tia, si de datione ⁊ reali numeratione sexaginta scutorum
auri datorum ⁊ vt pretenditur, expeditorum dicto Joan-
ni Jandini per Joannem saluani in ciuitate Lugduni, vt
quia duo testes vel plures de numeratione ⁊ datione huius-
modi deponerent, non esset dubium, quin per hoc probare-
tur. l. vbi numerus. ff. de testi. ⁊ l. exercendis. C. de fide instr.
de illa tamen non poterit effectualiter deponere dictus Jo-
annes saluani, per id quod not. Bartolus in. l. deferre. §. de-
creuerunt. ff. de iur. fis. ⁊ idem dico de magistro Gulielmo co-
leti notario. Qui etiam non fuit presens.
¶ Quo vero ad schedulam seu Apocham scriptam ⁊ sub-
scriptam vt dicitur per dictum Joannem iandini, dico ⁊ re-
spondeo, ꝙ si dictus Bertrandus hoc confiteatur illam, sci-
licet fuisse scriptam ⁊ subscriptam per dictum Joannem, res
erit sine dubio, quia per eam probabitur solutio dicte dotis.
Sed si idem Bertrandus hoc Neget, tunc aduertendum
erit, an testes producendi deponent aut testificabuntur de
2 dicta Apocha † scilicet, quod viderint illam scribi, ⁊ subsi-
gnari per dictū Joannem, ⁊ sic quod fuerint presentes tem-
pore scriptionis illius, tunc per depositionem eorundem ⁊
per comparationem dicte Apoche, alterius scripture, al-
terius apoche vel alterius scripture recognite seu recogno-
scende per eundem Bertrandi dicta Apocha plene proba-
ret. Pro quo remisisse sufficiat, ad id quod no. Panormita-
nus in capitulo secundo, de fide instrument. quinimo etiam
plene probaret sine comparatione alterius scripture, prout
plene ⁊ eleganter scribit Alexand. de Jmo. consil. lxxx. exor-
diente, Jn causa ⁊ lite vertente. in secundo volumine. Sed
si testes non deponant se fuisse presentes, tempore scripte pre
dicte Apoche, ⁊ quod illa que exhibetur, est illa quam scribi
viderunt. Sed forte deponant, se cognouisse ⁊ bene cogno-
scere literam dicti quondam Joannis, pro eo quia sepe vi-
derunt eum scribentem ⁊ eum frequentarunt, ⁊ quod dicta
Apocha est manu sua scripta ⁊ subscripta, tunc parum pro-
derit eorum depositio: per id quod voluit Panormitanus
in dicto capitulo secundo. ⁊ Alexand. de imo. consilio octua-
gesimo, exordiente, Viso processu cause vertentis. in quarto
volumine. Quo vero ad declarationes factas propter moni
3 torum generale, est considerandum, quod ille pretense † con-
fessiones dicti quondam Joannis Jandini de quibus in re-
uelationibus sunt facte parte absente, ⁊ extra iudicium. Et
sic videntur nec sibi nec patri nocuisse. l. certum. §. si quis ab-
sente. ff. de confess. ⁊ quod not. glo. in cap. fin. ⁊ quod ibi doct.
de confess. ⁊ glos. in. l. vnica. C. eodem titulo. Et hoc procede-
ret maxime vel saltem de iure ciuili, nisi confessio fuisset ge-
minata. Sed quia videtur quod dictus Joannes pluries
confessus fuerit, se habuisse a dicto magistro Gaspardo flo-
renos ducentos ⁊ quinquaginta, videtur quod confessio fue-
rit geminata ⁊ eidem ⁊ patri nocuerit, per id quod no. Bar-
tolus in. l. cum scimus. colum. vltima. per illum textum. C. de
agrico. ⁊ censi. libro vndecimo. vbi colligit singularem theo-
ricam, quod vbi confessio non preiudicat ex defectu presum-
pte voluntatis, si tamen fuerit geminata valet. ⁊ idem dicit
Baldus. de verbis enuntiatiuis ⁊ sequitur Paulus de cast.
in. l. publia. ff. depo. ⁊ Roma. in. l. nuda. ff. de donationibus.
4 Et ita in proposito † quod non valeat confessio facta extra
iudicium parte absente, pro eo quia quis non presumi-
tur velle se obligare absenti. Jta ex defectu voluntatis tol-
5 litur ratione geminationis. Pro quo facit quia † aliquando
videmus tantum operari geminatum consensum, quantum
iuratum pro quibus breuitatis causa, remisisse sufficiat, ad
id quod scribit dominus Felinus in capitulo, si cautio. versi.
fallit vltimo. in confessione. de fide instrumentorum. Posset
fortasse addi confessionem esse factam ad liberandum dictū
magistrum Gaspardum, sed quia etiam in consequentiam
obligat confitentem: super hac ratione nō insisto. Est autem
aduertendum, quod cum confessio facta parte absente ⁊ ex-
tra iudicium, faciat iudicium ⁊ vt dixi geminata seu repeti-
ta, probet, oportet ꝙ quelibet plene probetur ⁊ sic per duos
testes. Et ideo si vnus testis deponat audiuisse Joannem
iandini tali anno, mense ⁊ die, vel in tali loco, ⁊ alius testis
deponeret de confessione eiusdem Joannis facta alio tem-
pore, vel alio loco, isti duo non probarent confessionem gemi
natam quia opportet quod quelibet plene probetur ⁊ sic per
6 duos testes, † per quos probari debet omne iudicium: vt no.
glo. reputata singularis. in. l. fi. ⁊ quod ibi doctores. C. fami.
erciscun. Jnnocen. in cap. sicut de simo. Ang. in. l. fin. in prin-
cipio. ff. quod metus caus. ⁊ authentico. de testa. imperfec. in
principio. collatio. viij. Bald. in. l. cum citra. C. de iur. dot. ⁊
in. l. secunda. in principio. ff. de excusatio. tutor. de quo scribit
Alexan. de imo. consilio vndecimo, exordiente, Sentio in du
bium reuocari ⁊c. versic. ⁊ posito quod testimonium de audi-
tu ⁊c, ⁊ consilio. xix. exordiente, Jn ijs que in themate. versic.
preterea iste testis etiam est inimicus. Jbi tamen attento ꝙ
ipse testis non deponit. in ⁊ super substātia ⁊c. in quarto vo-
lumine. Que scribo, vt idem magister Gaspardus videat, ⁊
plene deliberet ⁊ intelligat, quid testes sint deposituri.
¶ Quo vero ad donationem, quam dicto quondam Joanni
iandini fecisse legitur, dictus Bertrandus pater paulo ante
7 dictum matrimonium est † aduertendum, quod licet cum iu-
ramento possit efficaciter pater donare donatione inter vi-
uos filio in ipsius patria potestate existenti, per id quod not.
Bald. in. l. fin. C. de vsucap. Alexan. de imo. in. l. si donatione.
versic. vtrum autem. C. de collatio. ⁊ alij in alijs locis, tamen
donatio quam eidem Joanni fecisse legitur dictus Bertran-
dus de quingentis florenis fuit caudata ⁊ restricta, vt scili-
cet illi non recipiant super bonis suis, ante decessum eius
nec si tempore illius non extarent argumento sumpto a con-
trario sensu, quod habet locum etiam in contractibus. l. in-
ter socerum. §. cum inter. ff. de pact. dota. sed duntaxat post
mortem ⁊ si extarent tempore decessus, ⁊ quamuis non fuerit
expressum de cuius decessu intelligeretur, an scilicet de de-
cessu Bertrandi donantis, vel Joannis donatarij, tamen
opportune colligitur, esse intellectum de decessu dicti Ber-
trandi, non de decessu dicti Joannis. Non enim verisimile
est, quod dictus Bertrandus dictos florenos. ccccc. filio do-
nauerit per eum recuperandos super bonis eiusdem Ber-
trandi si extarent tempore decessus ipsius Joannis, ⁊ non
ante. Et sic per quod Joannes ante decessum eius, eos reci-
pere non posset, ⁊ quos post mortem ipsius etiam recipere
non potuisset, prout non potest. Et sic nunquam nisi forte
dicas, quod heredes Joannis, illos potuissent recipere.
Sed non est verisimile, quod Bertrandus plus dilexerit
heredes predicti Joannis vel suos futuros liberos, quam
ipsum Joannem, cui donabat. Preterea illa reseruatio,
de non recipiendo ante mortem, facta est fauore dicti Ber-
trandi donatoris, ne scilicet eo viuo exigerentur aut su-
per suis bonis reciperentur. ⁊ voluit ita demum illos recipi,
super bonis suis, si extarēt tempore mortis sui ipsius, ⁊ quo-
8 tidie videmus simile: donant enim homines † donatione in-
ter viuos post eorum mortem valitura quod intelligitur, id
est effectum suum sortitura. Non quin valeat, sed non potest
peti donatum nisi post mortē donatoris: prout scribunt mul-

ti,in multis locis. Dicta igitur donatio facta per Bertrandũ de.ccccc. florenis, effectum sortietur, post mortem ipsius Bertrãdi donatoris, non ante: nihil enim repugnat q actus
9 † dicatur actus inter viuos, quanuis sit collatus in tempus mortis.l.j.C.vt ab here.& con.here.l.hereditarium.ff.de bon. auto.indi.possid.l.fi.C.de contrab.& commit. stipu. & expressius.in.l.nam & si cum moriar. cum ibi nota. per Gulielmum de Cun.& Barto.in vlti.oppositione. ff.de conditio.indebit. Uiuente igitur dicto Bertrando, non possunt ab eo peti dicti quingẽti floreni, post mortem vero si bona supersint tempore mortis illius, poterit agi contra heredem vijs opportunis. Laudo & consulo, q dictus magister Gaspardus, in-
f stet pro responsione fienda libello, & q responso. declaret euz per positiones seu articulos. Et forte esset bonum, q post ordinationem & ante litis contestationem, ipse reintegraret libellum & peteret, non solum dicta sexaginta scuta, sed eisdem inclusis ducẽtos & quinquaginta florenos. Placuisset mihi, quod dictus magister Gaspardus non restitisset dicte Ludouice iandine nec eam impediuisset, quominus faceret inuentarium de bonis dicti quondam Joannis. Sufficiebat enim presumi de nullitate, & dicere quod beneficio illius gaudere non debebat & forte profuisset videre inuentarium & bona, que in eo descripta extitissent: vereor autem, ne iudex ordinet eandem Ludouicam ad confectionem illius condemnandam & q fortasse compenset expensas in causa factas.

1 ¶ Actiones actiue & passiue, transeunt in heredes.
2 Filius sicut habet beneficium abstinendi a paterna hereditate: ita & pater econuerso.
3 Hereditatis aditio est quid facti.
4 Donatio inter viuos facta per patrẽ filio, in sua potestate, regulariter non valet.
5 Filius si negotiatur de pecunia patris, an in dubio sibi acquirat.
6 Operam industrialem, an filius teneatur prestare patri.

¶ Epitome.

¶ Libello debite & opportune concepto, est respõdendum, & contestanda lis super eodem.

¶ De contesta.litis. Consilium.ccccx.



Uiso pcessu dudũ cepto, & diu continuato per & inter honorabilem virum magistrum Gaspardum de plano, & honestam mulierem Ludouicaz eius filiam naturalem & legitimã actores ex vna parte, & honorabilem virum Bertrandum iandini & honestam mulierem Ludouicam eius filiam naturalem & legitimam reos ex alia. Dico, q libellus parte eorundem magistri Gaspardi & Ludouice filie, in hac causa contra dictos reos oblatus & productus, fuit & est debite & opportune conceptus: & alias talis, cui per dictos Bertrandum & Ludouicam filiam, heredes vniuersales Joannis iandini dicti Bertrãdi quondã filij naturalis & legitimi, & Ludouice fratris aut vt heredes assertos etiam si heredes non essent respõderi: q: hoc venit discutiendũ post litem contestatam in probationibus per quas apparebit & videbitur eosdẽ Bertrandũ & Ludouicam filiam adiuisse hereditatem dicti Joannis nec ad impediendũ litis contestationem debuerũt admitti articuli exordientes, Ad eos fines & effectus &c. parte eorundem Bertrãdi & Ludouice, in causa producti & inserti. fol.63. causis, rationibus & motiuis plene allegatis & deductis in schedula, exordiente, Cogi debet procurator parte eorundem Gaspardi & Ludouice, in causa producta & inserta. folio.135. Quibus adhereo, & quanuis admissi extiterint, non tamen sufficienter colligitur vel apparet, eosdem Bertrandum & Ludouicam non esse heredes dicti quõdam Joannis, aut actus non fecisse qui citra ius & nomen heredis, fieri non possunt. Non enim predictis refragantur proposita & deducta, in schedula exordiente, Comparuit honorabilis vir Bertrandus iandini, parte eorundem Bertrandi & Ludouice producta, inserta folio consiliorũ.61. & primo quidem, non prima ratio in qua dicitur dictum Bertrandum non esse heredem dicti quondam Joannis, quia quanuis ita responderit, respondendo interrogatorijs, non est tamen sibi de hoc credendum. Sed cõuinci poterit & conuincetur de mendacio vt dicitur in simili in.l.fi. ff.de rei vendica. Etiam nec obstat secunda ratio. Quia supposito citra preiudicium veritatis, q solutio dotis seu summe, de qua in libello dicto Joanni solute non extitisset scientie & mandante dicto Bertrando iandini, & quod propterea nõ teneretur dictus Bertrandus ex persona suijpsius Bertrandi, teneretur tamen
1 ex eo q: est heres dicti quondam Joannis, quia † actiones actiue & passiue transeunt in heredes per iura vulgaria. Tuz & q: cum presente & verisimiliter cõsentiente dicto Bertrãdo fuerit dicto quondã Joanni non soluz dos constituta & assignata per dictum magist. Gaspardũ, sed etiã promissio sibi facta de illa sibi soluendo, dictus Bertrandus tenetur etiam ex persona suijpsius. per id quod scribit Bar.& doct. in locis cum oportuerit allegandis. Etiam nec procedit alia ratio,
2 in qua pretenditur q quemadmodum filius † habet beneficium abstinendi a paterna hereditate, ita etiam & pater habet beneficium abstinendi ab hereditate filij: q̃m respõdeo de hoc non esse contendendũ, an pater possit abstinere vel non, sed pretendũt dicti magister Gaspardus & Ludouica, quod ipse adiuerit hereditatem, quod facere potuit & fecisse censetur per actus per eum gestos, qui citra ius & nomen heredis, fieri non possunt: qui autore domino probabuntur. Et cum hoc probatũ extiterit opportune allegabũtur. l.pro herede.& l.gerit.ff.de acquir.heredit.& apparebit, non obesse id quod extraneo opponitur in dicta schedula, Comparuit honorabilis vir &c. scilicet q † aditio hereditatis sit quid facti
3 & quod proposita per dictum de plano non probauit dictum Bertrandum audiuisse hereditatem &c. quia imo probant & si non omnia tamen eorum aliqua. Et hoc sufficit ad hoc q dicatur adiuisse. dicta.l.pro herede. in principio. ibi quia aliquid &c. Quoad id vero quod vlterius opponitur, de pendẽtia iudicij vniuersalis, fuit iam opportune responsum, in schedula superius allegata. Et ideo super hoc, non est laborandum. Preterea non refragantur, nec obstant proposita & deducta parte dictorum Bertrandi & Ludouice, in quadã eorum schedula exordiente, Ad hos fines: & primo quidem, non ea que deducuntur in secundo articulo, quia de contrario autore domino apparebit. Non etiam ea de quibus in tertio articulo, quia si etiam vera essent ea de quibus ibi, prout non sunt, sunt tamen alia que eisdem Bertrando & Ludouice & signanter ipsi Bertrando refragantur. & idem dicitur de contentis in quarto. Etiam nec obstant deducta in quinto, quoniam respondetur, q imo donatio de qua ibi, valuit & va
4 let, quia licet donatio inter viuos facta † per patrem filio, in ipsius patria potestate existenti, regulariter non valeet. l.ij. C.de inoff.dona.& l.donatio. qua parent. C.de donat.int.vi.& vx. hoc tamen fallit quãdo donatio per patrẽ facta est vallata iuramento, prout scribit Bal.in.l.si donatione.C.de colla. & plenius in.l.tertia. C.de vsucap.pro donato. Aleg.de Imo. in.l.si donatione.ver. vtrum autem.& d. Jas.de may.in.l.frater a fratre.car.vlt.tam in lectura.quam in repetitione. ff.de cond.indeb.etiam nec obstant proposita & deducta in sexto, & septimo articulis, quoniam apparet ex productis parte dictoruz magistri Gaspardi & Ludouice filie, & plenius apparebit, q dictus quondam Joannes tempore cuius vite, negotiatus est, emendo & vendendo, non nomine dicti Bertrãdi eius patris, sed nomine sui ipsius, & nõ ex pecunia patris, sed propria. quo casu, acquirit sibi filius non patri, imo & sibi
5 acquirit quando negotiatur cum pecunia patris, si † sumus in dubio cuius nomine negotietur. Pro quibus pro nunc allegasse sufficiat, notata per Philip.de peru.in authentica, ex testamento.C.de collatio.& do. Jas.in.l.illud. C.de collat. Et idem voluerunt alij qui cum oportuerit allegabuntur. Pro quo allegari solet, quod licet pecunia ad patrem pertineat tamen opera industrialis spectat ad filiũ, q: prout dicit Bald.in dicta authen. ex testamento. versic. decimum capi-
6 tulum filius non tenetur prestare † patri operam industrialem, quanuis secus sit in opera obsequiali. argumento. l. si cut.ff.de oper.liber.ad quod facit. §.quod autem.insititu.per quas perso.nob.acqui.& ita secundum Philip.de peru.& do. Jas.vbi supra, sentiunt doctor.communiter. & hec sola ratio sufficit.

sufficit. Quinimo non est ea opus, cum ut dixi, idem Joãnes fuerit negotiatus nomine proprio, & de hoc appareat & ulterius de eo, fiet plenior fides & sibi acquisiuit multa etiam pecunia dotali, in que manus iniecit dictus Bertrandus post ipsius Joannis mortem. Et ob hoc non insisto super responsione fienda ad alia de quibus opponitur in predictis articulis. Concludo igitur, quod non obstantibus quibuscunque extra oppositis parte dictorum Bertrandi & Ludouice, teneãtur ipsi & debẽt respondere libello antedicto, & litem super eo cõtestari. Et ita mihi videtur sub correctione &c.

1 ¶ Consuetudo vel statutum, est quid speciale.
2 Excludit nullum, qui de quocunque dicit.
3 Statutum cauens, quod actor priusquam agat debeat satisdare, si non cauet actor, an iudicium sit nullum.
4 Reseruatio generalis, abrogat omnes leges & statuta, & tollit omnem potestatem conferendi.
5 Papa semper potest dispensare, & tollere ius positiuum.
6 Potestas in principe unum est, & aliud est voluntas.

¶ Epitome.

¶ Per clausulam derogatoriam statuto, statutum redditur inefficax, ea parte cui derogatur.

¶ De religio. domi. Consilium. ccccxi.



Statutum venerabilis ecclesie domine nostre de donnis, quo effectualiter caueri dicitur, quod decedentibus vel cedentibus do. Decano, eleemosinario infirmario vel alio canonico eiusdem venerabilis ecclesie donnis & habitationes eorum antiquioribus canonicis in dicta ecclesia residentibus assignentur, nõ suffragatur nec prodest venerabili capitulo eiusdem ecclesie, nec refragatur vel obstat egregio iuueni domino Josepho pauicia canonico eiusdem ecclesie, quominus habere debeat camerã, quã ante resignationem seu renuntiationem factam de sua canonia, obtinebat egregius vir dominus Joannes de Rognaco, & hoc duabus rationibus, Prima propter derogationem de qua in literis appositis, de conferendo &c. parte eiusdem domini Josephi impetratis & in quibus describitur clausula derogatoria, sequenti sub tenore. Non obstantibus fe. Re. Bonifacij pape octaui predecessoris nostri, & alijs Apostolicis constitutionibus, ac dicte ecclesie Auinionẽsis iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus. Et post pauca contrarijs quibuscunque, per quam derogationem quamuis ut forte pretenditur generaliter expressam, derogatum est dicto pretenso statuto, per id quod scribit Bal. in aut. omnes peregrini. col. fi. vers. item & aliud est hic notãdum. C. commu. de success. & in authentica, nauigia. in primo notabili. C. de fur. Et post eum do. Fel. in c. nonnulli. versi. sed not. quatuor dicta. versi. sexta conclusio. de rescrip. & bene facit quod no. Bal. in l. fin. versi. sed nunquid est necesse quod dicatur non obstante tali statuto. C. si contra ius vel utili. pu. ubi dicit, quod cum fit mentio statuti vel consuetudinis videatur fieri mentio spiritualis,
1 † quia consuetudo vel statutum, est quid speciale. Et ideo tũc valet rescriptum illius, qui tali statuto aut consuetudini potest derogare. l. tertia. §. diuus. C. de sepul. viola. quod magis me procedit & procedere debet in casu nostro, in quo facta est mentio de statutis. Et quidem non generaliter sed de statutis contrarijs predicte ecclesie. Preterea dominus noster voluit, Statuta predicte ecclesie, nõ obstare impetranti etiã si illa essent iuramento confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roborata: per que concessio eidem do. Josepho facta redditur multo pinguior, seu tolluntur multa obstacula, de quibus alias opponi potuisset, scilicet quod statuta iurata non tollantur per generalem, derogatoriam statutorum per ea que post glo. in c. cum non deceat. de elec. in. vi. & post alios alibi scribit dominus Fel. & que non refero. in c. constitutus. vers. statuta iurata. de rescript. & do. Jas. in dicta. l. fin. versi. secundo aduerte tollitur etiam id de quo opponi poterat quod per generalem clausulam derogatoriam statutorum, non tollatur statutum autoritate apostolica vel alia firmitate roboratum. Addo quod in dicta prouisione dictum est, quibuscunque. Et sic generaliter & ita dominus noster nullum statutum excipi voluit quod scilicet cõtrariaretur sue concessioni. Qui
2 enim † de quocunque dicit nullum excludit. c. si Romanorum. vers. dicendo vero. distinctio. xix. cap. solite. circa fi. de maio. & obed. & l. iulianus. in princip. ff. de legatis. iij. & cum ita expressum extiterit de omnibus seu quibuscunque statutis, palã infertur fuisse voluntatis domini nostri, quod nullum obstaret. l. labeo. §. idem tubero. & §. ceterum. ff. de supel. lega. & que voluntas seruanda est in derogationibus, per id quod eleganter scribit Joan. andr. in cap. j. col. fi. in nouel. ubi etiam Geminia. versi. sed ex predictis que habent locum in derogatorijs ad ius commune. de excessib. prelato. in sexto. & ibi etiam versic. si vero fiat mentio non nominatim, sed generaliter de hoc eleganter scribit Philip. Francis. dicens quod si in literis fiat mentio non nominatim sed generaliter, puta non obstãtibus quibuscunque statutis, consuetudinibus. valent litere pro quo allegat nota. per gloss. in cle. dudum. §. nos enim. de sepul. in cle. j. de sentent. excom. in cap. cum non deceat. & c. qr sepe. de elect. in. vj. & subiicit, prout etiam Jo. and. & Gemin. quod in omni materia si per verba derogatoria, licet generaliter prolata ab eo qui derogare potest appareat de eius voluntate quod omnibus derogare voluerit ei scribitur. pro quo multos allegat qui possunt ibi videri. Puto igitur fuisse dicto pretenso statuto derogatum, etiam si esset iuratum seu apostolica autoritate, vel quauis alia firmitate roboratum. Quinimo etiam si haberet clausulam derogatoriam. & hoc pro eo. qr in dicta clausula dictum est contrarijs, per id quod scribunt Bartolus & docto. in dicta. l. fi. & Paulus de castro. consi. cccxx. exord. Dubitatur primo. versic. sed si requiritur qualis debeat esse. Super quo tamen articulo non me ulterius extendo, quia non reperio statutum predictum habere clausulam derogatoriam. Et si quam haberet vellem eam videre. Secũda ratio sumitur ex eo, quia in clausula predicta, videtur singulariter vel proculdubio specialiter fuisse derogatum dicto pretenso statuto, quatenus in dictis literis apostolicis dicitur illis presertim quibus inter alia caueri dicitur expresse, quod antiquiores canonici cameras canoniales per cessum canonicorum eiusdem ecclesie Auinionensis, seu alias quouismodo vacantes, optare possint. Quia quamuis dictum pretensum statutum, non videatur aperte loqui de optatione, per illud tamen introducta est in dicta ecclesia camerarum canonicarum optatio, & non aliud: dicitur enim in illo, quod decedentibus vel cedentibus do. decano &c. domus & habitationes eorundem antiquioribus canonicis in dicta ecclesia residẽtibus, assignentur. Que assignatio ita demum fieri debet, si per illos antiquiores fieri petatur: argumento eius quod voluit Paulus de cast. in. l. peto. §. fratre. col. fin. ff. de legatis. ij. ubi dicit, Quod si cauetur statuto, quod appellans vel petens restitutionem in integrum, debeat cauere cum fideiussore, de restituendis expensis & quod processus aliter factus, non valeat. Debeat statutum huiusmodi intelligi, si cautio petita extiterit, illo enim casu, nõ valet processus. Si prestita non fuerit, sentiens, quod valeat si nec petita nec prestita extiterit argumento scripto a contrario sensu, eius quod dicit doctor quod argumentũ de iure procedit. per id quod not. Jo. de imo. in. l. qui testamento. §. mulier. in fi. ff. de testa. pro quo facit. c. sane. el primo. xxiiij. q. ij. & quod not Ange. in authent. de non eligendo secundo nubentes. versi. & predicta vera. collat. j. facit etiam pro primo dicto. quod scribit Ang. consi. lx. exordiente, Visis predictis & statutis & ordinationibus communis. vers. nec obstat si dicatur. & post eum Franc. de aret. in. c. i. versi. aduerte tamen de accusa. Qui loquentes
3 de statuto, quo cauetur † quod actor forẽsis agens, debeat prestare fideiussionem antequam agat, dicunt quod si omittitur satisdatio, iudicium ex ipso iure nullum: quod tamen intelligunt si fideiussio petita extiterit: quia illa non erat per actorem offerenda. pro quo allegat Ang. duo iura simul iuncta. l. pomponius. §. rati. ff. de procurato. in casu ergo nostro. ita demũ videtur canonialis camera cedentis, aut decedentis do. canonici antiquiori canonico, in dicta ecclesia residenti, debere assignari, si illam sibi assignari petat, quod si non faciat, ut qr forte vult manere contentus ea quam habet assignanda est antiquiori post illum, si eam sibi assignari postulet. Et sic deinceps. Et ita puto in dicta venerabili ecclesia obseruari. Et hoc vel est optatio vel quid simile, quinimo simillimum & sibi equipollens. Ita enim fit in optatione, quia volentes deserere canoniam, vel prebendam quam habent desiderant & optant vacare seu alteri nouiter collatã, & illã habere volũt.

Unde cum dictum pretensum statutum & statutum vel consuetudo optandi quoad effectum non videantur differre, nõ refert quid ex ipsis statutis, vtpote equipollentibus expressum extiterit. l. si mater. C. de institu. & substitu. sub condi. fac. l. mulier. ff. ad Trebel. & l. si quis mihi bona. §. sed & si quid. ff. de acquir. here. Perinde est ergo expressisse clausulam derogatoriã. de qua in versiculo, illis presertim quibus inter alia caueri dicitur expresse q antiquiores canonici cameras canoniales per cessum canonicorum eiusdem ecclesie Auinionensis seu alias quouismodo vacantes optare possint ac dictum vel expressũ extitisset illis presertim quibus inter alia caueri dicitur expresse quod antiquioribus canonicis, in dicta ecclesia residentibus assignetur domus & habitationes decedentium vel cedentium canonicorum eiusdem ecclesie. Esto igitur citra preiudicium veritatis q per clausulã, non obstantibus & consuetudinibus ecclesie contrarijs quibuscunq non censeretur derogatum consuetudini vel statuto optandi, de quo tamen non sic indistincte scribit not. decisi. ccxvij. exordiente, Si mandetur alicui prouideri &c. & decis. cc. exordiẽ. Si mandetur alicui prouideri de maiori prebenda. Hoc tamen non obstaret intentioni seu iuri dicti domini Josephi cum statuto optandi fuerit expresse derogatum. Et idem factum esse videatur de dicto pretenso statuto ecclesie Auinionensis, vtpote equipollẽti. Et quia etiam cũ dictus canonicatus esset generaliter collationi domini nostri pape reseruatus & ille vacauerunt in curia, prout exprimitur in dictis literis apostolicis, plenam fidem facientibus. cle. literis. de probatio. non esset locus optationi canonicatus seu prebende, etiam vbi in dicta ecclesia esset statutum aut consuetudo optandi canonias aut prebendas, per id quod scribit Lap. Abb. in cap. j. §. in prebendis. de consuetu. in sexto, vbi dicit quod aut reseruatio fit generaliter, vt quia non est facta ob fauorem singularem alicuius, tunc siue papa prouideat siue mandet prouideri, tanquam de sibi reseruato, non est locus optationi & est ratio secundum Joan. de ligna. quia
4 reseruãdo † generaliter abrogat omnes leges & statuta, & tollit omnem potestatem conferendi. Et sic tollit legem, qua datur potestas optandi. c. ij. de preben. in. vj. aut reseruatio fit specialiter, quod non prosequor. Et cum hoc dicto transit Geminia. in dicto cap. j. §. in prebendis. Cum igitur vt predixi, dictus canonicatus cui accedit camera canonialis, esset generaliter reseruatus & in curia vacauerit. Et sic non esset locus optationi illius, etiam si in dicta ecclesia esset consuetudo vel statutum optandi canonias aut prebendas. Pariformiter nec est aut esse debet locus dicto asserto statuto, qr sicut in primo casu censeretur facultas optandi sublata, ita & in casu nostro, sublata videtur facultas assignandi cameram &c. per iura predicta, qr vtrobiq videtur esse eadem ratio. ergo idem ius. c. inter corporalia. col. j. ver. vnde cũ non sit maius vinculum, de translatio. prelat. c. dilecta. de confir. vti. vel inutil. l. senatus. §. libertum. ff. de rit. nupt. & vulgata. l. illud. ff. ad legem aquil. Et per hec patet vt opinor esse sufficienter responsum ad secundum & tertium quesita. Ad primũ vero quesitum dico & respondeo, q nõ ita fuerunt ligate manus pontificis per dictum pretensum statutum: quin potuerit & possit adueniente cessione seu resignatione aut decessu, illas conferre & de eis disponere, cum semper possit
5 † dispensare & tollere ius positiuum, a se vel predecessoribus conditum. cap. innotuit. de elect. & cap. proposuit. de concess. preb. quod si facere potest aduersus ius per se aut predecessores conditum, multofortius hoc facere potest, contra statutum factum ab inferiore. cap. inferior. cum suis similibus.
6 distinct. xxj. sed verum est, q in principe † aliud est potestas. & aliud voluntas. Potest enim princeps multa facere, que tamen facere non vult, aut facere non presumitur. & ideo in casu nostro, si nec in dictis literis apostolicis, fuisset apposita clausula derogatiua, de qua supra nec canonicatus predictus fuisset generaliter reseruatus, non videretur esse derogatum dicto statuto ecclesie Auinionensis. Et sic deberet camera dicti quondam do. de rognaco assignari antiquiori &c. nõ ex defectu potestatis summi pontificis, sed ex defectu voluntatis que non presumeretur adfuisse, sed quia vt predixi, fuit in dictis literis Apostolicis apposita dicta clausula derogatoria & canonicatus ipse erat generaliter reseruatus dico, q & potestas & voluntas sanctissimi domini nostri pape in hoc concurrerunt: vt idem dominus Josephus haberet non solum canoniam predictam, sed etiam cameram. Et ita mihi videtur sub correctione &c.

1 ☞ Pactum future successionis, reprobatur de iure, & quomodo colligatur esse tale. nu. 2.
3 Adoptio & arrogatio, sine superiore, fieri non possunt.

¶ Epitome.

¶ Dos a patre profecta ad eũdem reuerti debet filia in matrimonio defuncta, patre superstite, & patre ab intestato defuncto, eidem succedunt sui liberi, legitimi & naturales.

¶ Solu. matrimo. Consilium. cccccxij.



Vidi casum qui mihi exhibitus est, parte prouidi viri, Joannis farnandi loci paternarum & pregnante dubio, quod ex casu huiusmodi elicitur, ad qđ respõdeo, vt sequitur. Et primo dico, q dos que per probum quondam virum Petrum auoni, loci de paternis constituta, & assignata extitit Petro farnandi, pro & nomine Joanne auone dicti quondam Petri filie naturalis & legitime & ab humanis in matrimonio dicto Petro patre superstite vita functe redijt & reuersa est, ad dictum Petrum constituentem. l. dos a patre profecta. C. soluto matrimonio. Dico preterea, q dicto Petro auoni postea abintestato vita functo, successit Strida eiusdem Petri filia naturalis & legitima. authen. de heredibus ab intestato. §. primo. collatio. ix. & transumptiue. in authentica, in successione. C. de suis & legit. liber. Postremo vero dicte Stride postea ab intestato mortue & vita functe, superstite dicto Joanne farnandi eius filio naturali & legitimo, ipse Joannes eidem Stride vniuersaliter successit in omnibus eius bonis: dicto authentico, de heredibus ab intestato. §. primo. Et sic, nec in bonis dicti quondam Petri auoni, nec in bonis eiusdem Stride aliquid petere possunt aut de iure valent tres filij dicti quondam Spiritus, per eum procreati ex secunda eius vxore, per eum post mortem dicte quondam Stride ducta. Cui dicto non obstat, quoddam pretensum pactum celebratũ vt pretenditur & initum tempore matrimonij seu matrimoniorum dudum per verba de futuro contractorum per & inter dictam Stridam ex vna, & prefatum Spiritum ex alia, & rursum inter Petrum fernandi & dictam quondam Joannam, quo caueri dicitur q bona essent superuiuentis ipsorũ coniugum: tum quia de huiuscemodi pretenso pacto, non cõstat, nec opportune imposterum constabit, prout alias auto-
1 re domino ostendetur, tum qr † pactum future successionis, cuiusmodi videtur fuisse pactum predictũ, est de iure reprobatum. l. pactum. quod dotali instrumento. C. de pactis. l. cũ donationis. C. de transactio. l. hereditas. C. de pact. conuen. l. ex eo. C. de inutil. stipula. & l. stipulatio. hoc modo concepta. ff. de verbo. obli. & est adeo inualidum, & reprobatum pactum future successionis vt etiam si iuramẽtum in eo interueniat, non propterea fit validũ: qr cum illud sit contra bonos mores, non firmatur iuramento regula non est obligatoriũ. de reg. iur. in. vj. & firmat gl. in. l. si quando. §. illud. ver. grauari. C. de inoff. testa. glo. in. l. pactum. & quod ibi Bal. in. v. oppositione. C. de colla. Bar. in. l. si quis pro eo. in primo membro. ff. de fideiusso. & in. d. l. stipulatio hoc modo concepta. colũ. j. & tam ipse quam alij in multis alijs locis. Quod vero pactũ predictum fuerit & sit pactum future successionis, ex eo colli-
2 gitur, qr verba † promissionis, non fundãtur in persona promittentis aut paciscentis seu alterius eorundem, vtpote dictorum Spiritus & Stride scilicet, q obligatio inciperet in persona eorum aut alterius eorundem aut heredum ipsorũ, sed potius illa promissio, respicit bona & successionem in eis fiendam. Dicitur enim q bona essent superuiuentis ipsorũ coniugum, non igitur valuit dictum pretensum pactum per predicta, & per id quod voluit Bar. consi. ccvij. exord. Pro mitto tibi & tu mihi vt premorientis &c. Franc. de cur. innuit consi. xv. exordiente, Circa premissam facti contingentiam. premissis tamen non obstantibus. & do. Phil. deci. consil. xx. exordi. Ut vera resolutio, in casu proposito habeatur. colũ. j. ver. nec obstat q talis conuentio &c. ibi & notabiliter declarat Bar. in consi. iij. Possunt & alia multa induci ad ostendendũ, q pactum predictum non valuit, & quod si valuisset illud vel ex capite superuenientie prolis, vel ex capite inofficiositatis, aut qr superexistentia dicti Joannis filij, ex presumpta voluntate repulit predictũ Spiritũ & suos, vel alias esset reuocatum. Et ita non fuisset dicto quondam Spiritui nec hodie prodesset

prodesset dictis eius tribus filijs ex secunda vxore per eum susceptis, sed quia predicta sufficiunt, vlterius non insisto super hoc articulo. Ceterum quoad affiliationem quam de dictis Spiritu & Petro fecisse pretenditur dictus quondã Petrus auoni illa non valuit siue dicamus illam sonare in adoptionem specifice dictam siue in arrogationem, quia neutra
3 fieri potuit sine superiori. Et primo quidem non arrogatio quia ad validitatem illius opus est autoritate principis, nõ etiam adoptio, quia illa requirit autoritatem magistratus. l.ij.in princip.cum suis similibus.ff.de adoptio. Et que si valuisset, prout non valuit, non postea potuisset per verba de presenti matrimoniũ contrahi inter dictos Petrũ & Joãnam, Spiritũ & Stridam. per id quod habetur in.c.ita diligere.xxx.q.iij.&.c.vnico.cum multis similibus, de cognatione legali. Non igitur potuit dictus quondam Spiritus nec hodie possunt dicti tres filij ex secunda vxore, per eundem Spiritum scripti pretendere, quod propter dictam pretensam affiliationem fuerit aliquod ius quesitum eidem Spiritui, aut dictis eius filijs. Et ita non est opus insistere super materia.l.cum in adoptiuis.C.de adoptio. Preterea nec potuit dictus quondam Spiritus nec hodie possunt seu valent dicti eius liberi pretendere, q' aliquod ius sibi competierit ex dispositione.l.quidam cũ filium.ff.de verb.obli.quia nulla stipulatio, & nulla promissio legitur interuenisse, per quam dictus quondam Petrus auoni astringeretur, ad sic vel sic tractandum dictos Petrum & Spiritum futuros eius generos, & per eum nulliter affiliatos. Quo vero ad predia cõmuniter aut communi nomine dictorũ Spiritus & Stride empta seu acquisita, dico & respondeo, q' alio non apparente illa pro dimidia parte pertinuerunt ad dictum Spiritum, & pro alia dimidia parte, dicte Stride. Quodq; morientibus illis, predictus Joannes insolidum in dicta medietate pertinente dicte Stride successit. dicto auth. de hered. ab intest. in prin. in alia vero medietate successit cum dictis tribus liberis eius consanguineis, dicto auth.de heredi.ab intest.in princ. nisi idem Spiritus testatus extiterit. Et ita mihi videtur sub correctione &c.

1 ¶ Breuiloca seu reciproca substitutio que dicatur.
2 Legitima duorum filiorum est triens, vel tertia pars bonorum.
3 Fideicommissum conditionale, expirat si pendente cõditione fideicommissarius moriatur.
4 Re & verbis, qualiter disiuncti aliqui dicantur.
5 Suorum appellatione, veniunt filij etiam sui iuris effectu.
6 Verbum suos est nomen collectiuum, & quid importet.
7 Testes producti & examinati, super testamento, quomodo probent.
8 Testes septem nisi interueniant testamento, est inualidum.
9 Verbum relinquo certe rei adiectum, non trahitur ad vniuersa.

¶ Epitome.

¶ Substitutio facta inter filios naturales & legitimos, sic vt primo decedenti sine prole legitima, succedat vel maneat substitutus alter, dicitur reciproca, admixta compendiose, & comprehendit non solum vulgares, sed etiam fideicommissarias: pupillares vero non comprehendit.

¶ De substitu. Consilium.ccccxiij.



Substitutio quã dudum anno scilicet dñi. M.cccc xcj.& de mense Septembris, fecisse legitur, prouidus quondam vir, Antonius ruffi de & inter Laurentium & Andream eius filios naturales & legitimos, & in qua primo decedẽti sine prole legitima substituit alterum, fuit reciproca admixta compendiose substitutioni, vt apparet per ea que scribit Bart. & docto.in.l.lucius.col.j. versic. secundo principaliter quero ibi, & hec est regula.ff.de
1 vulg.& pup. vbi dicit, q' illa dicitur breuiloqua seu reciproca substitutio quandocunque in vna conceptione verborum plures hincinde instituuntur & substituuntur. Idem voluit Joan. Ferrañ. in sua practica tit. forma libelli quãdo agitur ex substitutione super verbo breuiloce. in prin. Et quia substitutio predicta fuit admixta compendiose, illa comprehẽdit non solum vulgares substitutiones. Sed etiam fideicõmissarias pupillares vero non comprehendit. Pro eo, quia tempore facti testamenti vnus predictorum heredum, erat maior quatuordecim annis, cui propterea pupillariter substituere non potuit dictus testator. Et ideo nec minori substituisse censendus est: hec probantur in.l.ij.& in.l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pup.& si ab initio comprehendisset etiam pupillares, ille expirassent per aduentum adulte etatis.l.in pupillari.cum suis similibus.ff.de vulg.& pupil. & quanuis per aditionem seu immistionẽ paterne hereditatis, euanuerint vulgares substitutiones.l.post aditam.&.l.precibus.circa fi. C.de impube.& alijs substitutio. Non tamen euanuerunt seu expirauerũt fideicommissarie substitutiones quas etiam vt predixi, ratione admixtionis compendiose, comprehendebat substitutio antedicta. prout scribit Barto.in dicta.l.lucius.columna fin.versiculo, Quero vtrum substitutio breuiloqua.& plenius in.l.centurio. in materia cõpendiose substitutionis.ff.de vulgari & pupil.& Alex.de Jmo.in.l.secunda. vbi etiam alij.C.de impub.& alijs substitutio. Ex quo concluditur, quod cum predictus Laurentius ab humanis sine prole legitima primo decesserit superstite & sibi superuiuente dicto Andrea fratre, substitutio predicta sibi locum vendicauit in personam eiusdem Andree superstitis. Poterant tamen de vniuersali fideicommisso, ex persona predicti Laurentij detrahi due quarte, legitima scilicet & trebellianica iuxta ea que scribit glo. Bart.& doct.in.l.papinianus.§.meminisse.ff.de inoffic.testamento.glo. Bart.& doct.in.l.quanquam.C.ad legem falci. multas remissiones ponit dominus Jason.de May.in authent. res que. C.commu. de lega. & in ijs duabus quartis, legitima scilicet & trebellianica, successerunt aut succedere potuerunt, dictus Andreas & Francesia mater sua, & dicti Laurentij, quilibet scilicet pro semisse, seu media parte authentica, defuncto.C.ad Tertullia. Si vero queratur, quanta fuerit legitima predicti Laurentij, dico & respondeo, quod cum dicto Antonio testatori superfuerint
2 duo filij, eorum legitima † fuit triens seu tertia pars bonorũ eiusdem Antonij, eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno, & funeris impensa: authentico, de triente & semisse.§.primo.collatio.iij.& transumptiue.in authentica, nouissima.C.de inofficioso testamento.iuncta dicta.l.papinianus. §.quarta autem. Et sic legitima predicti Laurentij, fuit dimidia pars predicti trientis: hoc est due vncie, que prius erant detrahende de vniuersali fideicommisso, pro eius legitima, & trebellanica, detrahenda erat quarta pars residui, iuxta theoricam quam ponit glo.in cap. Raynaldus.in verbo licet ipsus.de testamentis. Baldus in lege, si vero.§.quid ergo.ff.de testamen.milit. Angelus consilio centesimo nonagesimonono, exordiente. Magnificus miles dominus Guilielmus.versicu.quarto premitto.quod ex quo dictum fideicommissum non fuit purum & Joan.de Jmo. in.l.coheredi. §.cum filie. ff. de vulgari & pupillari. Et hec sint pro preuidentiali ad materiam opportuno. Nũc autem venio ad quesita, & primo ad primum, ad quod dico & respondeo. q' cum dicta Francesia, pro dimidia parte vltimo ex dictis duobus filijs sine prole legitima decedẽti, substituta vita functa fuerit & ab humanis decesserit, superstite & sibi superuiuente dicto Andrea filio & grauato, substitutio fideicommissaria de ea facta. quoad eam extincta est: quia siue loquamur de fideicommisso vniuersali, siue de fideicommisso particulari, non
3 pure, sed † conditionaliter relicto, huiuscemodi fideicommissum expiret, si pendente conditione, moriatur fideicommissarius.l.si in personam. C.de fideicommiss. l.vnica. §.sin autem.C.de cadu.tol.l.miles.§.primo.l.vnum ex familia. §.ergo.in fi.&.l.cum pater.§.hereditatem. ff. de legatis secundo. cum multis similib. quod etiam voluit gloss.in.l.vnica. C.de ijs qui ante ap.tab.& Oldra.consilio.cxxxj.exordiente, Quidam habens tres filias, & duos filios.& fuit dictum fideicommissum extinctum, vt etiam ius illius transmittere non potuisset dicta Francesia ad alios liberos, si eos habuisset, vt scribit gloss.& post eam docto.in dicta.l.j. C.de ijs qui an.ap. tab. Nec puto, q' illa media pars in qua fuerat dicta Francesia substituta accreuerit alteri medie parti, relicte Stephano & Petro Ruffi dicti Antonij testatoris fratribus, &
4 suis: pro eo quia isti fuerunt disiuncti † re & verbis. Re quidẽ q2 dicta Frãcesia fuit substituta in vna parte, & dicti fratres in alia. Verbis vero, q2 non fuerunt dicte due dimidie partes predicte Frãcesie & suis ɔsubstitutis relicte, sub veritate sermonis, imo sub duab' orõnibus verbo substituit repetito.

Scriptum est enim. ꝙ ipse Antonius, predictam Francesiã substituit in dimidia parte, ⁊ ꝙ ipse in alia dimidia parte, substituit fratres predictos ⁊ suos: non fuit igitur inter eos ius accrescẽdi. Pro quo remisisse sufficiat ad ea que scribũt doc.in.l.re coniuncti.ff.de leg.iij. Ad secundũ quesitum dico ⁊ respondeo, ꝙ dicta dimidia pars relicta, scilicet dicte quõdam Francesie, ⁊ que apud eundem Andream remansit propter mortem predicte Francesie, debuit dicto Andree imputari in legitimã ⁊ trebellianicã sibi debitas in bonis dicti quondam Antonij. per id quod scribit Bart. ⁊ post eum alij in.l.in quartam. in materia legitime. ⁊ in materia trebellianice.ff.ad.l.falc.⁊ de hoc non est dubium. ¶ Ad tertiuꝫ dico ⁊ respondeo, ꝙ quanuis substitutio facta de predictis Stephano Petro ruffi fratribus ipsius testatoris, expirauerit ⁊ extincta extiterit, quoad eos: per ea que superius dixi de predicta Francesia. Non tamen expirauit quoad suos, ⁊
5 sic quoad filios eorundem Stephani ⁊ Petri, † quod nõ est dubium venire appellatione suorum, etiam si non fuissent in patria potestate eorundem Stephani ⁊ Petri, per id quod not.glo.in.l.si femina.C.ad turpil.⁊ quod scribit Pau.de ca. cons.eccliij. exordiente, Uisis omnibus punctis mihi traditis.vers. Item dicet aliquis, ꝙ isti fratres Joannete.⁊ consi. sequenti.exordiẽ. Duo videnda sunt.col.j. And.barb.consi. xxviij.exordiente, Uisis dubijs predictis per insignem ⁊ excellentem iuris interpretem.vers.cuꝫ ergo dicta.l. cum acutissimi.in secunda parte. Et dato quod essent multi alij, qui etiam dici possent sui dictorũ Stephani ⁊ Petri, vtpote nepotes seu felezeni ⁊ alij descendentes aut collaterales, tamen
6 quia verbum † suos, positũ in dicta substitutione est nomen collectiuum importans, scilicet non solum plures personas vnius gradus, sed etiam diuersorum graduũ: vtpote filios, nepotes, ⁊ alios inferiores, ac etiam fratres, sorores ⁊ ex eis nepotes ⁊ alios cognatos ⁊ agnatos vsque ad quintum aut septimum gradum. Isti censentur inuitati non simul, sed ordine successiuo, hoc est primo liberi primi gradus, ⁊ consequenter alij suo ordine, ⁊ postea collaterales. l. cum ita legatur.§.in fideicommisso.⁊.d.l.peto.§.fratre.ff.de leg.ij.⁊.l.fin. C.de verbo.signifi.de quo Alex.de imo.cons.xxv.exordiente, In causa vertente inter Antoniũ.col.j.in.iiij.vol.⁊ do.Jas. de may.in.l.gallus.§.quidã recte.vers.prima conclusio est.ff. de lib.⁊ posth.post Bart.in.l.si cognatis.ff.de rebus dubijs. Dictum igitur vniuersale fideicommissum, debuit restitui ⁊ reddi liberis dictorum Stephani ⁊ Petri ruffi, primi scilicet gradus, hoc est filijs. De quo tamẽ possent per heredem dicti quondam Andree si quem alium haberet. detrahi legitima ⁊ quarta trebellianica dicti quõdam Laurentij, ac etiã legitima ⁊ quarta trebellianica, dicti quondam Andree, que non veniunt in restitutione fideicommissi, que ascendunt ad medietatem bonoruꝫ, dicti quondam Antonij, vt colligitur ex predictis. ¶ Ad quartum dico ⁊ respondeo, ꝙ ad validitatem testamentarie dispositionis, seu testamenti dicti quõdam Andree, opus fuit septem testibus.l.heredes palam.in princ.⁊ quod ibi docto.ff.de testa.⁊.l.hac consultissima.§.per nuncupationem.C.eo.tit.⁊ ꝙ illi fuerint rogati.d.l.heredes.
7 §.in testamentis.⁊ quod ibi glo.⁊ ideo quanuis testes † producti ⁊ examinati de ⁊ super testamẽto alicuius dicant ⁊ deponãt, se fuisse presentes ⁊ audiuisse, ꝙ talis talem heredem instituit, non probant nec valet eorum depositio, nisi etiam deponant se ⁊ alios fuisse adhibitos seu rogatos. Pro quo sufficiat remisisse ad id, quod not.Spec.tit.de teste.§.j. vers. sed quid in predictis casibus, si testis non dicit nec negat se fuisse rogatum, ⁊ vers.sequenti Barto.in.l.diuus.ff.de testa. milit.⁊ Ang.aret.institu.de testa.§.fi.circa fi. Unde cum per
8 copiam exhibitam non appareat † septem testes interuenisse in pretenso testamento, dicti quondam Andree, nec etiã appareat, ꝙ illi rogati extiterint, non colligitur neqꝫ apparet, dictum pretensum testamentum dicti Andree valuisse: etiãsi quedam pretensa publicatio valuisset, que tamen non valuit in preiudicium proximiorũ dicti quondam Andree, qui vocari debuerunt cum de eorum interesse ageretur. Pro quo remisisse sufficiat ad id quod scribunt doct.in.l.publicati. C. de testa.⁊.l.nam ita diuus.ff.de adopt. Non autem impugnaretur dicta pretensa testamentaria dispositio ex eo, ꝙ idem quondam Andreas, non dixit instituo, sed relinquo, dicen-
9 do scilicet ie vous laisse tout. quia quanuis verbum † relinquo, certe rei aut quantitati adiectum, non trahatur ad vniuersum, secus est tamen, quando adijcitur bonorum vniuersitati: ⁊ ibi non est alius heres institutus. per id quod scribũt doct.in.l.ijs verbis.ff.de heredi.insti.⁊ in.l.cogi.§.⁊ generaliter.ff.ad trebel. ¶ Ad vltimuꝫ quesitum dico ⁊ respondeo, ꝙ alienata per eundem quondam Andream debent sibi seu eius heredi in legitimam ⁊ trebellianicam imputari. l. marcellus.§.res que.⁊ quod ibi Bar. ⁊ docto.ff.ad trebel.⁊ adeo debent imputari, volente tamen fideicommissario vt etiamsi heres grauatus qui alienauit vel eius heres, vellet bona alienata recuperare, ⁊ illa restituere fideicommissario volens isto medio euitare ne in quartas bona alienata imputaret, ipse non esset audiendus. vt voluit Ang.⁊ post eum Alexan. de imo.in.d.l.in quartam.ver.querit hic Bar.an falcidia ⁊c. Et idem tenet Ang.⁊ Joã.de imo.in.d.l.marcellus.§.si res que.vbi etiam Alex.de imo. vers.in eadem glo.ibi in odium. Et quanuis Roma.⁊ Jo.de imo.contrarium senserit.in.d.l. in quartam.tamen Alexan.de imo.ibi opportune respondet motiuis ⁊ rationibus eorundem vt potest ibi videri. Expediret ꝙ venditio fieret alio modo, quam facta extiterit, ⁊ ꝙ in narratiua instrumenti fiende venditionis, narraretur, ꝙ cum probus quondam vir Antonius ruffi quondã patruus infra nominatorum vendere volentium, dudum anno scilicet domini.M.cccexcj.⁊ de mense Septembris, condiderit fecerit eius vltimum ⁊ nuncupatiuum testamentum, in quo inter cetera per eum disposita ⁊ fieri ordinata heredes suos vniuersales fecerit, instituerit ⁊ nominauerit Laurentium ⁊ Andream ruffi filios suos naturales ⁊ legitimos, ⁊ ꝙ primo ex dictis filijs ab humanis sine prole legitima decedẽti, substituit alterum, hoc est superstitem. Et si ambo ab humanis sine prole legitima decederent, substituit in medietate bonorum suorum, honestam mulierem Francesiam, sui ipsius testatoris vxorem, ⁊ personam coniunctam, ⁊ in alia medietate substituit Stephanum ⁊ Petrum ruffi, fratres suos, ⁊ patres dictorum cedere ⁊ vendere volẽtium ⁊ suos. Cum itaqꝫ post mortẽ dicti quondã Antonij prefati Laurẽtius ⁊ Andreas bonis ⁊ hereditati eiusdẽ se immiscuerint, ⁊ pro eius vniuersalibus se gesserint, ⁊ reputauerint, ⁊ deinde dictus Laurẽtius ab humanis sine prole legitima decesserit superstite ⁊ sibi superuiuente dicto Andrea fratre, ⁊ postea predicta Francesia, ac etiam prefatis Stephano ⁊ Petro fratribus mortuis ⁊ vita functis, dictus Andreas ab humanis sine prole legitima decesserit, superstitibus ⁊ sibi superuiuentibus Benedicto ruffi, filio naturali ⁊ legitimo eiusdẽ quondam Stephani, ac Symondo, Stephano ⁊ Benedicto filijs naturalibus ⁊ legitimis dicti Petri, ⁊ propterea substitutio facta de suis dictorum Stephani ⁊ Petri sibi locum vendicauerit ⁊ vẽdicet in personam dictorũ Benedicti, Simondi, Stephani ⁊ alterius Benedicti, ipsi Benedictus, Simõdus Stephanus ⁊ Benedictus, de premissis, scilicet testamento prefati quondam Antonij ac morte ipsius, ⁊ dictorum eius filiorum, quodqꝫ illi ab humanis sine prole legitima decesserunt ⁊ de morte dictorum Francesie Stephani ⁊ Petri, ⁊ ꝙ propterea substitutio predicta, sibi locum vendicauit ⁊ vendicat in personam eorũdem. Certificati preterea ⁊ certiores facti, ꝙ dictus Andreas, intestatus ab humanis decessit ⁊ ꝙ propterea eius hereditas, ad eos tãquam eius proximiores abintestato delata est, ipsi fideicommissuꝫ vniuersale, per dictum quondam Antonium eis relictum agnouerunt ⁊ acceptarunt ac etiam quatenus opus est, agnoscant ⁊ acceptant ⁊ hereditatem dicti quondam Andree adiuerunt ⁊ acceptarunt ac etiam quatenus opus est adeũt ⁊ acceptãt. Hinc igitur fuit ⁊ est, ꝙ anno ⁊c. deinde subijciatur venditio, omniuꝫ, vniuersorum ⁊ singulorum iurium eisdem competẽtium tam ad causam substitutionis superius mentionate, ⁊ de suis dictorum quondam Stephani ⁊ Petri facte per dictum quõdam Antoniuꝫ, quam pretextu ⁊ ad causam hereditatis dicti quondam Andree.

1 ¶ Legitima quinqꝫ liberorum, est semis.
2 Tempus mortis ⁊ decessus debet inspici, cum de taxanda legitima agitur.
3 Legitima est portio debita ab intestato, ⁊ quod de fructibus. nume.4.
5 Legitima non est quota hereditatis, sed bonorum.
9 Legitima, qualiter arbitrio iudicis, possit detrahi, ex rebus pluribus.
7 Periculũ respicere illuꝫ, ad quẽ res irreuocabiliter spectat.

¶ Epitome.

¶ Heres filie a patre dotate, in minori portione, quam esset eius legitima, potest supplementum eius petere, existente legitima quinqꝫ liberorum, semis seu dimida pars bonorum testatoris.

De inoffi

De inoffi.testa. Consi.ccccxiiij.



Dudum fuit in humanis nobilis & magnificus quondam vir do. Arnau.de villanoua do.transij & de arcubus, qui prius vt opinor, condito per eum eius vltimo & nuncupatiuo testamento, & in quo heredem vniuersalem instituit do. mi. Ludoui.de villanoua militem eius filium naturalem & legitimũ, vita functus est & ab humanis decessit, supstitib⁹ scz & sibi superuiuentibus eodem do. Ludo. ac nobilibus & generosis domicellis, Antonete, Catharina, Margarita & Joã. eius filiabus naturalibus & legitimis. Et q2 pro eadem do. Antone. cum nupsit, & matrimoniũ contraxit per verba de futuro cum nobili & generoso quondam viro, do. Sanche. de brácassijs patre quõdã nobilis & magnifici censenda viri alterius do. Saucherij noderni dictũ de non fuerunt propter ea, per dictũ quondã do. Arnau. eius patrem in dotem constituti nisi quatuor mille floreni, qui per dictum do. Sanche. eiusdem do. Antone. filiũ ac vniuersalem & insolidum heredem, pretẽdunt non ascendisse ad valorẽ seu estimationẽ legitime qui eidem do. Antone. debebatur & cõpetijt in bonis paternis & qui propterea vidit & intendit petere supplemẽtum eiusdẽ legitime. Quesitum est, quẽta fuit & sit eiusdẽ quondam do. Antone. legitima predicta. ¶ Ad qd̃ breuiter & succincte & sub correctione cuiuslibet do. melius sentiẽtis, dico & respondeo, q̃ cum eidez quondã do. Arnaudo supfuerint quinque liberi primi gradus, dictus scz do. Ludo. & prefate qua-
1 tuor domicelle, bonorũ omnium legitima, fuit † semis, seu dimidia pars bonorum eiusdem quondã do. Arnaudi eorum scz, que superfuerunt deducto ere alieno, & funeris impensa auth. de trient. & semisse. §.j. colla. iij. & trãsumptiue, in authẽ. nouissima. C. de inoffi. testa. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autẽ. ff. eo. tit. Et iste semis seu dimidia pars, equis portionibus seu partibus, diuidi debuit, inter eosdem do. Ludo. et sorores dicto auth. de triẽ. & semissi. §. j. Et eidem quondam do. Antone. spectauit & cõpetijt in bonis p̃fati domi. Arnaudi eius quondam patris pars eorum decima, deducto seu detracto vt predixi, ere alieno & funeris impẽsa. Et intelligo q̃ non solũ eidem do. Antone. cõpetijt decima pars castri seu oppidi de arcubus & sue baronie sed etiã castri seu ville de transio, ac sue baronie, & aliorũ bonorum, que idẽ quon-
2 dam do. Arnaudus habuit † tpe eius mortis & decessus: qd̃ tẽpus, cũ de taxanda legitima agitur, debet inspici. l. cuz querit ibi mortis tempore & dicta auth. nouissima ibi ex substantia deficiẽtis triens prout vtrobiq̃ scribit do. Jal. C. de inoffi. testa. Et non solũ eidẽ do. Anton. q̃diu vixit, post mortem & decessum dicti quondã do. Arnau. eius patris cõpetijt in dictis eius bonis predicta pars eorũ decima, sed etiam fructus illius, seu eius qd̃ sibi debitum fuit & cõpetijt, vltra & p̃ter summam dictorũ quatuor mille florenorum, pro & eius nomine in dotẽ constitutã dicto quondã do. Saucherio de brácassijs eius marito, dicto auth. de tri. & semiss. §. j. & trãsumptiue in dicta auth. nouissima ibi nec in vsufructu quidẽ fundari possunt apparente & qd̃ ibi glo. & omnes doc. pro quo facit. d. l. Papinianus. §. vnde si quis & qd̃ ibi Bal. & qd̃ no. gl. j. ad fi. in. l. in fideicõmissariam. ff. ad trebel. Et debuit eadem do. Antone. habere legitimã seu supplementuz predictum & fructus, & prout si fuisset integra legitima per eandem do. Anto. immediate post mortem patris percepta, habuisset legitimã & eius fructus a tẽpore mortis, d. §. vnde si quis ita & si non fuit integre relicta aut percepta, ex quo intentio legis est idẽ tribuere alio, quod habuisset si integre legitima fuisset sibi
3 concessa, hoc est q̃ legitima † est portio eius qd̃ quis habuisset & habere debuisset ab intestato. l. parentibus. d. l. cuz queritur auth. nouissima & qd̃ scribit Philip. de Peru. consi. cclxv. exordien. In hac videt̃ prima facie in literis. m. & n. in. iij. volu. Alex. de imo. consi. lxix. exordiente, Super primo dubio queritur, an dicta agne s versic. super scd̃o dubio in. j. volu. & di-
4 cit Bal. in. l. non est. C. fami. erc. deberi † fructus legitime etiã si tales fuerint per heredem bona fide consumpti.
¶ Verum, quia per mortem & decessum predicti do. Ludo. purificatum est certum vniuersale fideicõmissum, factum vt opinor di to qn õdã do. Arnau. si ipse vel ipsi⁹ liberi masculi sine liberis masculis decederent, & in vim grauaminis facti de restituendo dictũ vniuersale fideicõmissum, debet locus de de transio, cum sua baronia substituto restitui. Quesitum est an propterea legitima dicte quondam do. Antonete, que vt dixi. fuit decima pars, non solũ aliorũ. Sed etiam loci de trã
5 sio & sue baronie deberet diminui. Ad qd̃ r̃ndeo, premittens q̃ legitima debetur deducto ere alieno & funeris impensa, dicta. l. Papinianus. §. quarta aut. & ideo legitima † nõ est quota hereditatis, sed est quota bonorum. d. §. quarta qd̃ etiam voluit Jaco. butr. idem si quis in suo. C. de inoffi. testa. Bald. in. l. quoties col. j. versi. item q2 voluntas. C. de here. institu. et Andr. barba. in sua Joãni. charta. lxxiij. col. j. versi. itez non
6 facit ad propositum de testa. Et q̃uis † legitima possit arbitrio iudicis detrahi in vna duabus aut tribus rebus, prout scribũt doct. in multis locis Jo. scz de Jmo. in. l. suus quoque principij. ff. de here. insti. Alex. de imo. in. l. Marcellus. §. res que col. pe. ver. quid autem in legitima. ff. ad trebel. et do. Jas. in. l. filium quem versi. concludendo veritas est. C. fami. erc. & alij in alijs locis ita tamen non solũ debetur in vna duabus. aut pluribus rebus, sed in qualibet re pro quota. l. linea margaritarum & l. plautius. ff. ad. l. falc. qd̃ etiã scribit Bal. in. d. l. filiũ quez illa questione de qua querit̃ ver. vlteri⁹ queritur. Panor. in. c. Raynutius col. pe. de testamentis, et Fran. de are. consi. clvj. exordien. diligenter visis & considera tis testamẽto & codicillis col. pen. versi. preterea non licuit & vt predixi in casu nostro, legitima dicte quondã do. Antone. fuit decima pars, omnium bonorum & sic cuiuslibet rei cum igitur in vim dicte substitutionis facte vt opinor dicto quõdã do. Arnau. de villanoua, forte sub duplici cõditiõe, si vez ipse ab humanis sine liberis decederet, vel si ei⁹ liberi masculi sine liberis masculis decederẽt, quã tñ substitutionẽ nõ vidi baronia predicta de transio cum suis pertinẽtijs nũc peruenerit ad substitutum, & non sit remansura penes heredem dicti quondã do. Ludo. Puto q̃ propter hanc substitutionẽ & fideicõmissum in illa relictũ tãq̃ es alienũ dicti quondam do. Arnau. grauati fuerit & sit diminuta legitima. d. quondã do. Anto. & restitui ad decimã partẽ bonorum dicti quondã do. Arnaudi eorum scz, que superfuerunt deducto ere alieno & funeris impẽsa deducto & detracto, dicto vniuersali fideicõmisso. Q̃uis ab initio pendẽte conditione fideicõmissi, potuerit peti legitimũ etiam habito respectu ad dictam baroniaz de transio & ita queadmodũ petijt ius, qd̃ alias erat habiturus heres grauati in bonis de trãsio, ita & petijt legitima seu pars decima, quam alias in dictis bonis pro legitima habitura erat, dicta do. Antone. pro quo facit. l. mulier. §. si heres versi. sed & cũ si quis & l. titius versic. diuus. ff. ad treb. facit
7 etiam, q2 periculũ † respicit illum, ad quem res irreuocabiliter spectat. & illum cui debita est. l. si creditor. C. de pig. acti. & l. si ex legati cã cum suis similibus. ff. de verb. oblig. & quod scribit Alex. de imo. consi. xxix. exordien. perspectis considerati sq̃ his omnibus, que in themate ver. & si occurreret dubitari in. v. volu. ¶ Uerum si non dictus quondã do. Arnau. sed prefatus do. Ludo. fuisset heres per grauãtem institut⁹ & deinde restituendo grauatus de quo nõ sum opportune informatus, non esset opus dicta inuestigatione, q2 tunc certũ esset, q̃ non nisi de bonis dicti quondam do. Arnaudi fuisset aut esset debita legitima.

1 ¶ Solennitatum seruandarum inuentrix lex.
2 Regulam iuris decisioni sufficere ideo seruandam.
3 Regule derogat specialis dispositio.
4 Inuentarium insolemne corruere.
5 Consuetudinem allegãti doctori non standum. nu. 8.
6 Consuetudo est, quid facti.
7 Jurisconsulti officium.
9 Inuentarium pro quibus inductum: cuiusq̃ causa.
10 Inuentarij solemnia non tollit partis presentia.
11 Inuentario adhibendi testes.
12 Solemnitates interuenisse non presumi.
13 Euidentia tollit presumptionem.
14 Allegationes non edende.
15 Legitime priuilegia.
16 Quarte non obsunt dos, & donatio propter nup.

¶ Epitome.

¶ Eo tendit vt ostendat inuentarium sine solemnijs non valere: neque doctori contrariam consuetudinem allegãti credendum.

*

¶ De iure deliberandi & inuentarij confectione.
¶ Consi. cccc xv.


Non oportet imo nec
expedit recensere ea, que tam ad impugna-
tionem cuiusdã pretensi inuentarij, qđ fecisse
dicitur nobilis Lud. de Cauallione, q̃ alias
pro ostensione boni iuris, & iuste intentionis
nobilis Ludo. pelegrini egregius vir do. Honoratus Ac-
querij in quadã sua schedula exordiẽ. si diligenter conspiciat
quam ego in alia mea schedula exordien. demirari satis ne-
quire se asserit & scripsimus. Verũ, q2 post hec do. Aduoca-
tus eiusdẽ de cauallione conatus est inuẽtarium predictum
defendere & tueri, & respõdere quibusdã alijs per me scriptis
dicendũ mihi est aliquid pro impugnatione huiuscemodi p̃-
tensarũ responsionum que in nullo refragantur, vel obstant
dicte nobili Pelegrine premitto igit̃ q̃ vt dictũ est in alijs
1 schedulis lex solẽnitates † de quibus loquuti sumus inuenit
& eas seruari voluit alioquin vt dictũ est inuẽtarium viribus
2 non subsistit quo fit vt dicta nobilis pelegrina † regulã iuris
pro se habeat qđ sibi sufficit scđm Bar. in l. ij. ff. si quis in ius
vo. nõ ierit facit tex. in l. suus quoq; versicul. puto recte. ff.
de here. insti. & c. venerabilibus. §. potest quoq; de sen. excõ.
li. vj. & hoc pro eo: q2 pro regula semp̃ est pronũciãdũ nisi pro
betur contrariũ scđm Bal. in l. j. de alie. iudi. mu. cau. fac. qui
dicit ita eleganter notum p̃ gl. in l. qui restituere. ff. de rei vẽ
dic. & dicit Bal. in l. si tutor. in fi. C. de seruo. pign. da. manu.
q̃ regule iuris sunt tenaciter obseruãde: nisi in contrarium
3 appareat † dispositio specialis qđ etiã voluit Jas. de May.
in auth. si qua mulier versi. ideo iniqua sunt statuta. C. de sa-
crosan. eccl. & insti. fi. C. de testa. & fuit de mente Hosti. in c. vt
fame ver. tu dicas de sent. excõ. & do. Phi. decius consi. cxlij.
exord. diligenter cõsiderato tenore cõcessionis facte ver. cum
enim alienatio regulariter prohibeatur. Cum igitur vt iam
scriptũ est tã per dictũ do. Acquerij q̃ per me solẽnitates de
4 iure † introducte non fuerũt in predicto inuẽtario obseruati
sed fere oẽs, aut pro maxima earum parte omissa, nec appeat
de aliqua speciali dispositione, que cõtrarium disponat, pa-
lam infertur inuẽtarium hmõi viribus nõ subsistere. ¶ Ad
uersus vero hec opinor prefatus aduocatus, q̃ licet ita statu
tum extiterit, hoc tamen de consuetudine non seruatur pro
quo allegat Rolãdinũ in sua summa artis notarie ac Bal.
Pau. de ca. & do. Jas. in l. fi. C. de iur. delib. sed hoc nõ obstat
q2 de predicta asserta consuetudine non constat, & de qua nõ
est credendum prefatis doctoribus: q2 doctori consuetudinẽ
5 allegãti † non credũtur secũdum cõmunem opinionem, quã
tenuit Bal. ipse in l. si quis. §. j. ff. de pig. in lectura anti. idẽ
tenet Bal. in l. consentaneũ in quinta opposi. in fi. C. quomo.
& quan. iudex. Et q̃uis Jo. de imo. in l. j. §. nuntiatio versic.
an aũt propter id, qđ dixi. ff. de ope. no. nun. dicat q̃ quando
doct. cõmuniter asserunt consuetudinẽ ita est tunc sit eis stã
dum non aũt, si vnus, aut duo alij vero nihil dicant: q2 tunc
eis non est standũ quinimo nec resultat presumptio per quã
trãsferatur onus probandi in aduersarium, tamẽ Alexã. de
imo. in l. post dotem versi. sed puto indistincte. ff. solu. matri.
post recitatam opi. Jo. de imo. dicit se putare indistincte ve
rum esse, quod etium si plures doctores affirment in lectura
ita de consuetudine seruari q̃ eis non credatur: q2 non repe
ritur iure cautũ, q̃ per eorum vocẽ mortuã probetur consue
6 tudo: q2 est † quid facti. l. ij. C. que sit loci consue. doctoribus
Enerabilis vir ⁊ frater singularissime post debitas conuentiones vidi libellos illos iniuriarum parte Gulielmi bressoni alias cartier sabaterij,⁊ Claudie eius vxoꝛis oblatos,⁊ pꝛoductos contra, et aduersus honestam mulierem Philippam vxoꝛem Claudij Matthei,ac etiam schedulam parte eiusdem Philippe in causam oblatam,pꝛoductam vna cum inde sequutis. Et vt mihi videtur nisi esset fata cõfessio de qua in schedula exoꝛ.iniuria verbalis ⁊c.libelli huiusmodi poterant impugnari.Primo quidem libellus parte eiusdez Bressoni in ipsa causa oblatus:pꝛo eo,qꝛ in libello huiusmodi nõ est positus, aut descriptus locus certus illius pꝛetense iniurie de qua ibi:⁊ libellus parte pꝛefate Claudie in alia causa pꝛoductus, pꝛo eo,quia nec mẽsis certus,nec locus illius pꝛetense iniurie positi,aut designati extiterunt,qui tamen poni,⁊ designari debuerũt pꝛout fit in causis criminalibus ⁊ hoc ne pꝛefati bressoni ⁊ Claudia eius vxoꝛ eum detrimento eiusdem Philippe vagarentur:pꝛo quo allegare sufficiat.l.item exigit ⁊ qd ibi Bar.ff.de dolo ⁊ idem Barto.in.l.pꝛetoꝛ edixit in pꝛinc.ff.de iniur.Bar.Alexan.de Jmo.⁊ alij in.l.edita actio.C.de eden.quod etiam voluit Ange,Are.in.§.ex maleficijs ver,est aduertendum ꝙ pꝛedicta ⁊c.institu.de actio.⁊ in.§.quadrupli ver.postea dixi in libello positum in tali loco ⁊c.codẽ titu.⁊ in suo tracta.malefi.in.gl.super vbo.dz aũt in libello.sed qꝛ in pꝛedicta schedula pꝛefata Philippa,seu dominus eius pꝛocuratoꝛ cuius gesta ipsa Philippa postea ratificauit)verbis claris ⁊ apertis dixit,et confessa est dixisse verba in libello parte dicte Claudie in causa oblato plenius mentionata non video quod ex hoc capite possint libelli huiusmodi secure impugnari:quia per illam confessionem factaz iudicialiter factus est excessus notoꝛius,nec puto quod cõfessio huiusmodi possit reuocari: tum quia illa acceptata est per partem aduersam:tum et quia iam lata est per hoc oꝛdinatio,⁊ interlocutoꝛia sententia cõtra eãdem Philippam:que(cum infra decem dies ab ipsa appellatuz non extiterit)transiuit in rem iudicatam: ita vt post decem dies non potuerit, nec possit ipsa Philippa pꝛesentem sententiam, seu oꝛdinationem huiusmodi reuocari, vel rescindi:per ea que not.Bartol.in.l.quod iussit.ff.de re iudic. quod etiam voluit Paulus de Castro,consilio mihi.cccxxj.exoꝛdiente,Videtur dicendum super pꝛimo puncto.⁊c.pꝛo quo allegat.capitu.cum dilecti.in fine.⁊ quod ibi moder. de electio.capitul.quod ad consultationem.de re iudica. Et hec maxime pꝛocedunt. Cum nulla allegetur causa pꝛopter quam debeat confessio huiusmodi reuocari. Puto igitur quod dicta Philippa poterit cogi ad respondendum dictis libellis,et signanter libello parte dicte Claudie in hac causa oblato.

¶Quo vero ad vnionem causarum,illa non est fienda inuitis pꝛefatis Bressoni,et Claudia,qui diuersos libellos obtulerunt.Quo vero ad condemnationem fiendam, illa erit arbitraria:debebit enim dominus iudex aduertere ad qualitates personarum:scz iniuriã inferẽtis ⁊ iniuriam passe:⁊ an dicta Claudia antea diffamata extitisset de his,que eadẽ Philippa pꝛotulit: quia si sic deberet minus condemnari:et eo casu deberent fieri articuli defensionales post litem confessatam ad eos fines,vt in minoꝛi summa condemnetur ipsa Philippa.

¶Illud autem certum est,quod si cõtingat eandem Philippam condemnari in aliqua pecunie summa,non fiet exequutio condemnationis in bonis dotalibus: quia illa non sunt Philippe,sed mariti durante matrimonio.l.doce ancillam.C.de rei vendica.

¶Epitome.

¶Ad eum casum adaptatur legis, vel statuti dispositio, ad quem ⁊ verba.h.d.

¶De vec.⁊ comiss. Consil.ccccxxiij.



Iso casu mihi exhibito parte pꝛouidi viri remigij astre mercatoꝛis ⁊ peyssonerij Massilie, ⁊ dubio exinde elicito dico ⁊ respondeo, ꝙ pꝛouidus vir Honoꝛatus Borilhoni pꝛetensus emptoꝛ,seu successoꝛ in hac parte nobilium et honoꝛabilium viroꝛum Oliuarij de copilie,alias Eganini,⁊ Balthasaris Botini gabellarioꝛum,⁊ emptoꝛum gabelle ciuitatis Aurayce, non potest aliquid ab eodem remigio astre pꝛo gabella exigere ⁊ signanter in vim illius capituli,quo cauetur. Que tout home citoyen ou habitant Daurange qui peschera ou vendra poysson payera six deniers par liure enle lieu de trentan entandant dix gros pour liure,quoniam vt apparet ex verbis capituli huiusmodi illud loquitur in ciuibus vel habitatoꝛibus pꝛedicte ciuitatis Aurayce,cuiusmodi non est pꝛefatus remigius,sed est ciuis, ⁊ habitatoꝛ Massiliensis: quo fit,vt verba pꝛedicti capituli ei non cõueniant,ergo dispositio,seu capituli huiusmodi quoad eum sibi locũ nõ vendicat qꝛ ad eũ casum adaptaẽ dispositio.l.seu dispositiõis ad quẽ adaptantur verba legis,seu dispositionis huiusmodi.c.indemnitatibus.§.sed cum eas.de electio.in.vj.capi.ex parte,de concessio.pꝛeben.l.pꝛima.§.loquitur.ff.de aqua quotidiana ⁊ estiua.lege,quarta.§.toties.ff.de damno infecto.l.si ita autem.ff.de admini.tut.l.qd cõstitutũ.ff.de milita.testamen.l.hos accusare.§.omnib⁹.ff.de accus.l.si seruũ qs.§.nõ dixit.de acquirenda hereditate.de quo Paulus de castro consilio mihi.iiij.exoꝛdiente de iure communi ipsa hereditas ⁊c.cõsilio.

silio.xxi.exordiente, In casu presenti visis omnibus &c. et consilio.xxij.exordiente, Circa primum quesitum videndum est &c. Romanus consilio.cccclij.quod incipit, At decisionem accipiat presens consultatio &c. et consilio.cccclxij.quod incipit, Quod ad propositam cõsultationem.in qua queritur &c. et Alexander de Imola consilio.xviij.quod exorditur, Requisitus in causa vertente inter nonnullos &c. in primo volumine. et Barba.consilio.xxi.exordiente, Preclare dixit dominica veritas Luce.c.vltimo.&c. in secunda parte. Que dixerim &c.

¶ Epitome.

¶ Ille cuius interest potest adesse cause ne colludatur. hoc dicit.

¶ De iudic. Consilium.ccccxxiiij.



Uto quod venerabile monasterium sancti laurentij Aluinionis seu reuerenda et venerabiles ac religiose domine abbatissa, et moniales eiusdem monasterij, et nomine illius admitti et recipi debeant ad defensionem cause olim cepte, et adhuc pendentis indecise per et inter dominum Clauarium, seu procuratorem, vel economum reuerendissimi in Christo patris domini Arelatensis archiepiscopi ex vna parte, et nobiles viros Jacobũ Clementis, Ludouicum de Uiuarijs, et quosdam probos in processu huiusmodi plenius mentionatos ex alia. Quodque non solum debeant admitti et recipi ad defensionem cause huius, sed etiam possint et valeãt ab illius defensione remouere prefatos nobiles Clementis de Uiuarijs, et alios prementionatos moueor causis, rationibus, et motiuis, plenius allegatis et deductis in schedula exordiente, Barto.in dicta.l.si perlusorio &c. quas repetere nec oportet, nec expedit. quibus non obstant allegata parte dicti reuerendissimi domini Archiepiscopi in schedula exordiẽte. Bar.in.l.si perlusorio &c. quoniam hic non contendunt prefate domine abbatissa et moniales se posse assumere prosequutionem cause huius contra et aduersus prefatos nobiles Clementis de Uiuarijs et alios: et ab illius prosequutione remouere dictum dominũ Archiepiscopum in hac causa actorem, sed contendunt et dicunt se potuisse, et posse assumere defensionem cause huius cõtra eũdem dominum Archiepiscopum, et ab illius cause defensione posse remouere prefatos nobiles Clementis de Uiuarijs, et alios: vtpote eos, de quorum interesse principaliter non agitur: et ita non sumus hic in primo casu distinctionis Bartol. et docto. ex aduerso allega. sed sumus in secundo casu, de quo Barto.in dicta.l.si perlusorio.§.j.versicu. aut ad eum nõ pertinet principaliter &c. et hoc maxime procedit: quia vt apparet ex propositis et deductis parte dictorum nobiliũ Clementis de Uiuarijs, et aliorum in processu cause huius, ipsi non alia ratione, seu causa contendunt se non teneri ad soluendũ decimas in hac causa petitas dicto domino Arelatensi Archiepiscopo, nisi quia dicunt et asserunt decimas huiusmodi ad dictũ venerabile monasterium spectasse et pertinuisse: ac etiam spectare et pertinere ad causam certarum ecclesiarum inibi expressarum, et ita non dicunt isti se nõ teneri ad solutionem decimarum huiusmodi, sed dicunt quod illas soluere non debeant prefato domi. Archiepiscopo, sed monasterio antedicto. Spectat igitur principaliter siue omnino defensio cause huius dicto venerabili monasterio, nõ prefatis nobilibus Clementis de Uiuarijs et alijs. ¶ Etiam nec obstant allegata in quadam alia schedula parte dicti reuerendissimi domini Archiepiscopi in ipsa causa oblata exordiẽte, Quicquid pro parte dominarum monialium &c. Et primo quidem non quod dicit de doctrina Barto.in dicta.l.si perlusorio.§.primo. et Angel.in.l.si suspecta.ff.de inofficioso testamen. Bart. enim nihil dicit contra, quinimo loquitur in dicto secũdo casu pro dicto monasterio, vt posset reuocare prefatos nobiles Clementis de Uiuarijs, et alios a defensione cause predicte: saltem ne illam defendant in preiudicium ipsius monasterij et huic reuocationi vt audio, acquiescunt dicti rei: vtpote sciẽtes quod ad eos non pertineat principaliter defensio eiusdem cause. Angelus vero in dicta.l.si suspecta. nihil tãgit de hoc articulo: quando videlicet cause defensio principaliter spectat ad tertium venientem, non ad reum originarium. et miror quod Angelus non viderit, vel saltem vidisse non conueniret doctrinam Barto.in dicta.l.si perlusorio.§.primo. Quod autẽ dicitur vlterius in dicta schedula, quicquid pro parte &c. prefatas dominas moniales, seu monasteriũ posse pro suo interesse de nouo agere contra reos: et nouum seu nouos facere processus, si sua putent interesse, et quod tunc succedet materia.l.his a quo.ff.de rei vendicatione. dico, quod solum possunt ista via procedere, sed etiam vt predixi, non sumus in casu dicte.l.is a quo. quia vt predixi, prefati nobiles Clementis de Uiuaris, et alij nõ contendunt se non teneri ad decimas, vt sic pro illis impẽdi non valeant, sed dicunt quod pro illis conueniri non debeant per dictum dominum Archiepiscopum, cum ille sibi nõ debeantur, sed dicto monasterio: cui illas deberi asserunt. dicta etiam.l.is a quo habet multas limitationes: et inter has habet hanc, vt non procedat cum actores se inuicem et suas intentiones impugnant: vt notat Innocentius, Hostiensis, et Joannes Andreas in.c.veniẽs. de testibus. Baldus in.c.primo.§.si duo. de pace tenenda. et Alexander de Imola in dicta.l.is a quo.C.de rei vendicatione. Cum igitur in hac materia sit idem monestarium impugnaturum dictum dominum Archiepiscopum, et eius intentionem, non prefatos nobiles Clementis de Uiuarijs, et alios: vtpote: qui fatentur decimas has deberi ipsi monasterio: non erit opus recurrere ad remedium dicte.l.is a quo. etiam si dictum monasterium non deberet admitti ad dictam defensionem: habet enim alia remedia, quibus est sibi prouisum, et longe plenius, quam per illam legem, et per que antore domino sancte et iuste impedict eundem dominum Archiepiscopum ne possessionem seu quasi decimarum huiusmodi assequatur: quam nec assequi debet. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Epitome.

¶ Oblatio realis facta iudicialiter in libello impedit consignationem. Et quod interrogatus an sit heres, tenetur si qualitas actionis hoc postulet iudicialiter actori respondere: eumque certiorare an sit heres necne.

¶ De interroga.actio. Consilium.ccccxxv.



Uabus rationibus nituntur Stephanus Auberti pater et annus, ac legitimus administrator Claudeti anberti eius filij et Gulielmete eius neptis, et Claudia petite i presenti causa rei impugnare libellum parte honeste mulieris Antonete Martine, ac Antonij, et Petri Martini eius fratrũ contra eos oblatum: que tamen pure salua dixerim spectabilis viri domini aduocati predictorum reorum non procedũt. Et primo quidem non prima: quia cum oblatio de qua in predicto libello et schedula parte dictorum reorum in hac causa lata fuerit realis et facta iudicialiter non fuit opus assignatione. argumento.l.si rem.§.final.ff.de pignoratitia actione. et quod notat Baldus in.l.acceptam.versicu. quinto quero. &c. et quod ibi Paulus de castro, Salicetus, et doctores.C.de vsu. Etiam nec secunda ratio refragatur siue obstat: quia quicquid dicatur in dicta pretensa schedula, dictus libellus non propterea est obscurus: sciũt enim prefati rei. an Claudia petite soror Thoneti petiti, et Cathrina eius amita fuerint heredes Thoneti petiti: et an ex testamento vel ab intestato: et vbi parte dictorum Antonete, Petri, et Antonij peterentur super his interrogari, ipsi cogerentur rñdere, et ipsos actores de eis certiores reddere.l. qui interrogatur.et.l.si sine.§.illud queritur.ff.de interro.act. nõ ergo petere debẽt aut de iure pñt certificari per actores: eo maxime: quia eorũ nõ interest.ff.

nam siue ex testamento, siue ab intestato dicto Thoneto successerint, nihil refert quoad hoc, vt conueniri valeant parte dictorum actorum. Et quia etiam sufficit quod actores in dicto eorum libello asseruerint prefatas Claudiam et Catharinam dicti quondam Thoneti sororem et amitam eidem iure hereditario successisse: et sic eius fuisse heredes: quia ex hoc colligi potest quod eius heredes fuerunt: et sibi successerunt eo modo, quo de iure potuerunt: et quo nec amita per sororem, nec soror per amitam excludebantur. Non obstantibus igitur dictis pretensis rationibus, que non obstant, petunt prefati Antoneta, Petrus, et Antonius, seu ipsorum legitimus procurator procuratorio nomine eorundem dicto eorum libello responderi litem legitime contestari, ac respondendum et litem legitime contestandam fore ordinari: et partem condemnari in expensis factis ratione frustrati processus: et alias petunt in, et super premissis et singulis eorundem ius ac debitam et celerem iustitiam sibi fieri et ministrari: vestri domini in hac causa ius reddituri iudiciale officium in opportunis humiliter implorando. Que dixerim etc.

1 ¶ Omnia predia regulariter de iure presumuntur libera. et numero. 2.
3 Vox vnius vox nullius.
4 Testi varianti in secunda depositione non creditur, sed vt falsus reiicitur.
5 Periurus non est testis idoneus.

¶ Epitome.

¶ Etiam si agens confessoria sit in quasi possessione seruitutis, incumbit tamen sibi onus probandi seruitutem sibi deberi: quod contrarium est in negatoria, que illud ipsum reiicit in reum: hac ratione, quod omnia predia de iure presumuntur libera, nisi de contrario probetur. h. d.

¶ De ser. rusti. predio. Consilium. cccclxxvi.



Adherendo eleganter et veraciter dictatis per egregium virum dominum Joannem Pomati vtriusque iuris baccalaurium dignissimum in quadam causa ciuili mota, et pendente indecisa per et inter prouidos viros Honoratum et Henricum Nicolai actores, et reconuentos ex vna parte et honestos viros Joannem, Petrum, et Petrum Nicolai fratres reos, et reconuenientes ex alia parte. dico et respondeo visis primitus processu eiusdem cause, et schedula prefati domini Jo. exordiente. Viso processu agitato etc. quod sententia diffinitiua ferri debuerit, et debeat, tam in causa conuentionali, quam in reconuentionali pro dictis Honorato et Henrico. Et vt hoc plenius appareat suppono vt verum est quod prefati Honoratus et Henricus egerunt et agunt actione negatoria, in qua quoad libertatem predij de quo in actis, et de qua ipsi Honoratus et Henricus negauerunt et negant debere seruitutem itineris, seu vie, aut transitus, vel exitus predio dictorum reorum sufficiebat, et sufficit hoc proponere, et proposuisse predicta: quia quoad hoc presumptio iuris est pro eis: quodlibet
1 †enim prediuz regulariter presumitur de iure esse liberum. l. altius. et quod ibi gloss. et doctores. C. de seruituti. et aqua. et quia in negatoria actione onus probandi seruitutem fuisse constitutam, vel aliter deberi incumbat reo non actori. voluit glos. in. l. circa. ff. de probatio. Petr. Jaco. in suis libel. sub rubrica de negatoria in rem actione post formam sententie. versic. recte dicitur quod reus non probabit se habere seruitutem, vel quasi itineris etc. Joannes de Jmola, Paulus de Castro et Romanus in. l. si prius. ff. de noui operis nunciatione. quod etiam ibi voluit Alexander de Jmola. vbi etiam dicit post predictos, quod licet agens actione confessoria sit in quasi possessione seruitutis, ipse nihilominus tenetur et debet probare seruitutem fuisse constitutam vel alias deberi per predium rei conuenti predio ipsius agentis. quod etiam voluit Paulus de Castro in dicta. l. altius. versicul. item patet aliud etc. pro quo allegat. l. sicuti. §. si queratur. ff. de seruitu. vendit. et not. in dicta. l. si prius. ff. de noui operis nuntiatione. Alexander vero et alij allegant notata. et huius dicti ratio est secun-
2 dum eos: quia † agens confessoria habet presumptionem iuris contra se, scilicet, quod quelibet res sit libera: et illa presumptio transfert in aduersarium onus probandi: vt not. glossa in dicta. l. circa.

¶ Presupposito igitur citra preiudicium veritatis, quod prefati Honoratus et Henricus non probassent proposita, et deducta in nono, et decimo articulis libelli parte eorum oblati in hac causa, ipsi tamen debuissent, et deberent obtinere in eadem, prefatis Joanne Nicolai, et fratribus suam pretensam intentionem non probantibus: qui tamen Honoratus, et Henricus dictos nonum, et decimum articulos, et sic eorum intentionem plene probauerunt: de ipsis enim plene deposuerunt prouidi vir Duronus Chaloli primus testis et Antonius moti secundus testis, et etiam Raymundus Falori quartus testis, in prima parte eius depositionis, quatenus ibi dicit se fuisse presentem in diuisionibus inibi mentionatis: et quod ibi fuit dictum de pactis et conuentionibus in eisdem articulis et positionibus expressatis, modis, et formis in eisdem contentis: vbi aduertendum est, quod non solum deposuit quod de contentis in predictis articulis fuerit dictum: sed etiam quod de eis fuerit dictum modis et formis contentis in eisdem articulis: et sic quod inter partes seu eos de quibus in eis, et aliorum nominibus ita conuenit: et quod ipsi et de illis fuerunt contenti, et eis acquieuerunt: quia de eis articulatum est in dictis nono, et decimo articulis et quamuis idem Raymundi in dicta eius depositione postea subiungerit, quod post recessum prefatorum Caroli, et Antonij Curti altercantibus prefatis Honorato, et Joanne Nicolai, idem Honoratus dicit eidem Joanni, quod cuicunque pars prati et terre de quibus in dictis articulis fit mentio remaneret, aut restaret, transitus, et exitus remanerent vbi antea extiterunt: et quod de hoc idem Honoratus dixerat se facere pactum expressum: et nihil vlterius fuit dictum inter eos, nec conclusum; hoc tamen non refragatur, neque obstat: et quia idem Raymundi in hoc est singularis, et vnicus: et sic
3 † vox eius vox nullius. l. iurisiurandi. cum suis similibus. C. de testibus. tum et quia, cum et apparet ex deductis in dictis nono, et decimo articulis et depositionibus predictorum Duroni, Antonij Moti, et eiusdem Raymundi in prima parte, prefatus Honoratus fuit ille qui instabat, et primo mentem declarauit super mutatione itineris et exitus: et quod illa fierent, prout deducitur in dictis articulis quo fit, vt non sit verisimile quod ipse postea, et de illo aliter senserit, et voluerit quod ita et exitus huiusmodi remanerent et fierent vbi prius: argumen. l. non ad ea. ff. de conditionibus et demonstrationibus. est igitur dicta pretensa subiunctio quedam falsitatis: vt dicit Bal. in. l. prima. C. de seruis fugitiuis. vbi allegat Auerroin. idem etiam voluit Andreas Sicu. consilio sexto. exordiente, Scriptum est preclare primo Regum, etc. vbi etiam allegat Bald. C. de probationibus. in rubrica. et in tractatu suitatis, quem posuit in rubrica. C. si quis aliquem testari prohibuerit, et alia de quibus ibi per eum. Et quamuis Gulielmus de Alpo tertius testis super eisdem articulis dixerit se fuisse presentem in dictis diuisionibus, et loquutum de pactis et conuentionibus in dictis articulis mentionatis, non tamen fuit conclusum: pro eo quia idem Joannes Nicolai dixit in exitu prati quod transitus, siue passagium remanere deberet vbi antea existebat. Cuius tamen depositio, seu dictum in nullo refragatur. seu obstat prefatis Honorato, et Henrico, quia nihil deponit pro constitutione seruitutis itineris aut transitus: et sic, si non prodest dictis Honorato, ipse eis non nocet.

¶ Et licet prefati Raymundus Fabri, et Gulielmus de Alpo, necnon etiam Franciscus Clauelli testes parte dictorum Joannis Petri, et Petri super eorum pretenso libello reconuentionali, seu articulis producti, examinati, et auditi aliter deposuisse videantur: presertim super decimo, et vndecimo articulorum huiusmodi: dicta tamen, et depositiones eorundem in nullo refragantur, siue obstant prefatis Honorato, et Henrico. Et primo quidem non depositio predicti Raymundi Fabri: tum quia (vt predixi) ipse super nono, et decimo articulis prefatorum Honorati, et Henrici, et in prima parte dicte eius depositionis contrarium deposuit: quatenus dicit, quod de pactis et conuentionibus contentis in dictis nono, et decimo, articulis dictum extiterat modis, et formis, in eisdem contentis, deponit etiam nunc contrarium eius quod subiunxerat in secunda parte dicte eius depositionis: vel expresse dicit, quod nihil fuerit dictum nec conclusum, aut arrestatum inter partes; nunc autem super dictis decimo et vndecimo articulis partis aduerse dicit contra-
4 rium: non † est igitur huic siue secunde depositioni in aliquo credendum, vtpote falsario. l. qui falsa. ff. de testibus. Canoni. capitul. lege Julia. §. qui falso. quarta questione tertia. ad quod facit. capitulum, preterea. et quod ibi doctores, de testibus. quinimo voluit Bartolus, in lege eos. circa finem. ff. de fal

de fal.q si testis vnum dicat extra iudicium,⁊ postea contrariũ in iudicio non debet credi huic secũdo dicto,sed dz testis puniri tanq̃ varius ⁊ falsus:ego tamẽ super hoc vltimo nõ insisto:q2 multi opinantur cõtra Bar.hic etiã nõ est necessaria doctrina Bar.quia primum dictũ huius Raymũ.nõ fuit extraiudiciale sed iudiciale,⁊ iuratũ,⁊ ex lõgo internallo añ hoc sm dictum:quo casu nemini est dubiũ quominus debeat credi primo ⁊ nõ secũdo:⁊ presertim vbi nullã causam huiusmodi variationis assignat.Et quod sub dicto credi non debeat,patet ista ratione:quia aut in primo dicit verum,ergo in secundo illi contrario mentitur,⁊ dicit falsum,⁊ sic non est
5 sibi credendum:aut in primo dicit falsum,⁊ sic † deierauit:ergo in secundo non est credendum:quia antea periurus.c.testimonium.de testibus.Romanus autem,qui consilio.v.versiculo exordiente,Teste ⁊c.Angelus consilio.cclxxiiij.exordiente,Quedam domina Margareta ⁊c.⁊ Alexan.de Imola consilio septuagesimoquarto exordiente,Viso testamento ⁊c.versicu.potest etiam responderi ⁊c.quatenus ibi disputãt de danda fide scđe depositioni testis,loquuntur quãdo primum dictũ fuit extraiudiciale,⁊ secundum iudiciale:hic autem vtrunque fuit iudiciale,⁊ sic nõ sumus in illis terminis: Non valet igitur secunda depositio dicti Raymundi fabri: ⁊ idem dico de depositione dicti Gulielmi de alpo.qui vt p̃dixi super nono ⁊ decimo articulis libelli dicti Honorati,et Henrici dicit non fuisse conclusum:nũc vero super decimo ⁊ vndecimo articulis schedule dictorum Joannis Petri,et Petri dicit fuisse conclusum,prout in eis,⁊ sic vt varius,et sibi contrarius.⁊ per consequens non est ei credendum causis,⁊ rationibus superius allegatis.Quo vero ad Franciscum Clauelli,ille vt predixi,est vnicus ⁊ singularis,⁊ sic nihil probat:eo maxime,quia habet contra se plures testes:pro quo dicto sufficit allegare capitu.in nostram.cum ibi notatis per glossam ⁊ doctores de testibus.Que dixerim ⁊c.

Epitome.

Delegatus non potest per se subdelegatũ reuocare si per citationem iam inceperit fungi officio:cum simpliciter committendo censeatur in omnem quam habebat potestatem transtulisse.h.d.

De offic.⁊ potesta.delega. Consilium.ccccxxvij.

Ponitur in facto,qđ cuz apostolica autoritate fuisset causa cõmissa reuerẽdis in Christo patribus domi.Electensi,Albiensi,⁊ Carcassonensi Episcopis cum illa clausula,quatenus vos,aut duo,vel vnus vestrum ⁊c.idem dominus Electensis mensam simpliciter subdelegauit venerabili ⁊ egregio viro domino officiali Carcassonensi:qui recepta,⁊ visa subdelegatione huiusmodi instante,⁊ fieri postulante venerabili conuentu fratrũ minorum de obseruantia burgi Carcassone,seu eius economo aut syndico literas citatorias contra partem aduersam sibi decreuit ⁊ concessit:que postmodum contra eandem partem exequnte exiterunt.Quesitum est an post subdelegationem ⁊ citationem huiusmodi potuerit,aut possit idem reuerendus dominus Electensis dictam subdelegationem renocare:ad quod respondeo breuiter ⁊ succincte sub correctiõe cuiuslibet domini melius sentientis.quod nõ;quia simpliciter commitendo vices suas censetur illas in totum commisisse: vt notat glossa ⁊ doctores in capitu.super questionum.§.porro.de officio delegati.Innocen.Hostiensis,Baldus ⁊ alij in c.venerabili.eodem titulo.Hostiensis in summa eodem titulo.§.que delegari.versicu,quid si simpliciter ⁊c.⁊ Alberic.in l.a iudice.versicu.sed si delegatus a principe subdelegat simpliciter.C.de iudicijs.pro quo bene facit.c.super questionũ.§.si vero duo.⁊.c.venerabili.eodem titulo.quo fit vt cum per citationem de qua supra dictus dominus officialis vti inceperit iurisdictione subdelegata.capitu.gratiam.et quod ibi glossa ⁊ doctores.⁊ capitu.licet.iuncta glossa de officio delegati.⁊.c.finali.⁊ quod ibi glossa de officio delegati.not.Joãnes Andreas in.c.venerabili.post medium nõ potuerit,aut possit ipsam subdelegationem reuocare.c.quanuis.et quod ibi glossa ⁊ doctores de officio delegati in sexto.quod etiam antea voluerũt Hostiensis ⁊ doctores.§.que delegari.versi.sed nunquam potest reuocare.de quo per Joannem Andre.

in dicto.c.venerabili.in nouel.⁊ etiam per alios.⁊ per Geminianum in dicto capitulo,quanuis.⁊ quia iste casus non videtur mihi in aliquo dubius,ego vlterius non insisto.

1 Verbum veniant ⁊ peruenire debeant in substitutionibus sunt verba communia.⁊ nu.2.
3 Filius non potest grauari in legitima.
4 Alienata per filium de restituendo grauatum imputantur sibi in legitimam.
5 Filius,etiam si grauari non possit in legitima,grauatur tamen illius heres.
6 Paria sunt relinquere fideicommissum ab vltimo moriente vel post mortem omnium.
7 Per fideicommissum succeditur testatori non heredi grauato.

Epitome.

Duobus pupillis institutis,ac inuicem substitutis p verba cõmunia quandocunque perueniant,peruenire debeant,⁊ similia,ac eisdem per eadem verba cõmunia substituto tertio:premoriente altero illorum in pupillari etate succedit alter,etiam in omnibus bonis,cui postmodum facto pubere ⁊ mortuo,et sic expirata pupillari per pubertatem,et vulgari per hereditatis aditionem succedit tertio loco substitutus iure fideicommissarie substitutionis comprehense in compẽdiosa in dimidia parte,detractis per illius heredez duabus quartis,legitima ⁊ trebellianica:⁊ sic tribus vncijs:in parte vero primi in pupillari etate defuncti in quatuor vncijs cuz dimidia,remanente penes illius heredez sola trebellianica: quia quanuis pater non possit grauare filium in legitima,potest tamen illius heredem.Ex his autem omnibus quartis ascendentibus ad quatuor vncias cum dimidia detrahẽtur alienata,donata,⁊ legata per grauatos vel illius tutores,nõ autem de bonis testatoris:quia per fideicommissum succeditur testatori:non heredi grauato.Quod si alienata excedãt dictas quartas aget fideicommissarius rei vendicatiõe etiã super fructibus ab eisdem grauatis heredib9 perceptis,remanente eorundem fructuum residuo penes illorum heredes.hoc dicit.

De impube.⁊ alijs substitu. Consilium.ccccxxviij.

Christi nomine inuocato.Viso casu mihi exhibito parte honorabilis viri magistri Gulielmi Rebulli regij notarij,⁊ dubijs ex casu huiusmodi subtiliter ⁊ opportune elicitis dico ⁊ respõdeo breuiter ⁊ succincte ad dubia huiusmodi prout infra.Premittens primo,quod vt apparet ex serie ⁊ contextu testamenti prouidi quondam viri Thome Rebulli ⁊ narrationis dicti casus:idem quondam Thomas in dicto suo testamento fecit multas substitutiones.Prima quidem fuit inter Joannem,⁊ Catharinam eius filium ⁊ filiam naturales et legitimos:in qua ⁊ per quam voluit ⁊ ordinauit,quod casu quo alter dictorum Joannis,⁊ Catharine suorum heredum quandocunque sine prole legitima de se,⁊ suo legitimo matrimonio procreata ab humanis decederet,bona,res,⁊ iura illius decedentis venirent ⁊ peruenire deberent ad superuiuẽtem que substitutio fuit breuiloqua,seu reciproca:vt apparet ex his que notat Bartolus,Alexander de Imola,⁊ alij in.l.lucius in tertia questione.ff.de vulgari ⁊ pupillari.⁊ Joannes de Ferra.in sua practica titulo for.libel.quo agitur substitutione super verbo breuiloque.in principio.et que vt apparet ex his que notat Salicetus in.l.in testamento.versicu.secundo quero.⁊c.C.de testamento militari.fuit immixta compendiose substitutioni:⁊ quia facta per patrem duobus impu-
1 beribus in ipsius potestate existentibus,⁊ per verbum † veniant ⁊ peruenire debeant,que sunt verba cõia voluit Bartolus in.l.Centurio.ff.de vulgari et pupillari.et in dicta.l.Lucius.Joãnes de Imol.in.c.Raynutius.de testamentis.Lanfran.in cap.si pater.vbi plene in materia compendiose.

de testamentis. in sexto. quod illa comprehendere poterat
sex substitutiones: scilicet, duas vulgares, duas pupillares,
et sic quatuor directas: et duas fideicommissarias, et sic
duas obliquas: ex quo infero, quod cum dictus Joannes
Rebulli sine prole, et in pupillari etate decesserit prefata
Catharina eius soror eidem successit iure pupillaris substi-
tutionis et sic in omnibus bonis. l. sed et si plures. §. ad sub-
stitutos. cum suis similibus. ff. de vulgari et pupillari.
¶ Secunda vero substitutio, quam fecit idem Thomas, et
per quam voluit et ordinauit, qd̃ si dicti eius heredes quan-
docunque sine prole legitima de eorum legitimo matrimo-
nio procreata decederent, bona sua, et dictorum suorum he-
redum peruenirent, ⁊ peruenire deberent ad dictum magi-
strum Gulielmum notariũ, ⁊ suos liberos fuit compendio-
2 se facta per verbum perueniant, quod † est verbum com-
mune: et not. Bartolus et Joannes de Jmol. in locis supe-
rius allegatis. Bald. Lanfranc. et alij in dicto capitu. si pa-
ter. quem continere poterat duas vulgares, duas pupilla-
res, et duas fideicommissarias: vt apparet ex his, que not.
docto. in lege precibus. C. de impuber. ⁊ alijs substitutio. ⁊ in
l. Centurio, superius allegata. sed hic non est querendum de
vulgari aut altera earundem, quia cum presupponatur di-
ctos Joannem, et Catharinam se immiscuisse bonis, ⁊ here-
ditati paternis, ille per immixtionez hmõi expirauerunt. l.
post aditã. C. de impub. ⁊ alijs substi. non etiã quorundã de
pupillarib⁹ seu altera earũdẽ: qr cuz prefata Catharina, vl-
timo loco vita functa ab humanis decesserit facta pubes,
hoc est post cõpletũ duodecimũ sue etatis annũ, pupillaris
substitutio expirauit. l. in pupillari. ff. de vulgari ⁊ pupilla-
ri. et. §. masculo igitur sola fideicommissaria, que (vt predi-
xi) continebitur in dicta compendiosa secundum commu-
nem sententiam gloss. ar. et omnium scribentium in allega-
tis. l. Centurio. ff. de vulgari et. l. precibus. C. de impuberi-
rum et alijs substitutio. et in dicto capitulo si pater. in illa
questione, quia querunt an substitutio compendiosa facta
per patrem paganum, hoc est non militem, filio impuberi in
ipsius potestate existenti per verbum commune valeat o-
mnium tempore iure fideicommissi: an ve tempore pupilla-
ris etatis valeat iure pupillaris, et postea iure fideicom-
missi. ¶ Premitto insuper non esse dubium quin illa dimi-
dia pars bonorum dicti quondaz Thome testatoris, in qua
per eum fuit heres instituta prefata Catharina restitui de-
beat dicto magistro Gulielmo substituto detractis duabus
quartis: scilicet, legitima, et Trebellianica, que ascendunt
3 ad tres vncias: quia † legitima predicte Catharine in qua
grauari non potuit. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. et
l. sancimus. C. de inofficioso testamento. fuit dimidia pars
trientis: hoc est tertie partis predictorum bonorum: et sic
due vncie authentic. nouissima. et in corpore vnde sumitur.
C. de inofficioso testamento. Trebellianica vero fuit quar-
ta pars residui, et sic vna vncia: possunt igitur detrahi de
quota, et portione dicte quondam Catharine tres vncie: in
4 quibus † tamen primo imputarentur ea, que fuerunt per
eam alienata vsque ad concurrentem quantitatem. l. Mar-
cellus. §. res que. vbi gloss. et doctores. ff. ad Trebellianum.
et in authentic. de restitutio. et ea que parit. §. quamobrem.
colla. et ista non habent dubium. ¶ Sed difficultas stat in
hoc, an illa dimidia pars in qua fuit heres institutus di-
ctus quondam Joannes veniat in restitutione fideicom-
missi: et si veniat, an de eo possint per dictam Blanchiam he-
redem detrahi alique quarte: ⁊ que qd̃ ad primũ, an videlicet
illud quod peruenit ad grauatum ex substitutione pupilla
ri veniat in restitutiõe fideicommissi sunt opiniones: vt pa-
tet ex his. que not. docto. in. l. ita tamen. §. qui suspectam. ff.
ad Trebellianum. et Bald. in lege ex tribus. C. de inofficio-
so testamento. sed omissa illarũ recitatione gratia breuita-
tis, videtur mihi dicendum, quod in casu qui proponitur
substitutio pupillaris facta dicto quondam Joanni preces-
serit grauamen, tam ex ordine, quam ex mente, illud quod
peruenit ad dictam quondam Catharinam in vim pupilla
ris substitutionis de qua supra dixi, debeat nunc venire in
restitutione fideicommissi: hoc est dicere, quod illa dimidia,
in qua fuit idem Joannes institutus, et alia bona, si que ha-
buerit tempore mortis eiusdem restitui debeant dicto ma-
gistro Gulielmo: per theoricam, quam ponit Bartol. et se-
quuntur ibi quoad hoc Joannes de Jmol. Rapha. Cuma.
et Alexander de Jmola, in dicta lege qui tamen. §. qui su-
spectum. Baldus, in lege cum virum. C. de fideicommissis.

quamuis dubitauerit in dicta. l. ex tribus. vbi relata opinio-
ne Bartoli posita in dicto. §. qui suspectam. ⁊ Raynerius de
Forli. aliter non eligit. Quo vero ad secundum an videlicet
de dicta dimidia, in qua fuit dictus Joannes institutus de-
beant detrahi alique quarte dico, quod vt dicit Baldus in
dicta. l. ex tribus. ista questio est de apicibus iuris; cuius dif-
ficultas fuit in hoc, an prefatus quondam Thomas censea-
tur dictum magistrum Gulielmum eius fratrem substituis-
se per fideicommissum tam vltimo morienti, quam primo de-
cedenti; hoc est, vtrum censeantur per fideicommissum gra-
uasse, ⁊ Joannem, ⁊ Catharinam, vel duntaxat Catharinã.
nam si vtrunque grauasse censeatur tunc possent detrahi le-
gitima ⁊ trebellanica, non solum de quota ⁊ portione prefate
Catharine, sed etiam de quota ⁊ portione eiusdem quondaz
Joannis: vt voluit Baldus ⁊ Paulus de Castro in dicta. l.
ex tribus. ⁊ secundum hoc dictus magister Gulielmus debe-
ret habere duntaxat dimidiã partem bonorum prefati quon
dam Thome, aliam vero dimidiam detrahere posset dicta
Blanchia ex personis dictorũ Joannis ⁊ Catharine: in qua
tamen debent computari alienata: ⁊ si alienata ascenderent
vsque ad illam partez, ipsa nihil posset detrahere de residuo:
si vero dictus quondam Thomas testator censeatur dunta-
xat grauasse prefatam Catharinam vltimate vita functam,
tunc secundum Baldum in dicta. l. ex tribus. quem dominus
Jason sequitur, ⁊ Angelus are. in. §. singulis. institut. de pu-
pilla. substitu. nulle quarte detrahi possent de illa portione,
5 in qua Joannes existit institutus: quia † nemini dubium est,
quod licet filius etiaz impubes grauari non possit in legiti-
ma. in illa tamen grauari potest heres ipsius filij. l. si fundũ
per fideicommissum. in fine ⁊ sequen. ff. de legatis primo. de
quo doctores in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulgari ⁊ pupil-
lari. quinimo vt apparet ex predictis: ⁊ ex his que not. Bar-
tolus ⁊ se. in dicta. l. ita tamen. §. qui suspectum. ff. ad Trebel
lianum. potest substitutus pupillariter grauari, nõ solum
quoad bona que habet pupillus de bonis paternis, sed etiaz
quoad bona aliunde sibi quesita. l. sed si plures. §. ad substitu
tos. ff. de vulgari ⁊ pupillari. secundum ergo istam opinionẽ
dictus magister Gulielmus deberet habere totam dimidiaz
relictam prefato quondam Joanni: ⁊ sic facta debita calcula
tione ipse habere deberet de bonis prefati testatoris nouem
vncias: ⁊ solum tres vncie potuissent detrahi de bonis eius-
dem testatoris, in quibus deberent imputari alienata vsque
ad concurrentem quantitatem, ea vero que sunt alienata vl-
tra tres vncias possent peti per magistrum Gulielmũ: Pau
lus vero de Castro in dicta, l. ex tribus. ⁊ Raphael Cuma. cõ
silio. cxxiij. exordiente, Bartolomeus instituit Antonium et
Franciscum ⁊c. ⁊ vt audio in. l. prima ad finem. ff. de vulgari
⁊ pupillari, quem tamen non habeo, mecum concordant cum
Bald. scilicet, quod legitima non detrahatur, sed quoad tre
bellianicam dicunt eam detrahi: si ergo esset verum, quod di-
cta Catharina fuerit duntaxat grauata de restituendo pos-
set secundum istos detrahi de portione dicti quondam Joã-
nis vna vncia cum dimidia: ⁊ sic de toto patrimonio prefati
testatoris possent detrahi secũdum istorum opinionem qua-
tuor vncie cum dimidia: tres videlicet de quota ⁊ portiõe re-
licte dicte quondam Catharine, ⁊ vna cum dimidia de quo-
ta ⁊ portione relicta dicto Joanni: septem vero vncie cum di-
midia deberent in vim substitutionis restitui dicto magistro
Gulielmo: ⁊ huic opinioni pro nunc adhereo: adijciens pro
conclusione huius articuli, quod prefatus testator videt̃ gra
uasse duntaxat eandem Catharinam vltimo vita functam,
etiam quoad portionem dicto Joanni relictam, non ipsum
6 Joannem: quia † paria sunt relinquere fideicommissum ab
vltimo moriente, vel post mortez omnium: per id quod habe
tur in. l. codicillis. ff. de vsufructu legat. ⁊ voluit Paulus de
Castro in dicta. l. ex tribus. in fine. pro quo facit quod elegã-
ter voluit Franciscus de are. consilio. clv. exordien, Pericu-
losum est, vt Hieronymus ⁊c. versiculo, aliquando substitu-
tio non fit post mortem ⁊c. vbi eleganter, ⁊ pro ista parte de-
ciditur per eum iste articulus: facit etiam ad eundem articu
lum, quod ipse eleganter ponit consilio. clvj. exordiente, Di-
ligenter visis ⁊c. vbi videri potest, ⁊ ideo non insisto ne fiam
prolixior, Respondendo ergo ad primum quesitum dico, qd̃
si vel dicta Catharina, vel sui tutores nihil alienassent de bo
nis prefati testatoris, poterat ipsa Catharina disponere, et
testari cum effectu de quatuor vncijs cum dimidia: totum
vero residuum, hoc est septem vncie cum dimidia debent red
di dicto magistro Gulielmo.

¶ Ad

¶ Ad secundum quesitum patet responsio ex predictis: nisi quoad id quod in eo queritur de legatis, donationibus, et debitis: super quibus dico, quod si legata, donationes, & debita huiusmodi facte extiterũt per prefatam Catharinã ille debeát exsolui per prefatã Blanchiam eius heredem, non per dictum magistrum Gulielmum, qui non est sibi successu-
7 rus: quia et per fideicommissum succeditur testatori non heredi grauato dicta lege coheredi. §. cum filie. ff. de vulgari & pupilla. sed si vero ista essent facta per dictum quondã Thomam vel etiam si que debita essent legitime contracta per dictum quondam Joannem autoritate eius tutoris aut per tutorem & tutorio nomine eiusdẽ, esset aliter quoad hec respondendum super quo articulo non insisto donec aliter fuerim informatus.

¶ Ad tertium dico & respondeo, quod aut alienationes de quibus in eis forte fuerunt per tutores proprijs nominibus eorundem aut tutorio nomine dicte quondam Catharine & primo casu dico, quod dictus magister Gulielmus poterit experiri & agere actione rei vẽdicationis, et petere bona alienata pro quotis, & portionibus, quas dixi eum habere in bonis dicti quondam Thome: si vero essent alienata per tutores tutorio & nomine eiusdem Catharine, aut per ipsam Catharinam, illa possent imputari in dictis quatuor vncijs cũ dimidia vsque ad recurrentem valorem & si plus ascendent poterit idem magister Gulielmus petere residuum.

¶ Ad Quartum patet responsio ex predictis: quia vt predixi prefata Catharina non potuit detrahere de dictis bonis nisi dictas quatuor vncias cum dimidia & sic nec ipsa, nec eius tutores potuerunt cum effectu alienare de bonis, nisi vsque ad dictas quatuor vncias cum dimidia: & super illis aut contra dictam Blanchiam heredem debeát peti ducente libre, de quibus in quesito: non super dictis septem vncijs cum dimidia, que debent restitui dicto magistro Gulielmo.

¶ Ad Quintum respondeo, quod ego voluissem plenius informari super quibus fuerit dicta quondam Catharina lesa & grauata in accordio, seu transactione huiusmodi: quia si lesio fuerit fortasse in fructibus p ipsos tutores perceptis ex bonis prefati quondam Thome ad eam peruentis tam in vim institutionis, quam substitutionis predictarum tunc dico, quod cum fructus huiusmodi pertinerent eidem Catharine, & venire non deberent in restitutione fideicommissi, idem magister Gulielmus nihil posset: si vero lesio esset facta non quidem quoad fructus, sed quoad ipsa bona paterna: vt quia forte ipsa Catharina liberauit eos insolidũ, aut pro parte ab his in quibus sibi tenebantur propter bona alienata pro negotijs ipsorum tutorum, vel pro simili causa tunc dico, quod illa bona deberent imputari in dictis quatuor vncijs cum dimidia.

¶ Ad sextum dico & respondeo, quod cum prefata Blãchia fuerit heres instituta per dictam Catharinam, ipsa Blanchia adita hereditate eiusdem potuit apprehendere etiã propria autoritate possessionem bonorum predictorum que videlicet prefata Catharina tenebat & possidebat, tempore vite & mortis: & hoc, nisi idem magister Gulielmus eandẽ preuenisset: per ea que notat Bald. & doctores in lege finali. C. de edic. diui. adria. tol. & si ita contigerit, debet dictus magister Gulielmus experiri & agere contra dictaʒ Blanchiã in vim substitutionis de qua supra & petere vt sibi restituat realiter bona, que tenet: & nisi illa sufficiant ad valorem dictarum septem vnciarum cum dimidia debet petere vt sibi restituat, verbaliter ea que non possidet: vt sic postea possit securius, & lenius idem magister Gulielmus experiri contra alios possessores: si vero idem magister Gulielmus possideret, & prefata Blanchia peteret se mitti in possessionem bonorum huiusmodi forte intentando remedium legis fi. C. de edic. diui. adr. tollen. vel interdictum quorum bonorum, ipse magister Gulielmus esset legitimus contradictor, si esset paratus edocere de iure suo per id quod not. gloss. in dicta. l. fina. C. de edic. diui. adri. tollen. Petrus Jacob. in suis libellis sub rubrica in. l. fin. C. de edic. diui. adri. tollen. &c. & Rapha. Fulgo. consi. mihi. xi. exordiente, Jn causa vertente inter spectabilẽ do. &c. versi. tertio quoniam &c. & consi. xxx exordiente, Uisis testamenti codicillo, et libello &c. & Petrus de Anchara. consilio cxliiij. exordiente in predicta questione reperio solenniter &c. & Paul. de castro in dicta lege fina. colum. septima versic. in sequenti glossa. &c. C. de edic. diui. adri. tollen. qđ vel maxime vel saltem procederet vbi idem magister Gulielmus adeptus esset sine vitio possessionem predictorum bonorũ: per id qđ voluit Bartol. Alexander de Jmol. & doctores in lege, filiã fratribus. ff. ad trebellia. & Pau. de castro consi. lvij. exordiẽte, Quãquam multa scripta fuerint &c. ad fi. & plenius consi. cxxiij. exordiente, Uiso puncto & dubijs &c. versic. circa tertium quesitum & dicit Ange. & post eum Alexander de imol. in dicta lege filiam de fratribus quod fideicommissarius, et sic idem magister Gulielmus dici potest adeptus fuisse possessionem sine vitio, si hoc fecit ex voluntate testatoris, idem esset secundum Paulum de cast. in dicto consi. si hoc fecisset cum autoritate iudicis. l. iuste possidet. ff. de acqui. possessione vel sciente, & patiente dicta nobili Blanchia lege, quedam ff. de rei vendica. & ar. legis, Labeo. ff. de aqua pluuia arcen. si vero idem magister Gulielmus non possideat nec fuit hereditas dicti quondam Thome testatoris sibi per dictã Blãchiam verbaliter restituta, tunc non puto quod de iure ideʒ magister Gulielmus eandem Blanchiam impedire valeat quominus mittatur in possessionem predictorum bonorum intendando remedium dicte legis finali. vt notát doctores communiter in ipsa lege finali sed ipse postea tenebitur restituere dicto magistro Gulielmo, vt superius dixi.

¶ Ad septimum patet responsio per predicta: presertim super primo quesito.

¶ Ad octauum dico et respondeo, quod debita contracta seu facta per dictam Catharinam debent solui per prefatam Blanchiam, et super dictis quatuor vncijs cum dimidia: contractua vero per dictum quondaʒ Thomam debẽt solui per dictos magistrum Gulielmum, & Blanchiam secundum quotas quas habent in dictis bonis vel possumus aliter dicere, quod legitima, quam detrahere habet dicta Blanchia de portione dicte quondam Catharine detrahi debet, prius deductis ere alieno, & funeris impensa: quia legitima non est quota identitatis, sed bonorum. lege, Papinianus. §. quota. ff. de inofficioso testamen. not. Jacobus Butr. in lege, si quis in suo. C. de inofficio. testamen. Bartolus in lege, ex facto la grande. ff. de heredib. institu. & Bartolus in lege quoties. C. eodem tit. si igitur supponeremus bona predicta valuisse mille quadringentos florenos, & quod debita dicti quondam Thome & funeris impensa ascendissent ad florenos ducentos, dicta Blanchia non deberet habere pro legitima dicte quondam Catharine mediaʒ partẽ dicte partis mille & quadringentorum, sed duntaxat etiam partem mille & ducentorum, quia vt predixi ante detractionem legitime debet deduci es alienum, & funeris impẽsa: et sic faciendo istam deductioneʒ non debet solui de debitis prefati quõdam Thome per manus dicte Blanchie nisi quota pars: et per manus prefati magistri Gulielmi tres quadrantes, seu tres quarte.

¶ Addo his que dixi super quinto quesito, quod licet ibi posuerim quod fructus non veniunt in restitutione fideicommissi, tamen iuxta sententiã Alb. in. l. iubemus. C. ad trebel. & Rapha. in dicto consi. cxxiij. secundo quesito dicta nobilis Blanchia tenetur imputare in duabus vncijs cum dimidia, quas detrahere potest pro trebellianica fructus, quos percepit dicta quondaʒ Catharina &c. de dictis septẽ vncijs cũ dimidia, quas nunc restituere debet ipsa Blanchia. l. in fideicommissaria & l. si mulier. §. si heres. ff. ad trebel. cui dicto secũdum eos non obstat. d. l. iubemus, qꝛ illa loquitur quando frater grauatus est de restituẽdo fratri suo, vel pater seu mater de restituendo filio. vel filie quod non fuit hic: qꝛ ideʒ magister Guliel. non fuit frater, vel filius eiusdem quõdam Catharine, sꝫ erat sibi extraneus & sic sumus extra terminos, dicte. l. iubemus standũ est ergo regule, vt fructus cõputentur in trebellianicã & hoc videtur voluisse tex. illius. l. in fi. prohibẽs illa extendi vltra personas & casus ibi expressos & secundum Cyn. vbi supra hoc voluerũt ibi glo. Quis non ausus a gl. recedere dicat ꝙ multominus deberẽt fructus imputari in trebellianicã quãdo grauatur quis de restituẽdo extraneo, vt in casu nostro: sed huic argumẽto videtur optime respondere Alb. & Cyn. in dictis locis & ibi videri potest. Fateor tamen ꝙ Sali. & Pau. de ca. in. d. l. iubemus tenent contrarium moti predicta ratione, in quibusdã alijs allegatis per Sali. quibus respõdet Alex. de imo. in. d. l. in fideicõmissaria affirmãs ꝙ Cy. & Rayne. in. d. l. iubemus tenẽt opinionem quaʒ teneri dixi per Albe. & Cuma. illam etiam tenuit Francis. de Rampo. in. d. l. iubemus secundum quod refert Joan. de imol. in. l. quod de bonis. §. quotannis. ff. ad legem falci. et quamuis opinio Saliceti fuerit visa rationabilior Joanni de Jmola subiungenti illam non esse sine dubitatione et propterea dixerit sciendum illud quod ibi magis pla-

cet: tamen visum est Alexandro de Imola quod opinio Cy. Alberi. ⁊ aliorum predictorum in puncto iuris sit verior et re vera ista pars videtur mihi habere potissimas rationes, ⁊ bonum textum in dicta lege iubemus vbi prohibetur fieri extensio illius legis ad alias personas aut alios casus: quod tamen fieret hic, si diceremus fructus perceptos per dictam quondam Catharinam ex dictis septem vnciis cum dimidia non debet computari in trebellianicam, pro eo: quia vt dixi idem magister Guiiel. non fuit frater aut filius dicte quondã Catharine, nec alias de descendentibus prefati quondam Thome testatoris alia tamen opinio magis placuit Alexã. in. d. l. quod de bonis. §. quod annis cui visa est benignior ⁊ equior ⁊ sic reuera si non est consuetudo disponẽs super hoc artic. ille non erit sine dubio quamuis vt predixi opinio Cyn. ⁊c. videtur verior de rigore iuris.

1 ☞ Transactio est contractus, pactum, conuentio, imo ⁊ contractus innominatus. ⁊ nu. 2.
3 Qui totum dicit nihil excludit.
4 In incertis non in certis locus est coniecturis.
5 Princeps volens tollere statutum, conuentionem, vel pactũ non intelligit de iuratis, nisi hoc in rescripto expresserit.
6 In iuramento promissorio potestas pontificis semper censetur excepta.
7 Princeps est solutus lege potestatiua, non tamen a lege ipsa naturali: quia etiam si non ligetur lege legis, ligatur tamen lege conuentionis.
8 Priuilegium proprio motu, ⁊ ex certa scientia concessum derogat etiam legi. ⁊ nu. 11.
9 Ex voluntate ⁊ potestate (vt inquit Boetius) omnis humanarum rerum constat effectus.
10 Clausula decreti irritantis in literis apostolicis posita ligat manus, etiam ignorantis.
12 Factum contra Pontificis decretum est regulariter nullum.
13 Expressio sententie ordinarij que nulla est non est necessaria in literis a principe impetratis.
14 Existentibus pluribus impedimentis etiam omnibus sublatis, vno dempto, impeditur actus efficacia.
15 Priuatorum pactis iurisdictio conferri non potest.
15 Manet lex, cui alia lege, priuilegio, vel consuetudine nõ est expresse derogatum.
17 Funus secundum aliquos ex etymologia vocabuli dicitur a funibus quibus olim corpora mortuorum ligabatur in sudarijs.
18 Argumentum a contrario sensu validum.
19 Aduerbium. [absolute] est dictio equiuoca que ex casuum varietate etiam variatur. ⁊ nu. 29.

Epitome.

Priuilegiũ proprio motu, ⁊ ex certa scientia ⁊ a pontifice concessum cum clausulis [decreti irritantis] quod etiam ignorantes ligat, et [non obstante aliqua conuentione, iuramento firmata] extenditur etiam ad transactionem et alias particulares conuentiones. h. d.
